





FLANDRIA VETUS,
SIVE
ETHNICA,
DICTA
PRIMA FRANCIA.



HISTORIÆ COMITVM FLANDRIÆ

LIBER PRODROMVS ALTER.

FLANDRIA VETVS SIVE ETHNICA DICTA PRIMA FRANCIA.

AD CONSVLES ET SENATORES PERPETVOS

TERRÆ FRANCÆ in Flandria.







BRVGIS, Apud Lucam Kerchovium viâ Breydeliâ ſub Cygno.

ANNO M. DC. L.

Cum gratia & Privilegio.

Nobilissimis, Amplissimis, Prudentissimisque Viris

D. D. CONSVLIBVS,

ET

SENATORIBVS PERPETVIS

Terræ Francæ in Flandria.

CONSVLI COMMVNITATIS.

D. LVDOVICO VAN HAVESKERCKE Baroni de Wynghen, &c.

CONSVLI DISTRCTVS ORIENTALIS.

D. LVDOVICO VANDER HAGHEN Equiti, Domino de Lembeke, &c.

SENATORIBVS.

D. MARIO VANDEN BERGHE, dicto VAN PRAET, Domino de Ghits, vanden Berghe, S. Georgii, &c.

D. GVILIELMO DE BOOT Equiti.

D. CAROLO PHILIPPO DE MATANCA Equiti, Domino de Tilleghem, &c.

D. IACOBO ANCHEMANT.

D. IOANNI D'OVERLOOPE Domino de Westackere, &c.

D. IOANNI GASPARI TACQVET Equiti, Domino de Lechene, &c.

D. MARIO VOET Domino de Knekenburgh, &c.

D. IOANNI D'AVXY.

CONSVLI DISTRICTVS SEPTEMTRIONALIS.

D. MARCO ALBERTO ARRAZOLA DE OGNIATE Equiti, rei Falconariæ totâ Flandriâ Propræfecto.

SENATORIBVS.

D. FRANCISCO DE WILDE Domino de Wally, &c.

D. FRANCISCO VAN CALOEN Equiti.

D. FERDINANDO VERANNEMAN Equiti, Domino d'Aelbeke, La Tour, &c.

D. IOANNI LAVWERYN Equiti, Domino de Schoondijcke, Wulpen, Roodenhuyse, &c.

D. CLAVDIO PHILIPPO DE BRVNE.

D. IOANNI DE LANNOY Equiti, Domino de Rijnenburgh, &c.

D. LVDOVICO CLEMENTI BODDENS.

D. PETRO DE LE FLYE.

CONSVLI DISTRICTVS OCCIDENTALIS.

D. FRANCISCO RVGELEY.

SENATORIBVS.

D. CAROLO BLOMME Domino de Westend'hove, &c.
D. MAXIMILIANO VAN PRAET Domino de Moerkercke, vande Camere, &c.
D. CAROLO PHILIPPO VAN BONEEM.
D. IACOBO DE VELARE Domino de Noortvelde, &c.
D. IOANNI DE BERCH Dño de Planckes, Hundelghem, &c.
D. GEORGIO MASIN Equiti, Domino de Toureele, &c.
D. PETRO CAROLO VAN NIEVMVNSTER Domino de Nieumunsterhove, &c.
D. IACOBO VAN MALDEGHEM.



OBILISSIMI, AMPLISSIMI, PRVDENTISSIMIQVE PROCERES.

Inter reliquas totius Flandriæ regiones, dum Vestram admiror, omnium fœcundissimam; & curiosiùs indago, cur illa, & quando primùm, *Terra Franca*, sive *Francum* appellata sit; reperio nomen quidem omnium calculo à libertate profectum; sed multò esse antiquius, quàm nostrates hactenus scriptores existimarint. Siquidem in cora vestra, sive Lege antiquissima, longè prius vernaculè, quàm Latinè, & durante adhuc Paganismo conscripta (cui post susceptam Christianam fidem, pro temporum ratione quædam addita, quędam dempta sunt) reperio subditos Vestros Latinè constanter *Liberos* appellari, & vernaculè **de Vryen**; quemadmodum ipsam Terram substantivè *Liberum*, & *Francum*, prout vulgò hodieq. **het Vrye**/ Romano-barbarè LE FRANCQ, quòd *Liber* veteri Francorum linguâ, & **Vry** sive **Fry**/ & **Vranck** sive **Franck** / ut & modò, pronuntietur. Francum illud, & Liberum postea *Terra Franca* dici consuevit, vulgò **Vrylant**/ **Frylant** / unde ejus incola **Vry-lander** / **Fry-lander**/ ut Zelander / **Hollander**/ pro quo vicini Romani Barbaras voces soliti contrahere, dixerunt *Flander*; quæ vera origo est vocis

eſt vocis *Flandriæ*, primitùs non niſi maritimam oram deſignantis. Vlteriùs inquirenti, dum fortè mihi in manus incidiſſet Francorum lex, Salica appellata; atque in Veſtra lege, voces, & phraſes quàmplurimas, reperirem, ex illa lege mutuatas; dum viderem præterea in Veſtra mulctas fermè omnes fuiſſe pecuniarias, ut in iſta; apud Vos cauſarũ deciſionem fuiſſe duellum, Iudicium aquæ, & ferri, ut apud Francos; noctes quoq. Vos numeraſſe pro diebus, prout Francis uſitatum fuiſſe, ex eadem lege Salica docemur; Adhæc, Vos in vetere Veſtro ſigillo, & Lunam creſcentem, Francorum Deam Nehalenniam, expreſſiſſe, & caput crinitum, apud Francos hieroglyphicum libertatis; Incidit mihi in mentem, aut Vos Francorum veterum partem fuiſſe, aut ſaltem è Francis oriundos. Quę ratio fuit, cur Authores omnes mihi ſtatim comparârim, qui hactenus de origine Francorũ quidpiam in lucem dederunt. Horum cùm alii Francos accerſerent à Trojanis; alii à Cimmeriis, & Pannonibus; alii è Scandinavia inſula; alii (quorum maximus numerus) à Germania magna, ſive ultra-Rhenana; alii à Sicambris ad Rhenum & Iſalam: cùm nemo mihi ſatisfaceret, judicavi id potiùs ex ipſis fontibus petendum, legendoſque Authores, ea ſcribentes, quæ à Francis ſuo tempore geſta ſunt. Hi cùm Francos nominent: *Exigui primùm momenti viros*[a], *Armoricis* j: Bolonienſibus *finitimos*; ſitos *in latere Galliarum*[b], *atque in ſinu ſuo*[c]; *in Romano ſolo*[d]; j: Gallia, quam univerſam ſibi Romani attribuebant, eâ parte exceptâ, quæ *paludibus invia* eſt[e]; *indigenas*[f]; *in propriis ab origine ſedibus*[g] *quieſcentes in ſuis*[h]; *in ultimis littoribus*[i]; *ad Oceanum*[k]; *& paludes*[l]; *in locis quæ Romani non invaſêre*[m]; *ad inſulas quas Rhenus efficere*[n] creditur, j: Zelandicas; *apud Toxandriam*[o], j: Brabantiam; *in regione quam obliquis meatibus Scaldis interfluit*[p]; cùm pręterea è verbis

a *Procop. hoc libro fol.* 8.
b *Idem fol.* 60.
c *Nazar. f.* 53, 158.
d *Amm. Marcell.* 8
e *Idem.* 3.
f *Panegyr.* 191.
g *Eumen.* 190.
h *Amm. Marcell.* 8
i *Eumen.* 190. 158.
k *Eutrop.* 47.
l *Procop.* 158.
m *Panegyr.* 158.
n *fol.* 5.
o *Amm. Marcell.* 8
p *Eumen.* 50.

è verbis ipsius Legis Salicæ certum sit eam latam intra *Legiam*, sive Lisam, sylvam *Carbonariam*, & mare[a]; nequidquam mihi ampliùs censui dubitandum, quin Flandria & Zelandia ipsissima esset Francia, unde Franci oriundi; expendenti presertim vias militares Romanorum: à *Bolonia*, seu Gessoriaco, *Teruanam*[b] secus Legiam, usque *Viroviacum*; deinde Curtoriaco relicto, *Tornacum*, *Bavacum*; atque hinc rursus *Aduaticam Tongrorum*, *Coloniam* usque, inter quas & Oceanum, siti populi innumerabiles, & bellicosissimi, linguam veterem Gallicam, eandem cum Francica, & Flandrica, in hodiernum usque diem conservârunt, cùm alioquin *Romani, non solùm jugum, verùm etiam linguam suam domitis gentibus imponere*[c] consuêrint. Vnde ad oculum mihi licuit verissimum esse, quod de Augusto literis mandatum est, *eum intra terminos Romanum imperium coërcuisse*[d], atque *exemplo Catonis, quos tenere non poterat, liberos permisisse*[e], at Romanis confœderatos, & cùm opus esset, etiam auxiliares. Duravit id usque ad tempora Gallieni, cujus luxum non ferentes, ii præsertim qui inter Legiam, Scaldim, & mare, se continuerant, circa annum Christi CCLXIII. assumpto primùm Francorum nomine, Posthumo, aliisque Tyrannis adversus Romanos adhesêre, tentati quidem, atque armis impetiti à Probo, Constantio Chloro, Domitiano, Constantino Magno, Iuliano, at nunquam omnino victi; solusque Flander fuit,

> *Quem nunquam sibi prævaluit Romana potestas*
> *Subjicere omnino, certisve ligare tributis*[f].

Nam quamquã aliquando cæsa, *fœcunda malis suis Francorum natio*, ut scribunt Panegyristæ, *raptim adolevit, robustèque recreata est*[g]. *per se ipsa potens, & post Romanam magnitudinem in terris secunda*[h]. quæ cùm ad bellum effervesceret, *ultra ipsum Oceanum, æstu furoris evecta, Hispaniarum etiam*

a Lex Salica. 380.
b Itiner. Augusti. 210.
c Augustinus. v. lib. 1. Prodr. cap. 11.
d Tacitus 164. 167.
e Spartianus 162.
f Brito. 9.
g Nazar. 47.
h Idem.

etiam oras armis infestas habuit[a], *ac* sępiùs *Oceano qua terras rupit*, mare mediterraneum *ingressa, Italiam, Græciam, Asiam, & Africam depopulata est*[b], *nullumq; passa detrimentum opima provinciarum* Romanarum *spolia, domum reportavit.* Huic, fœdere cum vicinis inito, atque sumpto in commune Francorum nomine, novoque pridem constituto regno, haud difficile fuit, deficiente Imperio Occidentali, Romanos, bello Wandalico prorsus effractos, superare, circa annum Christi CCCC.XLV. ab iisque capere, primò vicinum sibi *Tornacum*, ad *Sylvam Carbonariam*[c], dehinc *Cameracum*[d], *Atrebatum*[e], *Ambianum*; & non multorum pòst deinde annorum spatio, Galliam universam, quæ à victoribus FRANCIA est nuncupata, canente Britone:

a *Nazar.* 47.
b *Zosimus* 188. *Eumenius* 50.
c *Aimoin.* 82.
d *Gregor. Turon.*
e *Sidon. Apoll.* 83.

Et sic terra fuit Francorum nomine dicta
Francia, cujus erat antiquum Gallia nomen[f].

f *Brito.* 482.

Hæc est gens (inquit prologus Legis Salicæ, à quopiam additus, postquam Franci fuêre Christiani) *quæ pauca dum esset numero, fortis robore, & valida, durißimum Romanorum jugum de suis cervicibus excußit pugnando.* At ego ausim dicere: quę jugum Romanorum nunquam admisit, ipsosque met Romanos jugum subire coëgit.

Horum omnium cùm Progenitores Vestri, NOBILISSIMI, AMP.MI PRUDENTISSIMIQUE PROCERES, pars non parva fuerint, à vicino salo, *Salii*, & *Francorum omnium Primi*[g] appellati; rectissimè, natum apud Vos Francorum nomen, quod reliquâ Flandriâ desiit, singulari velut pręrogativâ, per tot annorum curricula conservastis. Valete, & Patriæ diu superstites vivite. Ita voveo

g *Amm. Marc.* 8.

Vestri
Studiosissimus, & observantissimus
Olivarius Vredius.

Brugis xxix. Iulii 1650.

Ad Terram Francam

OCCASIONE SIGILLI

PRÆFIXI ERVDITISSIMO LIBRO

Amplissimi & Clarissimi Viri

D. OLIVARII VREDII I.C.

CONSVLIS VRBIS BRVGENSIS,

CVI TITVLVS:

Flandria vetus, sive ethnica, dicta Prima Francia.



RVGENSIS *quoties* CASTELLANÎA *vocaris*,
BRVGENSE *&* *quoties diceris* OFFICIVM;
Assumptum Brugâ *Tibi nomen ab Vrbe putavi*,
Sex dena, *&* *centum*, *quæ modò lustra stetit.*
Sed tamen antiquâ Terra est antiquior Vrbe,
Atque solum veteres constitit ante domos.
Non etenim sola est Vrbs illo nomine dicta,
Ipsum etiam Burgum BRVGA *vocata fuit.*
Burgum, *cujus adhuc nobis vestigia monstrat*
Vredius, *octonos undique lata pedes*,
Altaq́, centenos, *ut murum rumpere nullus*
Romanorum aries, *machina nulla queat.*
Robore gens fortis, Primi *cognomine* Franci,
A quibus, *æterno nomine* Liber *eris*,
V. hoc lib. fol. 405. & 693. *Struxerunt Burgum hoc*, *ante annos mille trecentos*,
Quò refluit curvis Reya perennis aquis;
Hic fuit impositus fluvio pons ligneus olim,
Arx ideò pontis nomine dicta fuit.
Inclyta quà latos extendit Gallia campos,
Brug pontem sonuit, *vocis origo Tuæ.*
Hâc semper vester *consedit in arce* Senatus,
Hic Castellanus *jura suprema dedit.*

BRVGA

BRVGA *in Romanos arx munitißima primò,*
Deinde in Normannos, turribus aucta stetit:
Gens erat immanis Danorum à parte profecta,
Navigiis nostrum scindere sueta salum,
Dumq; agit ingentes per Flandrica littora prædas,
Sæpèq; frugiferos depopulatur agros,
Brugensem *semper populus confugit ad arcem,*
Atque ibi Normanno tutus ab hoste fuit;
At quia non omnes intra sua condere claustra,
Arx, populo nimium conglomerante, potest;
Condita sunt primùm præclara suburbia BRVGÆ,
Ferreus [a] *in* BRVGA *dum fuit arce* Comes.
Famosam & varius postquam mercator ad arcem,
Gens etiam è toto quælibet orbe fluit;
Circum circa arcem, dum latè habitacula ponunt,
Atque tenent proprias prædia quæque domos;
Alter *sublimi* Comes *ipsa suburbia muro*
Sepiit, à Calvo [b] *Cæsare nomen habens,*
Et tum magnificæ spatiosis mœnibus Vrbi
Antiquâ BRVGÆ *nomen ab arce dedit.*
Plaudito nunc BRVGA, *& nunc* FRANCIA *plaudito* PRIMA,
Quando eadem vestris extat origo Viris;
FRANCI *&* BRVGENSES *ab eadem matre profecti,*
Vivite nunc fratres, vivite & unanimes.

a *Balduin. Ferreus primus Comes Flandriæ anno Christi* 864.

b *Balduin. Calvus II. Comes anno* 881.

Cornelius van Esſche
Brugensis.



HISTORIAE COMITVM FLANDRIAE

LIBER PRODROMVS ALTER.

QVID FLANDRIA.

Eam esse primam Franciam, in qua vetus Gallorum lingua conservata.

CAP. I.

Flandri, dicti olim Menapii & Nerviorum clientes; qui soli Gallorum à Romanis nunquam subjugati, veterem Gallorum linguam retinuerunt.



IVLIVS Cæsar, suos, de bello Gallico, commentarios, exorditur hac ratione: *Gallia est omnis divisa in partes tres; quarum unam incolunt Belgæ; aliam Aquitani; tertiam, qui ipsorum linguâ Celtæ, nostrâ Galli appellantur. Hi omnes linguâ, institutis, legibus inter se differunt.* Strabo Geographus, qui Cæsarem in plerisque sequitur, hunc locum explicat hoc modo: Lib. 1. Οἱ μὲν δὴ τριχῆ διῄρουν, Ἀκυιτανοὺς, καὶ Βέλγας καλοῦντες, καὶ Κέλτας. Τοὺς μὲν Ἀκυιτανοὺς τελέως ἐξηλλαγμένους, οὐ τῇ γλώττῃ μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς σώμασιν, ἐμφε-

ρῇς Ἴβηρσι μᾶλλον, ἢ Γαλάταις, τοὺς δὲ λοιποὺς, Γαλαλικὴν μὲν τὴν ὄψιν, ὁμογλώττους δ' οὐ πάντας, ἀλλ' ἐνίους μικρὸν παραλλάττοντας ταῖς γλώτταις. .j. *Sunt qui Gallos trifariam dividunt, in Aquitanos, Belgas, & Celtas, de quibus Aquitani à cæterorum planè differentes, non linguâ modo, sed & corporibus, Hispanis quàm Gallis sunt similiores. Reliqui Gallicâ specie, neque ipsi quidem omnes eodem utuntur sermone, sed aliquid nonnulli habent diversitatis.* Paucisque interjectis ita subdit : Οὕτω δὲ καὶ ὁ θεὸς Καῖσαρ ἐν τοῖς ὑπομνήμασιν εἴρηκεν. .j. *Sic enim etjam divus Cæsar in commentariis tradidit.*

E quibus adverte non tam ipsâ linguâ solitos inter se differre veteres Gallos, quam ejusdem linguæ variâ dialecto. Aquitanorum verò dialectum à cæteris Gallis maximè fuisse diversam, quod quanto illa regio propius ab Hispania abest, tanto quoque illius populi lingua magis accederet ad linguam Hispanorum. Fuerunt verò etjam Hispani Celtæ quod Celtiberorum vocabulo comprobatur, & hi lingua Celtica locuti sunt olim, quæ à gallica veteri & nostrate Flandrica, sola dialecto distabat : de quibus latè Cluverius in sua Germania antiqua. Casaubonus in Strabonem etjam existimat Gallos olim non lingua, sed dialecto tantùm discrepasse, quodque de Græcis dixit Strabo, eos nimirum χεδὸν κατὰ πόλεις ἄλλως ἄλλας διαλέγεσθαι, .j. *ferme per singulas urbes alios aliter pronuntiare*; idipsum de Gallis tam veteribus, quam hodiernis posse prædicari. Quod & in Flandria nostra fieri videmus, aliâ enim dialecto loquuntur Brugenses, aliâ Gandenses, Iprenses, Bergenses, &c. Rursum & amplius adhuc differunt à Flandrica, dialecti : Brabantica, Hollandica, Geldrica, Frisica, &c. Tum alia dialectus est Coloniensis, Aquisgranensis, Spirensis, &c. à Flandrica, Brabantica, Hollandica, &c. quamvis una eademque lingua generali vocabulo Theotisca, quæ & Germanica, hîc inferior, ibi superior nuncupatur. Divus Hieronymus Galatas qui è Gallia profecti, Græciæ partem occupaverunt, locutos fuisse testatur eo sermone quo Trevirenses : *Vnum est*, inquit, *quod inferimus, & promissum in exordio, reddimus, Galatas, excepto sermone græco, quo omnis oriens loquitur, propriam linguam eandem habere, quam Treviros : nec referre si aliqua exinde corruperunt; cùm & Afri Phœnicum linguam nonnullâ ex parte corruperint, & ipsa latinitas, & regionibus quotidie mutetur, & tempore.* Noverat D. Hieronymus linguam Trevirensem, utpote qui de se ipso testatur, quod *in ea urbe adolescens cum Bonoso vixit, & prolixum Hilarii librum de Synodis, propriâ manu ad Florentium descripsit.* Quemadmodum apud Du Chesne loquitur Papyrii Massoni Historia calamitatum Galliæ. Ipsos verò Galatas ne quis ambigat eosdem esse, cum Gallis faciunt loca Strabonis supra producta, & adhuc infra producenda, ubi quotiescumq; latinè dicitur Galli, in græco est Γαλάται. Idem apertè : Τὸ δὲ σύμπαν φῦλον, ὃ νῦν γαλλικόν τε καὶ γαλατικὸν καλοῦσιν, ἀρειμάνιόν τε καὶ θυμικόν ἐστι. .j. *Uni-*

L.5.c.5.6. 7. &c.

Procem.in l.1.comm. epist. ad Galat.

Hist.Fran. t.1.f.91.

.j. *Vniversa autem hæc natio, quæ Gallica, seu Galatica, nunc vocatur, bellicosa est, & ferox.* Trevirensem porrò linguam à Flandrica solâ dialecto distare, patet ex eo, quòd Trevirensem Flander, ac vicissim Flandrum Trevirensis, si advertat, intelligat loquentem. L. 4. f. 195.

Cæterùm, ut ostendam veterum Gallorum antiquam linguam, cum Flandrica nostra, fuisse eandem, hoc mihi servit argumentum: docui libro prodromo superiore cap. XI. Romanos, in subactas à se provincias, linguam suam introduxisse, abolitâ, idque studio quidem, earum linguâ priore. Cap. item XII. demonstravi, id præsertim accidisse in Gallia, quæ Romania vocitata; ut, & introducta in eam lingua, Romana, vulgò *Romance* appellata. At verò nemo inficiabitur Flandriam nostram Galliæ partem esse, qui noverit Galliam ad Rhenum usque protendi: quænam igitur alia ratio promptior adduci potest, cur, in hoc ultimo Galliæ tractu, lingua Theotisca, sive Flandrica perseveret in usu esse, non autem corrupta illa Romana, quemadmodum Tornaci, Insulis, Armentarii, Ariæ, Fano S. Audomari, alijsque Flandriæ (quam proinde gallisantem vocant) urbibus, ac pagis: quàm quia Romani Flandriam nunquam subegêre, atq; adeò, cùm jugum suum non potuerint, perinde quoque linguam suam Flandriæ inquilinis imponere nequiverint? Hoc, citrà dubitationem, aliàs facturi, nihilo minùs quàm cæteris Gallis, si potestatem ejus habuissent.

Firmatur hoc Salustii, antiquissimi illius quidem, & probatissimi scriptoris, auctoritate, è quo Ammianus Marcellinus hæc: Lib. 15. *Omnes Gallias, nisi quæ paludibus inviæ fuêre, ut Salustio docetur authore, post decennales belli mutuas clades, Cæsar societati nostræ fœderibus junxit æternis.* Hæ verò Galliæ, paludibus inviæ, sunt districtus Menapiorum, quos nunquam Cæsar potuit occupare; teste Cassio Dione, auctore Græco, qui de Cæsare sic: Lib. 39. Καὶ μετὰ τοῦτο ἐπί τε Μορινοὺς, καὶ ἐπὶ Μεναπίους, ὁμόρους σφίσιν ὄντας, ἐστράτευσε, προσκαταπλήξειν τε αὐτοὺς ἐκ τῶν προκατειργασμένων καὶ ῥαδίως αἱρήσειν ἐλπίσας. Οὐ μέντοι καὶ ἐχειρώσατό τινας. οὔτε γὰρ πόλεις ἔχοντες, ἀλλ᾽ ἐν καλύβαις διαιτώμενοι, καὶ τὰ τιμιώτατα εἰς τὰ λασιώτατα μετὰ τῶν ἑλῶν ἀνασκευασάμενοι, πολὺ πλείω τοὺς προσμίξαντας σφίσι τῶν Ῥωμαίων ἐκάκωσαν, ἢ αὐτοὶ ἔπαθον ἐπεχείρησε μὲν ὁ Καῖσαρ καὶ ἐς αὐτὰ τὰ ἕλη, τὴν ὕλην τέμνων, προχωρῆσαι. ἀπέστη δὲ διά τε τὸ μέγεθος αὐτῶν, καὶ διὰ τὸ πρὸς χειμῶνα εἶναι, ἀπανέστη. .j. *Post hæc in Morinos, horumq; finitimos Menapios, arma convertit, quos, & his ante gestis terrore se occupaturum, & non magno cum negotio debellaturum arbitrabatur, quamquam nullam earum partem subegit. Quippe cum non in oppidis, sed in tuguriis habitent, in paludes, densissimis sylvis obsitas, omnibus, quæ cara habebant, absconditis, plus damni Romanis lacessentibus intulerunt, quàm ipsi acceperunt. Tentavit quidem Cæsar ad ipsas paludes, sylvâ incisâ, progredi: sed, ob magnitudinem earum, tum quod hyems jam appetebat, re desperatâ, destitit.* Quamvis in Flandria fuisset hic author, eamque præsentibus oculis diligentissimè per-

lustrasset, non potuisset exactius eam, ut antiquitus fuit, descripsisse. Siquidem, à Nerviis, & Atrebatibus venienti occurrunt primò sylvæ ingentes, circa Gandavum, Ipras, Cortracum, Brugas usque; deinde sylvas emensus, obvias habet ingentes olim paludes, ubi nunc districtus Franconatensis, Furnensis, Bergensis, ad Oceanum usque.

Menapios autem ipsissimos esse Flandros, ex eo colligitur, quod Flandra, pro magna parte, posterioribus temporibus, dicta sit, pagus Menapiscus; unde Divæus in suis Galliæ Belgicæ antiquitatibus, tabulam exhibet geographicam, in qua, inter portum Iccium, & Scaldim, scribit hoc modo: *Regio hæc palustris, Romano Imperio inclinante, pagus Menapiscus vocabatur.* Sed, & Adrianus Scrieckius, in primo suo indice Geographico attestatur, in archivis Sancti Petri Casletensis legisse se: *Cassel in pago Menapisco*, prout in tabula mea geographica id notavi dictum castellum Menapiorum, ad distinctionem Ariaci, castelli Morinorum. Iosephus Scaliger in notitia veteris Galliæ, sic scribit: *Pars hodierna Hollandiæ, & Brabantiæ, vel potiùs, secundum Strabonem, ora Flandriæ maritima, sunt veri Menapii, & Menapiscus pagus dicitur, in Capitularius Caroli Magni, pro Flandriæ Comitatu.* Antiquissimis temporibus hi Menapii, id est Flandri, vernaculo loquendi modo, De Menapische, ut hodieque De Geldersche, Duytsche, &c. appellati fuêre: unde Flandria dicta pagus Menapiscus, & contractè Mempiscus. Ita libro priore, ex Capitulariis Caroli Magni, & Ludovici Pii: *De conjurationibus servorum in Flandris, & Mempisco.* Sed, & Menapios dictos pro Flandris, reperimus ævo etjam posteriore. Sigebertus ad annum 882: *Northmanni, adjunctis sibi Danis, Franciam, & Lotharingiam pervagantes, Ambianis, Atrebatis, Corbejam, Cameracum, Taruennam, fines Morinorum, Menapiorum, Brachbantensium, omnemq; circa Scaldim fluvium, terram, monasteria sanctorum Vualarici, & Ricquarii, ferro, & igni devastant.* Rectè inter Morinos, id est Teruanenses, Audomaropolitanos, Armentarienses, & inter Brachbantenses, nunc Brabantos, collocat Menapios, id est Flandros. Clariùs author meus M.S. adhuc ineditus, ad an. 879: *Normanni ultrà mare positi, navali evectione, cum infinita multitudine, mari transito, Taruannam, urbem Morinorum, mediante mense Iulio, igne, & gladio vastaverunt, nemine sibi resistente. Videntes autem initia suorum prosperè accidisse, omnem terram Menapiorum perambulando, ferro, & igne vastant. Post hæc Scaldem fluvium intrant, & omnem Brabantionum terram incendio, & ferro delent.* Archiva Lobiensis Abbatiæ Menapes dixerunt pro Menapiis, ubi de S. Vrsmaro, Aldenburgensium patrono, testibus Molano, & du Chesne: *Se, ad prædicandum Flandriæ, contulit, versus Menapum fines, qui adhuc detinebantur ritu gentis, variis superstitionibus.* Ibidem: *Patrocinaretur, & Flandrensibus, & Menapibus, qui, de diversorum idolorum cultibus revocati,*

Ind. geograph. 1. Menapii.

In voce Menapii.

Lib. 4. c. 7.

In Chron.

Vit. Sanct. Belg. die 18. April. Hist. Frãc. c. 1. f. 688.

vocati, facti sunt una Ecclesiâ Christi. Cæsar, in commentariis, Menapios ponit ultimos Galliarum, ultra Morinos, ubi ait : *Eo fere tempore Cæsar, etsi prope exacta jam æstas erat, tamen, quòd, omni Galliâ pacatâ, Morini, Menapiiq; supererant, qui in armis essent, neque ad eum unquam legatos de pace misissent, arbitratus id bellum celeriter confici posse, eò exercitum adduxit. Qui longè aliâ ratione, ac reliqui Galli, bellum gerere cœperunt. Nam quòd intelligebant maximas nationes, quæ prælio contendissent, pulsas superatasq; esse, continentesque sylvas ac paludes habebant, eò se suaq; contulerunt.* Idem alibi : *Reliquum exercitum Q. Titurio Sabino, & L. Auruncùleio Cottæ, legatis, in Menapios, atque in eos pagos Morinorum, ab quibus ad eum legati non venerant, ducendum dedit.* Et sub finem ejusdem libri : *Cæsar, postero die, T. Labienum, legatum, cum his legionibus, quas ex Britannia reduxerat, in Morinos, qui rebellionem fecerant, misit. Qui cum, propter siccitates paludum, quò se reciperent, non haberent, quo perfugio superiore anno fuerant usi, omnes fere in potestatem Labieni venerunt. At Q. Titurius, & L. Cotta, legati, qui in Menapiorum fines legiones duxerant, omnibus agris vastatis, frumentis succisis, ædificiisq; incensis, quòd Menapii se in densissimas sylvas abdiderant, ad Cæsarem se receperunt.* Tametsi Cæsar dicat, postea pacem cum iis factam, eisque Comium, Atrebatem Belgam, custodis loco, relictum : cùm ipse Comius postea rebellârit, ipso Cæsare teste, nunquam, ut supra Dio asseruit, Menapii planè debellati fuerunt ; qui, præter sylvas suas & paludes, habebant insuper insulas, ubi, etjam aridissimâ æstate, à Romanis erant omnino immunes. Earum quoque insularum Cæsar meminit, hac ratione : *Qui proximi Oceano fuerunt, in Insulis sese occultaverunt, quas æstus efficere consuevit.* Zelandicas eum insulas intelligere, facile est videre : & quidem ex illa consuetudine colligo Zelandiæ partes, initio quidem insulas fuisse, Oceano accedente, atque æstuaria sua inundante : eodemque refluente, rursus fuisse continentem. Eædem illæ sunt insulæ de quibus agit Cæsar, ostia Rheni describens : *Vbi Oceano appropinquavit, in plures diffluit partes, multis ingentibusq; insulis effectis, quarum pars magna à feris barbarisq; nationibus incolitur* &c. Ad hasce nationes nunquam Cæsarem penetrasse nemo non fatetur. In hunc Cæsaris locum, ita scribit Glareanus : *Videtur*, inquit, *Zelandiæ insulas designare, quæ hodie sunt è regione Flandriæ, ostiorum Rheni, & Hollandiæ.* Item Cluverius : *Insulas Zelandicas, hisq; proximas Hollandicas, ipsiusque Hollandiæ, Geldriæque partes intelligi haud obscurum est ; multas enim ingentesque insulas ait Rhenum efficere, quæ nullæ aliæ esse possunt.* Quòd verò hæ insulæ Rheno attributæ sint, factum ideo quia, Cæsaris ævo, solus in Oceanum se ingurgitabat Rhenus ; non autem Scaldis, neque Mosa, nisi Vahalis nomine, vel potiùs Vahalis, nomine Mosæ, *Ejusque* (ut infra Tacitus) *immenso ore*. Scaldis enim, qui nunc videtur efficere Zelandicas insulas, ætate Cæsaris, in Mosam influebat ; ita enim ille :

[Margin notes: Bell. Gall. lib. 3. — Lib. 6. — Lib. 7. — Lib. 6. — Lib. 4. — Not. in Cæs. — Germ. antiq. lib. 4. cap. 29. — Annal. l. 11 — Lib. 6.]

le : *Ipse cum reliquis tribus ad flumen Scaldim, quod influit in Mosam, extremasq́ Arduennæ partes ire constituit.* Mosa verò se exo-
Lib. 4. nerat in Vahalim, qui Rheni pars est; eodem teste : *Mosa*, inquit, *profluit ex monte Vosego, qui est in finibus Lingonum, & parte quadam Rheni receptâ, quæ appellatur Vahalis, insulam efficit Batavorum.*
Annal. l. 11 Tacitus : *Rhenus, uno alveo continuus, haud modicas insulas circumveniens, apud principium agri Batavi, velut in duos amnes dividitur; servatq́ nomen & violentiam cursus, quà Germaniam prævehitur, donec Oceano misceatur : ad Gallicam ripam lætior ac placidior affluens, verso cognomine, Vahalim accolæ dicunt. Mox id quoque vocabulum mutat, Mosa flumine, ejusq́ immenso ore eundem in Oceanum effunditur.* Servius, commentator Virgilii, in eum locum, ubi Morinis adjungit Rhenum :

Æneid. l. 8. *Extremiq́ hominum Morini, Rhenusq́ bicornis.*

Sic scribit : *Rhenus, fluvius Galliæ, qui Germaniam à Gallia dividit; Bicornis autem, quia per duos fluit alveos, per unum, quà Romanum Imperium est, per alterum qua interluit Barbaros, ubi Wahal dicitur, & facit insulam Batavorum.*

É locis, ex Cæsare, Dione, aliisque nunc depromptis, liquidò apparet, post Morinos, in extrema Gallia, fuisse Menapios, ipsis Morinis ulteriores; quia verò hi Menapii, nunc Flandri, Romanorum imperium non subiverunt, neq; linguam eorum admiserunt, ideo in orbe Romano non censebantur : ut neque ii qui in insulis Zelandicis habitârunt, sed Barbarorum vocabulo nuncupabantur. Ac proinde Morini, non Menapii, Virgilio, qui post Cæsarem scripsit, sub Augusto, dicuntur hominum extremi. Hominum videlicet Romanorum, & qui erant in orbe Romano, de quibus etjam actum est libro superiore cap. 11.

Quia verò Scaldis, vel in Mosam, Cæsaris tempore, fluebat, uti dictum est; vel potiùs, quia, ut Zelandia, ita ostium Scaldis in Zelandia, ignorabatur; ipse verò Mosa in Vahalim se exonerabat, qui Rheni pars erat : accidit ut Morinis, tanquam postremis Romanorum in Gallia, Rhenum conjunxerint, qui terminus erat Romani Imperii in Gallia. Quod & cæteri scriptores fecerunt, sub primis Imperatoribus : unde in summos errores prolapsi fuerunt. Nam, quia Cæsar scripserat : è portu Morinorum facillimum esse in Britanniam trajectum, & Britanniæ littora à Morinis, videlicet Bononiensibus, Caletensibusque, conspici posse; asseruerunt, Britanniam esse oppositam ostiis Rheni. Unde Dionysius Alexandrinus; de situ orbis :

Ἄλλαι δ᾽ ὠκεανοῖο παρὰ Βορεώτιδες ἀκτὰς
Δισσαὶ νῆσοι ἔασι Βρετάννιδες ἄντια Ῥήνου.

Quod ita vertit Andreas Papius, Gandavensis :

Tum geminæ Boreas tenuere Britannides actas,
Insulæ Oceano in magno, Rheni ostia contra.

Ampliùs, tradit Strabo, qui sub Tiberio vixit, à Rheni ostiis conspici

ſpici Cantium, Britanniæ regionem, ex adverſo Galliæ : Ἐγκυκλοῦνται μὲν δή τινα χῶραν ταῖς σκολιότησι, καὶ οὗτος καὶ ὁ Σηκουάνας, οὐ τοσαύτην· ἀμφότεροι δὲ ῥέουσιν ἐπὶ τὰς ἄρκτους, ἀπὸ τῶν νοτίων μερῶν. Πρόκειται δὲ αὐτῶν ἡ Βρεττανική, τοῦ μὲν Ῥήνου καὶ ἐγγύθεν, ὥστε καθορᾶσθαι τὸ Κάντιον, ὅπερ ἐστὶ τὸ ἑῷον ἄκρον τῆς νήσου. Id eſt : *Flexibus quidem ſuis aliquid regionis Rhenus includit, ut & Sequana, ſed non tantundem : uterq; à meridie verſus ſeptemtrionem fluit. Et eſt eorum oſtiis objecta Britannia, Rheno vicinior, ita ut Cantium, quod eſt orientale inſulæ promontorium, apud oſtia ejus cerni poſſit.* Item : Αὕτη δὲ καὶ ἡ Βρετανικὴ τὸ μῆκος ἴση πώς ἐστι τῇ Κελτικῇ παρεκτεταμένη τῶν πεντάκις χιλίων, οὐ μείζων, σταδίων, καὶ τοῖς ἄκροις ἀντικειμένοις ἀφοριζομένη. Ἀντίκειται γὰρ ἀλλήλοις, τά τε ἑῷα ἄκρα τοῖς ἑῴοις, καὶ τά γε ἑῷα ἐγγύς, ἀλλήλων ἐστὶ μέχρις ἐπόψεως· τό τε Κάντιον καὶ αἱ τοῦ Ῥήνου ἐκβολαί. Id eſt : *Et ipſa Bretanica longitudine ferè æqualis eſt Celticæ, juxta porrectæ non amplius* IↃↃ. *ſtadiorum, atque extremitatibus oppoſitæ regionis definitur. Opponuntur enim invicem, orientales orientalibus, & occiduæ occidentalibus : adeoque orientales propinquæ invicem ſunt, ita ut altera ab altera conſpici poſſit : Cantium, inquam, & Rheni oſtia.* Item ubi de tribus Britanniæ lateribus : Καὶ ἀπὸ τοῦ Καντίου τοῦ κατ' ἀντικρὺ τῶν ἐκβολῶν τοῦ Ῥήνου ἑωθινωτάτου σημείου τῆς Βρεττανικῆς. .j. *A Cantio, quod punctum Britanniæ maximè Orientale eſt, Rheni oſtiis oppoſitum.* Dio, qui, Cæſarem ſecutus, inſulas Zelandicas Rheno etjam adſcribit, ultimos Galliarum vocat, non Morinos, ſed Menapios; hoc modo : Τελευταῖοι δὲ Μενάπιοι τῶν ἐκβολῶν ἀφ' ἑκάτερα τοῦ ποταμοῦ κατοικοῦντες ἕλη καὶ δρυμούς. .j. *Vltimi ſunt Menapii, ex utroq; latere oſtiorum fluminis Rheni, paludes accolentes atque ſaltus.*

Geogr. l. 4.

Lib. 1.

Lib. 1.

Poſt tempora Tiberii, ac imprimis Druſi, qui Germanos quamplurimos, ultra Rhenum, devicit, atque Britanniam tenuit, & *per Rheni ripam*, ut ſcribit Florus, *quinquaginta ampliùs caſtella direxit*, Menapiorum, id eſt Flandrorum, regio, & Scaldis fluvius, & Zelandicæ inſulæ, magis innotuêre Romanis. Vnde Plinius : *A Scalde ad Sequanam Belgica.* Item : *A Scalde extera colunt Toxandri, variis nominibus, deinde Menapii, Morini.* Extera, atq; omnium extrema Galliæ loca, à Scalde verſus Oceanum, qui incolebant, populos vocat Toxandros : generali quidem vocabulo, ut nunc Zelandos vocamus, ſed inter quos eſſent variis nominibus appellati populi; ut hodie ſub eis ſunt Walachrenſes, Bevelandi, Wolferdykani, Duvelandi, Scaldenſes, &c. Cluverius : *Toxandri ſunt Plinio populi, qui nunc Zelandi.* Zelandos excipiunt, ad Oceani littus, Menapii, id eſt Flandri, deinde Morini .j. Grevelingani, Audomarenſes, Teruanenſes, Armentarii. Idem Plin: *Totum hoc mare, ad Scaldim uſq; fluvium, Germanicæ incolunt gentes, haud explicabili menſurâ.* Germanicas vocat gentes, non ob loci ſitum, jam enim antea oſtenſum eſt Germaniam incipere tantùm ab altera Rheni parte, quæ barbara cenſebatur; Unde & Claudianus:

Lib. 4. cap. ult.

L. 4. c. 17.

L. 2. c. 29.

L. 4. c. 15.

O! quoties doluit Rhenus, quà barbarus ibat,
Quod te non geminis frueretur judice ripis!

Lib. 7. Et Strabo : Εὐθὺς τὰ πέραν τοῦ Ῥήνου, μετὰ τοὺς Κελτικούς, πρὸς τὴν ἕω κεκλιμένα, Γερμανοὶ νέμονται. .i. *Protinus trans Rhenum, post Gallicas nationes, in orientem versus sita, Germani colunt.* Ptolomeus : Τῆς Γερμανίας, τὴν μὲν δυσμικὴν πλευρὰν ἀφορίζει ὁ Ῥῆνος ποταμός. .i. *Germaniæ occidentale latus terminat Rhenus amnis.* Itaq; non aliunde credendum, Scaldis accolas, Germanos dictos, quàm ob linguam : quòd, in Gallia cum essent, Germanicâ tamen, seu Theotiscâ linguâ uterentur, eademq; libertate fruerentur, cum Germanis, qui nunquam jugum Romanorum, ut neque linguam eorum, suscepêre. Hinc Tacitus, in Germania antiqua : *Regno Arsacis acrior est Germanorum libertas* &c. *proximis temporibus triumphati magis, quàm victi sunt.* Innuit Tacitus, triumphos, quos Tiberius, & Drusus de subacta Germania egerunt; quam si debellassent, frustra tot castellis Rheni ripam, adversus Germanos, munivissent. Hinc etjam Florus, loco supra tacto : *Germaniam quoque utinam vincere tanti non putasset! magis turpiter amissa est, quàm gloriosè acquisita* &c. Procopius, qui, more Græcorum authorum, quos citavimus, Zelandicas Insulas, & vicinas paludes etjam Rheno attribuit, Germanos quoque earum incolas appellat : Ῥῆνος δὲ, ἐς τὸν ὠκεανὸν, τὰς ἐκβολὰς ποιεῖται, λίμναι τε ἐνταῦθα, οὗ δὴ Γερμανοὶ τὸ παλαιὸν ᾤκηντο, βάρβαρον ἔθνος, οὐ πολλοῦ λόγου τὸ κατ' ἀρχὰς ἄξιον, οἳ νῦν Φράγγοι καλοῦνται. .i. *Rhenus in Oceanum effluit, paludesq; his in locis haud paucæ, ubi antiquitus Germani, gens barbara, colebant, haud magni ab initio momenti, qui nunc Franci dicuntur.* Ob libertatem, scilicet, & linguam patriam, semper assertas, Flandri, Zelandi, viciniq;, in Gallia, populi, cis Rhenum, ab initio sese Francos, id est liberos, appellitârunt: illudque nomen aliis populis, ultra & cis Rhenum, paulatim communicârunt; à quibus Francorum monarchia sumpsit exordium, ut postea, capite 7. & 8. latiùs ostendemus; contenti hîc addidisse id, quod Ammianus Marcellinus adfert, de Cæsare Iuliano : *Quibus paratis, petit primos omnium Francos, eos videlicet, quos consuetudo Salios appellavit, ausos olim, in Romano solo, apud Toxandriam locum, habitacula sibi figere prælicenter.* Et mox : *Occurrit legatio prædictorum* &c. *pacem sub hac lege prætendens, ut, quiescentes eos in suis, nec lacesseret quispiam, nec vexaret.*

(Margin notes: In descr. Germ. — beside Ptolomeus; Rer. Gotic. l. 1. — beside Procopius; Lib. 17. — beside Ammianus Marcellinus.)

Notanda hîc primorum Francorum Regio eadem quæ Menapiorum, sive Flandrorum, videlicet in *Romano solo*, id est in Gallia, quam universam sibi attribuerunt Romani, ad Rhenum usq;, Galliæ simul & Imperii Romani terminum; cujus alteram ripam Romanam, alteram Barbaram appellabant; ut supra satis est demonstratum. *Apud Toxandriam,* id est, Brabantiam, cui Flandria vicina est, solo Scalde fluvio intercurrente. Rectè verò dicuntur *habitacula sibi fixisse,* quia, à temporibus Iulii Cæsaris, usq; ad tempora Iuliani, per annos quadringentos, fixè ibidem se continuerunt. *Prælicenter,* inquit, tot videlicet undique circumfrementibus Romanorum agminibus, in Morinis, Nerviis,

Advaticis,

Advaticis, Batavis; in quorum medio permanserunt, nunquam devicti, saltem tolerati, quemadmodum dicuntur *quiescentes tamquam in suis*, de quibus mox plura cap. 6. Brito, qui scripsit sub Philippo Augusto, Rege Francorum, circa Christi annum 1200. tradit apertè, Flandriam, ob paludes & fossas, Romanis fuisse inaccessam, ideoque nunquam ab iis victam, tributisve oneratam:

Flandria gens, opibus variis & rebus abundans &c. L.2.f.245.
Fossatisq; vias ita præpedientibus, ut vix
Introitus pateat venientibus hostibus, extra
Tuta satis.

Item: *Quaque marescosos extendit Flandria campos,* L.9.f.344.
Quà sola Furnus arat, finibus vicina marinis,
Quaque ruinosos ostendit Belga penates:
Nervius armipotens ubi bella frequentia gessit:
Quem nunquam sibi prævaluit Romana potestas
Subjicere omnino, certisve ligare tributis.

Nervium vocat Flandrum Brito; quia jam dudum, sub Regibus Francorum Christianis, Flandria, reddita Christiana, fuerat subjecta Episcopo Nerviorum.j. Tornacensium, cujus districtus pertinebat ad oram maritimam. cum ante ad Legiam tantum attigerit tractus Romanorum Nervicanus. Sed, & in Flandris, atque Menapiis olim fuêre Nerviorum clientes, de quibus Iulius Cæsar, ita: *Facile hac occasione* (Ambiorix) *Nerviis persuadet. Itaq; confestim, dimissis nuntiis ad Centrones, Grudios, Levacos, Pleumosios, Gordunos, qui omnes sub eorum imperio sunt, quàm maximas manus possunt, cogunt; & de improviso ad Ciceronis hiberna advolant.* Item: *Nervii vallo pedum XI. & fossâ pedum XV. hiberna cingunt.* Item: *Hominum multitudo cognosci potuit, nam minùs horis tribus, millium passuum XV. in circuitu, munitionem perfecerunt.* Item: *Cæsar, omnibus partibus eruptione factâ, equitatuque emisso, celeriter hostes dat in fugam, sic ut omnino, pugnandi causâ, resisteret nemo, magnumque ex his numerum occidit, atque omnes armis exuit; longiùs prosequi veritus, quòd sylvæ paludesq; intercedebant.* Comm. 4. de bell. Gall.

Centrones, qui primo hîc loco recensentur, Marchantio, Goropio Becano, Marliano, aliis, creduntur esse Cortracenses; tùm quòd Tornacensibus maximè vicini, tùm quòd nomen non admodum abludat: ii, in Notitia dignitatum, Cortoriacenses vocantur. *Grudii*, Brugenses sunt, aliique ad Oceanum usque, Slusam versus, ubi hodieque regio, Groede dicta; sed & olim illustrem familiam Gruuthusiorum quidam volunt hinc cognominatam, quæ & Brugensis appellatur. *Levaci* creduntur dicti tùm, qui nunc Bocholtani, Axelani, Hulstàni, &c. *Gorduni*, Gandenses. *Pleumosii*, Iprenses, Dixmudani, &c. De quibus alibi plura. Not.Occ. cap.27.

Hos Cæsar, tum quidem insequi veritus, nunquam deinde insecutus est, neq; post eum, Romanorum alius quisquam; adeò ut ne nominum quidem scriptor ullus meminerit. Vnde rectè

Brito

Brito suprà post Salustium, Ammianum, Dionem, aliosque.

Nervius armipotens &c.
Quem numquam sibi prævaluit Romana potestas
Subjicere &c.

Quod in Nervios Tornacenses, & Bavacenses, nullo modo quadrat, quos jugum æquè ac linguam Romanorum subivisse, jam inde à Cæsaris tempore, compertum habemus; sed in eorum olim clientes, eamq; Nerviorum partem, quæ oceano vicina, paludibus suis atque insulis tuta, clientelâ istâ se exuit, atq; inito fœdere cum Augusto, libera declarata est, limitibus Romanorum ad Legiam constitutis; ut ex Itinerariis Romanorum clarè probabimus capite decimo nono. Neque existimandus Plinius, L.4.c.17. alios, quam hosce, *Nervios liberos*, intellexisse.

CAP. II.

Exemplis docetur veterem Gallorum linguam eandem fuisse cum Flandrica.

Comm. 6. de bello Gall. AMbacti veteribus Gallis dicti sunt, Equitum clientes. Cæsar: *In omni Gallia, eorum hominum, qui aliquo sunt numero, atq; honore, genera sunt duo &c. De his duobus generibus alterum est Druidum, alterum est Equitum. Illi rebus Divinis intersunt &c.* Et paulo post de Equitibus: *Ii cum est usus* &c. *Omnes in bello versantur, atq; eorum, ut quisque est genere, copiisq;, amplissimus, ita plurimos circa se ambactos, clientesq; habet.* Vtroque in una significatione utitur Cæsar, neque enim aliud fuit *Ambactus* Gallis, quam qui in fide alterius est, quemque ut patronum colit, & à quo cum opus est, debet defendi. Sic Grudii, Gorduni, &c. dicti Nerviorum clientes. Postea cum in Galliam à se devictam Romani linguam suam invexere, nostratibus, vicinisque liberis populis, remansit *Ambachtum* pro clientum districtu, ut Oudzeel-Ambacht, Oostkerck-Ambacht, &c. quibus qui præessent, etjamnum *Equites*, vulgo totâ Terrâ Francâ Berijders pro veteri more, solent appellari. Reliquâ Galliâ, quæ linguam Romanam amplecti coacta est, ea vox exolevit. Sed & Ambachten dicta territoria castris assignata, à quibus protegerentur, quæq; vicissim protegerent, ut Vuern-ambacht, Bergh-ambacht, Burburg-ambacht, à castris Furna, Berga, &c. Sic & Brugh-ambacht, Terra Franca, à vetustissimo castro Brug. de quo vide plura cap. 25.

Sagus aut *Sagum* quoq; Gallis dictum fuit tegumentum è lana, sive operimentum quadratum, aut quadragulum, nobis hodie etjam sage. Varro de lingua latina: *Quidquid insternebant, à sternendo, stragulum appellabant; quibus operiebantur, operimenta, o-*

percula

percula & pallia dixerunt. In his multa peregrina, ut sagum, rheno, Gallica; gaunacum majus sagum, & amphimallon græca. Isidorus : *Sagum autem Gallicum nomen est, dictum autem sagum quadrum, eo quod apud eos primum quadratus vel quadruplex* (quadrangulus) *esset.* L.19.c.24. Varro, Virgula divina apud Nonium : *Cum neq; aptam mollis humeris fibulam sagus ferret.* Afranius etjam masculinè : *Sagos quadratos,* dixit. C.3.&14. Suetonius in Othone : *Ferebatur & vagari noctibus solitus, & invalidum quemq; obviorum, vel potulentum corripere, ac distento sago impositum in sublime jactare.* Cap. 2. Uti videlicet etjamnum hodie pueri operimentis quadratis canes in sublime jactant. Plinius de visco agens : *Sacerdos, candidâ veste cultus, arborem scandit, falce demetit, candido id excipitur sago.* L.5. c.ult. Erat itaque sagus aut sagum, lecti, aut mensæ operimentum, cum opus esset; eo etjam quicquid tradebatur, excipi poterat, & efferri : tum etjam chlamidis loco erat, quando fibulâ ad collum aut humeros colligabatur; aut, si fibula abesset, etjam spinâ. Sic enim Tacitus : *Tegumen omnibus sagum, fibulâ, aut si desit, spinâ consertum.* De morib. Germ. Diodorus Siculus, de Germanis & Gallis : ἐπιπορπῶνται σάγους ῥαβδωτούς, ἐν μὲν τοῖς χειμῶσι δασεῖς, κατὰ δὲ τὸ θέρος, ψιλούς. .j. *Saga fibulis subnectunt virgata, per hyemen densa, æstate tenuia.* Lib.5. Cæsar de bello Gallico, ubi de Nerviis agit, hiberna Ciceronis fossâ cingentibus : *Gladiis cespitem circumcidere, manibus, sagulisq; terram exhaurire cogebantur.* Lib.5. Ita Silius Italicus :

——— *humeris imponit honorem*
Fulgentis saguli.

Tacitus de Batavorum lintribus : *Captæ lintres sagulis versicoloribus, haud indecorè, pro velis, juvabantur.* Lib.5. Livius de bello punico libro primo : *Multi sæpe militari sagulo opertum, humi jacentem, inter custodias stationesque militum, conspexerunt.* Lib. 1. Nam & Romani, ob commoditatem, sago usi peregrè, militiæque; unde sagum pro bello, toga pro pace, per metaphoram, accipiebatur. Cicero : *Equidem, Patres conscripti, quamquam hoc honore usi, togati esse solent, cum est in sagis civitas.* Philipp.8. A sago *sagatus*, & à sagulo *sagulatus* dicitur, qui ejusmodi operimento est indutus. Cicero : *Galli sagati, bracchatique.* Pro Fonteio. Martialis :

Te Cadmeja Tyros, me pinguis Gallia vestit, Lib.6.
Vis te purpureum, Marce, sagatus amem.

Sagaria negotiatio, apud Ulpianum, ff de tributaria actione, exercitium est vendendi talia operimenta, ut & lintearia negotiatio, vendendi linteamina : *Duas negotiationes exercebat, puta sagariam, & lintearíam.* L. Procuratores. Σάγος & σάγον etjam græcis in usu fuit; unde σαγοφορέω sagum fere. Strabo de Belgis : Σαγοφοροῦσι δὲ καὶ κομοτροφοῦσι. .j. *Saga ferunt, & comam nutriunt* &c. Lib.4. Item de eisdem : ἡ δ' ἐρέα τραχεῖα μέν, μακρόμαλλος δέ, ἀφ' ἧς τοὺς δασεῖς σάγους ἐξυφαίνουσιν. .j. *Lana eorum aspera quidem est, sed admodum villosa, ex qua densa saga contexunt.* Ibidem.

Cucullus,

Cucullus, haud dubiè Gallica etjam vox, pro tegumento capitis, fuit; addebant id Galli sagis suis, ut caput unà operirent. Vnde Columellæ saga cucullata: *Cultam*, inquit, *vestitamque familiam utiliter magis habeat, quàm delicatè, id est, munitam diligenter à frigoribus & imbribus, quæ utraque prohibentur optimè pellibus manicatis, centonibus confectis, & sagis cucullatis, idq; si fiat, omnis hyemalis dies in opere tolerari posit.* Martialis cuculli formam exprimit, dum de libro suo ita canit:

L.11.c.1.

Lib. 3.

Vel thuris, piperisque sis cucullus.

Id tegumenti hodie nobis etjamnum cugel/ gugel/ cobel/ appellatur.

Fol. 11. lin. 1.

Rheno item apud Varronem, loco citato, vox Gallica dicitur, estque corporis tegumentum pelliceum, à Gallorum vulgo præsertim usitatum; nam, ut ait Pomponius Mela de Africæ quibusdam populis: *Primores, sagis velantur; vulgus, bestiarum pecudumque pellibus*, idem contigit Gallis, item Germanis. Cæsar in belli Gallici commentariis de Germanis: *In eam se consuetudinem adduxerunt, ut, locis frigidissimis, neque vestitus præter pelles habeant quidquam (quarum, propter exiguitatem magna est corporis pars aperta) & laventur in fluminibus.* Item de iisdem: *Intra annum vigesimum feminæ notitiam habuisse, in turpissimis habent rebus, cujus rei nulla est occultatio, quòd & promiscuè in fluminibus perluuntur, & pellibus, aut parvis rhenonum tegumentis utuntur, magnâ corporis parte nudâ.* Cornelius Tacitus postquam dixit: *Tegumen omnibus sagum*; mox adjungit: *Gerunt & ferarum pelles.* Isidorus: *Rhenones sunt velamenta humerorum & pectoris, usq; ad umbilicum, atq; intortis villis adeo hispida, ut imbres respuant, quos vulgò reptos vocant, eo quod longitudo villarum quasi reptat, de quibus Salustius: Germani intectum Rhenonibus corpus tegunt. Dicti autem rhenones à Rheno, Germaniæ flumine, ubi iis frequenter utuntur.* Iosephus Scaliger in Varronem ad vocem: *Rheno: Ita vocant Galli pelles aut exuvias pecudum. Cæsar lib. 6. item Sallustius apud Servium, & Fl. Sosipatrum; id videntur accepisse à Græcis, qui ῥῆνας τὰ μῆλα vocant; nam & ipsi Galli aliquando græcè locuti sunt, ut volunt quidam.* Robertus Stephanus: *Rheno διφθέρα, vestis pellicea, præcipuè ovilla, ad usum hominum redacta, ab ovibus nomen habet, quas græci ῥῆνας appellant. ῥὴν ῥηνὸς ovis græcis est.* At nullo modo credendum Gallos atque Germanos, homines, feros & barbaros, agninâ sive ovinâ pelle usos, neque ullibi rheno, pro pelle ovinâ, reperitur; multo minùs etymologia vocis gallicæ à græco petenda; quod si ita fuisset, Varronem non latuisset, virum in græca æquè, ac latina lingua versatissimum. Quia vero gallicæ germanicæque linguarum ignarus fuit, ejus, ut barbaræ vocis etymum omisit, ut & alterius vocis *sagum*; quapropter ex gallica seu nostrate lingua nominis ratio indaganda. Iosephus Scaliger rectè vocavit exuvias pecudum rhenones, non tamen ovinas, sed bovinas aut taurinas dicere oportebat;

Lib. 6.

Ibidem.

De morib. Germ.

L.19.c.23.

Lib. 4.

In thes. ling. latin.

tebat; id nostratibus est Ren sive Rend. Kilianus: Rend Fland. .j. Rund bos; hinc rend-vleesch/ caro bubula. Quia verò illa vestis rheno, seu reno, universum corpus non contingebat, præsertim non partem anteriorem, ideo Salustius dixit: *Intectum rhenonibus corpus tegunt.* Ut Cæsar: *Magnâ corporis parte nudâ.* Præcipuè cum non integras caperent pelles, sed humeris tantùm & pectori accomodatas, ut nimirum expeditiores essent; quæ parva rhenonum tegumenta Cæsar appellavit, sic & saga & sagula superiùs. Cum verò Galli boum, taurorum, & ferarum pellibus, pro tegumento, utebantur; ad terrorem caput etjam, cum cornibus pecoris, aut feræ, capiti suo imponebant, ut videre est apud Cluverium in Germania antiqua; aliarum videlicet gentium more; ita enim Hercules pingi solet cum exuviis leonis. Silius Italicus de Terone Herculis sacerdote: In etymol. Fig.18.26. Lib.2.bel. Pun.

Exuviæ capiti impositæ, tegmenque leonis
Terribilem attollunt excelso vertice rictum.

Sic est in Commodi Imperatoris numismatibus, qui se Herculem dici affectabat. Statius quoque de Arcadibus: Theb. l.4.

Ille Lycaoniæ rictu caput asperat ursæ.

Virgilius de Orphito: Lib.11. Æneid.

Cui pellis latos humeros erepta juvenco
Pugnatori operit, caput ingens oris hiatus,
Et malæ texere lupi, cum dentibus albis.

Claudianus item de Baccho: Lib.1. de rapt. proserp.

——————— *lætusq; simul procedit Iacchus,*
Crinali florens hedera, quæ Parthica velat
Tigris, & auratos in nodum colligit ungues.

Carrus, & *Carrum*, Cæsari dicitur vehiculum Gallorum, atque Germanorum, quod nunc carre appellamus, de bello Gallico: *Omnemque aciem suam rhedis & carris circumdederunt.* Item: *Pro vallo carros objecerant, & è loco superiore in nostros venientes, tela conjiciebant, & nonnulli inter carros, rotasq;, mataras ac tragulas subjiciebant.* Hirtius, Cæsaris continuator, de bello item Gallico: *Magna multitudo carrorum etjam expeditos sequi Gallos consuevit.* Ineptè Isidorus: *Carrum à cardine rotarum dictum, unde & currus dicti, quod rotas habere videntur.* Cum & currus vehiculum sit Romanis, nisi Cæsar gallicam vocem exprimere voluisset, non dixisset *carrus*. Frustra vocis peregrinæ etymologia è græco quæretur. Equidem arbitror per fictionem nominis vocabulum esse factum, à stridore nimirum; Kilian: Karren/ exponit stridere, strepere, gemere; & quidam propriè de plaustro vel curru; sic enim idem Kilianus: Karrende waghen/ plaustrum stridulum. Ut Virgilius: Com.1. Ibid. Com.8. L.20.c.12. In etym. Georg.l.3.

——————— *montesque per altos*
Contentâ cervice trahunt stridentia plaustra.

Ibid. Idem :

——— lituosque pati, tractuque gementem
Ferre rotam.

Eò facit, quod idem vehiculum, in omni pœnè lingua Celtica eodem nomine vocetur. Germanicè karren. Gallicè *Char*, *chariot*, *charette*. Italicè *carro*, *carretta*. Hispanicè *Carro*. Anglicè *Carre*. *Carruca* autem diminutivè dici videtur à carro; itemque à carrus est *carropera*, & *carricare* in capitulis Caroli Calvi, quæ vide infra in voce marga.

Rheda, eodem modo gallica vox est, qua supra Cæsar est usus. Nonius : *Rheda, vehiculum. Varro epistola ad Varronem : quod si tuam heri rhedam non habuissem, varices haberem.* Idem : *Rhedam pro curru Varro marcipore dixit. Dixe Regi Medeam advectam per aëra in rhedâ anguibus.* Cicero : *Hanc epistolam dictavi sedens in rheda, quum in castra proficiscerer, à quibus aberam bidui.* Quintilianus : *Plurima Gallica valuerunt, ut rheda.* Non aliunde hæc vox quàm à nostro riden/ quod in imperfecto & perfecto characteristicam habet e. ick rede/ vehebar; ick hebbe ghereden/ vectus fui. Kilianus : Rede/ Sax. Sicamb. .j. waghe-span/ sufflamen, instrumentum ligneum quo currus in proclivi sistuntur. Nec aliunde Eporedia urbs Plinio Gallica transpadana, corruptè nunc juvrea. Plinius : *Oppidum Eporhedia, Sibyllinis libris à Po. Ro. condi jussum; Eporedicas enim Galli bonos equorum domitores vocant.* Quales nobis berijders vocantur, quod est à berijden; Kilianus reddit, perequitare, equitare; wel bereden .j. equitandi peritus.

Cap. 2. | Cap. 6. | Ad Att. l. 5 | Lib. 1. instit. cap. 9. | L. 3. c. 17.

Benna item est vehiculum Gallicum. Festus : *Benna lingua Gallica genus vehiculi appellatur, unde vocantur combennones in eadem benna sedentes.* Hodie etjamnum Hollandi, Frisii, Germani, vehiculum duarum rotarum benne vocant.

Bulga quoque pro sacculo gallicum est. Festus : *Bulgas galli sacculos scorteos appellant*, .j. coreaceos. Vetus gallicum fuit bulge aut bolge/ unde hodie mansit in Gallia *bougette*, pro *bolgette*. Germani etjamnum hujusmodi saccos bulgen vocant, nos buydel.

Cap. 1. Nonius : *Bulga est folliculus omnis, quam, & crumenam veteres appellarunt, & est sacculus ad brachium pendens.* Lucil. sat. l. 6:

Cui neque jumentum est, nec servus, nec comes ullus,
Bulgam, & quidquid habet nummorum secum habet ipse;
Cum bulga cœnat, dormit, lavit, omnis in una
Spes hominis bulga, hac devincta est cætera vita.

Sylvæducensibus eorumque vicinis, buydel/ propriè etjam bursa dicitur; itemque pera coreacea, quam iter facientes brachio inserunt.

Lancea, gallicum item, & germanicum vocabulum est. Diodorus, de Gallis & Germanis : Προβάλλονται δὲ λόγχας, ἃς ἐκεῖνοι λαγκίας καλοῦσι, πηχυαίας τῷ μήκει τοῦ σιδήρου, καὶ ἔτι μείζω τὰ ἐπιθήματα ἐχούσας, πλάτει δὲ βραχὺ λειπούσας διπλαίστων. .j. *Hastas jaciunt, lancias illis dictas,*

quarum

quarum ferrum longitudine cubitum æquat, vel etjam superat, si additamenta adsint; latitudo à gemino palmo haud multum abest. Nonius: *Lancea. Sisenn. hist. l. 3. Gallia materibus, Suevi lanceis configunt. Idem lib. 4. Alii materibus aut lanceis tamen medium perturbant agmen.* Isidorus: *Lancea est hasta amentum habens in medio; dicta autem lancea, quia æquâ lance .i. æquali amento, ponderata vibratur.* Festus: *Lancea à græco dicta, quam illi λογχὴν vocant.* Neq; ex Græcia, neque ex Latio petendum etymum huic vocabulo, quod purum putum est gallicum, aut germanicum, lancie/ lansse; à quo galli nunc *lance.* Hispani *lança.* Itali *lancia.* Angli *launce.* Latini *lancea;* quâ voce utitur Martialis: Cap. 18. L. 7. c. 6.

Nec volet excussâ, lancea torta, manu.

Item Vegetius: *Hi equis prætercurrentibus ad latiores lanceas, vel majora spicula, belluas occidebant.* Sidonius *Lanceis uncatis, securibusq; missilibus dextræ refertæ.* Gellius, ex Varrone, vult Hispanicam esse vocem, quod non est mirum, cùm vetus Hispanica, ut ante dictum, Celtica fuerit. A lancea est *lancearius,* doryphorus: *Nobis* lancier/ lancieboerder/ item lansknecht/ *miles lanceam gerens.* L. 3. c. 24. L. 4. ep. 20.

Sparus vel *sparum,* gallicum etjam est telum instar lanceæ. Festus: *Rumex genus teli, similis spari gallici;* cujus meminit Lucilius:

Tum spara, tum rumices, portantur tragula porrò.

Virgilius in Æneide: Lib. 11.

Agrestesque manus armat sparus.

Sisenna Hist. lib. 4. apud Nonium: *Sparis ac lanceis eminus peterent hostes.* Ibidem Nonius: *Spari, lanceæ, tela sunt non bellica. Salustius Catilinæ bello:* Sed, ex omni copia, circiter pars quarta e-
„ rat militaribus armis instructa: cæteri, ut quosque casus ar-
„ maverat, sparos, aut lanceas, alii præacutas sudes portabant.
Isidorus, de sparo pisce: *Sparus à lancea missili nomen accepit, quod ejusdem figuræ sit, terrestria enim priùs inventa sunt quàm marina. Nam sparus est telum rusticanum missile à spargendo dictum.* Ineptè; est enim mera vox nostras: speere/ speire. Germanis spar. Anglis *speare.* Item nostra vox sparre/ sperre/ perticam significat: unde verbum sperren/ deducere, extendere. Cap. 18. L. 12. c. 6.

Gaesus, & *gesum,* item *gæsum,* telum gallicum, quo utebantur stipendiarii & mercenarii milites, qui inde *gæsatæ* dicti. Nonius: *Gæsa tela Galliarum.* Virgilius: Cap. 18.

——— *Alpina corruscat*
Gesa manu.

Varro de vita populi Romani lib. 3. qui gladiis cincti sine scuto cum binis gæsis essent. Hesychius: Γαισὸς, ἐμβόλιον ὁλοσίδηρον, .i. *Gesus, jaculum totum ferro constans.* Pollux quoque in Onomastico: Δόρυ ὁλοσίδηρον· καλεῖται δὲ γαισὸς, καὶ ἐστὶ Κελτικόν, .i. *Hasta tota ferrea, vocatur autem gæsus, & est Celtica.* Perperam hic legunt aliqui λιβυκόν. L. 7. c. 33.

 Hinc

Lib.5. Hinc *gaſati* Galli, Straboni γασάται, ſtipendiarii milites Gallorum: Οἱ τὴν Ῥωμαίων πόλιν ἐξ ἀφόδου καταλαβόντες Σένωνες μετὰ γασατῶν, .i. *Qui Romam aliquando, ſubitâ incurſione, ceperunt Senones, cum gaſatis.* Alii
In Camil. legunt γαισατῶν, alii γεσατῶν. Plutarchus: Οἱ δὲ τὴν ὑπαλπείαν νεμόμενοι τῆς Ἰταλίας Ἴσομβρες, Κελτικὸν γένος, μεγάλοι καθ' ἑαυτοὺς ὄντες, δυνάμεις ἐκάλουν, καὶ μετεπέμποντο Γαλατῶν τοὺς μισθοῦ στρατευομένους, οἳ Γεσάται καλοῦνται, .i. *Subalpinam autem Italiam incolentes Inſubres, Gallica gens, cum validi per ſe eſſent, copias advocabant, accerſebantque ex Gallis milites, qui geſſatæ vocantur.* Itaq; à ſtipendio, ſive mercede, innuit dictos geſ-
Lib.2. ſatos. Id clariùs Polybius, de Gallis: Προσαγορευομένους διὰ τὸ μισθοῦ στρατεύειν Γαισάτους· ἡ γὰρ λέξις αὕτη τοῦτο σημαίνει κυρίως, .i. *Gaſati, à re dicti: quòd ob ſtipendium mereri ſoleant. Id enim vox iſta propriè ſignificat.* Eſt nimirum nobis vox vetus **gage**/ pro ſtipendio, & mercede, quam hodieq; Galli, nihil immutatam, tenent, & ab iis Itali quoque, & Angli acceperunt, nobiſcum **gage** dicentes, propriè de ſtipendio militari, à quo eſt **gagieren**/ Gallis *gager*, ſtipendium ſolvere; *gagé*, ſtipendiarius. Dicti ſunt hi Longobardis *gaſindi*,
L.1.tit.9. leg.21. unde in legibus Longardorum: *De gaſindis verò noſtris volumus, ut quicumque ex minimis occiſus fuerit, in tali ordine, pro eo quod nobis deſervire videtur, CC. ſolidis fiat compoſitio.* Gloſſæ veteres: *gaſindium*, ſervitium.

Spatha, item vox eſt gallica, pro gladio latiore, propriè quo
Lib.5. germani utuntur, vulgò **ſlagh-ſweirdt**. Diodorus, de Gallis atq; Germanis: Ἀντὶ δὲ τοῦ ξίφους σπάθας ἔχουσι μακράς, σιδηραῖς ἢ χαλκαῖς ἁλύσεσιν ἐξηρτημένας, .i. *Pro gladiis ſpathas gerunt, prælongas, ex catenis*
L.2.c.15. *ferreis, aut aneis, ad dextrum latus dependentes.* Vegetius: *Habebant caſſides, cataphractas, ocreas, ſcuta, gladios majores, quos ſpathas vocant,*
Lib.3. *& alios minores, quos ſemiſpathas nominant.* Polybius de differentia gladiorum inter Hiſpanos & Gallos: Τῶν δὲ Ἰβήρων καὶ Κελτῶν ὁ μὲν θυρεὸς ἦν παραπλήσιος, τὰ δὲ ξίφη τὴν ἐναντίαν εἶχε διάθεσιν. Τῆς μὲν γὰρ οὐκ ἔλαττον τὸ κέντημα τῆς καταφορᾶς ἴσχυε πρὸς τὸ βλάπτειν· ἡ δὲ Γαλατικὴ μάχαιρα, μίαν εἶχε χρείαν, τὴν ἐκ καταφορᾶς κατ' αὐτῆς, τῆς ἐξ ἀποστάσεως, .i. *Hiſpanorum atq; Gallorum ſcuta ejuſdem formæ erant: diſsimiles gladii: nam Hiſpanorum, non minùs ad punctim feriendum hoſtem, valebant mucrone, quam ad caſim petendum: Gallorum gladii ad caſim tantùm fe-*
Lib.32. *riendum utiles, quam ad rem opus intervallo.* Livius ſimiliter: *Gallis Hiſpaniſq; ſcuta ejuſdem formæ fere erant, diſpares ac diſsimiles gladii; Gallis prælongi ac ſine mucronibus, Hiſpano punctim magis, quàm cæſim aſſueto petere hoſtem, brevitate habiles, & cum mucronibus.* Iterum
Lib.2. Polybius: Συνδραμόντες εἰς τὰς χεῖρας τοὺς μὲν Κελτοὺς ἀπράκτους ἐποίησαν Ῥωμαῖοι, ἀφελόμενοι τὴν ἐκ διάρσεως αὐτῶν μάχην, ὅπερ ἴδιόν ἐστι Γαλατικῆς χρείας, διὰ τὸ μηδαμῶς κέντημα τὸ ξίφος ἔχειν, .i. *Romani ad cominus pugnandum irruentes adverſariis uſum armorum adimunt, facultate ablatâ gladios ad cæſim feriendum attollendi, qui proprius eſt Gallorum modus, quòd mucrone gladius eorum omnino careat.* Plutarchus de
In Camil. Gallis: Τὰς μαχαίρας βαρβαρικῶς καὶ σὺν οὐδεμιᾷ τέχνῃ καταφέροντες, ὤμους

μάλιστα

μάλιϛα κεφαλὰς διέκοπ̄ον, .j. *Gladiis, barbarico more, & sine ulla arte, ferientes, humeros magis & capita detruncabant.* Non aliunde vox vetus gallica *spathe* aut *spatha*, quàm è vernaculo *spade*. Kilianus: Spade *vetus*, *Spatha*, *machæra*; quod talem gladium significavit, latum videlicet, & sine mucrone. Unde mansit hodiernum Italis *spada*, Gallis *espee*, Hispanis *espada*, solitis in vocabulis, quæ ab s cum consonante incipiunt, præponere vocalem e. ut in *escole*, schola; *esprit*, spiritus; stannum, *estain*; stuppa stoffe/*estoffe*, &c. Eo etjam gladio terram, cum opus esset, effodiebant. Cæsar de bello Gallico: *Nulla his ferramentorum copia, quæ esset ad hunc usum; gladiis cespitem circumcidere, manibus sagulisq; terram exhaurire cogebantur.* Hinc & mansit nobis spade/ pro ligone, tum à veteri usu, tum à similitudine; est enim latè acutus, absque mucrone. A *spatha* dictus est *Spatharius*, satelles spathâ indutus; deinde & Cubicularius & Camerarius Regis, σπαθάριϛ dicitur, apud Cedrenum, aliòsque. Com. 5.

Sapo etjam vox Gallica, nunc etjamnum Flandris seepe. Plinius: *Prodest & sapo, Gallorum hoc inventum, rutilandis capillis, ex sevo & cinere: optimus fagino & caprino, duobus modis, spissus & liquidus. uterq; apud Germanos majore in usu viris, quàm fæminis.* Græcis quoque σάπων. Glossæ græcolatinæ: Σάπων, *sapo*. Theomnestus in Hippiatricis: Σάπωνος γαλλικȣ λίτραν μίαν, .j. *Saponis Gallici libram unam.* Martialis *Spumam Batavam* vocat, quod è Batavia Romam mitteretur, fieretque apud Batavos, qui rutilum comarum affectabant colorem. L.28.c.12.

——— *mutat latias spuma Batava comas.* Epigr.l.8.

Item idem:

Caustica Teutonicos accendit spuma capillos. Lib.14.

Item ibidem:

Si mutare paras longævos cana capillos:
Accipe Mattiacas, quo tibi, calva? pilas.

Hinc Germani sepffen/ Galli *savon*, Itali *sapone*, *savone*, Hispani *xabon*, Angli *sope*,

Marga quoque Gallis terra pinguis dicta; sic enim Plinius: *Terram terrâ emendari (ut aliqui præcipiunt) super tenuem injectâ, aut gracili, bibulaque super humidam ac præpinguem, dementia opera est; quid enim potest sperare, qui talem colit?* Idem mox: *Alia est ratio, quam Britannia & Gallia invenêre, alendi eam ipsâ, quod genus vocant margam, spissior ubertas in ea intelligitur. Est autem quidam terræ adeps, ac velut glandia in corporibus, ibi densante se pinguedinis nucleo.* Nobis marg/ adeps & medulla dicitur, ad cujus similitudinem medulla & internus adeps terræ appellatur; unde margelen/ nostrates rustici vocant, è profundo terram pinguem extrahere, atque alteri supervehere & commiscere. Pro marga etjam margila postea appellata. Vnde in capitulis Caroli Calvi: *Vt illi coloni tam fiscales, quam & ecclesiastici, qui, sicut in polypticis* L.17.c.5. Ibid.c.6. Edict.Pistens.c.29. f.326.

polypticis continetur, & ipſi non denegant, carropera & manopera & margilam, & alia quæq; carricare, quæ illis non placent, renuunt. Quoniam adhuc in illis antiquis temporibus forte margila non trahebatur, quæ in multis locis, tempore avi, & domni & patris noſtri, trahi cœpit.

Cap. 8. *Beccus*, pro roſtro, merum eſt gallicum **beck**. Suetonius in Vitellio: *Ab Antonio, primo adverſarum partium duce, oppreſſus eſt, cui, Toloſæ nato, cognomen, in pueritia, becco fuerat, quod valet gallinacei roſtrum.* Immo non gallinacei modò, ſed & omnium avium roſtra, generali notione, vox **beck** ſignificat; unde quoque gallis *becq*, Italus *becco*, Hiſpanis *pico* (quibus & *beco* labium eſt) & Anglis *beake*.

Lib. 4. *Dunum*, pro colle, purè gallica vox eſt, *Dun*. Strabo: Λούγδουνον ἐκλισμένον ὑπὸ λόφῳ, .j. *Lugdunum ſub colle conditum.* Ibi Caſaubonus: *Quotquot fere Galliæ oppida in dunum terminantur (ſunt autem multa) omnia in collibus, & locis editis, ſita reperiuntur, idque nomen ipſum indicat, dunum enim, vetere Gallorum linguâ, collem ſignificat, ſive montem; idque Clitiphon, antiquus auctor, apud Plutarchum docet.* Ioſephus Scaliger quoque: *A colle dicta eſt Lugodunum; cauſam reddit Plutarchus* περὶ ποταμῶν, *quia, cum jacerentur fundamenta, corvi quidam viſi ſunt,* λοῦγος *enim, inquit, ſignificat* τὸν κόρακα (.j. corvum) *linguâ Celticâ,* δοῦνος δὲ τὸν ἐξέχοντα (.j. eminentiam.) *De priore ipſe viderit, de altera non dubium eſt, dunum olim, & nunc quoq; in Belgis ſignificare collem & eminentiam.* Neq; in Belgis tantùm, ſed & apud omnes Celtas .j. in Galliâ itemq; Hiſpaniâ, Britanniâ, Germaniâ; In Hiſpania: *Caladunum, Sebendunum*; in Britannia: *Camalodunum, Segodunum*: ſic montes arenacei, ad mare, nobis **duynen/ dunen**/ gallis *dunes*, Britannis *duyns*, hodieque vocantur. Gallia verò & Germania vocibus, in *dunum* exeuntibus, abundant.

In Euſeb.

Berg item generale nomen eſt, tam Hiſpaniæ, quàm Galliæ, Germaniæ, & Britanniæ, pro monte, & locis ad montem ſitis, eaque in compoſitione, aut ab hac voce incipiunt, aut in eam terminantur; Sic in Hiſpania: *Bergidium, Bergula, Berguſia*; in Gallia ciſalpina: *Bergomum*; in Gallia: **Winox-berghe/ Geertzuden-berghe/ Seven-berghe/** &c.

Man quoque, pro viro, Gallica vox remanſit, in *Marcomannis, Cenomannis, Nortmannis*, &c.

Baerd pari modo, pro barba, *Longobardi*, Romanis communicârunt, ſe, Gallico aut Germanico more & ore, à longis barbis denominantes, quod & attigimus ſuprà.

Briga verò, pro ponte, generale etjam nomen locorum urbiumque, ad pontem ſitorum, in Hiſpania, Germania, Gallia, Britannia. Ita Σαμαρόβριγα Ptolomæo dicitur *Ambianum*, quod ad pontem, qui ducit ultra Samaram, ſeu Somonam, ſit ſita. Sic & itinerarium Antonini: *Metacum, Samarobriva*, lege *Samarobriga*. Verba Ptolomei ita ſe habent: Μεθ' οὓς Ἀμβιανοὶ, καὶ πόλις αὐτῶν Σαμαρόβριγα, .j. *poſt hos Ambiani, & urbs eorum Samarobriga.* Vtitur & hac

hac voce Cæsar, pro urbe Ambianorum : *Concilioq. Gallorum Samarobrigæ peracto.* Idem ibidem : *Crassum Samarobrigæ præficit.* Legitur & *Briga Isaræ*, pro eo quod gallicè est *Pont-oyse*, nam *Oyse*, Isara dicitur. Itinerarium provinciarum sic habet : Bel.Gall. com.6.

Item Cæsaromago Lutetiam usque, M P. XLVI. sic
Petromontalium M P. XVII.
Briga Isaræ M P. XIV.
Lutetiam M P. XV.

Germanis brue/ & prue/ & brug dicitur : Inspruck/ Sarebrugk/ Osnabrugh/ Zweibrugghen. In Anglia : *Cambridge, Turbridge, Sturbridge, Pembridge.* In Flandria Brug/ & Brugghe.

Burg quoque, pro castro, generale est ; unde *Asciburgum, Teutoburgium,* Marburgh/ Batenburgh/ Aldenburgh/ Oostburgh/ Middelburg/ &c. Vegetius : *Castellum parvum, quod burgum vocant, inter civitatem & fontem convenit fabricari.* Glossarium vetus : πύργος *turris, burgum.* Orosius de Burgundionibus : *Hos quondam, subactâ Germaniâ interiore, à Druso & Tiberio, adoptivis filiis Cæsaris, per castra dispositos, in magnam coaluisse gentem ; atq; ita etiam nomen ex opere præsumpsisse ; quia crebra per limites habitacula constituta burgos vulgò vocant.* Quod Gallis nunc est : *bourg*, nobis burg & borg/ Germanis purg/ Italis *borgo.* L.4.c.10. L.7.c.32.

Bracca, nihilo minus gallica vox est. Diodorus Siculus de Gallis : χρῶνται καὶ ἀναξυρίσιν, ἃς ἐκεῖνοι βράκας προσαγορεύουσιν, .i. *utuntur & indumentis, quas ipsi bracas vocant.* Hesychius : Ἀναξυρίδες, φημινάλια, βράκια βαρβαρικά, .i. *Anaxyrides, feminalia, bracæ barbaricæ.* Lucanus : Lib.1.

Et qui te laxis imitantur, Sarmata, braccis
Vangiones, Batavique truces.

Pomponius Mela de situ orbis : *Sarmatæ totum braccati corpus.* Ovidius : L.2.c.1.

Vulgus adest Schyticum, braccataq; turba Getarum. Trist.l.3. eleg.10.

Isidorus de originibus : *Femoralia appellata, eo quòd femora tegant ipsa, & bracæ, quòd sint breves, & verecunda corporis iis velentur.* A βραχὺς videlicet, quod græcè dicitur, *brevis.* Immò verò purum putum gallicum vetus est hoc vocabulum ; eoq; & nunc utimur, brouck ; bruch/ bragh/ germanicè ; *briches* Anglicè. L.19.c.22.

Atq; hæc sunt, quæ hactenus reperi apud veteres authores, quà Latinos, quà Græcos, Gallica vocabula ; quæ omnia, cum Flandrica linguâ ita conveniunt, ut omnino nihil discriminis intersit. Quibus corollarii loco addendum, quod est in antiquissimo auctore, qui vitam S. Eugendi literis consignavit apud Surium ; hoc autem ita habet : *Ortus namq; est non longè à vico, cui vetusta paganitas, ob celebritatem, clausummque fortissimam superstitiosissimi templi, gallicanâ linguâ, Isardori, id est ferrei ostii, indidit nomen.* Ferreum ostium, linguâ nostrâ Flandricâ, Iser doore/ seu Iser deure effertur ; nam iser ferrum, deure sive doore o- T.1.f.57. 1.Ianuarii

 stium

ſtium ſonant. Cum verò teſtetur author idipſum gallicanâ linguâ ſignificari, indubitabile conſurgit argumentum gallicam veterem, cum noſtrate, unam fuiſſe linguam.

Sed & hoc prętermittendũ non eſt, quod ex hac veteri Gallorum lingua, perplura hodieq; vocabula ſuperſint in Gallia; ea videlicet omnia, quæ Galli à Romanis mutuati non ſunt, nullamque, cum ſermone latino, habent communionem; è quibus operæ pretium eſſe putavi pauca quædam delibare; quæ ſic habe. Vox *ric* ſive *rich*, qua veteres Galli opulentum ſeu divitem ſonabant, hodierni rijck/ & Germani reich efferunt, quæq; apud Cæſarem in quamplurimis nominibus propriis occurrit, ut Ambiorix &c. hodiernis etjamnum Gallis in eadem ſignificatione eſt *riche*. Sic pro latino *galea*, nunc *heaulme* ſonant, à noſtro & veteri helme/ helm. *Calcaria* Romanorum nunc iis *eſperons*, ab illo quod veteribus gallis fuit, & adhuc nobis, eſt ſpooren. *Cohortem*, illi nunc *bande*, nos olim, ac etjamnum bende vocamus. *Pulvinar* Latinorum, antiquitus illi, & jam nos cuſſen reddebamus, modò vocant iſti *coiſſin*. *Tripudiare*, veteribus Gallis erat, & nobis eſt danſſen/ novis *danſer*; ut & tripudium, nobis dans/ illis *danſe*. Sonorum illud vas æneum, quod campanam, non latinè, latini poſteriores nuncupârunt, nos, & tum & nunc, clocke/ nunc ipſi *cloche*; ſepem nos haghe/ illi *haye*. *Lagenam*, nos flaſche/ ii *flaſcon* indigitant. Quod latio *linquere*, Germaniæ, nobiſque olim, laſſen/ nobis hodie laeten/ Galliæ nunc eſt *laiſſer*. Pro *Caſtello*, vetus illorum fuit, noſtrumque adhuc perſeverat burg; & inde burger/ pro cive: è quibus Galli nunc fecerunt *bourg* & *bourgeois*. Sunt & alia infinita, quæ nimis longum foret, nec opus eſt, omnia recenſere.

CAP. III.

Veterem Gallorum linguam, quæ & Flandrica, ſola dialecto à Germanica diſcriminari; & unde Germani dicti.

QVaſcumque, ſuperiori capite, demonſtravimus voces eſſe, & veterum Gallorum, & Flandrorum, eaſdem, ad unam omnes, eſſe etjam Germanorum, idque ſolâ dialecto mutante, ſupereſt nunc ut oſtendamus. Supra commemoravimus à Divo Hieronymo veterem Gallorum linguam cum Trevirenſium comparari; qui quamvis in Gallia, cis

cis Rhenum, incolunt, plurimùm tamen eorum idioma Germanis accedit. His adde quod affert Plinius, ubi de ansere illi sermo : *Mirum,* inquit, *in hac alite, à Morinis usq; Romam pedibus venire* &c. *Molliorque* (de anseris pluma) *quæ corpori quàm proxima, & è Germania laudatißima; candidi ibi, verùm minores,* ganzæ *appellantur.* Iam inde à Plinii temporibus apparet Germanicam, Flandricamque, quæ nunc est, eandem fuisse linguam. Nam & hodierna die Flandri, ut Germani olim, ac etjamnum, anseres gauzen appellamus. L.10.c.22.

Idem quoque deprehendi potest ex Tacito, qui de moribus Germanorum tractans, ita scribit : *Ituri in prælia canunt; sunt illis hæc quoque carmina, quorum relatu, quem barritum vocant, accendunt animos, futuræque pugnæ fortunam, ipso cantu augurantur; Terrent enim, trepidantque, prout sonuit acies, nec tam vocis ille, quàm virtutis concentus videtur. Affectatur præcipuè asperitas soni & fractum murmur, objectis ad os scutis, quo plenior & gravior vox repercussu intumescat.* In hunc locum hæc Lipsius : *Placet magis* baritum, *quæ mera vox nostras, quibus* beren aut baeren/ *clamare, aut vocem tollere; errabit enim qui ab elephantis barritu deducet, Germanis tunc ignoti* &c. *Ammianus hunc describit clamorem fuisse maximum, qui ipso fervore certaminum exoriens, identidem paullatimque adolescens, ritu extollitur fluctuum cautibus illisorum.* In princ.

Tacitus ibid: *Hastas, vel ipsorum vocabulo, frameas gerunt, angusto & brevi ferro, sed ita acri, & ad usum habili, ut eodem telo, prout ratio poscit, vel cominus, vel eminus pugnent.* Isidorus hanc etymologiam tradit : *Framea gladius, ex utraq; parte acutus, quàm vulgò spatam vocant, ipsa est romphæa. Framea autem dicta quod ferrea est; nam sicut ferramentum, sic framea dicitur, ac proinde omnis gladius framea.* Quæ nullo modo conveniunt cum iis quæ Tacitus dixit; qui frameam facit vocem germanicam, eamque statuit *brevi, angusto,* & *acri* ferro; innuens haud dubiè pilum illud, quod hodieq; Germani pfriem/ Flandri priem/ Saxones teste Kiliano preem/ appellant; & inde priemen/ est augusto & acri ferro aliquem transfodere, quibus adminiculatur, quod teli genus illud, à Romanis *sica* vocatum, Germanis mord-pfriem/ nobis moord-priem appelletur; est autem telum illud, occultus pugiunculus, quo latrones etjam utuntur; eoque & cominus feriunt pungendo, & eminus excutiendo, ac id, quod petunt, transverberando. Ibidem. L.17.c.6.

Exstat & apud Aimoïnum, vetustissimum scriptorem, locus, è quo luculentè colligitur, linguam Flandricam quæ Gallica vetus, & Germanicam eandem fuisse; is enim hunc in modum : *Rugilant, latinè patria Rugorum dicitur, nam* lant *linguâ Germanorum, patria dicitur linguâ latinorum.* Et mox : *Longobardi, relictâ Rugorum patriâ, venerunt in campos patentes, qui sermone barbarico* Felt *appellantur.* Nobis, æquè ac Germanis lant patria, & velt/ sive felt campus. Neq; ipsi Longobardi aliunde, quam quod lan- L.2.c.13.

ghe

ghe baerden/ id est *longas promissásque barbas*, gestarent. Plura de his in confœderatione fratrum Ludovici & Caroli Regum, quam dabimus infra cap. 9.

Ob hanc sermonis morumque communionem, & similitudinem, Germanos inter & Gallos, quam Cæsar, aliique Romani notabant; factum, ut, qui altra Rhenum erant, Teutones, Theotisci, & Teutschen patrio more dicti, à Romanis Germani, veluti fratres, Gallorum videlicet, appellitarentur. Strabo: (L. 7. f. 290.) Εὐθὺς τοίνυν τὰ πέραν τοῦ Ῥήνου μετὰ τοὺς Κελτικούς, πρὸς τὴν ἕω κεκλιμένα, Γερμανοὶ νέμονται, μικρὸν ἐξαλλάττοντες τοῦ Κελτικοῦ φύλου, τῷ τε πλεονασμῷ τῆς ἀγριότητος, καὶ τοῦ μεγέθους, καὶ τῆς ξανθότητος. Τἆλλα δὲ παραπλήσιοι καὶ μορφαῖς, καὶ ἤθεσι, καὶ βίοις ὄντες οἵους εἰρήκαμεν τοὺς Κελτούς· διό δικαιά μοι δοκοῦσι Ῥωμαῖοι τοῦτο αὐτοῖς θέσθαι τοὔνομα, ὡς ἂν γνησίους Γαλάτας φράζειν βουλόμενοι· γνήσιοι γὰρ οἱ γερμανοὶ, κατὰ τὴν Ῥωμαίων διάλεκτον. Id est, interprete Casaubono: *Statim ergo trans Rhenum, post Celticos populos, orientem versus sita loca, Germani incolunt, à Gallis parùm differentes, si feritatis, corporum magnitudinis, & fulvi coloris excellentiam spectes. Sed & formâ, & moribus, & victu adsimiles sunt Gallorum, de quibus diximus; itaque rectè mihi videntur Romani hoc nomen eis indidisse, cum eos fratres esse Gallorum vellent ostendere. Fratres enim, Romanorum dialecto, Germani vocantur.* De lingua nihil Strabo; quia & is, & Cæsar Augustus veterem Gallicam & Germanicam ignorabant. (L. 4. f. 196.) Idem Strabo de Gallis & Germanis: Καὶ γὰρ τῇ φύσει καὶ τοῖς πολιτεύμασιν ἐμφερεῖς εἰσιν οὗτοι, καὶ συγγενεῖς ἀλλήλοις, ὅμορόν τε οἰκοῦσι χώραν, διοριζομένην τῷ Ῥήνῳ ποταμῷ, καὶ παραπλήσια ἔχουσιν τὰ πλεῖστα. *Nam & naturâ, & vitæ institutis, gentes hæ invicem similes sunt, & cognatæ, confinem habitantes regionem, Rheno divisam, & pleraq; inter se similia habentes.* (De morib. Germ.) Tacitus, Germanorum etjam nomen ait novum, & similem ferme nominis rationem adducit, quam Strabo; ita enim is: *Caterùm, Germaniæ vocabulum, recens & nuper additum, quoniam qui primi, Rhenum transgressi, Gallos expulerint, tunc Tungri, nunc Germani vocati sunt. Ita nationis nomen, non gentis, evaluisse paulatim, ut omnes primùm à victore, ob metum, mox à seipsis, invento nomine, Germani vocarentur.* Innuit hîc Tacitus, Tungros sive Toringos, Germaniæ populos (nisi forte ut malunt quidam, legendum Teutones) postquam transmisso Rheno, Gallos, Rheno proximos, debellassent (unde Tungrorum in Brabantia nomen) quamquam victores, ob metum tamen Gallorum, quorum fortitudinem experti fuerant, cum iis fœdus & societatem iniisse, seque Gallorum Germanos, sive fratres, appellasse. Nam & Galli etjam sœpe Rhenum transiverunt, & (Com. 5.) Germanos devicerunt. Cæsar de bello Gallico: *Fuit antea tempus, cum Germanos Galli virtute superarent, & ultro bella inferrent, ac propter hominum multitudinem, agriq; inopiam, trans Rhenum coloni-* (Com. 1.) *as mitterent.* Idem tamen etjam scribit: *Plerosq; Belgas esse ortos à Germanis, Rhenumq; antiquitus transductos, propter loci fertilitatem,*

ibi con-

ibi consedisse. Apud Beckmannum Germanum, in originibus linguæ latinæ, sic lego : *Dresserus, de urbibus Germaniæ : Germanorum nomen alii latinum esse putant, quo sanguine junctus, verus, seu γνήσιος, significetur, ex quo germanitas dicitur, sanguinis communio, sive fraternitas. Quod versibus expressit Conrardus Celtes :* Fol. 203.

Germanos vocitant Itali, Græci sed ἀδελφοὺς,
Quòd fratrum soleant inter se vivere more.

Et revera antiquitus, Galli simul & Germani, communi vocabulo, Celtæ seu Galatæ fuerunt dicti.

Celtas verissimum est, & Gallos, & Germanos, dictos fuisse; de Gallis ita Plutarchus : Οἱ δὲ Γαλάται τοῦ Κελτικοῦ γένους ὄντες, .j. *Galli, Celtici generis existentes.* Et Pausanias : Ὀψὲ δέ ποτε αὐτοὺς, καλεῖσθαι Γαλάτας ἐξενίκησε. Κελτοὶ γὰρ κατά τε σφᾶς τὸ ἀρχαῖον, καὶ παρὰ τοῖς ἄλλοις ὠνομάζοντο, .j. *postremò denique, Galli uti appellarentur, receptum fuit; namque Celtæ, cum à seipsis, antiquis temporibus, tum ab aliis vocati sunt.* Strabo : Ταῦτα μὲν ὑπὲρ τῶν νεμομένων τὴν Ναρβωνῖτιν ἐπικράτειαν ἐλέγομεν, οὓς οἱ πρότερον Κέλτας ὠνόμαζον. Ἀπὸ τούτων δ' οἶμαι τοὺς σύμπαντας Γαλάτας Κελτοὺς, ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων προσαγορευθῆναι, διὰ τὴν ἐπιφάνειαν, .j. *hæc diximus de Gallis, qui Narbonensem provinciam incolunt, quos prisci Celtas appellarunt; ab his verò arbitror & universos Gallos, ab Græcis Celtas fuisse dictos, ob gentis claritatem.* In Camil. In Att. Lib. 4.

De Germanis verò, quod & illi Celtæ dicti fuerint, ita Dio : Κελτῶν τινες, οὓς δὴ Γερμανοὺς καλοῦμεν, πᾶσαν τὴν πρὸς τῷ Ῥήνῳ Κελτικὴν κατέχοντες, Γερμανίαν ὀνομάζεσθαι ἐποίησαν, .j. *Celtarum quidam, quos Germanos vocamus, quum omnem Galliæ regionem, quæ Rheno adjacet, occupassent, effecerunt, ut ea Germania vocaretur.* Dio Coccejus : Ἐπεὶ τό γε πάνυ ἀρχαῖον Κελτοὶ ἑκάτεροι, οἱ ἐπ' ἀμφότερα τοῦ ποταμοῦ οἰκοῦντες, ὠνομάζοντο, .j. *Siquidem, antiquissimis temporibus, populi isti, ad utramque fluminis ripam colentes, Celtæ appellati sunt.* Ex hac itaque nominis commnnione, vicinitate loci, similitudine morum, ictis, post bella, fœderibus, Germani, veluti fratres dicti Gallorum; tùm ab ipsis Germanis, tùm à Gallis, eo modo, quo deinde Batavi, Romanorum amici & fratres fuerunt appellati, ut postea dicemus. Bertius in suis rerum Germanicarum commentariis : *Sunt qui ab hac ipsa fraternitate Bructeros quasi Brutteros appellatos putant, quos inter non infimus est, amicissimus mihi, dum vixit, Collerus. Ad tempus autem inditæ hujus appellationis quod attinet, fatetur exsertè Lipsius, Cæsaris id ævo factum. Nos non veremur suspicari, id factum bello Cimbrico, quod quidem circa natalem incidit C. Cæsaris : finitum enim est uno anno ante, quàm ipse nasceretur; Inditum verò ex eo quod Teutonum legati, imminentes Italiæ, postulârunt sibi, ac fratribus suis, ipsi Brutteros vocabant (Brutters/ pro quo nos Brueders) terras, urbesq; idoneas; cumque rogarentur, quinam illi fratres essent, responderunt Teutones esse, ipso etjam Mario, ut refert Plutarchus, novitatem nominis admirante. Illâ igitur expeditione factum videtur, ut, Teutonum abolito nomine, ipsi postea, ob mutuam in se conspirationem, societatem,* Lib. 53. Lib. 39. L. 1. c. 1.

In geogr. *cietatem, ac fraternitatem, Germani latinis vocarentur.* De Bructeris ita Ptolomæus : Κατέχουσι δὲ τῆς Γερμανίας τὰ μὲν παρὰ τὸν Ῥῆνον ποταμὸν· ἀρχόμενοι ἀπ' ἄρκτων, οἵ τε Βρούκτεροι οἱ μικροὶ, καὶ οἱ Σύγαμβροι, .j. *Incolunt autem Germaniam, juxta Rhenum amnem, si à Septemtrionibus ordiaris, Bructeri minores, ac Sycambri.* Itaq; & alii fuerunt Bructeri majores, de quibus Ptolomæus : Ἐλάσσονα δὲ ἔθνη, καὶ μεταξὺ κεῖνται Καυχῶν μὲν τῶν μικρῶν, καὶ τῶν Σουήβων, Βρούτεροι οἱ μείζους, ὑφ' οὓς χαῦμαι, lege χάμαυοι, .j. *Minores verò gentes interjacent inter Cauchos minores & Suevos, Bructeri majores, sub quibus Chamaui.* Sulpitius Ale-

L.2.c.9. xander, apud Gregorium Turonensem, de Arbogaste : *Collecto ergo exercitu transgressus Rhenum, Bructeros, ripæ proximos, pagum etjam, quem Chamaui incolunt, depopulatus est.* Iterum Ptolomæus : ὑπὲρ μὲν τοῖς Βρουκτέροις οἱ Φρείσιοι, .j. *Sub Bructeris sunt Frisii.*

An verò hæc Bructerorum Germanorum appellatio faciat ad etymon, nec ne, aliis magis inquirendum relinquo, sat est mihi attulisse veterum authorum loca, quibus, & fuisse Bructeros transrhenanos, & ripæ proximos, & Germanos Gallorum fratres, ob morum linguæque similitudinem dictos, comprobavi.

L.1.c.17. Colophonis vice adjungam, quod, in emendationibus suis, habet noster Ludovicus Carrio; ubi, exponens Plinii locum, de equis Asturiæ, Tieldonibus dictis : *Rectum*, inquit, *est Thellones, seu potius Tellones; nam & hodie, linguâ germanicâ, seu Celticâ (quam veterum gallorum linguam fuisse satis constat, ut planè sint ridiculi, qui dum illius linguæ rident antiquitatem, suam, sibi maternam, linguam irridere se non intelligunt) germanicâ, inquam, linguâ, Asturiones,* Tellenera *vocantur, sive* Tellen/ *quod purum putum est germanicum; est enim à* tellen/ *quod est illis numerare; quòd nimirum ita volutim incedant, ut alternorum crurum explicatio poßit numerari. Si mihi non creditur, at Martiali credatur, qui ita scribit :*

——— ad numerum rapidos qui colligit ungues.

Quod quid aliud est (lingua illius periti consulantur) quam de passen tellen*? Hispani hodie, quo propriè nominent, non habent. Itaque aliis verbis circumscribunt* cavallo ambulador; *at Gallos togatos communi*

L.8.c.42. *Gallorum nomine Tellones vocasse, quid mirum?* Locus Plinii sic sonat : *In eadem Hispania, Gallica gens, & Astura, equini generis, quos Tieldones vocamus, minori forma appellatos Asturcones gignunt; quibus non vulgaris in cursu gradus, sed mollis, alterno crurum explicatu glomeratio : unde equus, tolutim carpere, in cursus traditur arte.* Ki-

In etym. lianus : Telle/ telde/ tellen/ hackeneye/ vulgo teldo, thieldo. Germanicè zeltner. Sax: telder.

Sed & præter ea, quæ hoc, & præcedenti capite allata sunt, omnia fere Germaniæ vocabula, paucis immutatis, Flandrica sunt, ut animadvertet is, qui dictionaria Germanica cum Flandricis volet conferre. Nec aliunde Flandria, quæ Galliæ pars est, quam ob Germanicæ linguæ usum, Germania inferior appellatur.

CAP. IV.

Veram Flandriam olim fuisse, quæ nunc Terra Franca & Zelandia: & unde sic dicta.

FLandriæ districtum, antiquitus, multò quàm nunc est, angustioribus terminis fuisse circumscriptum, testatur Oudoënus; qui, in vita S. Eligii, contubernalis sui, postea Tornacensis Episcopi, sic scribit, circa annum Christi DC.LX: *Aurificem constituerunt custodem urbium, seu municipiorum, quorum hæc sunt vocabula: Tornacensis, quæ quondam fuit Regalis civitas, Noviomensis. Et Flandrensis, Gandensis, atque Corturiacensis.* Urbes intelligit Tornacensem & Noviomensem; municipia, Flandras, Gandam, & Corturiacum; unde apparet, Gandam & Corturiacum, à Flandris tum fuisse diversa. Apud Du Chesf. Hist. Fran. t. 1. f. 632.

Ita quoque, tempore Caroli Calvi, anno Christi DCCC. LIX. Curtricisum, quod est ipsum Corturiacum, propriè non fuit Flandria. Sic enim in ejus capitulis, quæ vulgavit Sirmondus: *Missi in Noviomiso, Vermendiso, Adertiso, Curtriciso, Flandra, Comitatibus Inghelrami.* Cap. Car. Cal. f. 112.

Quin, & sequentibus temporibus, alius fuit pagus Gandensis, alius Curturiacensis seu Cortracensis, alius Flandrensis. Distinctè hoc elucet è diplomate Othelbaldi, Abbatis S. Bavonis Gandensis, ad Otginam, Comitissam Flandrensem, Balduini Barbati uxorem, dato circa annum Christi M.XXX. quod recitat Miræus in donationibus Belgicis; unde nos ista: *In pago Curtracensi, villam Elisachiam, cum Ecclesia & mansis XXXVIII. Item, villam Sidenghem, &, in villa Merendre, M. & in Wilda M. quinque & in Winderholt Ecclesia una, & inter Marcam & Eckerghem, M. XVI. cum Ecclesia* &c. *Et in villa Singenhem, super Scaldim fluvium,* &c. *Et in Swalmis* &c. Ibidem: *In pago Flandrensi, Bettinghen cum Ecclesia. Item Ostolt Ecclesiam. Item Ecclesiam Adinghem* &c. Ibidem: *In pago Flandrensi, id est Rodenburgh, duæ Ecclesiæ, additis etiam inibi aliquantis terrarum partibus, fidelium postmodum devotione collatis, similiter & Baltresanda, & in Lappescura, & in villa Velhem, mansuræ vel mansi quinque* &c. *In pago Flandrensi, in loco nuncupato Ruga, contulit ducentas mensuras terræ, pascuis ovium congruas.* L. 1. c. 19.

Vox *Pagus* hìc districtum significat, sive regionem, jam inde à temporibus Iulii Cæsaris, qui, de bello Gallico, ita de Suevis: *Principes regionum atque pagorum, inter se jus dicunt.* Idem de Com. 6.

Com. 4. iisdem : *Centum pagos habitant.* Ubi Hotomannus : *Pagi sunt conventus hominum, non oppidatim, sed pagatim, habitantium, id est, in ædificiis, non conjunctis, sed, magno spatio intermisso, separatis, quales fuisse Germanorum habitationes Tacitus, libro de moribus eorum, testatur.* Taciti verba sic habent : *Nullas Germanorum populis urbes habitari, satis notum est, ne pati quidem inter se junctas sedes. Colunt discreti ac diversi, ut fons, ut campus, ut nemus placuit.* Hinc orta vox Gallico-Romana *pays,* pro regione, seu districtu.

De morib. Germ.

Quis verò, & ubi fuerit districtus, sive regio Flandrensis, quia penuriâ scriptorum prima illa tempora laborârunt, nos è diplomatibus colligere oportebit. Apud Miræum, in Codice donationum, exstat diploma Arnulphi Magni, Comitis Flandriæ, datum anno 941, quo varia prædia restituit monasterio Blandiniensi; ubi, inter alia, leguntur ista : *In pago Flandrensi, juxta castrum Oostburgh, in loco nuncupato Merone Benonis, pastoralia, quæ sufficere possunt ovibus CXX. & in alio loco, mari proximo, vocabulo Combescura, terram ad alendas oves centum.* Eadem pœnè verba sunt in diplomate Ludovici Transmarini, Regis Francorum, apud Miræum, in diplomatibus Belgicis, nisi quod illic legatur pro *Merona, Morona,* & pro *Combescura, Betscura.* Vnde non temerè Miræus legit *Lappescum.*

Cap. 31. f. 127.

Alterum est Arnulphi Magni diploma, datum an. DCCCC. LXI. quod ibidem refert idem Miræus, complexum donationes, ab eodem Comite, factas Ecclesiæ S. Donatiani Brugensis: ubi, sub hoc districtu Flandrensi, plures parochiæ enumerantur: hoc modo : *In parochia Oostkercka, apud Budamfliet, unum aratrum, & pars alterius, & grex unus ovium, cum terra tota* &c. Item : *In parochia Rodenburg, terra tota.* Item : *In eadem parochia Oostkercka VIII. pisæ caseorum, & omnes denarii de vitulis.* Item : *In parochia Utkercka, terra Tancredi, L. diurn. mens. In parochia Madkercka, terra quæ dicitur Kaddigerus. In Lissewega LXII. mensur. diurn. In Iabbeka, XXX. mensur. diurn. In Zarkenghem, X. mensur. diurn.* &c. Item : *Ecclesia de Esna, cum capellis suis, Dicasmutha, & Clarem.* Item : *Capella de Wara.* Et : *Bodium in villa Sarna, cum XIV. bonariis, & XVIII. mans. diurn.*

Cap. 34. f. 138.

Ann. Flád. l. 2. Meyerus quoque, ex archivis Blandiniensibus, ad ann. 977; hoc affert : *Eodem anno, Theodoricus Comes, cum conjuge Hildegarde, dedit monasterio Blandiniensi, Cleiam, in pago Flandrensi, anno Regis Lotharii XXII. & Abbæ Womari XIII. subscribentibus Arnulpho Marchiso, & Arnulfo, filio Theodorici Comitis, indictione tertia.* De quo vide plura apud Du Chesne, in probationibus familiæ Guinensis fol. 47. verso. Subjungit loco superiore Meyerus : *Cleiam verò esse puto, quod jam vocatur, propè Dixmudam, Keyham. Ejus ministerium Ecclesiæ servat adhuc hodie Abbas Blandiniensis.*

Ibidem.

In Chron. Sigebertus quoque, ad annum 1081, *Sanctus,* inquit, *Præsul Ursmarus, in Flandrensi provincia prædicans, sub honore S. Petri Apostoli,*

stoli, ipso sibi revelante, Ecclesiam in Aldenburg oppido, ædificavit, & consecravit.

Atque hæc quidem antiquissima sunt monumenta, quæ meminerunt districtûs Flandrensis, ejusdem planè cum eo, qui nunc etjamnum est terræ Francæ. Videlicet *Rodenburgum* sive *Ardenburgum, Oostburgum, Lappescura, Oostkercka, Houtava, Lissewega, Meetkercka, Vuytkercka, Dudzela, Iabbeka, Sarkengem, Aldenburgum, Clarckem, Warrhem, Sarrem, Eesena, Keyem, Dicasmutha,* sive *Dixmuda* &c.

Neque verò districtus ille, ab initio, uti nunc, Flandria vocatus, fuit; sed Flandræ, numero multitudinem notante. Unde Oudoënus in vita S. Eligii : *Multùm præterea in Flandris laboravit, jugi constantiâ Andouerpis decertavit, multos, erroribus implicatos, Suevos convertit.* Sic in capitulis Caroli Magni, & Ludovici Pii: *De conjurationibus servorum, quæ fiunt in Flandris, & in Mempisco.* Item in diplomate Caroli Calvi, quod est in archivis S. Dionysi, prope Parisios, anni D. CCC. LXII. cui, inter alios, subscripserunt Reginellus, Tornacensis, & Hunfridus, Morinensis Ecclesiarum Episcopi, hæc leguntur : *De Flandris : censum de multonibus, ac formaticis, ac bubus, reliquoq; censu, sicut consuetudo fuit.* E quibus apparet, Reges Francorum, antiquitus in hoc tractu, collegisse censum è tritico sive farina, quod è voce *multonibus* colligitur; item è caseo, qui, à formis suis, hodiernâ etjam die, Gallis *Fourmage* vocatur; item è bubus &c. In archivis Bertinianis, apud Du Chesne, ad annum 864. ita legitur : *Normanni, qui cum plurimo navigio in Flandris appulerunt, resistentibus sibi pagensibus, per Rhenum ascendunt.* Baldericus Cameracensis Episcopus, in Chronico suo, sic habet : *Nec multò post, præ levitate suæ insolentiæ, præfato Comiti Arnulpho, cujus auxilio urbem repetiit, villam Lambras, quà eum conduxit, vi reextorsit, minatus sanè, quod, si eam vendicare præsumeret, totas Flandras ei combureret.* Est & in auctore meo M S. anonymo, mentio de Balduino Calvo Comite, ad suscipiendam Abbatiam SS. Vedasti & Bertini, in hæc verba : *Balduinum à Flandris avocantes, per concilium Everberti.* In Sigillis Comitum, exstat & Theodorici Elsatii, Comitis Flandriæ, diploma, quod hac formula ipse exorditur : *Theodoricus, Dei gratia, Comes Flandrarum.*

L. 2. c. 8.
L. 4. nu. 7.
Fol. 795.
Hist. Frāc. t. 3.
L. 2. c. 81.
Ad an. 891.
Fol. 17.

Legitur præterea etjam Flanderes, in divisione regni Lud. inter filios, Pipinum, Ludovicum, & Carolum, ex editione Pithæi : *Brachbanto, Flanderes, Mempisco,* malè *Brachmento, Franderes.* Fol. 155.

Flandra quoque, in singulari numero, dixit supra Carolus Calvus, in capitulo suo, apud Sylvacum edito, sub annum Christi 859, referente Sirmondo : *Adertiso, Curtriciso, Flandrâ.* Tit. 12. f. 112.

Flandriæ quoque, in plurali, reperies, sed posterioribus temporibus. Auctor meus M S. de Balduino Calvo, Comite Flandriæ : *Relicto,* inquit, *fratre* (Rudolpho) *Atrebatis, ipse in Flandrias, ante quadragesimam, perrexit.* Sic in diplomate Philippi Elsatii, Ad an. 890.

Fol. 21. anni 1171, quod in Sigillis Comitum adfertur: *Ego Philippus, Dei gratia, Flandriarum Comes.*

Postremo verò dictum est Flandria, quod in hodiernum usque tempus constanter perseverat; sic in sigillis Comitum: Fol. 2. *Arnulphus, Flandriæ Comes, & Marchisus.* Atque ita ferè in omnibus sequentium Flandriæ Comitum, quà sigillis, quà diplomatibus, lector reperies, quo te remittere malo, quàm multa semel dicta repetendo, & te legendo, & me scribendo, defatigare. C.1.f.9. Superius Brito, in eo carmine, quod Philippida inscripsit, ita cecinit:

L.2.f.344. *Quaque marescosos extendit Flandria campos.*

Item alibi:

Fol.242. *Flandria, gens opibus, variis & rebus abundans.* &c.

Hi verò qui tum Flandras incolebant, non uti nunc Flandri, sed Flandrenses nuncupabantur. L.2.f.632. Oudoënus in vita S. Eligii: *Sed Flandrenses, atque Andouerpenses, Frisones quoq; & Suevi, & barbari, quique circa maris litora degentes, quos, velut in extremis remotos, nullus adhuc prædicationis vomere exarârat, principio eum hostili animo, & aversâ mente exceperunt.* Sig.Com. f.4. Sic in diplomate Balduini Pii: *Ego Balduinus, Dei gratia, Flandrensium Comes.* Item ibidem: *Flandrensium Marchio, Flandrensium Princeps*; ut &, in aliis Comitum diplomatibus, passim in libro Sigillorum; nullibi leges *Flandrorum.*

Flandrensis quoque reperitur, adjectivè; sic diploma Regis Dagoberti, quod superiore libro, cap. 9. fol. 95. dedimus, inter alios Comites, hac formula subsignavit Charimundus, Flandriæ tum Comes: *Signum Charimundi Comitis Flandrensis.* Et Flandrense litus, est apud Eginhartum, in gestis Ludovici Pii, referente Du Chesne, sub annum 820: Hist.Frãc. t.2.f.269. *De Normannia verò tredecim pyraticæ naves egressæ, primò, in Flandrensi litore prædari molientes, ab iis, qui in præsidio erant, repulsæ sunt; ubi tamen ab iis, propter custodum incuriam, aliquot viles casæ incensæ, & parvus numerus pecudum est abactus.* Ibid.f.389 Item Flandrensis regio dicitur ibidem, ad ann. 850: *Classis Danorum, in regnum Lotharii appulit, Ducibus Rorico & Godefrido; nec mora, de Walo fluvio recedentes, absq; ulla præda, Flandrensem adorti regionem, variis deprædationibus populati sunt.* Sic *in pago Flandrensi*, supra multoties dictum.

Cæterum Flandrarum incolas, qui Flandrenses, quemadmodum dixi, appellabantur, reperio quoque vocatos Flamingos, Ad an.883 unde & modò Vlaminghen. Ita in meo MS. anonymo: *Verno tempore* (Normanni) *à Condato egressi, maritima petivêre loca, ibiq; æstivo remorati tempore*, Flamingos *è terra sua fugere compulerunt, & undiq; sævientes, ferro & igne depopulantur.*

Operæ nunc pretium erit disquirere, unde, & quare Flandrarum illa provincia id nominis consecuta; qua ita de re Chronicon Aldenburgense: *Ab æstuante, ventosoque mari, dictam esse Flandriam arbitrantur, & ad situm naturamque regionis, ventis, in objectas*

jectas sylvas assiduè olim resonantibus, obnoxiæ, à nomine, ubi ad Boream vergit, non abhorrentem, aspexêre. Badius quoq; apud Meyerum : *De antiquitate gentis, certum, partem præsertim illam, qui pagus Flandrensis dictus, cultam circiter annum Domini 436, quo tempore volunt Flandriam dictam, vel à flatibus marinis, quibus sylvæ objectæ, assiduè tunc resonabant, vel à pago* (sic) *dicto ipsumque pagum, vel à flatibus, vel à Flandberto quodam, loci principe, accepisse nomen.* Rer.Flãd. t.1.f.5.ver.

Meyerus verò in annalibus : *Quoties, sub plenilunium, per dies aliquot, vehemens flat Africus, atq; in Septemtrionem si fortè mutat, tum æstuantis Oceani undas per Africum, vel ab Hispano usq; littore, in nostrum adductas mare, adeò in nos Septemtrio torquet, ut supra omnes aggeres, aliaque obstacula extollat, nostrosque in agros ac pascua longè profundat: unde, toto littorali illo tractu, æstuaria nata, quæ, priscâ voce, majores nostri* Flandras *(ut mihi quidem videtur) appellaverunt, omnisq; regio, hujusmodi inundationibus obnoxia, pagus dici cœptus Flandrensis* &c. Et mox : *Terra declivis & littoralis, arborum sylvarumque exsors, plena fossis & æstuariis, pagus Flandrensis ubique nominatur, quatenus aquationem, hoc est, vectigal etjam nunc solvit aquaticum, quod* **wateringhe** *gentiliter dicitur. Has autem Flandrias puto eas fuisse Insulas, æstibus maris conflatas, in quas olim Menapios confugisse refert Cæsar, in commentariis belli Gallici. Consueverunt inundationes adeò esse frequentes, temporibus adhuc prioris Ludovici Comitis* (Nivernensis) *ut fundi dominus, in locationibus, exciperet sibi non fore fraudi, si fortè intra decennium, mare locatum agrum aut percurreret aut possideret :* **Ende beliepe/ joff besate de zee dit voorf. land.** *Ita vidi in pluribus tabulis. Nunc autem septis illis marinis, fortiùs multò atque artificiosiùs constructis, factum est ut longè rariùs contingant.* Itaq;, ex Meyeri mente, Flandriæ dictæ, quòd, priscâ incolarum voce, ita significarentur æstuaria, & loca inundationibus obnoxia; quod verissimum esse, docet hodieque usitata vox **de Vlae/** pro districtu aquoso prope Dixmudam; qua etjam ratione consimilis districtus, apud Meetkerckam, **de vuyl Vlaa** nuncupatur. Et generaliter **het vlacke** æstuarium significat. Kilianus : **Vlacke/** *æstuarium, locus vicissim æstu maris vel nudus, vel aquis stagnantibus offertus.* Adeoque, quia toto illo tractu, ab Ardenburgo, Dixmudam usque, & ultra, plura ejusmodi aquosa loca & paludosa occurrebant, tota regio **Vlaendzen** dicta, unde Flandræ, numero plurali, voce in latinitatem deflexâ. Brito supra, hæc loca campos marescosos appellavit : L.14.f.220 C.1.f.5.

Quaque marescosos extendit Flandria campos.

Quia verò ea loca, tùm ob aquarum multitudinem, tùm ob ventorum intemperiem, intercedentiumque sylvarum densitatem, Romanis, quantumvis vicinis, erant inaccessa (ut jam satis & sæpe dictum, demonstratumque fuit) potuerunt ab iis ita fuisse appellata, tanquam flatibus maximè exposita, ab ipsorum flare, ut & à flamine Flamingi. Nam plurimis locis, in hisce par-

ce partibus, Romanos nomina indidisse, non est controversum. Ita enim *Castellum*, in Occidentali Flandria (quod nunc *Casletum*, vulgò Cassel) Castrum minus, in monte positum, indigitârunt; eodem modo quo aliud simile castrum, ad Mosæ ripam, non procul Venlonâ: aliud prope Sylvamducis, *Castellum*, deinde Kessel appellatum est. Sic *Albionem* vocârunt Britanniam insulam, ab albis montibus, quos è gallico littore, prospiciebant. *Trajectum* item, à navium trajectu, binis locis nomen fecerunt, quod nobis Tricht; estque ad Mosam quidem unum, quod *Mosæ-trajectum* Maestricht/ nunc appellamus; ad Rhenum alterum, quod *vetus Trajectum* olim, nunc *Vltrajectum*, vulgò Wtrecht nuncupatur. Pari modo apud Batavos, pro *Ara Herculis*, perseverat Erkelens; ex *Colonia*, factum Keulen/ Germanis Coln. *Confluentes*, urbs ita ab iis denominata, quod ad Mosellæ Rhenique confluxum condita, nunc etjamnum, ex vetere Romanorum vocabulo, Coblens/ & Coblens. Nec urbibus tantùm, sed & aliis rebus, in hisce partibus, nomina sua reliquerunt; qualia sunt: strate: via lapidibus strata: item pluyme/ & penne/ à *pluma* & *penna*, quæ vernaculè veder/ & sexcenta alia, de quibus alibi erit dicendi locus.

Lib 1. fol. 11. Atq; hactenùs quidem ex sententia Chronographi Aldenburgensis, & Meyeri. Marchantius de Flandriæ etymo ita scriptum reliquit: *Flandriæ (quæ vernaculè Vlandra dicitur) etymum minùs certa scientia, quam variis conjecturis subnititur, non secus, quam Brabantiæ, Geldriæ, Hollandiæ, &c. Scepperus, Nanniusq́, à Flandren, qua voce Germani sagittas denotant, nominis fontem eliciebant, quod in pacis bellique exercitiis arcus tenderent: Meyerus à Vlaenen, &c. si nostram conjecturam, Guilielmo Damaso Episcopo pridem doctissimo consentaneam, subjicere fas est, à multorum, aliorumq́, subinde ex Germania populorum adventu,* Vlaendre *contractè, quasi* Vele andere, *ut Allemanniam ab* Alle-man, *ceu omnis generis virorum colluvie, nomen induisse, Agatias in bello Gothorum interpretatur.* At mihi Flandria magis placet, contractum ex Frilandia, quod ea proprijssimè Flandria sit, quæ Francia, Francum, & terra Franca, .j. Vry-landt antiquitus est appellata, de quibus plura capitulis sequentibus, ac nominatim vigesimo quarto.

Fuisse porro districtum Flandrarum, uti nunc, olim quoque fertilem, frugiferumque, liquet ex diplomate Caroli Calvi, in iis quæ paulò ante dedimus, ubi traditur consuetudinem fuisse Regibus Francorum, tribuendi censum è Flandris, de tritico, caseo, bubus &c. Et ex diplomate Arnulphi Magni, ubi mentio terræ *ad alendas oves centum*, item *pisæ caseorum, denarii de vitulis* &c. Brito de Flandria succinctè cecinit, hoc modulo:

L. 2. f. 245.

Flandria, gens, opibus variis, & rebus abundans,
Frumento quam ditat ager, navalia merce,
Lacte pecus, butyris armentum, piscibus æquor.

Fuit

Fuit igitur Flandrarum districtus patens, apertus, ad maris littora, paludosus, pascuis plenus, à quibus aquam marinam arcebant, nullæque toto districtu sylvæ; quæ tamen, à Morinis, ad Aldenburgum & Brugas, Flandris prætendebantur, eosque ab incursu, primò Romanorum, deinde aliorum Gallorum defendebant.

CAP. V.

VValchram, & quasdam insulas Zelandicas, olim fuisse Flandriæ partem, inde marino æstu divulsas, ac tempestatibus, quæ mirè Flandriam immutârunt. Item cur illæ Fresicæ, vel Frisicæ dictæ; & quæ ratio nominis Frisonum, vel Frisiorum.

INsulæ, Flandriæ nomine censitæ, sunt Walchra, Zuyt-bevelandia, Nord-bevelandia, Borsela, & quidquid est cis Scaldim, Flandriæ terminum; qui in mare influit ad Scaldiam, insulam à se dictam, vulgò Schouwen; nam, pro eo, quod nunc Schelde/ dixerunt Schauwe/ pro Schaude/ dialecto præsertim Brabanticâ, ubi pro bouden/ bouwen/ pro coude/ couwe/ pro houden/ houwen/ hodieq; pronuntiant. Vetus hujus fluminis nomen est Schald/ Gallicè *Escault*, unde *Scaldia* Schaude/ Schauwe/ Schouwe/ mutatâ primâ syllabâ, sicut pro sal/ sout/ pro veteri cald/ coudt/ *Toraltum*, Corout/ ut & in superioribus *Haltaua*, pro quo nunc Houtave &c. Marchantius ad annum usque Christi 980. ait Zelandicas has insulas Flandriæ fuisse annexas: *Breskinsantum, inquit, sive Breskinam, à Vlissinga Walacræ, vix horæ spatio fretum, nunc discernit, quum Flissinga Flandriæ continenti ferè adhæsisse existimetur ante annum 980, quo Otho secundus Cæsar, fossam Othonianam, ad commoda navigationum duxit, metuensq; ne aliquando mare damnosè irrumperet, cataractas, quas* Wielinghen *adhuc vocant, quod totis funibusq; elevarentur, exstrui jussit, quæ usq; ad annum 1377, inundatione multos pagos submergente, famosum, incolumes remansêre; inter illas insulas, media fere Wulpia, quæ nostro ævo mari excluso restaurata, & hoc iterum indignabundo, ferociusq; irrumpente, absumpta, periit suo Dynastæ, Matthiæ Laurino, propinquo meo, terræ Francæ Scabino consulari erudito.* L.1.f.138.

Annal.l.2. f.18. Meyerus fossam Othonianam ductam vult anno 949: *Cæsar* (inquit hoc anno) *terram quatuor Officiorum occupavit, fossamque Hontam duxit, quam Othonianam vocant, ac finem imperii esse voluit.* Idem, de inundatione anni 1377. hoc modo: *decimosexto Novembris, qui dies Lunæ erat, post ferias D. Martini Episcopi,* Plamme, *hoc est accedens æstus Oceani, ventorum tempestate mirum in modum adauctus, Plamingis, seu Flamingis suis gravem intulit calamitatem. Foramen quod Birflitense vocabatur, negligenter munitum, Oceanus, vi suâ interrupit, pagosq; septemdecim, & eo amplius, inundavit* &c. *pagi submersi fuere: Isendica, Fanum Nicolai ad Hameram, Elmetra, Rosilaria, Oostmanskerc, Pieta, Fanum Catharinæ juxta Oostburgum, Fanum Ioannis in eremo, Scoondica partim, Hughensliet, pars Fani Mariæ Birfletensis, Bocholta, Monasterium Guilielmitarum, Wolmerbeke, Homergate, Crusscha, Gaternessia, & Zegherwilde. Quidam addunt Niniven.* L.12.f.264. Meminit & Meyerus anno 1334, urbis & templi de Scarphout, pro quo nunc Blanckenberghe/ inundati; item pagi Ter strееp juxta Ostendam. Idem ad annum 1421: *Mense Novembri, nocte Divæ Elisabethæ, quæ, XIII. Kalend. Decembris illuxit, in Hollandia, Zelandia, & Flandria, per maris tempestatem, horrendæ factæ inundationes. Inter montem D. Gertrudis & Dordracum, tota illa fertilissima & ditissima regio submersa est, quo damno complures viri nobiles ad inopiam & miseriam sunt redacti, manetq; adhuc hodie regio illa cum suis LXXII pagis absorpta in mari.* Fuerunt & frequentissimæ inundationes tempestatesque in his partibus, temporibus illis antiquioribus, quibus factum, ut mirabiles, toto tractu maritimo Flandriæ, factæ sint mutationes, ut absorpta sit hinc terra, inde in loca depressiora invecta.

Cæsaris ætate, Morinorum & Menapiorum paludes, quæ nunc sunt terra Franca, Furnensis, Winocibergensis, & Burburgana, multò fuêre, quàm nunc, profundiores ac depressiores. Illudq; pro certo habeo, ubi nunc aptam illam alendo igni materiam (Flandri derinck/ Hollandi Brabantique moer/ & factos ex eo cespites turf/ appellant) altâ humo abditam, rusticana scrutatur industria, fuisse tum temporis Morinorum & Menapiorum solum. Docent id & evincunt arbores, aliæ cæsæ, aliæ radicitus extirpatæ: tum vasa, aliaque rustica, militaria, etjam nautica è ferro & ære instrumenta; adde, & nummi, lapides, & quædam etjam Romanæ antiquitatis monumenta, quæ cum ipsa inde bituminosa spongiosaque terra eruuntur. De quibus multi multa tradiderunt. Mihi quidem, tribus ab hinc annis, D. Franciscus Boone, Canonicus Regularis S. Augustini, in celeberrima Brugensi Abbatia Eeckhoutana Religiosus, & pagi Meetkercani parochus, tradidit achatem lapidem, è flavo & albo bicolorem, Neptuni ac Tethidos effigiebus ex arte insculptum, in gleba istius materiæ, ex ima terra erutâ, repertum, in quo Romanum anaglyptam simul, & antiquitatem, è sculptura, deprehendas.

prehendas. Quem quidem lapidem haud dubiè quiſpiam è Menapiis, militi, aut Duci Romano detraxit: nam ne ferramentum quidem tum temporis apud Menapios fuiſſe, quo ſimilis cælatura fieri potuiſſet, vel ex eo colligitur, quod Cæſar de Nerviis, Belgarum præcipuis, tradit: *Nulla his ferramentorum copia, quæ eſſet ad hunc uſum idonea, gladiis ceſpitem circumducere, manibus ſagulisq; terram exhaurire cogebantur.* Romanos verò, in galeis præſertim, pretioſis lapidibus uſos, patet variis ex locis, atque imprimis ex hoc Ammiani Marcellini: *Galeam ejus cubicularius ferens auro lapillisq; diſtinctam.* Itaque terra quæcumque materiæ iſti ſupereminet, maris alluvie, aliis, atque aliis temporibus, ingeſta eſt, è regionibus, pagiſque vicinis, tempeſtate abſorptis, & Com. 6. Lib. 27. f. 1752.

——————— quorum confinia pontus
Abſtulit, & mediâ tellurem reppulit undâ.

Unde in hiſce partibus diverſi coloris terram reperies, aliam ſuper alia, modò albi, modò cinerii, modò fuſci; videbiſq; conchulas marinas plerumque intermixtas; ut videlicet apud Ovidium in Metamorphoſi: Lib. 15.

Vidi ego quod fuerat quondam ſolidiſſima tellus,
Eſſe fretum, vidi factas ex æquore terras,
Et procul à pelago conchæ jacuere marinæ,
Et vetus inventa eſt in montibus anchora ſummis;
Quodque fuit campus, vallem decurſus aquarum
Fecit, & eluvie mons eſt deductus in æquor,
Eque paludoſâ ſiccis humus aret arenis.

Hiſtoria tripartita: *Coſſ. Valentiniano & Valente* (.j. anno Chriſti 368.) *terræ motus factus multas diruit civitates, ſed etjam mare terminos proprios mutavit, & in quibuſdam locis in tantum ibi fluxit, ut loca, quæ pridem ambulari poterant, remigarentur, ab aliis verò locis tantum receſſit, ut arida tellus inveniretur.* Ammianus Marcellinus: *Die XII Kalendas Auguſtas Coſ. Valentiniano primùm cum fratre, horrendi tremores per omnem orbis ambitum graſſati ſunt ſubito, quales nec fabulæ, nec veridicæ nobis antiquitates exponunt. Paulò enim poſt lucis exortum, denſitate præviâ, fulgurum acriùs vibratorum tremefacta concutitur omnis terreni ſtabilitas ponderis, mareq; diſpulſum retro fluctibus evolutis abſceſſit, ut retectâ voragine profundorum ſpecies natantium multiformes limo cernerentur hærentes, valliumq; vaſtitates, & montium tunc, ut opinari dabatur, ſuſpicerent radios ſolis, quos primigenia rerum ſub immenſis gurgitibus amandavit* &c. *Marini fluctus, velut gravati repulſam, verſâ vice conſurgunt, perque vada ferventia, inſulas, & continentis terræ porrectus ſpatiis violenter illiſi, innumera quædam, in civitatibus, & ubi reperta ſunt ædificia complanarunt* &c. *Ingentes naves extruſæ rapidis fluctibus culminibus inſedêre tectorum* &c. L. 7. c. 15. Lib. 26. f. 1733.

Quis credat Gandavum annis ab hinc circiter octingentis, marinum fuiſſe portum? Patet tamen id ex vita Caroli Magni apud

Hist. Frãc. t.2.f.48. apud Du Chesne; ubi hæc leguntur : *Ipse autem* (Carolus Magnus) *in terra propter classem, quam anno superiore fieri imperavit, videndam, ad Bononiam civitatem maritimam, ubi eædem naves congregatæ erant, accessit, farumq; ibi ad navigantium cursus dirigendos, antiquitus constitutam, restauravit, & in summitate ejus nocturnum ignem accendit, inde ad Scaldim fluvium veniens, in loco, qui Gand dicitur, naves ad eandem classem ædificatas, adspexit.* Eodem fere modo in gestis Caroli Magni per Eginhartum apud eundem Du Chesne. Ib.f.257. Hinc portus Gandavus dicitur ab Arnulpho Magno, in diplomate quod, ex archivis S. Petri Gandensis, vulgavit Miræus, in Notitia Ecclesiarum Belgii; ubi hæc : *Censum qui accipitur de* Fol.96. *mansionibus, quæ sitæ sunt in portu Gandavo, à flumine Scalda, usq; ad decursum fluminis Legiæ.* Cum videlicet Wasiam, eamque regionem, quæ quatuor ambachta postmodum est appellata, Oceani aquæ occuparent.

Præterea Audomarum, ante annos quingentos, maritimam adhuc urbem fuisse, liquet ex diplomate Lud. VII. Regis Francorum, quod, ex archivis Episcopatus Teruanensis, apud Cano- Arch. S. Mart. Ipr. nicos Ecclesiæ Cathedralis Iprensis, descriptum, ita habe : *In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Amen. Ego Ludovicus, Dei gratia, Francorum Rex. Evidens est rerum omnium inconstantia, tantò amplius mutabilia subjiciens sibi, quantò magis ab incommutabili statu Dei recedere dignoscuntur. Quod, consideratione, & priorum memoriâ temporum, protulimus, quando Morinensis Ecclesia, quæ nunc frequentiore vocabulo Teruanensis dicitur, in magno constitit robore, antiqua civitas, secus mare fundata, orbis in extremo margine, & ideo à Regis visitatione paullò remotior : unde guerris interdum surgentibus obsistere non potuit, prædonibus tam marinis, quàm terrestribus, & duplex suscipiens suffragium, fere dissipata, & in nihilum redacta est. In tanta ergo vastatione Ecclesia Teruanensis, pauculas retinens possessiones, suis etjam destituta est privilegiis* &c. *Actum publicè Parisiis, anno ab incarnatione Domini M.C.LVI. Regni verò mei XX. Adstantibus in palatio nostro, quorum subscripta sunt nomina & signa. S. Comitis Blesensis Theobaldi Dapiferi nostri. S. Guidonis Buticularii. S. Matthæi Constabularii nostri.*

Equidem puto Audomarum usq; prope Teruanam, pertigisse portum Iccium citeriorem sive interiorem; nam Cæsari duplicem fuisse portum Iccium, eruditissimo libro docet, amicorum nostrorum coryphæus D. Ioannes-Iacobus Chiffletius, Eques auratus, & Regius Archiater; ulteriorem videlicet, ubi nunc Mar- Com.4. dica, interiorem, ubi Sitiu. Utriusque meminit Cæsar de bello Gallico, in hanc sententiam : *P. Sulpitium Ruffum Legatum cum eo præsidio, quod satis esse arbitrabatur, portum tenere jussit.* Et mox : *Nactus idoneam ad navigandum tempestatem, tertiâ fere vigiliâ solvit, equitesque in ulteriorem portum progredi, & naves conscendere, ac se sequi jussit.* Ibidem : *Onerariæ duæ eosdem portus, quos reliquæ capere*

non

non potuerunt, sed paullo infra delatæ sunt. Deinde verò inter Teruanam, & Sitiu, quod à S. Audomaro postea denominatum est, aggestâ, ut assolet, terrâ, & lacubus repletis manserit portus Sitiu, sive Audomaropolis, ut dictum; de quo sic Abrah. Ortelius: *S. Audomari oppidum olim fuisse Oceani portum, atque sinum maris latissimum, vel præalta littora, quæ ipsam civitatem quasi cingunt, demonstrant, aliaque innumera argumenta, & antiquitatis vestigia, quæ apertè terram adjacentem salo mariq; subfuisse, vel nullo loquente, convincunt, nec non constans in hodiernum diem fama declarat. Quin imò, & nomen vetus civitatis Sitiu esse (nam S. Audomari recens esse nemo est qui nesciat) id arguit, quasi dicas sinum, seu portum Itium.* Aliàs suprà Morinensis urbs non malè exponitur Boloniensis.

In theatro orbis.

Vide additiones.

Fuit & olim portus marinus Lombaerdsyda, quo arenis oppleto, novus portus, arte factus loco commodiore, qui hodie Neoportus, vulgò Nieuport vocatur.

Suinus quoque, prope Slusam, fuit olim Brugensium portus, ac deinde Dammum, qui, ante annos quadringentos *famosissimus* fuit portus, & *miræ amplitudinis*, ut loquitur Rigordus de gestis Philippi Augusti, cujus, ad annum Christi 1213, sunt hæc: *Eodem anno venit Rex Philippus Magnanimus, cum immenso exercitu, Boloniam, & ibi, per dies aliquot, naves suas, & homines, de diversis partibus venientes, exspectans, transivit usque Gravaringas, villam opulentam, in finibus Flandriæ, super mare Anglicum sitam, ad quam tota classis ejus secuta est eum. Ibi, ex condicto, debebat Comes Fernandus venire ad Regem, & ei satisfacere de omnibus injuriis. Qui in hoc, sicut in aliis, fidem non servans, per diem integrum exspectatus, nec venit, nec in aliquo satisfecit: licet, ad ejus petitionem, dies ille, ad satisfaciendum de omnibus retroactis, ei à Rege assignatus fuisset. Communicato itaque Baronibus consilio, qui de Francia, de Aquitania, & de omni provincia regni convenerant, Rex Philippus Magnanimus, dimisso proposito eundi in Angliam, cum universo exercitu suo, divertit in Flandriam, & cepit Cassellam, Ypram, & totam terram usque Brugias. Classis autem sua, quam Gravaringis dimiserat, secuta est eum per mare, usque in portum famosissimum, qui dicitur Dam, distantem Brugiis duobus milliaribus* (gallicis) *tantùm.* Et mox: *Occurrit Ferrandus Comes, cum Insangonis* (Isangrinis) *& Bloetinis, & Flandrensibus, utpote qui bene prænoverant eorum adventum, & ita subitò in navibus cursoriis irruentes, occupaverunt naves nostras, quæ dispersæ erant per littora, quia portus, licet esset miræ amplitudinis, eas capere non poterat, cum essent numero mille septingentæ, & abduxerunt omnes naves extra portum inventas, & in crastino obsederunt portum & villam* &c. Meminit & Brito in Philippide, adludens ad vocem *Dam*, quæ tum temporis damnum significabat ex latino, pro quo nunc *damage* & *domage*; ubi de Comite Ferdinando ita canit:

Hist. Frāc. ab an. 900 f. 212. edit. Wichel.

——————— *nec Brugia defuit illi* Lib. 2.
In strepitu tanto, quin pluribus adjuvet illum

Millibus,

Millibus, in bellum fortissima corpora mittens.
Brugia, quæ caligis obnubat crura potentum;
Frugibus, & pratis dives, portuque propinquo.
Dam quoq; villa nocens, Dam verè nomine, Dam re,
Dam olim nostris damnosa futura carinis,
Adjuvit nostros bello pro viribus hostes.

Idem ait portum Dammum, omnium gallicarum navium, ad mille videlicet septingentas, capacem fuisse, his versibus :

Lib. 9. *Littore Bolonico diffunditur in mare classis,*
Vixque satis, quo currat, habet, nimis arcta videntur
Æquora tot ratibus; Austris spiramina desunt,
Vela quibus tot sparsa queant sinuare per undas.
Quæ si cuncta velis uno defigere visu,
Frons oculis tua lyncæus armetur oportet:
Quod si sub numero comprendere forte labores
Navibus Argolicis, quas Eurus, in Aulide, longo
Tempore detinuit, iter impediente Pelasgûm
Neptuno, ne Troja cadat, quam struxerat ipse,
Quingentas bis quinque rates, & quattuor adde. &c.
Classis prima quies Calesi fuit, altera portu
Fit Gravelinga tuo, quo Rex, aciesq; pedestri
Perrexêre viâ &c.
Inde movens iterum classis legit æquoris undas,
Quod Bloetinorum candentia littora lambit,
Quaque marescosos extendit Flandria campos,
Et quà bellipotens, media inter prælia, terram
Sulcat Ysangrinus, gladio munitus & hastâ;
Quà sola Furnus arat, finibus vicina marinis,
Quaque ruinosos ostentat Belga penates &c.
Hinc quoque digrediens, flatu propulsa secundo,
Portum læta subit, à damno nomen habentem;
Qui tam latus erat, tantæque quietis, ut omnes
In se sufficiat nostras concludere naves :
Quo valde speciosus erat Dam nomine vicus,
Lenifluis jucundus aquis, atque ubere glebæ,
Proximitate maris, portuque, situque superbus.

Numerum navium, quas portus Dammensis excipere poterat, ita describit, ut quingentæ, & quatuordecim ampliùs fuerint, quàm in Aulide, Beotiæ portu, quo conveniebant naves Græ-
Lib. 4. c. 7. corum, ad obsidendam Trojam navigantium, de quo Plinius : *Aulis capaci nobilis portu.* Homerus, in Iliade, ingentem illarum navium describit numerum in hoc portu, ut & alii poëtæ græci. Unde Hyginus, titulo : *Qui ad Trojam expugnatum iverint & quot naves*; ita pergit : *Agamemnon, Atrei & Aëropes filius, Mycenis, navibus centum. Menelaus, frater ejus, navibus LX. Phœnix, Amyntoris filius Argivus, navibus L.* &c. Vbi multa corrupta, & omnia fabulosa.

bulosa. At Britonem respexisse crediderim hunc locum Metamorphoseos Ovidianæ :

——— *conjurataq; sequuntur* Lib. 12.

Mille rates, gentisque simul commune Pelasga.

Item & hunc :

Aulidaque Euboïcam complêrunt mille carinæ. Lib. 13.

Vt ita, ex supputatione Britonis, Francorum naves fuerint mille quingentæ & quatuordecim. Insigne illud, prope Dammum, saginandis bobus pascuum, quod nunc de Sueghe vocamus, meâ quidem sententiâ, ante annos quadringentos & infra, fuit illud navium receptaculum, de quo supra memorati scriptores Gallici; neque aliunde fortassis ipsum nomen Sueghe/ quàm quod terra sit succulenta, & lutosa, ex aqua, tam marina, quàm fluviali illic terræ adjectæ commixta: prout aquam, ita se aggeri cōmiscentem, ut eum subtus perrumpat, een sunghet appellamus. Ita tituli sunt in libris veteribus urbis Brugensis : Vanden marasche voor Damme/ ghesept de Sueghe. Groenen boeck A. f. 44. verso

Ex his omnibus liquidò facileque apparet, id quod terrę Oceanus ab una parte avexit, in alteram partem ab eo devectum esse; neque mirum ulli videri debere, si nunc tantum aquarum spatium sit, inter Zelandiam & Flandriam, ubi olim fuit continens, quandoquidem tot vadosa loca atque æstuaria, toto terræ Francæ tractu, atque ipsi portus, Audomarensis, Lombardsydanus, Suinus, Dammensis, itemq; Gandensis, nunc terrâ, fluctibus Oceani aggestâ, sint oppleti.

In Sigillis Comitum Flandriæ dedimus diploma Guidonis Comitis, datum anno 1287, quod, quia huc non parum facit, duximus repetendum, hoc autem ita se habet : *Nos Guido, Comes Flandriæ, & Marchisus Namurcensis, proponimus & dicimus, quod antecessores nostri, Flandriæ Comites, terram de Alost, Geraldimontensem, terram quatuor Officiorum, terram Wasiæ, cum terra supra Scaldem, cum earum pertinentiis universis & singulis, terram de Walcres, de Suytbevelant, de Nort-bevelant, de Borsele, & omnes insulas Zelandiæ, cum pertinentiis earum, & terram de Ostrevant, de Creveceur, & de Aleües, ab initio, usque in diem obituum suorum, pacificè tenuerunt & possederunt* &c. Fol. 50.

In Genealogiæ quoque Comitum Flandriæ probationibus varia recitavimus Diplomata Guidonis, Comitis Zelandiæ, filii Guidonis Dampetræi, Comitis Flandriæ; è quibus satis apparet Zelandiæ Comitatum, quamprimùm id nominis habere cœpit, à Comitibus Flandriæ, filiis suis in portionem hæreditariam fuisse assignatum. Quamquam non pauca ob Zelandiam bella gesta fuerint, Flandriæ inter & Hollandiæ Comites : quæ tum demùm sopita fuerunt, quando Hollandia, Zelandiaque, primò quidem resignatione, ac deinde hæreditate Iacobæ Bavaræ Hollandiæ Comitissæ, ad Philippum Bonum, Burgundiæ Ducem; Part. 2. tab. 12. fol. 65.

Fol. 88. Comitemque Flandriæ transivit; quo de plura in Sigillis Comitum dicta reperiuntur.

Fol. 5. Itaq; Zelandia, veteris Flandriæ pars & Menapiorum sedes, uti capite 1. dictum, à Romanis nunquam subacta, suam etjam libertatem sibi asseruit: unde quoque Franciæ nomine censa fuit; quod suo deinde loco demonstrabimus. Quin & prætere, quòd pars esset terræ Francæ, quæ vulgò **het Vrye** vocatur, quia Insulani, pro **V.** consonante, fere **F.** pronuntiant, Frisiorum etjam inde nomen habuerunt. Ita quò nos modo Flandri **het Vrye/** illi **het Frye/** dicent; quemadmodum nos **Vliet/** pro fluxu maris efferimus, illi sonant **Fliet.** Habemus in Flandria, **Nieu-vliet/ Oost-vliet/ Water-vliet/ Bier-vliet/ Reyghers-vliet/** &c. In Zelandia & Hollandia: **Swarte-fliet/ Heen-fliet/ Poort-fliet/ Waddinghs-fliet.** Item **fleet/** ut **Water-fleet/ Elf-fleeten.** Neque aliunde Rheni ostium Fletum, aut Flevum, Frisiam versus, fuit denominatum, quàm à vernaculo **fleet/ fliet.** Schafnaburgensis: *Frisiam*, inquit, *quæ confinis est Flandriæ.* Walchram quoque Frisiæ insulam censet continuator vitæ Ludovici Pii: *Eâ*, inquit, *tempestate, Normanni irruptione solitâ Frisiam inruentes, in insula, quæ Walachra dicitur, nostros imparatos aggressi, multos trucidârunt, plures deprædati sunt.* Et mox: *Patuit, partim impossibilitate, partim quorundam inobedientiâ, eos inimicis non potuisse resistere: unde, & ad comprimendum Frisionum inobedientiam, strenui Abbates & Comites directi sunt.* Hæc, insula parvula Fresonum, vocatur à Poëta Saxonico, de gestis Caroli Magni, apud Du Chesne, his versibus:

Ad ann. 1071. — Ad an. 837 — Hist. Frāc. t. 2. 179.

Et quod Normannis vastantibus, insula quædam
Parvula Fresonum damna tulit gravia.

Ibid. t. 3. Chronicon Bertinianum apud eundem Du Chesne, ad annum 839, sic habet: *Normanni in quandam Frisiæ partem irruentes, non parum incommodi nostris finibus intulerunt.* Chronicon Normanniæ

Ib. f. 525. ibidem: *Piratæ Danorum, Fresiam adeuntes, provincias & ecclesias vastaverunt, & populum in eis occiderunt; quod audientes Flandrenses, vicinarumq; urbium Pontifices, & Abbates, cum sanctorum suorum reliquiis ad S. venerunt Audomarum, quia muro valido, & turribus atrium ejus Divinâ providentiâ munitum erat. Isti sunt sancti, qui propter persecutionem illam venerunt ad castrum: S. Bavo, S. Waudregisilus, &c.*

Ipsam quoque Hollandiam Frisiæ olim nomine appellatam fuisse testatur vetus adagium, quod vernaculè sic sonat:

Staet te Haerlem op het sandt/
Ghy werpt een koe in Vrieslandt.

Id est:

Stans Harlemi in arena,
Projicis vaccam in Frisiam.

Quo indicatur Harlemense forum esse in ipsa Frisia, nec enim bos longiùs jaci posset. Hinc Vltrajectum sedes dicta Episcoporum

porum Frisiæ: & S.Willebrordus qui Ultrajectensis Episcopus fuit, Episcopus Frisiæ nuncupabatur. Beda de gestis Anglorũ: *Postquam per aliquot annos, in Fresia, qui advenerant, decurrunt, misit Pipinus, favente omnium consensu, virum venerabilem S. Willebrordum, cujus adhuc pontificatum Sergius habebat; postulans ut eidem Frisonum genti Archiepiscopus ordinaretur. Quod, ita ut petierat, adimpletum est; anno ab incarnatione Domini DC. XCVI.* Sigebertus sub Iustiniano Imperatore: *Willebrordus à Sergio Papa, Clemens agnominatus, & ad prædicandum genti Frisionum Episcopus consecratus, ex dono Pipini Principis, sedem Episcopalem constituit, in loco Vultaburgh, qui nunc Vltrajectum dicitur.* Sub hoc Episcopatu non Walchra tantùm fuit, ac universa Zelandia, verùm etjam quatuor officia, **Axel/ Hulst/ Bouchaute/ Assenede/** item Bierfletum. Bertius in rebus Germanicis; ubi de Trajecto inferiore ad Rhenum: *Flandri, Bierfletani, Hulstani, Axelani, Hasnensesq́, ab eo* (S. Willebrordo) *quoque docti, atq́ ideo ad sedem Trajectensem pertinuerunt.* Identidem apparet ex archivis monasteriorum, quæ in partibus illis suas habuerunt terras, & mansiones; quod erectione novorum Episcopatuum in Belgio Paulus IV. Pontifex, anno 1559. immutavit; unde in ejus bulla inter alia hæc leguntur: *Ab Ecclesia & Diœcesi Trajectensi, eam partem Diœcesis Trajectensis, quæ in Flandriæ Comitatu, & insulis Zelandiæ &c. liberavimus.* Ut videlicet imposterum, pars, Middelburgensi Zelandiæ, pars Gandavensi, & Brugensi, Flandriæ, novis Episcopatibus, subjiciantur.

L. 5. c. 12.

In Chron. ad an. 697.

Lib. 3.

Havensi. f. 13.

Hoc Frisiæ, sive Fresiæ, & inde Frisiorum, Frisionum, & Frisonum, sive Fresiorum, Fresionum, & Fresonum nomen, etjam non aliunde profluxit, quàm à libertate, ut apud præcipuos quoq; authores in confesso est. Hadrianus Iunius in Batavia: *Hæc,* inquit, *gens* (Frisica) *ut & Francica, certè conjuncta, si non eadem, eandem prope gloriæ hæreditatem cernere, ambitu quodam, & peculiari tenendæ libertatis studio, videtur pari ardore operata, quæ nominis accessio utrique fuit.* Emmius quoque in Historia Frisiæ; in principio: *Francos, ex studiis avitæ libertatis defendendæ &c. nomen invenisse constat satis. An verò populus ullus, per Germaniam tantis animis ac contentione pro libertate decertavit &c. quàm majores nostri &c. Frisii?*

L. 3. f. 24.

L. 2. f. 11.

Porro nominis Frisiorum, neque Cæsar meminit, neq; Florus, neque Mela, neque Solinus, neque Strabo: quòd videlicet natum in insulis, in quas, *ii qui proximi erant Oceano,* ut Cæsar ait, *se occultabant.* In hisce insulis, quia liberi omnino erant â Romanorum incursu, à **Fry/** quod liberum significat, Frisios jam tum appellarunt. Drusus, qui Rheno navibus in Oceanum penetravit, eos fertur domuisse, qui erant in ostiis Rheni, ac cis & ultra Rhenum, tempore Tiberii, de quo primus omnium scripsit Dio, auctor græcus, cujus sunt hæc: Ἔς τε τὸν ὠκεανὸν διὰ τοῦ Ῥήνου καταπλεύσας, τούς τε Φρεισίους ᾠκειώσατο. Καὶ ἐς τὴν χαυκίδα διὰ τῆς λί- Lib. 54.

 μνης

μνης ἐμβαλὼν ἐκινδύνευσεν τῶν πλοίων, ἐπὶ τῆς τοῦ ὠκεανοῦ παλιρροίας, ἐπὶ ξηροῦ γενομένων, .j. Rheno in Oceanum devectus, Frisios perdomuit. Et cum per lacum in Chaucorum fines trajiceret, in periculum incidit, navibus maris refluxu in sicco destitutis. Tacitus quoq; de Germanico Drusi fi-
Ann.l.1. lio: *Ne bellum mole unâ ingrueret, Cæcinnam, cum XL. cohortibus Romanis, distrahendo hosti, per Bructeros, ad flumen Amisiam mittit, equitem, Pado, præfectus finibus Frisiorum, ducit; ipse impositas navibus IV. per lacus vexit.* Idem postea Frisios rebellantes captum Fle-
Ibid.l.4. vum obsedisse ait, addens & hæc: *Quod ubi L. Apronio inferioris Germaniæ Proprætori cognitum, vexilla legionum, è superiori provincia, peditumq; & equitum auxiliarium delectos, accivit, ac simul utrum-
Lib.11. que exercitum, Rheno devectum, Frisiis intulit.* Idem: *Natio Frisiorum post rebellionem clade L. Apronii cæptam, infensa, aut male fida, datis obsidibus, consedit apud agros à Corbulone descriptos: item Senatum, Magistratus, leges imposuit.* Pace videlicet factâ, eaque conditione, ut in libertate manerent, suosque Duces haberent; nam nec victos tum, neq; antea domitos fuisse Frisios, patet ex eo-
Lib.13. dem Tacito, qui in iisdem annalibus ad ann. ab V.C. D.CCC. XI. Christo nato LX. sic aït: *Paulinus Pompejus, L. Vetus, eâ tempestate exercitui præerant. Ne tamen segnem militem attinerent, ille, inchoatum ante tres & sexaginta annos à Druso aggerem, coërcendo Rheno, absolvit.* Quo opere absoluto, haud multo post, inquit: *Continuò exercituum otio fama incessit, ereptum jus Legatis ducendi in hostem, eoq; Frisii juventutem, saltibus, aut paludibus imbellem ætatem, per lacus admovere ripæ, agrosque vacuos & militum usui sepositos insedere, auctore Verrito & Malorige, qui nationem eam regebant, in qua tum Germani regnabant.*

Agit hic de Frisiis, præsertim Transrhenanis, ad Flevum ostium Rheni, ubi nunc Amstelodamum, Alcmaria, &c. nam ad Helium, alterum Rheni ostium, coluêre Frisii Cisrhenani, Caninefates, &c. Medium utique Rheni ostium, quod erat Flevum inter & Helium, ad Lugdunum castellum, nunc Leyden/ separabat Germaniam à Gallia. Erant autem Batavi in insula, ad oram Gallicam, nunc vulgari vocabulo Betuwe nuncupatâ; de quibus deinde plura. Id verò extra controversiam est, Neronis ævo, non subactos fuisse Frisios à Romanis, sed cum iis factam *pacem*, quam, ut verbis Taciti utar, ipsi sæpe *exuerunt*: Quinimo Romanis ipsi Frisii etjam insultârunt, cum agros eorum, quos, perfecto aggere Drusiano, cultui aptos reddiderant, occupârunt; atque ad eosdem retinendos, Verritus, & Malorix, Duces, vel potiùs, ut cum Tacito loquar, Reges Frisiorum, Romam profecti sunt, ibique, civitate Romanâ à Nerone donati. Quam
Lib.13. rem ita prosequitur Tacitus: *Iamq; fixerant domos* (Frisii) *semina arvis intulerant, utq; patrium solum exercebant; cum Dubius Avitus, acceptâ à Paulino provinciâ, minitando vim Romanorum, nisi abscederent Frisii veteres in locos, aut novam sedem à Cæsare impetrarent,*

perpulit

perpulit Verritum & Malorigem preces suscipere. Profectique Romam, dum aliis curis intentum Neronem opperiuntur, inter ea quæ Barbaris ostentantur, intravere Pompeii Theatrum, quo magnitudinem populi viserent. Illic per otium, neq; enim ludicris ignari delectabantur, dum consessum caveæ, discrimina ordinum, quis Eques, ubi Senatus, percontantur, advertêre quosdam cultu externo, in sedibus Senatorum: & quinam forent, rogitantes, postquam audiverant earum gentium legatis id honoris datum, quæ virtute & amicitiâ Romanâ præcellerent: NVLLOS MORTALIVM ARMIS AVT FIDE ANTE GERMANOS ESSE *exclamant, digrediunturque, ac inter Patres considunt. quod comiter à visentibus exceptum, quasi impetus antiqui, & bona æmulatio. Nero civitate Romanâ ambos donavit. Frisios decedere agris jussit. Atque illis aspernantibus, auxiliaris eques repetente immissus, necessitatem attulit, captis cæsisq; qui pervicacius restiterant.* Iussi itaque discedere agris Romanorum, & in suis quiete residere permissi, ab altera Rheni parte, quà Germania est.

Hi, post annos aliquot, rebellantibus Batavis continuò se adjunxere adversus Romanos, Imp. Vespasiano Cos. iterum, cum filio suo Tito; quod est anno V. C. DCCC. XXIII. De Batavis ita Tacitus: *Batavi, donec trans Rhenum agebant, pars Cattorum, seditione domesticâ pulsi, extrema gallicæ oræ, vacua cultoribus, simulq; insulam, inter vada sitam, occupavêre, quam mare Oceanum à fronte, Rhenus amnis tergum ac latera circumluit, nec opibus Romanis, societate validiorum attriti, viros tantùm armaq; Imperio ministrant.* Hist. l. 4. Batavis indubiè societas fuit cum vicinis validioribus, videlicet Frisiis, tum Cisrhenanis, tum Transrhenanis; quâ freti, opibus ac fortitudine Romanâ nunquam fuerunt attriti. Cum verò Drusus Rheno in Oceanum veheretur, ne iter ejus, Batavorum, iisq; confœderatorum, armis retardaretur, cum Batavis ita convenêre Romani, ut eorum essent confœderati, Romanisq; dumtaxat arma virosque suppeditarent, retentoque libertatis suæ fructu, neque tributo, neq; Romanorum linguâ, neq; ullâ quapiam servitutis notâ gravarentur. Hos inter Civilis, *Regiâ*, ut ait Tacitus, *stirpe*, non ferens crudelitatem, avaritiam, incontinentiamque Romanorum, suos ad defectionem à Romanis excitavit; Ibid. *Tum*, inquit idem Tacitus, *missi ad Caninefates, qui consilia sociarent; ea gens partem insulæ colit, origine, linguâ, virtute, par Batavis.* Ibid. Et mox: *Erat in Caninefatibus, stolidæ audaciæ, Brinio, claritate natalium insigni, pater ejus multa hostilia ausus, Cajanarum expeditionum ludibrium impunè spreverat. Igitur ipso rebellis familiæ nomine placuit, impositusque scuto, more gentis, & sustinentium humeris vibratus, Dux deligitur; statimque accitis Frisiis, transrhenana gens est, duarum cohortium hiberna proximo occupato Oceano irrumpit.* Et aliquanto post: *Ad vim transgressus* (Civilis) *Caninefates, Frisios, Batavos, propriis cuneis componit, directa ex diverso acies, haud procul à flumine Rheno, & obversis in hostem navibus, quas, incensis castellis,*

 illuc

illuc appulerant, nec diu certato, Tungrorum cohors signa ad Civilem transtulit, perculsiq; milites improvisâ proditione à sociis hostibusq; cædebantur. Eadem etjam navibus perfidia. Pars remigum è Batavis, tamquam imperitiâ, officia nautarum propugnatorumque impediebant: mox contra tendere, & puppes hostili ripæ objicere. Ad postremum gubernatores, centurionesq;, nisi eadem volentes, trucidant, donec universa quatuor & viginti navium classis transfugeret aut caperetur. Clara ea victoria in præsens, in posterum usui: armaq; & naves, quibus indigebant, adepti, magnâ per Germanias Galliasq; famâ, libertatis authores celebrabantur. Germaniæ statim misêre legatos, auxilia offerentes. Galliarum societatem Civilis arte donisq; affectabat &c. simul secretis sermonibus admonebat malorum, quæ tot annis perpessi: miseram servitutem falsò pacem vocarent. Batavos, quamquam tributorum expertes, arma contra communes Dominos cepisse, quid si Galliæ jugum exuant? &c. *Servirent Syria, Asiaque, & suetus Regibus oriens. Multos adhuc in Gallia vivere ante tributa genitos. Nuper certè, cæso Quintilio Varo, pulsam è Germania servitutem* &c. *sic in Gallias Germaniasq; intentus, si destinata provenissent, validissimarum ditissimarumque nationum regno imminebat.* Hactenus Tacitus.

Porro quantumvis illa Civilis destinata eò non provenerint, ut à Batavis, Frisiis, Caninefatibusque Romani superati fuerint; id tamen hi consecuti sunt, ut, sicut antea, libertatem suam sartam tectamque retinentes, præter arma & viros, nihil omnino aliud Imperio Romano subministrarent. Ita, sub Tito Imp. duce Agricola, Romanis in Britannia tres Batavorum veteranorum cohortes militârunt. Hoc ita Tacitus, in vita Iulii Agricolæ testatur: *Donec Agricola tres Batavorum cohortes, ac Tungrorum duas, cohortatus est, ut rem ad mucrones & manus adducerent, quod & ipsis vetustate militiæ exercitatum, & hostibus inhabile, parva scuta & enormes gladios gerentibus, nam Britannorum gladii sine mucrone, complexum armorum, & in aperto pugnam non tolerabant; Igitur ut Batavi miscere ictus* &c. Militavit & equitatus Batavus, sub Adriano, contra Sarmatas, & sub aliis Imperatoribus, adversus alios hostes, tantâ cum existimatione, adeoque Romanis usui, ut ab iis Batavi, & Amici, & Fratres appellarentur, haberenturq;. Gerardus Noviomagus, & ex eo Divæus, in antiquitatibus Belgicis, tradunt, apud Leydam, eruta marmora vetusta, sic inscripta:

Fol. 463.

Ex Dione Xiphilinus

Cap. 19.

IMP. CÆS. SEPTIMIVS SEVERVS
AVG. ET M. ANTONINVS CÆS. CON.
VOL. ARMAMENTARIVM VETVSTA
TE CONLAPSVM RESTITVERVNT
SVB VAL. PVDENTE LEG. AVG. PR.
PR. CVRANTE CÆCIL. BATOE. PRÆ.
GENS BATAVORVM AMICI ET FRA-
TRES ROMANI IMPERII.

Factum

Factum hoc videtur æmulatione Eduorum, qui, quod se Fratres Romanorum dici affectassent, primi peregrinorum civitate donati feruntur. De quo Tacitus l. XI. annal. videatur. Quemadmodum Batavi, ita quoq; Frisii suam sibi libertatem semper conservârunt. Hos Tacitus dividit in majores & minores: *Majoribus*, inquit, *minoribusq; Frisiis vocabulum est ex modo virium; utraq; nationes, usque ad oceanum, Rheno prætexuntur.* Plinius meminit Frisiorum & Frisiabonum: *In Rheno*, inquit, *ipso prope C. millia passuum in longitudinem, nobilissima Batavorum insula, ex Caninefatum, & aliæ Frisiorum, Cauchorum, Frisiabonum, Sturiorum, Marsatiorum, quæ sternuntur inter Helium & Flevum.* Sed & Plinius, & Strabo, aliique authores, errârunt, cum alias quoq; Frisiorum &c. insulas, inter Helium & Flevum constituunt. Siquidem Rhenum illi Morinis, multò quàm verè fuit, propiorem faciunt, adeò ut Zelandicas etjam Insulas Rheno adscribant; quem errorem supra deteximus cap. 1. Philippus Cluverius, in antiqua Germania, apud Plinium loco superiore ita legit: *Et aliæ Frisiorum majorum, Frisiorum minorum, Marsatiorumque* &c. Quia hic nulli Cauchi, ab aliis authoribus ponuntur, nulli agnoscuntur Sturii, neque Frisiabones. Et Tacitus simpliciter meminit *Majorum & minorum Frisiorum, qui, usque Oceanum, Rheno prætexuntur.* Ut, absque dubitatione, majores Frisios intelligat eos, qui trans Rhenum sunt, ad Flevum, ubi nunc Frisia: quæ cum in magnam amplitudinem porrigatur, ac proinde, pro multitudine virorum, plus virium habet, majoris vocabulum meretur. Minores verò Frisios, eos innuit, qui insulas Hollandicas & Zelandicas, multas quidem & varias, attamen exiguas inhabitant; quos etjam Frisones appellatos ante dictum est, ostensumque.

Lib. de mor. German.

L. 4. c. 15.

Fol. 6.

L. 3. c. 17.

Postremis deinde temporibus, cum Zelandiæ, Hollandiæque nomen, è situ regionum exortum, in usu esse cœpit, desierunt earum incolæ Frisiorum appellatione vocari, ac solis iis vox ea remansit, qui hodierno quoque die sic nuncupantur. Hugo Grotius, de Roberto nostro Frisone, Comite Flandriæ, circa annum 1071: *Qui, quòd Hollandos regeret, qui Frisii dici nondum desierant, inde Frisium cognomen accepit.* Vide Sigilla Comitum, ubi docemus primum Hollandiæ Comitem fuisse Ioannem, qui, sub annum 1272. debellatis Frisiis, ademptam iis avitæ libertatis gloriam in suæ dominationis trophæum convertit, Frisiorum Domini titulo sibi adscripto. Caninefates quoque nullo modo credendi sunt fuisse in insula Batavorum, quæ nunc Betuwa dicitur, sed citerius magis, ad Helium ostium, & partes Zelandicas. Ineptè quidam Kenemerlandios facere contendunt, qui in extrema Frisia, & in Germania trans Rhenum consistunt; nam apertè Civilis Batavus eos, ut & Batavos, pronuntiat esse *portionem Galliarum*, apud Tacitum; ubi is, volens Montanum Trevirum Gallum, à Romanis, in suas partes pellicere, ad com-

Foll. 34. 38. 39.

Hist. l. 5.

munem secum libertatem vindicandam, hac utitur oratione: *Vos autem Treviri, cæteræque servientium animæ, quod pretium effusi toties sanguinis exspectatis, nisi ingratam militiam, immortalia tributa, virgas, secures, & dominorum ingenia? En ego præfectus unius cohortis, & Caninefates, Batavique, exigua Galliarum portio, vana illa castrorum spatia excidimus, vel septa, ferro fameque premimus. Deniq; ausos aut libertas sequitur, aut victi iidem erimus.* Non pauci Francorum originem à Brinnione Caninefate ordiuntur, duce Batavorum, Frisiorum, & Caninefatum; tum à consuetudine Francis posterioribus, in creando Rege usitatâ, videlicet ut supra Tacitus:
Fol.41. *Impositusque* (Brinio) *scuto, more gentis, & sustinentium humeris vibratus, dux deligitur*, tum, quòd, sub eo qui fuerunt, dicti sint *libertatis auctores*. Ut paulo ante fol. 42. At nos de Francorum origine plura capite sequente.

CAP. VI.

Veterem Flandriam esse primam Franciam; unde natio Francorum oriunda.

PRæcedenti capite demonstratum est, eam Flandriæ partem, quæ nunc terra Franca dicitur, veram esse, & propriè vocatam Flandriam. Ostensum quoque ante capi-
Fol.3.8.9. te 1. eam, propter æstuaria & inaccessas paludes, nunquam à Romanis expugnatam fuisse: & hinc in promptu est ratio nominis à libertate; nam *Franc*, & olim vetere, & nunc hodiernâ, Flandrorum, Francorumq; linguâ, liberum sonat. Nos quidem Brugenses, quotiescumque aliquem omnino liberum significare volumus, eum esse vry en vrant/ utrâque, Frisicâ videlicet seu Flandricâ, & Francicâ sive Gallicâ linguâ pronuntiamus. A priore het Vrye/ ad verbum, transfertur: Francia, Gallis hodiernis *le Francq*; aliàs Gallis dicitur *le païs du Francq*, quasi dicas regio aut provincia Franciæ; vulgò verò nobis het landt vande Vryen/ quod sonat: Terra, aut regio Francorum, id est liberorum hominum. Incolæ verò non tantum de Vryen/ id est franci aut liberi, sed & Vrylaeten appellati sunt, id est liberi relicti; quod videlicet Romani primi has gentes, *tamquam quie-*
Fol.8. *scentes in suis* reliquerint, uti supra cap. 1. ex Ammiano Marcellino comprobatum est. Cujus authoritati consonat illud quod
Fol.193. Eumenius, in Panegyrico, ad Constantinum Augustum, jactat: *Quid loquar*, inquit, *rursus intimas Franciæ nationes, non jam ab his locis, quæ olim Romani invaserant, sed à propriis, ex origine sua, sedibus,*

atque

atque ab ultimis Barbariæ littoribus avulsas? Ut in desertis Galliæ regionibus collocatæ, etjam pacem Romani Imperii cultu juvarent, & arma delectu.

Ad clariorem hujus loci elucidationem, altiùs repetendum, Constantio, Constantini Magni patre, in Gallia Britanniaque, circa Christi annum CCXCV. regnante, Francos, qui tunc Flandri erant, & Zelandi, tùm ob indigenarum multitudinem, tùm ob populi, amore libertatis, huc è Gallia confluentis, abundantiàm, cum sedes suas dilatare vellent, hinc Bataviam invasisse, provinciam Romanis amicam, atque in ea naves omnes Romanorum cepisse; inde verò etjam non multò post, Boloniam, maritimam Romanorum urbem, Britanniæ oppositam, ductu præsertim Carausii Tyranni, qui à Romanis ad Francos defecerat, occupasse. Adversus hos, cum à Constantio præfectus esset Constantinus ejus filius, adessetque Maximianus Imperator; eorum virtute effectum est, ut exædificatis aliis navibus, Francorum Regibus .j. ducibus, devictis, Batavia fuerit recepta. Boloniam quoque postquam recuperârunt Romani, inde in Franciam, id est Flandriam & Zelandiæ partem, per paludes, & æstuaria, aridissimâ tum æstate, penetrârunt. Igitur conventum cum Francis, ut, in propriis ab origine sedibus, illi quidem remanerent, darent tamen è suis, quibus Romani, tum ad cultum agrorum in desertis Galliæ locis, tum ad militiam, uterentur. Quæ omnia dicti Panegyrici Constantio, Constantino, & Maximiano, acclamant: nimii tamen in laudes Romanorum, quasi Francos omnino protrivissent, cum sequentibus exinde temporibus apparuerit, ipsos Romanos à Francis fuisse superatos.

De Batavia, per Francos occupata, sub an. Christi CCXC. & à Constantio Imp. per Constantinum ejus filium recuperatâ, incerti authoris Panegyricus, è Plantiniana Ioannis Livinæi anno 1599, editione, ad Maximinianum & Constantium loquitur in hanc sententiam: *O divinum tuum Maximiane judicium, qui hunc tibi jure adoptionis nepotem, Majestatis ordine filium, etjam generum esse voluisti! Divi, inquam, Constantii filium, in quem se prima illius juventa infudit, in cujus ore cœlestes illius vultus natura signavit, qui affectum illius, ad Deorum concilia translati, adhuc desiderantibus nobis sufficit pro duobus. Neque enim forma tantùm, in te, patris, Constantine, sed etjam continentia, fortitudo, justitia, prudentia sese votis gentium præsentat* &c. *Fortitudinem autem illius jam tum in principiis consecutus es. Multa ille Francorum millia, qui Bataviam, aliasq; cis Rhenum terras invaserant, interfecit, depulit, abduxit; Tu jam ab ipsis eorum Regibus auspicatus es; simulque & præterita illorum scelera punisti, & totius gentis lubricam fidem timore vinxisti.* Alius item Panegyricus dictus Constantino hunc sonat in modum: *Nec verò tantummodò vetera illa, Dictatorum, & Consulum, ac deinceps magnorum Principum, sed etjam rectissima & pulcherrima Divi patris Tui facta*

Fol. 126.

Fol. 150.

facta superasti (sordet enim alios ex proximo tempore comparare) ipsum, inquam, Divum Constantium, jam primis Imperii tui lustris rerum gestarum laude cumulasti &c. *Purgavit ille Bataviam advenâ hoste depulso. Tibi se ex ultima Barbaria indigenæ populi dedidêre.* Advenam hostem hîc Francum intelligi, docuit prior Panegyrista.

Fol. 193. Item Eumenius in Panegyrico, quem Constantio dixit : *Dum ædificandis classibus Britanniæ recuperatio comparatur, terram Bataviam, sub ipso quondam alumno suo, à diversis Francorum Regibus occupatam, omni hoste purgavit; nec contentus vicisse, ipsos in Romanas transtulit nationes, ut non solùm arma, sed & feritatem ponere cogerentur.*

Francorum Reges, quorum hîc & supra mentio, fuerunt Ascaricus & Regaisus, quos Constantinus Magnus debellatos, captos, & Romæ in triumphum actos, occîdi, ut & alios Francos captivos, bestiis objici, jussit. Meminit Eumenius in Panegyrico superiore : *Affecisti pœnâ temeritatis Reges ipsos Franciæ, qui, per absentiam patris Tui, pacem violaverant, non dubitasti ultimis punire cruciatibus, nihil veritus gentis illius odia, & inexpugnabiles iras* &c. *Renovasti Imperator veterem illam Romani Imperii fiduciam, quæ de captis hostium Ducibus vindictam morte sumebat. Tunc enim captivi Reges, cum à portis usq; ad forum, triumphantium currus honestassent, simul atque in Capitolium currum flectere cœperat Imperator, abrepti in carcerem, necabantur.* Et post pauca : *Hæc est Tua, Constantine, de Ascarici, Regaisique, supplicio, quotidiana atque externa victoria, omnibus quondam secundis prælius anteponenda; semel acie vincitur, sine fine documento. Cladem suam, quamvis multi pereant, vulgus ignorat, compendium est devincendorum hostium Duces sustulisse.* Nazarius quoque in Panegyrico dicto Constantino : *Tu ferocissimis Regibus, Ascarico, & Comite ejus* (Regaiso) *captis, tantâ laude res bellicas auspicatus es, ut jam inauditæ magnitudinis obsides teneremus. Ut Herculem ferunt, tenerum, adhuc lactentem, duos angues manu elisisse, (ut jam infantulo indoles futuri roboris immicaret) sic Tu, Imp. in ipsis Imperii Tui cunabulis, quasi geminos dracones necares, per sævissimorum Regum famosa supplicia ludebas.* Item Panegyricus incertus eidem Constantino : *Ite nunc omnes, si placet, barbaræ nationes, & exitiales vobis movete conatus. Quamvis enim Imperator noster amicorum Regum admittat obsequia, idque ipsum valeat ad laudem victoriæ, quod à nobilissimis Regibus timetur, & colitur; augeri tamen gloriam virtutis suæ gaudet, quoties provocatur. Nam quid hoc triumpho pulchrius, quod cædibus hostium utitur, etjam ad nostrum omnium voluptatem, & pompam munerum, de reliquiis barbaricæ cladis, exaggerat, tantam captivorum multitudinem bestiis objici, ingrati & perfidi non minus doloris ex ludibrio sui, quàm ex ipsa morte, patiantur? Inde est, quod, cum exitum differre liceat, perire festinant, seseque lethalibus vulneribus & mortibus offerunt. Ex quo ipso apparet, quam magnum sit vicisse, tam prodigos sui. Facile est vincere timidos & imbelles, quales amœna Græcia, & deliciæ Orientis educant,*

Fol. 196. Fol. 163. Fol. 149.

vix

vix leve pallium, & sericos sinus vitando sole tolerantes, & si quando in periculum venerint, libertatis immemores, ut servire liceat orantes. Romanum verò militem, quem qualemque ordinat disciplina & sacramenti religio confirmat, aut trucem Francum, ferinâ solâ carne distentum, qui vitam pro victus sui vilitate contemnat, quantæ molis sit superare vel capere?

Atque hæc de Francis, qui Bataviam occupaverant, eorúmque Regibus, à Constantio & Constantino, debellatis quidem in Batavia, sub annum Christi 290. ac 300. at non deletis, aut penitus excisis, ut per adulationem panegyristæ loquuntur. Nam & sic Nazarius ante citatus, in panegyrico ad Constantinum: *Franci ipsi, præter cæteros, truces, quorum vis, cum ad bellum effervesceret, ultra ipsum Oceanum æstu furoris evecta, Hispaniarum etjam oras armis infestas habebat. Ii igitur sub armis Tuis ita conciderunt, ut deleri funditus possent, nisi divino instinctu, quo regis omnia, quos ipse afflixeras, conficiendos filio* (Crispo) *reservasses. Quamquam ad gloriam nostram fœcunda malis suis natio, ita raptim adolevit, robusteque recreata est, ut fortissimo Cæsari* (Crispo) *primitias ingentis victoriæ daret. Cùm, memoriâ acceptæ cladis, non infracta, sed asperata, pugnaret.* Fol.163.

De occupata porro classe Romanorum, iisque antea etjam bello victis, ope Francorum, à Carausio (quem piratam, latronem, transfugam appellant Panegyrici) ita in suo ad Constantium panegyrico Eumenius: *Isto verò nefario latrocinio, abductâ primùm, à fugiente pirata, classe, quæ olim Gallias tuebatur, ædificatis præterea pluribus, in nostrum modum, navibus, occupatâ legione Romanâ, interclusis aliquot peregrinorum militum cuneis, contractis ad delelectum mercatoribus Gallicanis, sollicitatis, per spolia ipsarum provinciarum, non mediocribus copiis Barbarorum, atque iis omnibus ad munia nautica, flagitii illius auctorum* (Francorum) *magisterio, eruditis: exercitibus autem nostris, licet invictis virtute, tamen in re maritima novis, malam coaluisse ex indignissimo latrocinio belli molem, audiebamus; licet de exitu fideremus. Nam & accesserat diuturna sceleris impunitas, quæ desperatorum hominum inflârat audaciam, ut illam inclementiam maris, quæ victoriam nostram, fatali quadam necessitate, distulerat, pro sui terrore jactarent.* Fol.214.

Enimvero non eas modò naves Romanorum Carausius cum Francis occuparat, quæ Gallias, in Batavia, omnique Rheni ripa, contra Germanos tuebatur; sed & paullò ante, etjam eas quæ Bononiæ in Morinis erant, Romanorum adversus Francos & Saxones portu. De quo ita Eutropius: *Post hæc tempora etjam Carausius, qui vilissimè natus, in strenuæ militiæ ordine, famam egregiam fuerat consecutus, cum apud Bononiam, per tractum Belgicæ & Armoricæ, pacandum mare accepisset, quod Franci & Saxones infestabant, multis Barbaris sæpe captis, nec prædâ integrâ, aut provincialibus redditâ, aut Imperatoribus missâ, cum suspicio esse cœpisset, consulto eo admitti* Rer.Rom. l.9.

mitti barbaros, ut transeuntes cum præda exciperet, atq; hac occasione se ditaret, à Maximiliano jussus occidi, purpuram sumpsit & Britannias occupavit. Unà videlicet cum Bononia, quæ ejus fuerat sedes.
L.7.c.25. Idem scribit Orosius, iisdem pœnè verbis. Accidisse id Cuspinianus tradit anno, ab urbe condita, M. X L I I. à Christo nato
In Fast. Coss. C C. X C I I. Qui hoc loco Bonnam legit, urbemque Coloniæ propinquam intelligit, perversosque codices vocat, qui Bononiam habent; quia nimirum etjam is, ut hactenus plerique authores, Francos ultra Rhenum, circa Coloniam, oriundos esse putavit. Verùm non Bonnam, sed Bononiam, ad Oceanum, in littore Gallico, hîc esse legendum, ex ipsis panegyricis manifestè apparet; Tradunt enim illi Bononiam à Constantino Imperatore obsessam, & receptam esse; inter eos est Eumenius, in panegyrico ad Constantinum: *Dolemus*, inquit, *quod Constantius excessit à nobis; sed dum Te cernimus, illum excessisse non credimus* &c. *qui adscitus imperio, primo adventu suo, innumerabili hostium classe ferventem exclusit Oceanum, exercitum qui illud Bononiensis oppidi littus insederat, terra pariter ac mari sepsit, cum reciprocos cursus illius elementi, jactis inter undas vallis, diremisset, ut quorum portus fluctu allueret mare, & quod tangeret, perdidisset.* Idem Eumenius in altero panegyrico ad Constantium obsessam Bononiam Gesorigiam vocat,
Cap. 17. à veteri voce Gessoriacum. Suetonius in Claudio: *A Massilia Gessoriacum usq; pedestri itinere confecto, inde transmisit.* Pomponius
L.3. c.2. Mela, qui sub Claudio vixit, ita tum scripsit: *Vltimos Gallicarum gentium Morinos, portu quem Gessoriacum vocabant, non habuisse quidquam notius.* Itinerarium Antonini: *A portu Gessoriacensi ad portum Rutupium, stadia CCCCL.* Itineraria tabula Peutingeri: *Gesso-*
Lib. 210. *riacum quod nunc Bononia.* Verba Eumenii hæc sunt: *Statim itaque Gallias Tuas, Cæsar veniendo vicisti, siquidem illa celeritas, quâ omnes ortus, atq; adventus Tui nuntios prævertisti, cepit oppressam Gesorigiam, gentibus, muris pertinacem, tunc errore misero, manum piraticæ factionis, atq; illus olim mari fretis, alluentem portus, advenit. In quo divina providentia Tua, & par consilio effectus apparuit, qui omnem sinum illum portus, quem statis vicibus æstus alternat, defixis in aditu trabibus, ingestisq; saxis, invium navibus reddidisti; atq; ipsam loci naturam admirabili ratione superasti, cum mare frustra reciprocum prohibitis fugâ quasi illudere videretur, tamquam nullo usu juvaret inclusos, ad quos redire cessasset. Quænam usquam mirabimur valla castrorum, post hoc novum in mari vallum? Quid erit mirum, si quæ murorum aut arieti non cesserit firmitas, aut machinas despexerit altitudo, cum Oceanus ille, tanto libratus impetu, tantâ mole consurgeus (sive ulterioribus, ut ferunt, terris repulsus, sive anhelitu, quo respirat, evectus, seu quacumq; aliâ ratione motus) nunquam Tua Cæsar claustra perfregerit, neq; omnino convellerit, tot dierum ac noctium recursu, receptuq; cum tot interim, quâ terras circumfluit, litora solveret, una illo (ut res est) loco, aut potentiâ vestræ Majestatis inferior, aut, pro debito vobis honore, clemen-*

clementior. Ex mox : *Quid enim aliud interpretemur, cum ſtatim atque obſidionem, neceſſitas, & clementiæ veſtræ fides, ſolverat, eadem clauſtra, qui primus inſiluit æſtus, irruperit, totaq; illa, quoad uſus fuit, invicta fluctibus acies arborum, velut ſigno dato, & peractâ ſtatione, dilapſa ſit? Vt nemo dubitaret portum illum, qui, piratæ, ne ſuis opem ferret, occluſus fuiſſet, vobis ad victoriam ſponte patuiſſe.*

Erat, Carauſius *pirata* in Britannia, quam occupârat, *Sui* verò id eſt Franci, & Saxones, *piraticæ factionis*, Bononiam ſive Geſoriacum urbem, ac portum, tenebant; quam infeſtaverant Saxones mari, Franci terrâ quoq; & mari. Ne itaq; navibus in portum aditus pateret, Conſtantius *defixis* in portûs *aditu* arboribus, ingentibuſque ſaxis, & ex iis conſtructo in mari vallo, urbem, non ſolo tantum, ſed & ſalo, cingebat. Verum neceſſitas alimentorum, & navium credo, & *clementia* Cæſaris, obſidionem ſolvit, factâ videlicet pace cum Carauſio, qua ei permiſſa Britannia, eâ lege, ut in Gallicanas partes nihil deinde attentaret. Lib. 9. Ita enim in Hiſtoria Romana Eutropius : *Cum Carauſio, cum bella fruſtra tentata eſſent, contra virum rei militaris peritiſſimum, ad poſtremum pax convênit. Eum, poſt ſeptennium Allectus, ſocius ejus occidit, atq; ipſe, poſt eum, Britannias triennio tenuit. Qui, ductu Aſclepiodoti, Præfecti Prætorio, eſt oppreſſus; ita Britannia decimo anno recepta eſt.* Sic & Pomponius Lætus : *Fruſtra contra Carauſium, Britanniam inſulam occupantem, arma cepimus, per Duces Maximiani, qui anno VII, ab ſocio per inſidias petitus, occiſuſq; eſt, & is Tyrannidem ſumpſit, qui, tertio poſt anno, ab Aſclepiodoto Præfecto Prætorio victus eſt. Britanniæ X. poſt anno, quàm defecerant, receptæ ſunt.* In Compend hiſt. Roman. Maximiani Cæſaris duces, atque imprimis Diocletianum, obſidioni Bononienſi interfuiſſe, teſtis eſt, in ſuo, quod Maximiniano dixit, panegyrico, Mamertinus : *A vobis*, inquit enim, *proficiſcitur & quod per alios adminiſtratur* &c. Fol. 96. *Omnibus pulcherrimis rebus, quæ aliorum ductu geruntur, Diocletianus facit, Tu tribuis effectum. Veſtræ, inquam, fortunæ, veſtræ felicitatis eſt, Imperator, quod jam milites veſtri ad Oceanum pervenêre victoriâ; jam cæſorum in illo littore hoſtium ſanguinem reciproci fluctus ſorbuerunt. Quid nunc animi habet ille pirata* (Carauſius) *cum fretum illud, quo ſolo mortem ſuam huc uſq; remoratus eſt, pœnè veſtros exercitus videat ingreſſos, oblitoſque navium, refugum mare ſecutos eſſe, quà cederet. Quam nunc Inſulam remotiorem, quem alium ſibi optet Oceanum? Quo denique pacto effugere pœnas Reip. poteſt? niſi ſi hauſtu terræ devoretur, aut, turbine aliquo in devia ſaxa rapiatur? Ædificatæ ſunt, ornatæque pulcherrimæ claſſes, cunctis ſimul amnibus Oceanum petituræ. Neque ſolùm, ad perficiendas eas, certatim homines laborârunt, ſed etjam, ad excipiendas, flumina repente creverunt. Toto fere anno, Imperator, quo Tibi opus erat ſerenitate, ut navalia texerentur, ut trabes cæderentur, ut artificum animi vigerent, ne manus torpeſcerent, nullus fere dies imbre fœdatus eſt. Hiems ipſa temperiem veris imitata eſt. Iam non Septentrionis*

nos putavimus, & quasi translatis sideribus, aut terris, meridiani cæli clementiam sensimus &c. Pomponius Lætus etjam obsidionis Ge-
In comp. soriacensis sive Bononiensis sub Diocletiano, hanc facit men-
hist.Rom. tionem : *Ab occasu Gessoriacus Oceanus, admirabilis victoriæ testis est, simul & Britannicus.*

Itaque post captam deditione Bononiam (quam panegyristę victoriam vocant, licet amissione Britanniæ facta sit deditio) quia Franci, Carausii partes tenuerant, Bataviam quoque invaserant, & naves Romanorum interceperant, consilium cepit Constantius, Francorum terram sive Franciam, quæ à Morinis, per Flandriam, & Zelandicas insulas, ad usque Bataviam protendebatur, eatenus ob sylvas, ac deinde ob æstuaria paludesq;, inaccessam, invadendi. Id quod, post Probum, primus Romanorum Constantius tentavit, eo feliciore successu, quia hiems & æstas, quæ tunc præcesserant, longè solito licciores fuerant; tum deinde, quod Franci vim suam, potentiamque multifariam tunc diviserant, aliis cum Carausio in Britannia, aliis in Batavia, a-
Fol.53. liis etjam in Hispania, uti mox dicetur, agentibus; adde, aliis quoque in Asia, Africa, Sicilia, jam inde à Probi Imperatoris tempore absentibus. Qua de re sic Eumenius in panegyrico
Fol.218. quod Constantio dixit : *Recursabat in animos, illa, sub D. Probo, & paucorum è Francis captivorum incredibilis audacia, & indigna felicitas, qui à Ponto usq;, correptis navibus, Græciam, Asiamq; populati, nec impune pleriq; Libyæ litoribus appulsi, ipsas postremò navalibus quondam victoriis nobiles, ceperant Syracusas, & immenso itinere pervecti Oceanum, quæ terras rupit, intraverant, atq; ita eventu temeritatis ostenderant, nihil esse clausum piraticæ desperationi, quo navigiis pateret accessus.* Adeo ut cum Constantius Francos in Flandria & Zelandia adoriretur, paucos viros, mulieres verò ac pueros multos domi deprehenderit. De quo in eodem panegyrico idem Eumenius, postquam egit de Gessoriaco obtento, in hanc senten-
Fol.211. tiam pergit : *Potuisset enim, Cæsar invicte, illo virtutis ac felicitatis tuæ impetu, totum peragi continuò bellum, nisi ædificandis navibus, dari tempus necessitudo suasisset. Quo tamen omni nunquam ab eorum hostium eversione cessatum est, quos adiri continens terra permisit. Quamquam illa regio, divinis expeditionibus tuis, Cæsar, vindicata, atque purgata, quam obliquis meatibus Scaldis interfluit, quamq; divortio sui Rhenus amplectitur, penè (ut cum verbi periculo loquar) terra non est. Ita penitus aquis imbuta permaduit, ut non solùm, quà manifestè palustris est, cedat ad nixum & hauriat pressa vestigium; sed etjam ubi paulò videtur firmior, pedum pulsu tentata quatiatur, & sentire se procul mota pondus testetur. Ita (ut res est) subjacentibus innatat, & suspensa latè vacillat, ut meritò quis duxerit, exercendum fuisse tali solo militem ad navale certamen. Sed neq; illæ fraudes locorum, nec quæ plura inerant, perfugia sylvarum, Barbaros tegere potuerunt, quo minus ditioni tuæ divinitatis omnes sese dedere cogerentur, &*

cum

cum conjugibus, ac liberis, cæteroq; examine necessitudinum, ac rerum suarum, ad loca olim deserta, transirent, ut quæ fortasse ipsi quondam deprædando vastaverant, culta redderent serviendo. Et mox : *Ille vagus, ille prædator, exercitio squalidus, operatur, & frequentat nundinas meas pecore venali, & cultor Barbarus laxat annonam. Quin etjam si ad delectum vocetur, accurrit, & obsequiis teritur, & tergo coercetur, & servire se militiæ gratulatur.*

Genuinè prorsus & è natura describit author hic Franciam, id est regionem litoralem, à Morinis ad Batavos usque pertinentem, quam Scaldis intercurrit, primò videlicet sylvis prætensam, deinde & à paludibus, & æstuariis inaccessam : quemadmodum Iulii Cæsaris ætate, Menapiorum terra, quæ mera est Francia, describitur supra, cap. 1. f. 3. 5. *&c.* Nec *regio illa, quam divortio sui Rhenus amplecti,* ab hoc scriptore, dicitur, alia est à Zelandicis, Batavicisque insulis, nam eædem insulæ, à veteribus, Rheno adscriptæ fuerunt, ut supra diximus eodem capite fol. 6. & 7. Intelligit verò & Panegyricus primam illam uliginem, & spongiosam soli materiam, quæ nobis **derinck**/ Brabantis, aliisq; **turf** & **moer** appellatur, quæ, eluvie, tempestatibusque, supergestâ terrâ, siccâ æstate subsidens, *cedebat ad nixum, hauriebatque pressa vestigium, & pulsu pedum tentata, quatiebatur* quidem, ferebat tamen gressus, atque ideo Franci, qui nunc Flandri & Zelandi, cum Regibus suis, sive Ducibus, pacem petierunt, quam eâ conditione Romani dederunt, ut eorum pars deserta Galliæ, quæ vastaverant, araret, pars militiæ Romanorum se daret. Meminit & Mamertinus in Panegyrico genethliaco, quem dixit Maximiano : *Etjam illa quæ animorum vestrorum terrore facta sunt, velut armis gesta; præterea Francos ad petendam pacem cum Rege venientes.* Fol. 102. Idemque Mamertinus in panegyrico dicto Maximiano: *Ille* Fol. 94. *quidem Magnus Alexander, jam mihi humilis videtur, Indo Regi sua regna reddendo : cum tam multi Reges Imperii vestri clientes sint; cùm per te regnum receperit Genobon, Esatech verò munus acceperit. Quid ille aliud expetivit ad conspectum cum omni gente sua veniendo, nisi ut tunc demum integrâ authoritate regnaret, cum te Maximiane placasset. Ostendit ille te identidem, ut audio, popularibus suis, & intueri diu jussit, & obsequia discere, cum tibi ipse serviret.* Quasi verò servitutem admiserint Franci, cum Genobon (seu, ut volunt, Genebaudus) regnum suum receperit, vel potius retinuerit; Esatech præter regnum, etjam munus. Similius vero est Francos, cum propter siccitatem æstatis, viderent sibi ingruere Romanorum exercitum, seque, perviis jam paludibus, æstuariisque, profugio destitutos, resistendo non fore, pacem petiisse, vel obtulisse potius, ut, è Nazario, mox apparebit, eamque pacem à Romanis admissam, eâ lege, ut Franci, & eorum Reges in suis quiete degerent, virosque tantum, agriculturæ, militiæque subministrarent.

De militia Francorum sub Romanis, jam tractatum est l. 1. supra cap. VIII. fol. 49. Qui verò agri deserti in Gallia Francis colendi fuerint, innuit panegyricus, dum addit, ea fuisse loca *in desertis Galliæ regionibus*, ut supra Eumenius, quæ ipsi vastaverant: videlicet, in Nerviis, sibi vicinis, potissimùm; in quos è sylvis, paludibusque suis, frequenter incursabant, agrorum culturam repetitis vastationibus impedientes; eo modo quo Franci illi Rheno propiores Treviros lacessebant; meminit Eume-
Fol. 220. nius in fine Panegyrici Constantio dicti, in hunc modum: *Tuo, Maximiane Auguste, nutu, Nerviorum, & Trevirorum arva jacentia Laetus, postliminio restitutus, & receptus in leges Francus excoluit.* Rectè, inquit, postliminiò restitutus, & receptus in leges, quia Romani, arrogantiùs, quàm verè, omnem Galliam, solum Romanum esse, suisque legibus parêre prædicabant; tametsi contrà, Menapii, postea Franci, nunc Flandri, qui in extremo Galliæ angulo residebant, eorum neque linguam, neque leges unquam tum admisissent. Hos, nunc se Romanis, exemplo Batavorum, sociantes potiùs, quam dedentes, postliminiò Romanis restitutos, & ab iis receptos, dicunt, ii scriptores, qui Romanorum laudi studebant, & eorum Imperatoribus adulabantur; quasi verò ad Romanos olim quoque pertinuissent, qui orbem suum Rheno flumine definiebant, uti supra dictum, & amplius ostendetur. Id enim postliminiò recipi dicitur, quod recipientis ante fuit, & amissum recuperatur. Huc facit quod, ex Eumenio, supra
Fol. 193. adhuc dictum: *Intimas Franciæ nationes, non ab his locis, quæ olim Romani invaserant, sed à propriis ex origine sua sedibus, atque ab ultimis Barbariæ litoribus, avulsas, ut in desertis Galliæ regionibus collocata, etjam pacem Romani Imperii cultu juvarent, & arma delectu.* Avulsas, inquit, ex *propriis sedibus*, ex solo videlicet Romano *apud Toxandriam* (.j. Zelandiam) ut ait Ammianus Marcellinus, ubi *ausi olim habitacula sibi figere prælicenter.* Iam inde videlicet, à tempore Iulii Cæsaris, usque ad Probi Imp. ac deinde etjam Maximiani, & Constantini sæcula, qui aridissimâ eos æstate adorti, partim cepêre, atque ad agros colendos, militiamque supplendam, abduxêre, partim, pacem offerentes, quietè suis in locis vivere permisêre. Addit Panegyristes, *ab ultimis Barbariæ litoribus avulsas;* quia nimirum sedes Francorum, in ultimis Galliæ litoribus, ultra ipsos Morinos, erant, ubi quondam Menapii, & Toxandri, de quibus plura cap. I.

Galliam hanc, quia Franci, adhuc Barbari, id est, qui, ob propulsatam eò usque à se, cum Romanorum jugo, eorum etjam linguam, suo adhuc, id est, barbaro sermone, loquebantur, possidebant, panegyrista Barbariam appellat. Et quamquam aliàs, in hac orbis parte, Barbari fere dicti, qui in Germania, ultra Rhenum, sunt populi, & Barbaria, regio, aut natio Barbarorum; à panegyricis tamen natio Francorum etjam in Gallia sita, Bar-

baria appellatur. Vnde Nazarius in Panegyrico ad Constantinum, Maximiani & Constantini adversus Francos victoriam elevans : *Iacet*, inquit, *in latere Galliarum, atque in sinu suo, fusa Barbaria, per se ipsa potens natio, & post Romanam magnitudinem in terris secunda, amicitiam Tuam, Constantine Maxime, non minus trepidè, quam amicabiliter petiverunt. In latere Galliarum*, Boreali videlicet, &, ut supra diximus, in extremo Galliarum angulo. *In sinu suo*, inquit, in hunc locum, Livinæus : *id est in sedibus, & solo, & intimo recessu.* Et ut supra : *In propriis ab origine sedibus* : unde quoque indigenæ ultimæ Barbariæ appellantur à Panegyrista incerto, qui sic ad Constantinum : *Tibi se ex ultima Barbaria indigenæ populi dedidêre.* Quia pudebat Romanos, esse in Gallia, quos sibi non subjecissent, eos quamquam in Gallia (quam alioquin solum Romanum censebant, atque appellabant) Barbaros indigetabant, & regionem eorum, non ultimam Galliam, sed ultimam Barbariam. Alii authores ob linguam Germanicæ affinem ultimam Germaniam vocant. Zosimus : Πρὸς ταῖς ἐσχατιαῖς τῆς Γερμανίας ὅπερ ἐστὶ ἔθνος Γαλατικὸν &c. .j. *Ad extremos Germaniæ limites, quæ Gallica gens est.* Agens de Francis, quorum unus Charietto è patriis sedibus, ad subjectos Romanis Celtas migraverat, & Treviros advenerat. Sic qui Orosio sub Gallieno *Germani ulteriores* Hispaniæ oram invaserant, Sexto Aur. Victori dicuntur apertè *Franci.* Aliis etjam Celtæ maritimi, & Boreales.

Fol. 178.

Fol. 150.

Lib. 3.

L. 7. c. 22.

In Gallieno.

Porro pace factâ, ut diximus, cum Francis, quanti deinceps eos fecerit Constantinus Magnus, patet ex ejus constitutione, quam refert Constantinus Porphyrogenitus Imp. libro de administrando Imperio, ad Romanum Porphyrogenitum filium, apud Du Chesne : Εἴ ποτε ἔθνος τι ἀπὸ τῶν ἀπίστων τούτων καὶ ἀτίμων βορείων γενῶν αἰτήσηται συμπενθεριάσαι μετὰ τοῦ βασιλέως Ῥωμαίων, καὶ ἢ θυγατέρα αὐτοῦ εἰς νύμφην λαβεῖν, ἢ ἐπιδοῦναι οἰκείαν θυγατέρα, ἢ γυναῖκα χρηματίσαι βασιλέως, ἢ βασιλέως υἱοῦ, χρῆσαι τοιούτοις ῥήμασι, καὶ τὴν τοιαύτην αὐτῶν παράλογον ἀποκρούσασθαι αἴτησιν, λέγοντα. Ὅτι καὶ περὶ ταύτης τῆς ὑποθέσεως παραγγελία καὶ διάταξις φοβερὰ καὶ ἀπαραποίητος τοῦ μεγάλου καὶ ἁγίου Κωνσταντίνου ἐναπογέγραπται ἐν τῇ ἱερᾷ τραπέζῃ τῆς καθολικῆς τῶν Χριστιανῶν ἐκκλησίας τῆς ἁγίας Σοφίας, τοῦ μηδέποτε βασιλέα Ῥωμαίων συμπενθεριάσαι μετὰ ἔθνους παρηλλαγμένοις καὶ ξένοις ἤθεσι χρωμένου τῆς Ῥωμαϊκῆς καταστάσεως, μάλιστα δὲ ἀλλοπίστου καὶ ἀβαπτίστου, εἰ μὴ μετὰ μόνων τῶν Φράγγων. Τούτους γὰρ μόνους ὑπεξείλετο ὁ μέγας ἐκεῖνος ἀνὴρ Κωνσταντῖνος ἅγιος. ὅτι καὶ αὐτὸς τὴν γένεσιν ἀπὸ τῶν τοιούτων ἔσχε μερῶν. ὡς συγγενείας καὶ ἐπιμιξίας πολλῆς τυγχανούσης Φράγγοις τε καὶ Ῥωμαίοις. καὶ διὰ τοῦτο μετὰ τούτων μόνων προσέταξε συνιστᾶν γαμικὰ συναλλάγια τοὺς βασιλεῖς Ῥωμαίων, διὰ τὴν ἄνωθεν τῶν μερῶν ἐκείνων καὶ γενῶν περιφάνειαν καὶ εὐγένειαν. μετὰ ἄλλου δὲ τοῦ οἵου δήποτε ἔθνους μὴ δυναμένους τοῦτο ποιεῖν, ἀλλ' ὁ τοῦτο ποιῆσαι τολμήσας, ἵνα ὡς παραβάτης πατρικῶν εἰσηγήσεων, καὶ βασιλείων θεσμῶν, ἀλλότριος κρίνοιτο τῶν Χριστιανῶν καταλόγων, καὶ τῷ ἀναθέματι παραδίδοιτο. Latinam versionem dedimus lib. 1. cap. 8. fol. 50. *Si unquam gens quæpiam* &c. quò Lectorem remitto.

Hist. Fräc. t. 1. f. 219.

CAP. VII.

De variis Regibus Francorum ante Pharamundum, deq; Francorum regno, cis & ultra Rhenum, propagato.

BArbari, atque in iis potissimùm Franci, non eos qui nationem integram regerent, ac Monarchæ essent, sed qui exercitum ducerent, Reges appellare solebant;
L. 1. f. 166. edit. August. unde Procopius in rebus Gothicis : Ῥὴξ καλούμενος· οὕτω γὰρ σφῶν τοὺς ἡγεμόνας οἱ βάρβαροι καλεῖν νενομίκασι, .j. *Rex appellatus; sic enim suos Duces barbari nominare soliti erant.* Suidas : Ῥὴξ Ῥηγὸς ὁ τῶν Φράγγων ἀρχηγὸς, .j. *Rex, Regis, Francorum, militiæ Dux.* Sic
In annalib & Constantinus Manasses : Ῥῆγας, τοὺς σφῶν καλάρχοντας, οἴδασι Φράγγοι λέγειν. .j. *Reges, Duces suos, Franci dicere solent.* Et inde factum ut plurimi, inter Francos, Reges reperiantur. Atque imprimis sub Constantio, Constantino Magno, & Maximiniano, circa annos Christi CCXC. CCC. & CCCX quatuor fuerunt Reges, qui supra nominantur, Ascaricus, Regaisus, Genebaudus, & Esatechus. Qui, licet cum omni gente Francorum à Panegyri-
Eumen. paneg. Constant. f. 217 stis dicantur superati, domitique : prout apud eos frequenter occurrunt : *Gentes Francorum penitus excisæ*; Item : *Internecio Francorum*; Item : *Domitis Francis oppressa bella piratica*, & similia, per
Mamert. gen. Max. f. 103. hyperbolem elevata; fatetur tamen Nazarius in panegyrico ad Constantinum : *Fæcundam malis suis nationem Francorum, raptim adolevisse, robusteq; recreatam esse.* Quasi videlicet exstincta semel,
Fol. 163. denuo revixisset, iterumq; creata, adolesset. Unde manifestè apparet horum panegyristarum adulatio, cum posterioribus temporibus non superfuisse modò Francos, sed & sub Constantio & Constante, Constantini filiis, Romanorum victores, & deniq; subactores extitisse, compertum sit; ita enim in Historia tripar-
L. 4. c. 10. tita : *Eodem tempore etjam rempublicam contigit valde turbari, gens namque Francorum, circa Gallias constituta, Romanis erat infesta, tunc etjam terræ motus maximus in Oriente factus est. Circa Gallias*, inquit, quia Gallias dumtaxat vocabant Romani quatenus eas habebant sub se, suisque. & legibus, & linguâ, secum utentes. Hoc verò boreale latus Galliarum, quod nunc Flandria, olim, atq; etjamnum Francia dictum, illi, ut supra demonstratum est, Barbariam appellabant; sed quæ Galliæ suæ contigua, facile irruptionibus eorum patebat. Nicephorus, unde superiora desumpta, non
Hist. Eccl. l. 9. c. 6. addit circa Gallias constitutam Francorum gentem, at simpliciter Gallias eam percurrisse; ita enim is : Καλῶς δ' ἐν ἐκείνοις τοῖς

χρόνοις,

χρόνοις, καὶ τὰ κοινὰ διέκειτο πράγματα· Φράγγοι γὰρ ἔθνος δύσμαχον τὴν πρὸς ἑσπέραν καλέσεχον Γαλατῶν ἐπιμᾶλλον δηοῦντες. Τὰ δὲ πρὸς ἕω ἀρχόμενα ὑπὸ σεισμῶν ἀγρίων ἀνελιτάσσοντο. Quod ita vertit Langus: *Eâ vero tempestate res etjam publicæ infeliciter administratæ: Franci enim, gens bellicosa, Galliam Occidentalem percurrentes, maximè vastarunt. In Oriente autem loca pleraq; sævis terræmotibus sunt concussa.* Occidentalem vocat, Regionem Nerviorum, Atrebatum, Morinorum, quæ postea pars fuerunt Franciæ Occidentalis sive Neustriæ, ut suo deinde loco dicemus. Hi Franci, si ultra Rhenum versus mare fuissent, Rhenum transeundo, Galliam Septentrionalem percurrissent, si verò ad Coloniam in Germania superiore fuissent transgressi Rhenum, Meridionalem Galliam invasissent, cum verò dicat Occidentalem eos Galliam percurrisse, extra dubitationem est, è Flandriæ, Zelandiæ, Hollandiæque partibus, ubi Gallia septemtrionalis quam Franci possidebant, eos erupisse.

Cuspinianus in Coss. Cassiodori, factum it ait Marcellino & Probino Coss. sub Constantio & Constante, Constantini filiis, anno Christi CCC XLIII. Eadem Historia tripartita paullo post, eodem libro, tradit Francos à Constante Romano Imperio subjectos: *Hæc*, inquit, *gesta sunt Consulatu Constantii tertio, & secundo Constantis. Quo tempore Constans quidem Francos Romanorum subjecit Imperio* &c. Anno à Christo nato C C C XLIV. De eodem sic Socrates: Ἐν δὲ τῷ χρόνῳ, καὶ τὰ δημόσια πράγματα συνέβη ταράσσεσθαι. Ἔθνος οἱ Φράγγοι καλοῦντες, τοῖς περὶ Γαλλίαν καλέσεχον Ῥωμαίοις ἐ. *Eorum tempore rerum publicarum status forte fortunâ magnopere perturbatus fuit. Nam gens Francorum (sic enim appellantur) in Romanorum fines, qui Galliæ finitimi sunt, incursionem fecit.* Ita quidem vertit Christophorsonus, ad verbum verò ita sonat: *In Romanos circa Galliam incurrerunt.* Idem author, non, ut Historia tripartita, tradit Francos à Constante Romanorum Imperio subjectos, sed sociatos & confœderatos; ita enim eodem libro: Ταῦτα δὲ πέπρακται ἐν ὑπατείᾳ τῶν δύο Αὐγούστων. Καθ' ὃν χρόνον Κώνστας μὲν Φράγκων ἔθνος νικήσας ὑποσπόνδους Ῥωμαίοις ἐποίησε. ἐ. *Ista acta sunt duobus Augustis Coss. ad tertium scilicet consulatum Constantii, ad secundum Constantis. Quo quidem tempore Constans gentem devicit Francorum, eosq; confœderatos & socios Romanis fecit.* Cassiodorus ait in pacem receptos, sed annis duobus seriùs, anno nempe Christi CCC XLVI: *Leontius & Salustius; His Coss. Franci à Constante perdomiti in pace recepti sunt.* Meminit hujus pacis Libanius Sophista in panegyrico dicto Impp. Constantio & Constanti, vocatq; Francos, gentem ad Oceanum supra Rhenum, aut quod Zelandicæ insulæ Rheno tribuerentur, ut dictũ, aut quod tum cum Batavis, Sicambris, in unam gentem coaluerint. Eorũ virtutem hoc modo describit, in etymo errans author linguæ nostræ ignarus: Ἐστὶ γένος Κελτικὸν ὑπὲρ Ῥῆνον ποταμὸν ἐπ' αὐτὸν Ὠκεανὸν καθῆκον, οὕτως εὖ πεφρας-

Hist.Eccl. l.1.c.7.

Ibid.l.1. c.10.

In Coss. f. 497.

Du Chesf. hist.Fran. t.1.f.220.

πεπραγμένον πρὸς τὰ τῶν πολέμων ἔργα, ὥστε τὴν προσηγορίαν ἀπ' αὐτῶν εὑράμενοι τῶν πράξεων, ὀνομάζονται, Φρακτοί. οἱ δὲ ὑπὸ τῶν πολλῶν κέκληνται Φραγκοί, (ἔστ' ἔτι προσηγορία τῇ τῶν πολλῶν ἀμαθίᾳ διεφθαρμένη.) οὗτοι πλῆθεν μὲν πάντα ἀριθμὸν ὑπερβαίνουσιν. ἰσχὺ δὲ τοῦ σφῶν πλήθοις τὴν ὑπερβολὴν παρέρχονται. τούτοις, ζάλη μὲν θαλάττης, οὐδὲν ἠπείρου φοβερωτέρα. κρυμὸς δὲ ἀρκτῷος, ἀέρων εὐκρασίας ἡδύων. συμφορὰ δὲ μεγίστη, βίος ἀπράγμων. καὶ πέρας εὐδαιμονίας, οἱ τῶν πολέμων καιροί. κἂν εἴ τις ἀκρωτηριάσειε, τῷ λειπομένῳ μάχονται. καὶ οὐ τῶν κρατούντων ἡ δίωξις, δέχεται πέρας. εἴ τε κρατηθῆναι συμβαίη, τῆς φυγῆς τὸ τέλος, ἀρχὴν ἐφόδου ποιοῦνται. Id est : *Celtarum gens est supra Rhenum fluvium, ad Oceanum pertingens, tam præclarè à natura ad bellorum usus munita, ut appellationem ab ipsis actis nacti, Franci nominentur, quasi à Græcanica dictione* φρακτοί *(hoc est, septi, munitíve) ab imperito vulgo corrupta. Hi multitudine numerum pene omnem excedunt : robore autem multitudinis immensitatem superant. His maris procellosi æstus non magis terrori est, quàm continens terra ; & frigus Septentrionale suavius, quàm aëris temperies : calamitas verò maxima est, vita absq; negotiis : & felicitatis apex belli tempora sunt. Quòd si quis mutilatus fuerit, parte reliquâ integrâ præliatur : & vincentium persecutio non admittit finem : at si contigerit ut superentur, fugæ extremum invasio-*

Ibid.f.220 *nis initium faciunt.* Item : Τὰ τῶν Φρακτῶν γένη διὰ τὸν πολεμικῶν ἔρωτα πρὸς μανίαν κινούμενοι, πυκνὰς ἐποιοῦντο τὰς προσβολάς. καὶ πρὶν τὴν πρώτην ἱκανῶς ἀποκρουσθῆναι φάλαγγα, δεύτερος στρατηγὸς ἐπέπιπτεν, ἀλλ' ἔδει καὶ τὰ τούτων πολὲ λῆξαι κύματα, καὶ στῆναι τὴν κίνησιν βεβαίως. ἐφάνη γὰρ βασιλεὺς, ὃς τὸν ἀκόρεστον ἐκείνοις τῶν πολεμικῶν ἔρωτα πρὸς εἰρήνης ἐπιθυμίαν ἔστρεψε. .j. *Francorum animi rerum bellicarum amore ad insaniam concitati crebras edebant impressiones ; ac priusquam primam aciem prorsus repulissent, Dux alter exercitus superincidebat. Verùm tandem oportuit hos fluctuum motus componi, sistiq; firmiter. Enimverò tum Rex apparuit, qui insatiabilem in illis bellandi cupiditatem ad pacis desiderium convertit.* Postea subjungit adeo pugnæ deditos fuisse, ut pacem ha-

Fol.221. buerint pro servitute : Φρακτοὶ μὲν οὖν τοιοῦτον ὑπῆλθον ζυγὸν δουλείας. τὸ γὰρ μὴ ἔχειν ἑτέροις λῄζεσθαι, τοῦ ἐκείνοις δουλεία. .j. *Franci igitur tam grave servitutis jugum subjerunt. etenim hæc illis servitus est, nullos habere quos deprædentur.* Porrò hac pace cum Francis initâ, factum, ut sub Romanis, qui eorum fortitudinem mirabantur, & virtutem suspiciebant, deinceps complures Franci legantur mi-

Lib.15. litasse. Atq; ita de Laniogaiso Franco tradit Ammianus Marcellinus : *Sed, Laniogaiso vetante, tunc tribuno, quem, dum militaret candidatus, solum adfuisse morituro Constanti supra scripsimus, docenteque, Francos, unde oriebatur, interfecturos eum, aut, accepto præmio, prodituros.* Meminit & candidati Franci sub Constantio S. Hiero-

Cap.1.f.2. nymus, supra hoc libro. Apud Ammianum præterea : *Bonitius & Sylvanus* ejus filius, Franci, leguntur, sub Constantino ejusq; filio Constantio, militantes ; Item *Malarichus gentilium rector, Mellobaudus* quoq; *armaturarum tribunus*, idem forte qui postea, *Rex*

Lib.14. *Francorum.* Ita enim ibidem : *Sub Constantio ; Eusebius cubili tunc præpositus,*

præpositus, Peritadiusque Notarius, & Mellobaudes armaturarum Tribunus. Idem : *Sylvanus pedestris militiæ rector.* Et mox : *Malarichus gentilium rector, collegis adhibitis, strepebat immaniter.* Item : *Hæc Malarichus subito nactus, etjam tunc squallens, & mæstus, suamque & popularis Sylvani vicem graviter ingemiscens, adhibitis Francis, quorum, eâ tempestate, in palatio multitudo florebat, erectiùs jam loquebatur.* Item : *Sylvanum extractum ædicula, quò exanimatus confugerat, ad conventiculum ritûs Christiani tendentem, densis gladiorum ictibus trucidant. Ita dux haud exilium meritorum, hoc genere oppetit mortem, metu calumniarum, quibus, factione iniquorum, irretitus est, absens, ut tueri posit salutem, ad præsidia progressus extrema. Licet enim ob tempestivam illam cum armaturis proditionem, ante Mursense prælium, obligatum gratiâ retineret Constantium, licet patris quoque Bonitii prætenderet fortia facta, Franci quidem, sed pro Constantini partibus, in bello civili, acriter contra Licinium sæpe versati.* Malarichus vocatur Sylvani popularis, & Bonitius, Sylvanusque Franci, unde Malarichus etjam deprehenditur fuisse Francus. Pomponius Lætus, Sylvanum Francum apertè tradit in Gallia natum : *Sylvanus Bonitii filius, in Gallia natus, qui bello Liciniano clarus, sub Constantino juniore, Tribunus sub Magnentio fuit : post defecit ad Constantium* &c. Pugnâ videlicet Mursensi, qua factum, ut Constantius victor evaserit. Sex. Aurelius victor : *Hoc tempore Constantius, cum Magnentio, ad Mursiam, dimicans, vicit. In quo bello, pænè nunquam ampliùs, Romanæ consumptæ sunt vires, totiusque Imperii fortunæ pessundatæ.* De hac pugna ita Pomponius Lætus : *Exercitus Tyranni* (Magnentii) *fuit ex XXX millibus : Constantii verò LXX millia pugnatorum habuit. Periêre illinc XXIV. hinc prope XXX. Eâ pugnâ attritæ fuerunt Imperii Romani vires, nam ii qui cæsi, & numero, & robore, ad quævis externa bella, satis fuissent.*

Compēd. hist. Rom.

In epitome Cæs.

Compēd. hist. Rom.

Hac usi occasione Franci, cum Saxonibus, & Transrhenanis populis, fœdere percusso, quisque ultra limites suos progrediendo, limitum, quæ vocabatur, pacem, ruperunt, omniaque Romanorum in ripa Rheni, castra, urbesque invaserunt. Quo de sic Ammianus Marcellinus : *Insultant Barbari Gallias, ruptâ limitum pace, hac animati fiduciâ, quod nos, per disjunctissimas terras, arduæ necessitates constringunt.* Zozimus ait Francos, cum suis confœderatis, quadraginta Romanorum urbes ad Rhenum occupasse. Urbes indubiè Castella vocat quæ Drusus Rheno imposuit, de quo Florus : *Per Rheni quidem ripam quinquaginta amplius castella erexit.* Verba Zozimi sequuntur : Ὁ Κωνστάντιος, αὐτὸς μὲν κατὰ τὴν Ἰταλίαν ἐκ Παιονίας διέβη· θεώμενος δὲ τὰ πανταχοῦ Ῥωμαίοις ὑπήκοα βαρβαρικαῖς ἐφόδοις ἀπειλημμένα, καὶ Φράγκους μὲν, καὶ Ἀλαμανοὺς, καὶ Σάξονας ἤδη τεσσαράκοντα πόλεις ἐπικειμένας τῷ Ῥήνῳ καταειληφότας, καὶ αὐτὰς μὲν ἀναστάτους πεποιηκότας, τοὺς δὲ τούτων οἰκήτορας, ἄπειρον ὄντας πλῆθος λησαμένους μετὰ πλούτου λαφύρων ἀναριθμήτου. j. *E Pannonia Constantius* (Constantini Magni filius) *in Italiam transiit. Quum autem videret omnes*

Lib. 15.

L. 4. c. 12.

L. 3. hist. in principio.

Romanis

Romanis ubiq; subditas provincias, barbaricis incursionibus interceptas, Francos, & Alemannos, & Saxones jam quadraginta sitas ad Rhenum urbes cepisse, prorsus easdem devastasse, cives, & incolas, infinitæ multitudinis, cum innumerabili spoliorum copia, secum abduxisse. Et post pauca: τῆς δὲ Ῥωμαϊκῆς ἀρχῆς ἐν μεγίστῳ κινδύνῳ κειμένης, Εὐσεβία, ἡ Κωνσαντίου γαμετὴ, παιδείας τε εἰς ἄκρον ἥκουσα, καὶ φρονήσει τὴν γυναικείαν ὑπεραίρουσα φύσιν, εἰσηγεῖται γνώμην αὐτῷ, καταστῆσαι Καίσαρα τοῖς ὑπὲρ τὰς Ἄλπεις ἔθνεσιν Ἰουλιανὸν, παραινέσασα. .j. *Cumq; in maximo Romanum Imperium periculo esset, Eusebia, Constantii conjux, quæ summâ præstabat eruditione & doctrinæ, supraq; muliebrem sexum prudens erat, consilium ei suggerit, hortata, Transalpinis ut populis, Iulianum præficeret.* Quo anno vero

Lib. 15. Iulianus à Constantio trans Alpes destinatus fuerit, Ammianus tradit hunc in modum: *Hæc die octauo iduum Novemb. gesta sunt, quum Arbetionem Consulem annus haberet, & Sollianum.* Id est anno v. c. M.C.VIII. Christi nati CCCLVIII. secundum calculum

Lib. 10. Cuspiniani, in Fastos Cassiodori. Eutropius eàdem de re sic habet: *Mox Iulianum Cæsarem ad Gallias misit* (Constantius) *patruelem suum, Galli fratrem, traditâ ei in matrimonium sorore* (Helenâ) *quum multa oppida barbari expugnassent, alia obsiderent, ubique fœda vastitas esset, Romanumq; Imperium dubiâ jam calamitate nutaret.* Equidem existimo, tum temporis, aut, aliquamdiu antea, non tantum Sicambros, Batavos, Frisios, Cisrhenanos, sed etjam Chamauos, Bructeros, Ansibarios, Transrhenanos, fœdere cum Francis icto, ob libertatem, quam sibi promittebant, Francorum quoque nomen in commune sibi assumpsisse, atque urbes & castra Romanorum ad Rhenum cepisse, à partibus maritimis, & inferiore Germania, Coloniam usque; inde verò reliquas urbes ad Rhenum, eas etjam, quæ Mosellæ & Rheno interjacent, cepisse Alemannos, populos Transrhenanos in superiore Germania. Certè qui Coloniam Agrippinam invaserunt, Franci, & Francorum Reges, appellantur ab Ammiano, quam urbem recuperavit Iu-

Lib. 16. lianus, factâ cum Regibus Francorum pace; Ammiani verba subjicio: *Agrippinam ingressus, non ante motus est exinde, quàm Francorum Regibus, furore mitescente, perterritis, pacem Reip. firmaret, interim profuturam, & urbem reciperet munitissimam.* Antea dixerat:

Lib. 15. *Arbetione & Lolliano Coss. Coloniam Agrippinam, ampli nominis urbem, in secunda Germania, pertinaci Barbarorum manu, reseratam, & magnis viribus deletam.*

Ut in inferiore Germania, à variis gentibus, nomen Francorum est assumptum, sic in superiore, Allemanorum; quod denotat *omnes viros*, seu quod esset multorum virorum congregatio, seu potius, quod essent omnes animo virili. Nominis causam tra-

Lib. 1. didit Agathias Græcus author hoc modo: Οἱ δὲ Ἀλαμανοὶ, εἴγε χρὴ Ἀσινίῳ Κουαδράτῳ ἕπεσθαι ἀνδρὶ Ἰταλιώτῃ, καὶ τὰ Γερμανικὰ ἐς τὸ ἀκριβὲς ἀναγραψαμένῳ, ξυνήλυδές εἰσιν ἄνθρωποι, καὶ μιγάδες· καὶ τοῦτο δύναται αὐτοῖς ἡ ἐπωνυμία. .j. *Allemanni vero, si quidem oportet Asinium Quadratum sequi,*

qui, hominem Italum, & qui res Germanicas accuratè deſcripſit, convenæ ſunt, & miſcellanei homines, quòd & appellatio eorum linguâ indicat. qua videlicet, per *Al*, omnis, per *man*, homo denotatur.

Hos cum exercitu Romanorum aggreſſus eſt Iulianus, poſtquam à Romanis ceperant & poſſederant, ut ait Marcellinus: Lib.16.
Argentoratum, Brotomagum, Tabernas, Soliſonem, Nemetas, & Vangionas, & Maguntiacum civitates. Et, *ab hoc* (Iuliano, verba ſunt Eutropii) *modicis copiis, apud Argentoratum, Galliæ urbem, ingentes Alemannorum copiæ extinctæ ſunt, Rex nobiliſſimus captus, Galliæ reſtitutæ. Multa poſtea, per eundem Iulianum, egregia, adverſus Barbaros, geſta ſunt, ſubmotiq́ ultra Rhenum Germani, & finibus ſuis Romanum Imperium reſtitutum.* Caſſiod. ait factum id eſſe, v. c. M. C. X. à Chriſto nato CCC. LX. De hac Iuliani victoria ſcribit in hunc modum Pomponius Lætus: *Re benè geſtâ in Galliis, ſæpius hoſtes profligavit, ultra Rhenum coëgit, multos captivos abduxit, XI fere millia noſtrorum, qui belli jure ſerviebant, ab Alemannis recepit, & prope Argentoratum, urbem Galliæ, totum ferè Alemannorum exercitum perdidit.* Debellatis Alemannis, Galliaque ab iſta parte purgata, conatus eſt & Iulianus etjam Francos ſuperare, atque præ cæteris Salios, qui è Romano ſolo, Flandriâ videlicet ac Zelandiâ, oriundi, Bataviam, è qua olim à Conſtantino expulſi, & alia cis Rhenum loca rurſus occuparant. Eoque pertinet illud Marcellini, quod ſupra datum cap. I. hujus libri: *Petit primos omnium Francos &c. quos conſuetudo Salios appellat, auſos olim in Romano ſolo, apud Toxandriam locum, habitacula ſibi figere prælicenter.* Et: *Precantes potiùs, quàm reſiſtentes, in opportunam clementiæ partem effectu victoriæ flexo, dedentes ſe, cum opibus, liberiſq́ ſuſcepit.* Quemadmodum ſcilicet Maximinianus & Conſtantius, poſt victoriam Bononienſem ſupra cap. VI. Quomodo verò, & quâ conditione ſe Franci illi dediderint, tradit Zozimus hoc modo: Σάξονες, οἱ πάντων δὲ καρτερώτατοι τῶν ἐκεῖσε γενομένων βαρβάρων, θυμῷ, καὶ ῥώμῃ, καὶ καρτερίᾳ τῇ περὶ τὰς μάχας εἶναι νομίζοντες, Κουάδους (Καύχους) μοῖραν σφῶν ὄντας εἰς τὴν ὑπὸ Ῥωμαίων κατεχομένην ἐκπέμπουσι γῆν. Οἱ δὲ ὑπὸ Φράγκων, ὁμόρων αὐτοῖς ὄντων, κωλυόμενοι διαβῆναι, δέει τοῦ μὴ τῷ Καίσαρι δοῦναι δικαίαν αἰτίαν τῆς κατ' αὐτῶν αὖθις ἐφόδου, πλοῖα ναυπηγησάμενοι, καὶ διὰ τοῦ Ῥήνου τὴν ὑπὸ Φράγκων ἐχομένην ὑπερβαλλόμενοι γῆν, ἐπὶ τὴν ὑπήκοον Ῥωμαίοις ὡρμίσθησαν. Καὶ τῇ Βαταβίᾳ προσχόντες, ἣν δίχα σχιζόμενος ὁ Ῥῆνος νῆσον ποιεῖ, πάσης ποταμίας μείζονα νήσου, τὸ Σαλίων ἔθνος, Φράγκων ἀπόμοιρον, ἐκ τῆς οἰκείας χώρας ὑπὸ Σαξόνων εἰς ταύτην τὴν νῆσον ἀπελαθέντας, ἐξέβαλλον. Id eſt: *Saxones, omnium, eas regiones incolentium, barbarorum, & animis, & corporum viribus, & laborum in præliis tolerantiâ, fortiſſimi habiti, Quados* (Cluverius Cauchos ſcribit) *nationis ſuæ partem in Romanorum ſolum emittunt. At finitimis Francis eos tranſitu prohibentibus, qui metuerent, ne juſtam Cæſari cauſam præberent ſe rurſus invadendi, navibus conſtructis, Rheno prætervecti parentem Francorum imperio regionem, in Romani juris ſolum contenderunt, & adpulſis ad Bataviam navibus, quam*

Lib.10. Compend. Hist. Rom. Fol.8. Lib.17. Fol.50.51. Lib.3. L.2.c.36. Germ.ant.

quam divisus Rhenus insulam efficit, quavis insulâ fluminea majorem, Saliorum nationem, Francorum à parte profectam, & vi Saxonum in hanc insulam, suis è sedibus, rejectam, expulerunt. Romanorum solum intellige Armoricam regionem, in qua nunc Caletum, Bolonia, aliæque urbes maritimæ in Picardia, Normannia *&c.* à frequenti tum temporis Saxonum incursu, littus Saxonicum nuncupatum. Sic Eutropius tempore Diocletiani, & Carausii, de
Fol.49. quo supra, circa annum Christi CCXCII : *Cum apud Bononiam per tractum Belgicæ & Armoricæ pacandum mare accepisset, quod Franci & Saxones infestabant.* Et mox hoc capite Ammianus Marcellinus sub Valentiniano : *Gallicanos verò tractus Franci & Saxones* &c. *violabant.* Item : *Erupit Saxonum multitudo, & Oceani difficultatibus permeatis, Romanum limitem gradu petebat intento.* Claudianus :

2.Paneg. Stilicon.

——————— *nec litore toto*
Prospicerem dubiis venturum Saxona ventis.

In Paneg. Aviti. Sidonius Apollinaris :

Quin & Aremoricus piratam Saxona tractus
Sperabat; cui pelle salum sulcare Britannum
Ludus, & assueto glaucum mare findere lembo.

Ep.6.l.8. Idem : *asseveravit nuper vos classicum in classe cecinisse, atq; inter officia, nunc nautæ, nunc militis, litoribus Oceani curvis inerrare, contra*
Ep.9.l.8. *Saxonum pandos myoparones.* Idem, de Burdigala :

Istic Saxona cærulum videmus
Assuetum ante salo, solum timere.

Lib.28. Marcellinus : *Præ cæteribus hostibus Saxones timentur, ut repentini.*
Cap.86.f.174.verso. In Notitia Imp. Occidentis : *Sub dispositione viri spectabilis Ducis tractus Armoricani & Nervicani : Tribunus cohortis primæ novæ armoricæ Grannonæ, in littore Saxonico.*

Finitimos verò *Francos*, qui Saxones *transitu prohibebant* intellige Flandros maritimos, sive Francotas, aut Vrylaeten/ ad Ostendam urbem, Neoportum, Dunkerckam, Gravelingam, de quibus supra Procopius cap.1. f.8. *Exigui initio momenti viri, Franci appel-*
Procop.1. Goth.fol.184. *lati*; quibus verbis additur : Τούτων ἐχόμενοι Αρμόριχοι ᾤκουν, οἱ ξυμπάσῃ τῇ ἄλλῃ Γαλλίᾳ, καὶ μὴν καὶ Ισπανίᾳ Ρωμαίων κατήκοοι ἐκ παλαιοῦ ἦσαν. . i. *His* (Francis) *finitimi Armorici accolæ erant, qui cum cætera Gallia, atq; item Hispania, jam pridem Romanis parebant.* Ineptè hic quidam legunt ἀρβόρυχοι & transferunt Arborici, quo nomine, nulla natio, neque in Gallia, neque in Germania, legitur, apud authores.

Hisce itaque in locis Franci (qui re navali ita præstabant,
Fol.54. ut Panegyricus supra dixerit : *Et domitis Francis oppressa bella piratica.*) ob freti angustias, quæ sunt intra Gravelingam & Dubrim, in Britannia, facilè poterant Saxones transitu in Armoricam prohibere, in gratiam Iuliani Imperatoris, & veriti ejus iram, quîcum paulò ante pax facta.

Quare Saxones *prætervecti parentem Francorum imperio regionem*, quæ & hodierna die : *Païs du Francq*, & Zelandia, postquam in re-

in regione ſua naves fluviatiles conſtruxiſſent ad Helium, Rheni oſtium, ubi Moſa Toxandros .j. Zelandos, tum Francos dictos, ſeparat à Batavis, *Rheno in Romani juris ſolum contenderunt* .j. Bataviam, quam Romani tenuerunt jam inde à Druſi tempore, uſque ad defectionem ſeu rebellionem Civilis, & Friſiorum, & Caninefatum; de qua ſupra, in fine cap. 5. fol. 43. Quam inſulam cum rurſus obtinuiſſent Romani, inde denuò exacti ſunt à Francis, circa tempora Gallieni, qui luxu perdidit orbem terrarum; unde cum Conſtantinus Imperator Francos iterum expuliſſet, ut ſupra dictum hoc libro, cap. 6. f. 43. Franci ante Iuliani tempora, rurſus eam per Salios gentis ſuæ partem, recuperârunt, cujus ita meminit Zozimus: Αὕτη δὲ ἡ νῆσος οὖσα πρότερον πᾶσα Ῥωμαίων, τότε ὑπὸ Σαλίων κατείχετο. τοῦτο μαθὼν ὁ Καῖσαρ ἀντεποίει μὲν τοῖς Κουάδοις, παρεγγυᾷ δὲ τῷ στρατῷ τούτοις μὲν κατὰ τὸ καρτερὸν διαμάχεσθαι, Σαλίων δὲ μηδένα κτείνειν, ἢ κωλύειν ἐπὶ τὰ Ῥωμαίων ὅρια διαβαίνειν, οἷα μὴ ὡς πολεμίους ἐφισταμένους τῇ χώρᾳ, ἀνάγκῃ δὲ τῇ παρὰ Κουάδων ἐλαύνεσθαι. Ταύτης αἰσθόμενοι τῆς Καίσαρος τῆς φιλανθρωπίας, οἱ Σάλιοι, οἱ μὲν ἀπὸ τῆς νήσου, μετὰ τοῦ σφῶν βασιλέως, εἰς τὴν ὑπὸ Ῥωμαίους ἐπεραιοῦντο γῆν, οἱ δὲ συμφυγόντες εἰς τὰ ὄρη κατήεσαν ἱκέται τοῦ Καίσαρος ἅπαντες καθιστάμενοι, καὶ ἐθελοντὶ τὰ καθ' ἑαυτοὺς ἐνδιδόντες. .j. *Hæc inſula prius Romanis in univerſum parens, à Saliis hoc tempore poßidebatur. Cæſar, ea re cognitâ, Quados ille quidem vicißim aggrediebatur, ſed juſſo prius exercitu cum Quadis acriter dimicare, Saliorum neminem occidere, nec prohibere, quo minus in Romanorum fines illi tranſirent; quod non ut hoſtes Romanam regionem peterent, ſed per vim & coactionem à Quadis pellerentur. Hac animadverſa Cæſaris humanitate Salii, partim ex inſula, cum Rege ſuo, Romanorum in ſolum tranſibant, partim ad limites, initâ fugâ, ſe conferebant, omnes Cæſari ſupplices facti, ſponte ſuâ, ſe, cum rebus ſuis, ejus fidei permittebant.* Subjungit in fine Zozimus: Ταῦτα οὕτω διαθεὶς ὁ Καῖσαρ Σαλίους τε, καὶ Κουάδων μοῖραν, καὶ τῶν ἐν τῇ Βαταυίᾳ νήσῳ τινὰς τάγμασιν ἐγκατέλεξεν, ἃ καὶ νῦν ἐφ' ἡμῖν ἔτι δοκεῖ περισώζεσθαι. .j. *His rebus ita conſtitutis, & Salios Cæſar, & Quadorum* (Cauchorum) *partem, & quoſdam incolentes inſulam Bataviam, legionibus adſcripſit, quorum ordines noſtro quoq; tempore ſuperſtites eſſe videntur.* Circa annum videlicet Chriſti CCCC. unde in Notitia dignitatum Imperii, ſunt Salii, Batavi, *&c.* inter auxilia Palatina. Lib. 3.

Porrò Iulianus præter Salios, Batavos, Sicambros, etiam Chamauos, transrhenanos Francos, eſt aggreſſus; de quo ita Ammianus Marcellinus: *Chamauos itidem, auſos ſimilia, adortus, eâdem celeritate partim cecîdit, partim acriter repugnantes, vivoſque captos, compegit in vincula, alios præcipiti fugâ trepidantes, ad ſua, ne militem ſpatio longo defatigaret, abire interim permiſit innocuos, quorum legatis, paulò poſtea miſſis precatum conſultumque rebus ſuis, humi proſtratis ſub obtutibus ejus, pacem hoc tribuit pacto, ut ad ſua redirent incolumes. Cunctis igitur ex voto currentibus, ſtudio pervigili properans, modis omnibus utilitatem fundare provinciarum, munimenta tria,* Lib. 17.

rectâ serie supercilius imposita fluminis Mosæ, subversa dudum obstinatione barbaricâ, reparare pro tempore cogitabat & ilico sunt instaurata, procinctu paulisper omisso. Chamauorum superiùs, hoc libro, est
C.3.f.24. mentio sub Bructeris supra Frisios ad Rhenum, ex Ptolomæo & Sulpitio Alexandro. Tabula vetus itineraria Chamauos Fran-
Germ.ant. l.3.c.20. cos nominat, teste Cluverio, qui sic ait: *In tabula itineraria hac nomina, quamvis miserè luxata corruptaq; super Rheni ripam proximè Oceani littus leguntur: Chauci, Ampsivarii, Cherusci, Chamaui, qui & Franci.* Quod nomen *Franci* an Chamauis tantùm, an verò quatuor populis quadret, non exprimitur; de Ampsivariis sive Ansivariis, dubium non est, quin & Francorum nomine censiti sint;
L.1.c.9. eos Sulpitius Alexander, apud Gregorium Turonensem, Bructeris & Chamauis proximos facit, postquam enim dixit: *Pagum etjam, quem Chamaui incolunt, depopulatus est*; Subjungit: *Nullo unquam occursante, nisi quod pauci ex Ampsivariis & Chattis, Marcomere Duce, in ulterioribus collium jugis apparuêre.* De his à Iuliano etjam
Lib.20. devictis, ita Marcellinus: *Legatus ad Constantium missus, in limitem Germaniæ secundæ est egressus, omniq́ue apparatu, quem flagitabat in-*
Germ.ant l.2.c.19. f.419. *stans negotium, communitus Obtricensi* (Trajectensi legit Cluverius) *Mosæ oppido propinquabat, Rheno deinde transmisso regionem subito pervasit Francorum, quos Ansivarios vocant, inquietorum hominum, licentius etjam tum percursantium extima Galliarum,* &c. *captisq; plurimis & occisis, orantibus aliis qui superfuere, pacem ex arbitrio dedit, hoc prodesse possessoribus finitimis arbitratus.* Et verè profuit; finitimos enim Francos tam transrhenanos, quàm cisrhenanos, timore correptos, atque pacem postulantes, in gratiam recepit, eaq; ratione sibi viam fecit ad Oceanum usq́ue, exemplo Constan-
F.47, &53. tini Magni, cujus victorias adversus Francos, supra cap. 6. enarratas, Iulianus est æmulatus. Eumenius in panegyrico suo dicto Constantino: *Cum,* inquit, *totus armatis navibus Rhenus instructus sit; ripis omnibus usq́ue ad Oceanum dispositus miles immineat.* Idem de Iuliano innuit Eunapius Sardianus in Eclogis Legationum,
Germ.ant l.3.c.14. apud Cluverium: Τοῦ Ἰουλιανοῦ εἰς τὴν πολεμίαν χωροῦντος, καὶ τῶν Χαμάβων ἱκετευόντων, φείδεσθαι καὶ ταύτης ὡς οἰκείας, ὁ Ἰουλιανὸς συνεχώρει· καὶ τὸν βασιλέα σφῶν προελθεῖν κελεύσας, ἐπειδὴ προῆλθε, καὶ ἐπὶ τῆς ὄχθης εἶδεν ἑστηκότα, ἐπιβὰς πλοίου, ἑρμηνέα ἔχων, διελέγετο τοῖς βαρβάροις. ἐκείνων δὲ πάντα ποιεῖν ὄντων ἑτοίμων, ὁρῶν εὐπρόσωπόν τε ἅμα καὶ ἀναγκαίαν αὐτῷ τὴν εἰρήνην (Χαμάβων γὰρ μὴ βουλομένων, ἀδύνατόν ἐστι τῆς Βρετανικῆς νήσου σιτοπομπίαν ἐπὶ τὰ Ῥωμαϊκὰ φρούρια διαπέμπεσθαι) καμπτόμενος ὑπὸ τῆς χρείας, χαρίζεται τὴν εἰρήνην καὶ ὅμηρα ᾔτει λαβεῖν πίστεων ἕνεκεν. .j. *In hostile solum profectus Iulianus, Chamauis supplicantibus, uti sibi parceret impetrari id à se passus est, Regemq́ue eorum progredi jussum, ut in ripa* (Rheni) *stantem vidit, conscenso navigio, per interpretem, cum Barbaris loquutus est. Illis igitur omnia imperata se facturos adfirmantibus, quum honestam simul atq́ue necessariam hanc sibi pacem esse cerneret (nam Chamauis invitis frumentum ex Britannia ad Romanorum castra subvehi nullo modo potest)*

test) flexus utilitate, concessit pacem, obsidesque firmandæ fidei postulavit. Meminit & Ammianus Marcellinus, hoc modo: *Ipse* (Iulianus) *anni tempore opportuno ad expeditionem undique milite convocato, profectus, id inter potissima maturè duxit implendum, ut, ante præliorum fervorem, civitates, multò ante excisas, introiret, receptasque communiret: horrea quin etjam exstrueret pro incensis, ubi condi posset annona à Britannis sueta transferri, & utrumque perfectum est spe omnium citius, nam & horrea veloci opera surrexerunt, alimentorumque in iisdem satias condita, & civitates occupatæ sunt septem: Castra Herculis, Quaduburgum, Tricesimæ, Novesium, Bonna, Antennacum, & Bingium.* Zozimus tradit annonæ caritatem ortam in castris Romanorum è terra nullibi culta, propter bella continua cum Germanis, Transrhenanis, & Saxonibus, à quibus postquam recuperasset quadraginta urbes, & captivas omnes ex intima Germania, mirâ astutiâ recepisset, parum supererat annonæ, quod captivis traderetur; verba Zozimi hæc sunt (libro ante citato:) Lib. 18.

Οὗ δὴ γενομένου, καὶ πλήθους αἰχμαλώτων ἀποδοθέντος ὅσον εἰκὸς ἦν ἐκ τεσσαράκοντα πόλεων κατὰ κράτος ἁλουσῶν συνειλέχθαι, ἠπόρει περὶ τὸ πρακτέον ὁ Καῖσαρ τὰς πόλεις ἄρδην ἀπολλυμένας ὁρῶν, τὴν δὲ γῆν χρόνον οὐκ ὀλίγον μείνασαν ἀγεώργητον, τροφῆς τε οὐκ ὀλίγης δεομένους τοὺς ἐκ τῶν βαρβάρων ἀποδοθέντας, ἥτις οὐδὲ ἀπὸ τῶν πλησίον πόλεων εὐπόριστος ἦν, διὰ τὸ μηδὲ ταύτας ἀπειράτους γενομένας τῆς τῶν βαρβάρων ἐφόδου τροφῆς ἀρκούσης οὐκ εὐπορεῖν. οὐκ ἔχων οὖν ὅ τι χρήσεται τοῖς παροῦσι τοιόνδε τι μηχανᾶται. Τοῦ Ῥήνου πρὸς ταῖς ἐσχατιαῖς τῆς Γερμανίας, ὅπερ ἐστὶ ἔθνος Γαλατικὸν, εἰς τὸ Ἀτλαντικὸν πέλαγος ἐκδιδόντος, οὗ τῆς ἠιόνος ἡ Βρεττανικὴ νῆσος ἐνναkοσίοις σταδίοις διέστηκεν, ἐκ τῶν περὶ τὸν ποταμὸν ὑλῶν ξύλα συναγαγὼν, ὀκτακόσια κατασκεύασε πλοῖα μείζονα λέμβων, ταῦτά τε εἰς τὴν Βρεττανίαν ἐκπέμψας, κομίζεσθαι σῖτον ἐποίει. καὶ τοῦτον τοῖς ποταμίοις πλοίοις ἀνάγεσθαι διὰ τοῦ Ῥήνου παρασκευάζων, τοῦτό τε ποιῶν συνεχέστερον διὰ τὸ βραχὺν εἶναι τὸν πλοῦν, ἤρκεσε τοῖς ἀποδοθεῖσι ταῖς οἰκείαις πόλεσιν εἰς τὸ καὶ τροφῇ χρήσασθαι, καὶ σπεῖραι τὴν γῆν, καὶ ἄχρις ἀμήτου τὰ ἐπιτήδεια ἔχειν. Fol. 706.

.i. *Quod ubi factum fuisset, tantaque captivorum multitudo reddita, quantam erat verisimile de quadraginta per vim captis urbibus fuisse coactam, Cæsar quid ageret ambigebat; qui & oppida funditus deleta cerneret, & relictam non exiguo tempore terram prorsus incultam, & restitutos à barbaris egentes annonæ non exiguæ; quæ vicinis ab urbibus suppeditari, propterea non poterat, quod & ipsæ barbarorum grassationis expertes non fuissent, & annonæ satis magnam copiam non haberent. Itaq; cum ignoraret quo pacto præsenti rerum statui consuleret, hujusmodi quiddam machinatur. Ad extremos Germaniæ fines, quæ Gallica gens est, Rhenus in Athlanticum mare se exonerat, ab eo littore nongentis insula Britannica stadiis distat; itaq; collectis lignis ex iis sylvis quæ flumini adjacent octoginta naves lembus majores struxit. His in Britanniam missis frumentum adferri curat. Ejusq; fluvialibus navigiis adverso Rheno subvehendi, rationem invenit. Quo sæpius iterato, quod navigatio brevis esset, abundè præbuit iis, quos oppidis suis restituerat, unde partim victitarent, partim sementum facerent, partim*

tim ad messem usq; commeatum haberent.

Fol. 55. *Extremos hos Germaniæ limites,* supra cap. VI. docuimus esse
Francorum, qui protenduntur à Morinis ad Helium usq;, nunc
den Briel/ ubi *Rhenus* ingente Mosæ ore se *in mare Athlanticum*
Cic. Somn. Scip. .j. magnum, sive Oceanum, exonerat. *A quo litore nongentis in-*
sula Britannica stadiis distat .j. communibus miliaribus Germani-
Lib. 1. cis circiter viginti octo. Strabo: μίλιον ait ὀκτωστάδιον sic, & Plu-
In Græcis tarchus & Polybius. Cluverius: *Stadium est CXXV passuum: hinc*
Lib. 3. *octo stadia conficiunt unum miliare Romanum .j. mille passus. XXXII*
Introd. geog. l. 1. c. 9. *stadia conficiunt miliare Germanicum commune.* Computa propiùs:
centum stadia faciunt duodecim milliaria Romana cum medio,
nongenta, centum duodecim miliaria cum medio, cùm verò Ro-
mana quatuor tantùm sint unum Germanicum, centum duode-
cim Romana sunt Germanica viginti octo. Iacobus-Arnoldi Co-
lom, Geometra Batavus, in graduum libello, quem vernaculè e-
didit anno 1632 Amsterodami, cui maritimorum locorum toto
fere orbe distantias subjungit, ita tradit: Vande Maes of Goe-
ree tot Douveren/ 26. mijlen. .j. à Mosa sive Goerea Dubrim us-
que XXVI. miliaria. Est verò Goerea uno atque altero miliari
Britanniæ propinquior quàm Briela. Cæterum cùm Zozimus
navigationem adeò brevem describat, potuit facilè Græcus au-
thor in distantia errasse, & solverint naves è viciniore Zelan-
diæ aut Flandriæ portu, ad Scaldiam, aut Walachram, quo li-
gna facillimè, ex obtentis paludosæ Francorum regioni sylvis,
flumine advehebantur, Scalde nimirum, cui sylvæ Menapiorum
adjacebant; ex Batavia enim, vicinisq; locis, quæ palustres sunt,
nihil lignorum poterat suppeditari. Reduces è Britannia lembi
frumento onusti adverso Rheno primùm subvecti sunt ad di-
vortium usque Rheni, ubi nunc Schenkeschans: inde pace cum
Chamauis aliisque Transrhenanis factâ (qui alioquin id impedi-
re potuissent, uti supra Eunapius fol. 62.) ad urbes & castra Ro-
manorum in ripa Rheni superioris, & circa Mosellam appule-
runt.

CAP.

CAP. VIII.

De Francis ac Francorum Regibus, sub posterioribus Imperatoribus, declinante Imperio Romano, usq; ad tempora Pharamundi.

REbus in Gallia tam prosperè gestis, ut superiore capite docuimus, Iulianus, de victis à se Francis atque Alemannis, apud milites gloriatus est, eoq; nomine salutatus Imperator; unde hæc ejus sunt apud Ammianum Marcellinum: *Arbitrio Dei cælestis, vobis inter ipsa juventæ rudimenta permixtus, irruptiones Alemannorum assiduas & Francorum, populandiq; jugem licentiam fregi* &c. Item: *Audite me, quem Alemanni audierunt, & Franci* &c. Quidquid sit, tantum effecit Iulianus, ut, quamdiu imperavit, sese Franci, tam Cisrhenani quam Transrhenani, itemque Alemanni, intra sedes suas continuerint, ripâ Rheni Romanis, ad Oceanum usque, permissâ. Lib. 21.

Verùm duravit id solummodo ad mortem usq; Iuliani, circa annum Christi CCCLXVII, nam ita Zozimus: Ὁ βασιλεὺς Οὐαλεντινιανὸς ἐν τοῖς ὑπὲρ τὰς Ἄλπεις ἔθνεσι διατρίβων μεγίστων καὶ ἀπροσδοκήτων ἐπειρᾶτο κινδύνων. Τὸ γὰρ Γερμανικὸν ἅπαν ὧν ἐπεπόνθει κατὰ τοὺς χρόνους ἐν οἷς Ἰουλιανὸς τὴν τοῦ Καίσαρος εἶχεν ἀρχὴν μεμνημένον, ἅμα τῷ γνῶναι τὴν αὐτοῦ τελευτὴν, τὸ ταῖς αὐτῶν ψυχαῖς ἐμπεπηγὸς δέος ἀποσεισάμενοι καὶ τῇ φύσει προσκεφυκὸς αὐτοῖς θάρσος ἀναλαβόντες, ὁμόσε πάντες τοῖς ὑπὸ τὴν Ῥωμαίων βασιλείαν ἐπῄεσαν χωρίοις. i. *Imperator Valentinianus apud gentes Transalpinas degens, maxima pariter & inopinata pericula experiebatur; quippe tota Germanorum natio, revocatis ad animos iis, quæ perpessa temporibus illis fuissent, quibus Iulianus Cæsaris authoritatem habuerat. Simul atq; de morte ejus accepissent, excusso metu, qui animis eorum infixus erat, & innatâ genti audaciâ resumptâ, subjecta Romano Imperio loca invadebant.* Intelligit tam Francos qui in inferiore Germania, quàm Alemannos, qui in superiore. De Alemannis ita Ammianus Marcellinus: *Alemanni, post erumnosas jacturas & vulnera, quæ, congressi sæpe Iuliano Cæsari, pertulerant, viribus tandem resumptis, licet imparibus pristinis, ob causam expositam supra, Gallicanos limites formidati, jam persultabant.* Idem, de Francis & Saxonibus: *Gallicanos verò tractus Franci & Saxones, iisdem confines, quà quisque erumpere potuit, terrâ vel mari, prædis acerbis, incendiisque, & captivorum funeribus hominum violabant. Nempe,* inquit Cluverius in antiqua Germania: *Franci terrâ, Saxones mari, quod accolebant in Chaucorum Frisiorumq; finibus. Gallicanos* hic *tractus* intellige tractum Aremoricum & Nervicanum, de quo supra. *Francos* verò, qui tum, Lib. 4. Lib. 17. Ibid. L. 1. c. 18.

 præter

præter terram Francam & Zelandiam, etjam Hollandiam & Frisiam incolebant, nam confines Saxonibus statuuntur. Quare Valentinianus Bononiam venit, atque in orbis extrema parte, ad extremos videlicet hominum Morinos, quos Franci infestabant. Unde Marcellinus ita prosequitur eodem libro: *Ad hæc prohibenda si copiam dedisset fortuna prosperior, orbis extrema, dux efficacissimus petens, quum venisset ad Bononiæ littus* &c. *defertur Rutupias.* Nempe ex adverso in Britanniam, quam dixit *barbaricâ* etjam *conspiratione fœdatam*, postquam videlicet adversus Francos fortuna ei prospera non fuisset, quibuscum pacem tum videtur
Lib. 18. firmasse. Ita præterea Ammianus Marcellinus: *Erupit, Augustis ter Coss. Saxonum multitudo, & Oceani difficultatibus permeatis, Romanum limitem gradu petebat intento, sæpe nostrorum funeribus pasta.* Annum intelligit ab urbe condita M C. XXIII. à Christo nato CCC LXXIII, quo Valentinianus tertiùm Consul fuit cum Valente. Adversum hos, Gallicanum, atque Aremoricum littus incursantes, Valentinianus movit, pace, ut dictum, cum Fran-
L. 7. c. 32. cis stabilitâ. Hunc enim in modum scribit Orosius: *Valentinianus Saxones, gentem in Oceani litoribus & paludibus inviis sitam, virtute atq; agilitate terribilem, periculosam Romanis finibus eruptionem, magnâ mole meditantem, in ipsis Francorum finibus oppressit.* Ad Gravelingam, videlicet, Mardicam vel Dunkercam, quo hodiernâ etjam die se districtus Franconatensium extendit. Accidit hoc anno à Christo nato C C C. L X X I I I. biennio post quàm *Gratianus, Valentiniani filius, Ambianis Imperator factus est*, ut notat Cassiodorus. Erat tum temporis Mellobaudes, Rex Francorum, adeò Romanis confœderatus, ut inter eos fuerit Comes Domesticorum. Meminit hujusce Ammianus Marcellinus, ubi
Lib. 30. f. 1817. de Macriano: *Periit autem in Francia postea: quam dum internecivè perrumpit avidius, oppetiit, Mellobaudis Regis insidiis circumventus.*
Lib 31. f. 1852. Et alibi: *Quibus Gratianus, cum formidine magna, compertis, revocatisque aliis, quas in Galliis retinuerat dispositio prudens, Nannieno negotium dedit, virtutis sobriæ duci; eique Mellobaudum junxit, pari potestate collegam, Domesticorum Comitem, Regemque Francorum, virum bellicosum & fortem.* Fuit & sub eodem Gratiano Richomeres Francus, Domesticorum Comes, & Merobaudes Consul bis cum Gratiano, v. c. anno M C. XXX. Christi nati, CCC LXXX. itemque v. c. M.C. XXXI. Christi CCC LXXXI. Utriusq; me-
Lib. 31. f. 1871. minit Marcellinus, ubi scribit: *Richomeres Domesticorum tunc Comes, imperatu ejusdem Gratiani, motus è Galliis, properavit ad Thracias, ductans cohortes aliquas nomine tenus, quarum pars pleraq; deseruerat, (ut jactavere quidam) Merobaudis suasu, veriti ne, destituti adminiculis Galliæ, vastarentur licenter, Rheno perrupto.* Richomeres hic, sive Richomer Consul etjam fuit Romanus anno v.c. MCXXX VIII. nati Christi anno CCC LXXXV. eo videlicet, qui Honorio Theodosii filio natalis, Gratiano fatalis fuit. Prosper: *Ricomere*

mere & Clearcho Coss. Honorius, Theodosii filius, nascitur, & in Britannia per seditionem militum Maximus Imp. est factus. Quo mox ad Gallias transferente se, Gratianus Parisiis, Merobaudis Magistri militum proditione, superatus, & fugiens, Lugduni captus atq; occisus est. Richomer fortè fuit ille, aut ejus filius: cujus filius Theodemeres, cum matre, gladio fuit cæsus, de quo Greg. Turonensis l. 2. c. 9.

Sub hæc tempora Franci, qui sub Romanis militiæ Duces erant, rem publicam civilemque, perinde ac militarem administrabant: Occiso, per insidias Maximi, Gratiano, Valentiniano autem juniore Gratiani fratre, jussu Arbogastis etjam Tyranni, palatio Viennensi, velut carceri mancipato; ita enim, apud eundem Turonensem, Sulpitius Alexander: *Dum diversa in Oriente, per Thracas geruntur, in Gallia status publicus perturbatur. Clauso apud Viennam palatii ædibus Principe Valentiniano, & pœnè infra privati modum redacto, militaris rei cura Francis satellitibus tradita, civilia quoq; officia, transgressi in conjurationem Arbogastis, nullusque ex omnibus sacramentis militiæ obstrictus reperiebatur familiari principis sermoni, aut jussis obsequi auderet.* Maximi Tyranni ita meminit Zozimus: Ἐκίνει δὲ πρὸς τοῦτο πλέον αὐτοὺς Μάξιμος, Ἴβηρ τὸ γένος, Θεοδοσίῳ τῷ βασιλεῖ κατὰ τὴν Βρεττανίαν συστρατευσάμενος. οὗτος δυσανασχετῶν ὅτι Θεοδόσιος ἠξίωτο βασιλείας, αὐτὸς δὲ οὐδὲ εἰς ἀρχὴν ἔτιμον ἔτυχε προελθὼν, ἀνήγειρε πλέον εἰς τὸ κατὰ τοῦ βασιλέως ἔχθος τοὺς στρατιώτας. οἱ δὲ ῥᾳδίως ἐξαναστάντες ἀνεῖπον βασιλέα τὸν Μάξιμον, καὶ περιθέντες τὴν ἁλουργίδα καὶ τὸ διάδημα παραχρῆμα, τὸν Ὠκεανὸν ναυσὶ διαβάντες, ταῖς τοῦ Ῥήνου προσωρμίσθησαν ἐκβολαῖς. .i. *Incitabat etjam magis eos* (Milites in Britannia) *Maximus, Hispanus natione; qui Theodosii principis in Britannia commilito fuerat. Is permolestè ferens Theodosium quidem habitum fuisse dignum imperio, se verò nullum ad honorificum Magistratum pervenisse; magis etjam milites ad Imperatoris odium irritabat. Illi facile ad seditionem impulsi, Maximum Imperatorem adpellant; ac traditâ illi cum diademate purpurâ, confestimq;, transmisso navibus Oceano, ad ostia Rheni adpulerunt.* Lib. 2. c. 9. L. 4. f. 760.

Franci, quos jam ante commemoravimus non Flandriam tantùm & Zelandiam, verùm etjam loca maritima, cis & ultra Rhenum, obtinuisse, occasionem hanc nacti, Ducibus Genobaldo, Marcomere, & Sunnone, Regibus suis, in superiorem Galliam atque Germaniam impetu facto, prorupêre, spe Coloniam Agrippinam, quam Iulianus eis eripuerat, recuperandi. Qua de re apud eundem Gregorium Turonensem ita loquitur idem Sulpitius: *Eo tempore, Genebaldo, Marcomere, & Sunnone Ducibus, Franci in Germaniam prorupere, ac plurimis mortalium limite irrupto cæsis, fertiles maxime pagos depopulati, Agrippinensi etjam Coloniæ metum incussêre. Quod ubi Treviros perlatum est, Nannius & Quintinus, militiæ Magistri, quibus infantiam filii & defensionem Galliarum Maximus commiserat, collecto exercitu, apud Agrippinam convenere; sed onusti prædâ hostes, provinciarum opima depopulati, Rhenum transiere, plurimis suorum in Romano relictis solo, ad repetendam depopulationem* L. 2. c. 9.

 paratis.

paratis. Per *solum Romanum* intelligendus hic districtus Romanorum patulus & apertus circa Tongros, Advaticos, Nervios, in quem se Franci, è paludibus suis atque sylvis, rursus effuderant, ut expeditiores essent ad excursiones faciendas in Romanos, quos non amplius ita reformidabant, uti tempore Iuliani: unde factum, ut ex Francis, loco Romanis ad congrediendum Ibid. commodo, multi sint cæsi: pergit enim Sulpitius apud Gregorium Turonensem, hoc modo: *Cum his, congressus Romanis accommodus fuit, multis Francorum apud Carbonariam ferro peremptis.* Pars L.1.c.5. fuit procul dubio Arduennæ sylva Carbonaria. Aimoïnus eam prope Tornacum collocat, scribens de Clodione hanc in sententiam: *Clodio, angustos Regni fines dilatare cupiens, exploratores à Dispargo trans Rhenum dirigit, & ipse cum exercitu subsecutus Cameracum obsidens expugnavit & cepit. Carbonariam sylvam ingressus, Tornacum urbem obtinuit; quosq́; Romanorum obvios habuit, neci tradidit* &c. Nisi totus tractus à Dispargo (Duisburgo) in Flandriam usque, Francorum provincia fuisset, Clodio Rex non potuisset Duisburgo, ubi regni sedem tenebat, suos mittere, ad urbem, adeò longè distantem, explorandam: sed hoc fecit è finibus regni sui, qui erant terra Franca hodierna, & Flandria, non procul à Tornaco & Cameraco.

Ad Reges porro Francorum, quos supra commemoravit Sulpitius, ut revertamur; Genobaldus, qui forte descendebat à Genobone, seu Genebaldo, Rege Francorum, qui se in Flandria & Zelandia, tempore Constantii & Constantini, cum Etsatech dederat Maximiano, in Bataviam aut Flandriam rediit cum parte Francorum, Marcomeres verò & Sunno, manserunt circa castrum Dispargum, ultra Rhenum, & in regionibus vicinis, quà cisrhenanis, quà transrhenanis, in quos Reges exercitum duxit Arbogastes militiæ dux sub Valentiniano Iuniore, Rhenum transgressus, ubi Bructeros, Chamauos, Ansibarios, & Chattos, qui jam cum Francis initâ societate, ob affectatam, æmulo cum iisdem studio, libertatem, Francos etjam se, suamque provinciam L.2.c.9. Franciam vocitabant; de quo ita Sulpitius apud Greg. Turonensem: *Arbogastes Sunnonem & Marcomerem, subregulos Francorum, gentilibus odiis infectans, Agrippinam, rigente maximè hieme, petiit, ratus tutò omnes Franciæ recessus penetrandos, urendosque, cum, decussis foliis, nudæ atq́; arentes sylvæ, insidiantes occulere non possent. Collecto ergo exercitu, transgressus Rhenum, Bructeros, ripæ proximos, pagum etjam, quem Chamavi incolunt, depopulatus est, nullo unquam occursante, nisi quod pauci ex Ansivariis & Chattis, Marcomere Duce, in ulterioribus collium jugis apparuere.* Chattorum pars, dudum ante, cis Rhenum demigravit in Bataviam & Flandriam. Unde remansit Cattorum mons, & Cattorum arena: Catsbergh prope Calletum, & Cadsant/ insula prope Slusas. Tenuit verò Marcomeres sedem suam ultra Rhenum fortassis Dysburgi: uti colligitur ex

Sulpitii

Sulpitii authoritate præcedente; Sunno verò citra Rhenum; cum quibus postea pax firmata, renovata fœdera, obsides dati. Unde Sulpitius ibidem: *Post dies paucul os Marcomere & Sunnone, Francorum regalibus, transacto cursim conloquio, impetratisq; ex more obsidibus, ad hiemandum Treviros concessit.* In hunc locum ita Turonensis: *Cum autem eos regales vocet, nescimus utrum Reges fuerint, an vices tenuerint Regum.* Sed hanc dubitationem postea eximet Claudianus. Idem Gregorius paullo post: *Iterum hic* (Sulpitius) *relictis tam Ducibus, quàm Regalibus, aperte Francos Regem habere designat, hujusq; nomen prætermittens ait: dehinc Eugenius Tyrannus, suscepto expeditionali procinctu, Rheni limitem petit, ut cum Alamannorum & Francorum Regibus, vetustis fœderibus ex more initis, immensum ea tempestate exercitum gentibus feris ostentaret.* Eugenius hic Tyrannus, cum Arbogaste, adversus Theodosium pugnans, Francos & Alemannos in auxilium vocavit. Orosius, qui temporibus illis vixit, & historiam suam D. Augustino inscripsit, ita refert: *Mortuo Valentiniano Augusto, Arbogastes, Eugenium Tyrannum mox creare ausus est: legitq; hominem cui titulum Imperatoris imponeret, ipse acturus Imperium, vir barbarus animo, consilio, manu, audacia, potentiaque nimius, contraxit undiq; innumeras invictasq; copias, vel Romanorum præsidiis, vel auxiliis barbarorum alibi potestate, alibi cognatione subnixus. Historiam notam etjam oculis plurimorum, quam melius qui spectavere, noverunt, potentia Dei, non fiducia hominis, victorem semper extitisse Theodosium* &c. *Adversus eundem Theodosium, collectis Gallorum-Francorumq; viribus, exundavit, nixus etjam præcipuo cultu idolorum, magna tamen facilitate succubuit.* Turbine ventorum scilicet ex adverso in pugnantium inimicorum ora irruente. Idem Orosius: *Signo Crucis se muniens, signum victoriæ dedit,* (Theodosius) *ac signo Crucis signum prælio dedit* &c. *At ubi ad contigua immiscendæ pugnæ spatia perventum est, continuo magnus ille, & ineffabilis turbo ventorum in ora hostium ruit. Ferebantur per aërem spicula missa nostrorum, atq; ultra mensuram humani jactus manu in aëre portata, nusquam propemodum cadere, priusquam impingerent, sinebantur. Porro autem turbo continuus ora pectorave hostium, nunc illis graviter scutis everberabat, nunc impressus pertinaciter obstructa claudebat, nunc avulsis violenter destituta nudabat, nunc oppositus jugiter in terga trudebat; tela etjam, quæ ipsi vehementer intorserant, excepta ventis, impetu supinata, ac retrorsum coacta, ipsos infeliciter configebant. Prospexit sibi humanæ conscientiæ pavor; nam continuò sese, parvâ suorum manu fusâ, victori Theodosio hostilis prostravit exercitus. Eugenius captus, atq; interfectus est. Arbogastes sua se manu perculit.* Apud Cuspinianum, in Fastos Consulares, D. Augustinus, lib. 5. de civ. Dei, cap. 26. citat hos ea de re Claudiani versus; hac præmissa præfatione: *Unde & Poëta Claudianus, quamvis à Christi nomine alienus, in ejus tamen laudibus dixit:*

O nimium dilecte Deo! cui fudit ab astris

Se Iovis

Ibid.

L.7.c.35.

Ibid.

Fol.521.

Se Iovis armatum vehemens tibi militat æther,
Et conjurati veniunt ad classica venti.

Ita quidem legitur ibi, cum sit legendum:

——————— *cui fundit ab astris*
Æolus armatas hiemes, tibi militat æther &c.

Sic & corrigendus Orosius capite supra citato.

De morte Eugenii, & victoria Theodosii, ita meminit Cassiodorus: *Olybrius & Probinus. His Coss. Theodosius, Eugenium Tyrannum vincit & perimit. Augustinus, B. Hieronymi discipulus, multâ facundiâ doctrinâque excellens, Hippone Regio in Africa Episcopus ordinatur. Hoc tempore Claudianus, poëta insignis habetur. Theodosius Imp. Mediolani moritur.* Anno ab V.C. M.C.XLIX. à Christo nato CCC.XCV. postea videlicet quàm Arcadium & Honorium filios fecerat Imperii consortes. Cassiodorus: *Arcadius II. & Rufinus. Theodosius jam, cum quatuordecim annos regnarat cum Arcadio & Honorio filiis, regnat annis duobus.* Pomponius Lætus: *Theodosius filios Honorium & Arcadium, quos ex Flaccilla susceperat, consortes fecit imperii, & quia nondum ætas matura Imperio erat, ductores legit qui adessent, testamentoque sanxit Rufinum Arcadio, adjungit & Honorio Stiliconem.*

Fol. 1187.

Arbogaste & Eugenio debellatis, Stilico, belli sub Honorio dux, cum Francis, qui totum ad Scaldim, Mosam, Vahalim, Rhenumque tractum occupabant, veterum Imperatorum fœdera renovavit, Sunnone & Marcomiro, Francorum Regibus, ei in vincula traditis, quòd, contra Francorum commune consilium, paci bellum prætulissent. Eorum alter in Hetruriam exulatum ablegatus, aut potius ibidem pro Romanis contra Gothos arma ferre jussus, de quo mox. In alterum immissi Franci sicarii. Unde Claudianus de laudibus Stiliconis ita canit:

L. 1. f. 232.

——————— *sub judice nostro*
Regia Romanus disquirit crimina carcer,
Marcomirus, Sunoque docent, quorum alter Hetruscum
Pertulit exilium; quum se promitteret alter
Exulis ultorem, jacuit mucrone suorum.
Res avidi concire novas, odioque furentes
Pacis.

Nunc hîc solvitur dubitatio Gregorii Turonensis, qui superius f. 68. eo quòd Sulpitius Regales eos appellaret, scribit nesciri an Reges hi Francorum fuerint, an verò Regum vices egerint; nam Claudianus hîc eorum *crimina* appellando *Regia*, Reges fuisse hos apertè pronuntiavit. Cæterum Claudianus ille, in laudes Stiliconis planè effusus, victoriam ei de Francis adscribit, quæ tantùm fuit fœderum renovatio, nec enim victi ab eo fuerunt, sed pacati & in sedibus relicti. Ita enim ille ipse;

Ibid. f. 231.

——————— *non classica Francis*
Intulimus, jacuêre tamen.

Item

Item ibidem :

Cedant Druse tui, cedant Trajane labores,
Vestra manus dubio quicquid discrimine gessit,
Transcurrens egit Stilico, totidemq; diebus
Edomuit Rhenum, quot vos potuistis in annis.

Item alibi, in Honorium : Conf. 4.

——————— populos lenire feroces,
Et Rhenum placare jubes? &c.

Viden' sine bello, & in transcursu, Francos à Stilicone non victos: sed placatos & lenitos? quibus mox exaggerando subdit:

Ante ducem nostrum flavam sparsere Sicambri
Cæsariem, pavidoque orantes murmure Franci
Procubuere solo, juratur Honorius absens.

Item; & ecce rursum sine bello : Lib. 1. de laud. Stil.

——————— tot prælia sanguine nullo
Perficis, & lunâ nuper crescente profectus,
Ante redis, quàm plena fuit; Rhenumq; minacem,
Cornibus infractis, adeo mitescere cogis,
Vt Salius jam rura colat, flexosq;, Sicambri
In falcem curvent gladios &c.

Salius videlicet Francus, cujus prima sedes in Romano solo, circa Toxandriam .j. Zelandiam, quæ fortè ab illis Saliorum terra appellata. Eorum vicini erant Sicambri, qui ad Vahalim; unde Ausonius:

Detonsus Vahalim bibat Sicamber &c.
Francorum penitissimas paludes,
Intrares, venerantibus Sicambris.

Firmatâ igitur pace cum universo Francorum populo, eisque commisso Rheno, cum parte eorum, in Africam, Stilico est profectus, adversus Gildonem; ita enim Claudianus; Lib. 1. de laud. Stil.

Post domitas Arctos, alio prorumpit ab axe
Tempestas, & nequa tuis intacta trophæis
Pars foret, Australis sonuit tuba, moverat omnes
Maurorum Gildo populos.

Idem, de bello Gildonico :

——————— quæcumq; meo gens barbara nutu
Stringitur, adveniat; Germania tota feratur
Navibus, & sociâ comitentur classe Sicambri:
Pallida translatum jam sentiat Africa Rhenum.

Et aliquanto post :

——————— festinant adeò vexilla moveri,
Nervius insequitur.

Nervium inter barbaros hic enumerat Claudianus, haud dubiè intelligens eos Francos, qui olim Nerviorum clientes, Grudii, Gorduni *&c.* fuerunt. De quibus ante cap. 1. fol. 10. actum; Nervii enim Tornacenses Romanis jam dudum parebant, nec in

Barbaris

Barbaris reputabantur. Sic Britoni pro Flandro est Nervius:
C. 1. f. 9. *Nervius armipotens* &c. ut supra.
Quem nunquam sibi prævaluit Romana potestas &c.

Quia verò Francorum jam regnum latè se porrigebat, authores pleraque vetera nomina populorum, qui in Francorum
C. 92. f. 127 gentem coluerant, resumpserunt. Hinc in Notitia Imperii Occidentis, inter auxiliares copias, pro Romanis dimicantes, temporibus Iuliani & antea, reperire est Menapios, Batavos, Nervios, Tungros, Mattiacos, Bructeros, Ampsiuarios, Francos, Salios *&c.* Ævo nimirum Honorii, pace, Francos inter & Roma-
Fol. 127. nos, vigente; Notitiæ verba sunt: *Auxilia palatina sexaginta quinque: Batavi seniores, Mattiaci seniores, Sagittarii Nervii, Sagittarii Salii, Batavi juniores, Gallicani, Salii Gallicani, Sagittarii Nervii, Gallicani, Tungri.* Tum sequitur ibid: *Menapii seniores* &c. *Cortoriacenses* &c. Ibid: *Sub dispositione viri spectabilis Ducis Moguntiacensis: Præfectus Militum*
Fol. 178. verso. *Menapiorum Tabernis.* Et mox: *In provincia Tarraconensi: Præfectus Latorum Batavorum. Et gentilium Suevorum, Baiocas, & Constantiæ, Lugdunensis secundæ. Præfectus Lætorum Francorum Redonas Lugdunensis tertiæ. Præfectus Lætorum Nerviorum Fanomantis Belgicæ secundæ. Præfectus Lætorum Batavorum Contraginensium Noviomago Belgicæ se-*
Ibidem. *cundæ.* Pancirolius in hanc Notitiam hæc: *Sub finem principatus Theodosii junioris hanc notitiam scriptam fuisse censeo, sub duce enim Ægypti meminit alæ Theodosianæ nuper, id est illo imperante, constitutæ.* Fuit verò Theodosius junior Arcadii ex Eudoxia filius, Theodosii senioris nepos. In titulo ipsius Notitiæ sic est: *Notitia utraque dignitatum, cum Orientis, tum Occidentis, ultra Arcadii, Honoriique tempora.* Mentio fit hic *Provinciæ Lugdunensis primæ & secundæ.* Item *Belgicæ secundæ.* Quia sub Honorio, cæsis Tyrannis, & pace cum Francis & Alemannis firmatâ, religione etjam Christianâ in totam, quà Romanis parebat, Galliam inductâ, fuit ea in plures provincias divisa, dictæque sunt metropoles eæ urbes, in quibus cathedram habebat Archiepiscopus, cui variæ urbes & E-
In præfat. piscopatus erant substituti. Vnde exstat libellus hoc titulo: *Notitia provinciarum & civitatum Galliæ, Honorii Augusti, ut videtur, temporibus condita, cum Gallias in septem provincias distingui mos erat.* Præponit hanc Notitiam tomo 1. Conciliorum Galliæ Sir-
Fol. 4. mondus; itemque Du Chesne Historiæ Francorum tomo 1. In qua Notitia inter alias provincias, duæ sunt Germaniæ, duæ item Belgicæ. Germaniæ sic discribuntur:

Provincia Germania prima num. IV.

Metropolis Civitas Mogunciacensium.	*Ments.*
Civitas Argentoratensium.	*Strasburg.*
Civitas Nemetum.	*Spiers.*
Civitas Vangionum.	*Worms.*

Provincia Germania secunda num. II.

Metropolis Civitas Agrippinensium.	*Colongne.*

Civitas

Civitas Tongrorum. *Tongres.*

Salvianus Germaniam provinciam ac primam potissimùm, nomine, barbaram vocat, ditione Romanam, ut est apud Papirium Massonum lib. de calamitatibus Galliæ, quem edidit Du Chesne in Historia Francorum. T.1.f.93.

De Belgicæ provinciis duabus, superior Notitia sonat hunc in modum:

Provincia Belgica prima num. IV.

Metropolis Civitas Trevirorum.	*Trier, Treves.*
Civitas Mediomatricum.	*Mets.*
Civitas Leucorum .j. Tullo.	*Toul.*
Civitas Verodunensium.	*Verdun.*

Provincia Belgica secunda num. XII.

Metropolis Civitas Remorum.	*Reims.*
Civitas Suessionum.	*Soissons.*
Civitas Catalaunorum.	*Chaalon.*
Civitas Veromanduorum.	*S. Quintin en Verm.*
Civitas Atrebatum.	*Arras.*
Civitas Cameracensium.	*Cambray.*
Civitas Tornacensium.	*Tournay.*
Civitas Sylvanectum.	*Senlis.*
Civitas Bellovacorum.	*Beauvais.*
Civitas Ambianensium.	*Amiens.*
Civitas Morinorum.	*Teroanne.*
Civitas Bononiensium.	*Bouloingne sur mer.*

Quamquam hæc Notitia scripta dicatur circa tempora Honorii, fuit tamen ante facta divisio provinciarum, cujus ita meminit Ammianus Marcel. de rebus gestis sub Constantio & Iuliano: *Nunc numerantur provinciæ per omnem ambitum Galliarum: Secunda Germania, primo ab occidentali exordiens cardine, Agrippina & Tungris munita, civitatibus amplis & copiosis. Deinde prima Germania, ubi, præter alia municipia, Mogunciacus est, & Vangiones, & Nemetes, & Argentoratus, barbaricis cladibus nota; post Belgica prima Mediomatricos prætendit, & Treviros Domicilium principum clarum. Huic adnexa est secunda Belgica, quà Ambiani sunt, urbs inter alias eminens, & Cathelauni, & Remi.* Vides nullam in hac Notitia & provinciarum divisione, urbem esse utriusq; Belgicæ, quæ non linguam Romanam, unà cum eorum dominatione admiserit; quæcumque igitur Theotiscâ uti perseveravit, non censetur è provinciis Romanis; Flandria videlicet, Zelandia, Brabantia, Hollandia, Geldria, Zutphania, Frisia cis & trans-Isulana; quia nempe tum districtum hunc Franci possidebant, quamquam scriptores horum temporum assentantes Romanis, qui universam Galliam sibi adscribebant, Francos & Franciam fere collocent ultra Rhenum, ad alteram videlicet Rheni ripam, quæ Germanica & barbara dicebatur, ab urbe videlicet Colonia versus ostium Flevum. Lib.15.f.1461.

G Nequi-

Nequidem Lugduni Batavorum, aut Vltrajecti in præcedente Notitia fit mentio, cum tamen ibi permultis antè annis Romani dominati fuerint; & sæpe etjam pace factâ cum Sicambris, Batavis, Frisiis, omnibusque Francis Cisrhenanis, ripam Rheni Gallicam tenuerint ad ostium usq; Flevum. In Germania quoque utraque urbes quæ sunt in hac Notitia, cis Rhenum sunt; quo Romanum Imperium, Honorii etjam ætate, quâ cum Germanis Alemannisque pax coaluit, terminabatur. De quo Claudianus:

Pan. Coss. Mall.

O! quoties doluit Rhenus, qua barbarus ibat,
Quod te non geminus frueretur judice ripis.

Quia nimirum ab altera parte, quæ magna dicitur, neque Romanos audiebat, Alemanni & Germani jura dabant; ab altera, quæ I. & II. Romani, cum Francis, tum temporis in pace degentes; id quod Claudianus fortitudini Stiliconis adscribens, fingit eum Francis & Alemannis adeo fuisse terribilem, ut ei sese opponere formidarint; postquam enim dixit:

Lib. 1. de laud. Stil.

——————— *Oriente subacto,*
Consule, defensæ surgunt, Stilicone, secures &c.

Subacto, scilicet auxiliaribus Francorum & Alemannorum copiis, de quo supra satis. Pergit deinde poëta:

Armati referam vires? Plus egit inermis &c.
Tuta quod imbellem miratur Gallia Rhenum.

Item alibi:

Lib. 2. de laud. Stil.

Grates Gallus agit, quod milite tutus inermi
Et metuens hostile nihil, nova culmina totis
Ædificet ripis, & sævum gentibus amnem,
Tybridis in morem, domibus prævelet amœnis.

Recepti quidem jam antea in cives Romanos fuerant Franci; unde Magistratus & Consulatus etjam gerebant, ut supra probatum; quin & hisce temporibus, una cum Romanis gens, dicuntur à Claudiano, Franci, & Alemanni confœderati; ita enim ille de Roma:

Lib. 3. de laud. Stil.

Hæc est in gremium victos quæ sola recepit,
Humanumq; genus communi nomine fovit,
Matris non Dominæ ritu, civesq; vocavit
Quos domuit, nexuq; pio longinqua revinxit.
Hujus pacificis debemus moribus omnes
Quod veluti patriis regionibus utitur hospes &c.
Quod cuncti gens una sumus.

Armis itaque simul sumptis, ut antea mari, ita nunc terrâ, Romani, Franci, Alemanni, Rheno vicini, ne otio miles torperet, Rhetos & Vindelicos, in interiore Germania ad Danubium sunt aggressi. Ignari sanè, militi suo, mox aliam aliunde, vigoris adversus torporem conservandi materiem nasci\-turam: occupatos enim ipsos in Rhetia, rumor pervasit Gothos in Italiam irrupisse.

Cassio-

Caſſiodorus : *Stilico & Aurelianus. His Coſs. Gothi Alarico & Rhadagaiſo Ducibus ingrediuntur Italiam.* Quod iiſdem fere verbis Proſper. Anno videlicet v. c. M. C. LIV. Chriſti nati CCCC. Iornandes : *Mox ergo Alaricus creatus eſt Rex, cum ſuis deliberans, ſuaſit eos ſuo labore regna quærere, quam alienis per otium ſubjacere, & ſumpto exercitu per Pannonias, Stilicone & Aureliano Coſs. & per Sirmium, dextro latere, quaſi viris vacuam intravit Italiam nullo penitus obſiſtente.* Igitur à Rhetia in Italiam legiones Romanorum ire juſſæ, manus item auxiliares Francorum, Alemannorum, Britannorum *&c.* De hoc bello Getico, ſive Gothico, canit Claudianus, inter alia ſic : De orig. Goth. L. 1. f. 151. edit. Pulm

Irrupere Getæ, noſtras dum Rhetia vires
Occupat, atq; alio deſudant marte cohortes.

Itemque aliquanto poſt :

Accurrit vicina manus, quam Rhetia nuper Ibid. f. 156
Vindelicis auctum ſpoliis defenſa probavit.
Venit & extremis legio prætenta Britannis &c.
Agmina quin etjam flavis objecta Sicambris
Quæq; domant Cattos, immanſuetoſq; Cheruſcos,
Huc omnes vertere minas, tutumq; remotis
Excubiis Rhenum ſolo terrore relinquunt:
Ullane poſteritas credet? Germania quondam
Illa ferox populis, quæ vix, inſtantibus olim
Principibus, totâ poterat cum mole teneri,
Iam ſeſe placidam præbet Stiliconis habenis,
Vt nec, præſidiis nudato limite, tentet
Expoſitum calcare ſolum, nec tranſeat amnem,
Incuſtoditam metuens attingere ripam.

In principio contra Gothos infeliciter dimicavit in Italia Stilico; nam ita Caſſiodorus : *Arcadius V. & Honorius V. His Coſs. Pollentiæ, Stiliconem cum exercitu Romano Gothi acie victum fugaverunt.* An. v. c. M. C. LVI. Chriſti nati CCCC. II. Claudianus tamen etjam hic Stiliconi Mæcenati victoriam adſcripſit; ita enim canit :

O celebranda mihi cunctis Pollentia ſeclis!
O meritum nomen, felicibus apta triumphis. Ibid. f. 163

Poſtea reſtaurato exercitu Radagaiſus in Tuſcia multis millibus Gothorum cæſis, ſuperatus eſt & captus, ut ait Proſper; quare Claudianus tradit Honorium & Stiliconem de Gethis triumphaſſe, dum canit :

Et ſeptas Geticâ prævelans fronde ſecures
Colla triumphati proculcât Honorius oſtri.

De Stilicone item ſic :

Tunc tibi magnorum merces fortuna laborum
Perſolvit Stilico, curru cum vectus eodem
Vrbe triumphantem generum, florente juventâ
Conſpiceres.

Stiliconis uxor erat Helena, Honorii filia, unde natus Eucherius, itemq; Maria, & Thermantia, quæ post aliam alia Honorio nupsere.

Dum hæc in Italia fiunt, Rhenusque non custoditur, Franci, Germanique, sociatis iterum per ictum fœdus animis, in Romanos conjurant, omniaque eorum, in ripa fluvii, monumenta expugnant; ad quos cohibendos Stilico Wandalus, gentiles suos Wandalos cum Alanis excivit, quibuscum vario eventu primo pugnatum fuit; ad extremum hi trajecto Rheno in Gallias prorupere. Cassiodorus: *Arcadius VI. & Probus. His Coss. Wandali & Alani, transito Rheno, Gallias intraverunt.* Anno v. c. M. C. L X.
Lib. 7. c. 4. f. 340. C. N. CCCC. VI. Orosius: *Ante biennium Romanæ irruptionis, excitatæ sunt per Stiliconem gentes Alanorum, ut dixi, Suevorum, Wandalorum, multæq; cum his aliæ, Francos proterunt, Rhenum transeunt, Gallias invadunt, directoq; impetu, Pyrenem usq; perveniunt.* Quantâ suorum strage Rhenum transiverint, expressit Renatus Fregeri-
L. 2. c. 9. dus apud Gregorium Turonensem, his verbis: *Interea Respendial, Rex Alemannorum, Goare ad Romanos transgresso, de Rheno agmen suorum convertit, Wandalis Francorum bello laborantibus, Godegisilo Rege absumpto, acie viginti ferme millibus peremptis, cunctis Wandalorum ad internecionem delendis, nisi Alanorum vis, in tempore, subvenisset.*
Ibidem: Ibidem affertur hoc Orosii ex eo quod superius dedi abbreviatum: *Stilico, congregatis gentibus, Francos proterit, Rhenum transit, Gallias pervagatur, & Pyrenæos usque perlabitur.* Non per ipsum id Stiliconem, sed per Wandalos & Alanos ejus instinctu id factum est. Quid verò cladium à Wandalis aliisque Barbaris u-
Epist. 11. niversæ Galliæ sit illatum prodit S. Hieronymus epistola ad Ageruchiam: *Quod rari huc usq; residemus, non nostri meriti est, sed Dei misericordiâ. Innumerabiles & ferocissimæ nationes universas Gallias occuparunt. Quiquid inter Alpes & Pyrenæum, quod Oceano & Rheno includitur. Quadus, Wandalus, Sarmata, Alani, Gepides, Heruli, Saxones, Burgundiones, Alemanni, &, ô lugenda respublica! hostes Pannonii vastaverunt. Etenim Assur venit cùm illis: Moguntiacus, nobilis quondam civitas, capta atq; subversa est, & in Ecclesia multa hominum millia trucidata. Vangiones longâ obsidione deleti. Rhemorum urbs præpotens, Ambiani, Atrebates, extremique hominum Morini, Tornacus, Nemetes, Argentoratus. Translatæ in Germaniam Aquitaniæ, novemque populorum, Lugdunensis & Narbonensis, provinciæ, præter paucas urbes, cuncta populata sunt, quas & ipsas foris gladius, intus vastat fames.* Baronius in Annalibus tradit hanc epistolam scriptam anno CCCC. VII. eodem nempe quo ista contigerunt. Hunc in modum Gallia, Hispania, per Wandalos: Italia per Gothos turbatæ fuerunt. Quas gentes quia Stilico Wandalus excivisse ferebatur, ut labefactatâ re Romanâ, filio suo Eucherio viam ad imperium sterneret, ambo, pater & filius Romæ, in foro capite pœnas dederunt, anno Christi CCCC. VIII. v. c. M. C. LXII.

Basso

Basso & Philippo Coss ut est in Chronico Marcellini, indictione sexta. Et apud Iornandem in Annalibus. Anno sequenti Cassiodorus : *Honorius VIII. & Theodosius III. His Coss Wandali Hispanias occupavere.* An. Christi CCCC IX. Idem ad ann. CCCC. X. *Varron & Tertullus. His Coss. Roma à Gothis duce Alarico capta est.* Sub hoc tempus in Britannia Constantinus Imperium arripuit, *propter nomen dumtaxat ad id dignus existimatus*, ut ait Pomponius Lætus. *Is*, ut idem prosequitur, *cum exercitu in Gallias navigavit, & Constantium filium, Cæsarem ab eo factum, cum parte copiarum, ad occupandas Hispanias, frustra misit.* In ejus exercitu fuisse Francos & Alemannos, ita testatur Fregeridus apud Turonensem : *Petunt Gallias, cum Francis & Alemannis, omniq; militum manu, ad Constantinum jam jamq; redituri.* Verùm adversus hunc Iovinus quoq; in Galliis Imperator salutatus, cum Francis processit, eumque superavit : Fregeridus ibid: *Repente ex ulteriori Gallia nuntii venerunt, Iovinum assumpsisse ornatus Regios, & cum Burgundionibus, Alemannis, Francis, Alanis, omniq; exercitu imminere obsidentibus, ita acceleratis muris reseratâ urbe Arelatensium, Constantinus deditur, confestimq; ad Italiam directus, missis à principe obviam percussoribus, supra Mincium flumen capite truncatus est.* Turbato hunc in modum universo Romanorum Imperio, Franci, qui transgressis Wandalis, Rhenum tenebant, nihilo segnius de suis quoq; finibus dilatandis, libertateq; firmanda cogitare, Romanorum urbes, atq;, in primis earum caput Treviros, obsidere, cœpere. Quod sub Honorio factum esse colligitur ex his Fregeridi, apud Turonensem : *Iisdem diebus præfectus Tyrannorum Decimius Rusticus Agretius ex primicerio notariorum Iovini, multiq; Nobiles, apud Arvernos, capti à Ducibus Honorianis, & crudeliter interempti sunt. Trevirorum civitas à Francis direpta, incensaq; est secundâ irruptione.* Quare adversus eos missus Castinus, Domesticorum Comes sub Honorio. Fregeridus idem : *Eodem tempe Castinus, Domesticorum Comes, expeditione in Francos susceptâ ad Gallias mittitur.* Treviros indubiè is recepit ; nam traditur Merovæus postmodum eam à Romanis iterum cepisse, quod suo loco patebit. Quin & Gothi & Burgundiones hac tempestate Galliarum partem, occuparunt. De Gothis enim ita Cassiodorus : *Honorius IX. & Theodosius V. His Coss. Gothi, Rege Athaulpho, Gallias intraverunt.* An. v.c. M.C.LXVI. c. n. CCCC.XII. Athaulphus hic, seu, ut Sigebertus Athanulphus conjugem habebat Placidiam Honorii sororem. De illo diximus ante libro priore fol. 11. & 24. quæ vide. Successit huic Sigericus, Sigerico Wallia, qui cum Romanis firmata pace, regnum sibi stabilivit in Galliis. Prosper : *Maximo & Plinta Coss. Constantius pacem firmat cum Wallia, data ei ad habitandum Aquitania, & in quibusdam civitatibus confinium provinciarum.* De Burgundionibus Galliæ partem invadentibus Cassiodorus quoque sic : *Lucius V. C. Coss. His Coss. Burgun-*

L.2.c.9.

Ibidem.

Ibidem.

Chron. ad ann. 419.

diones partem Galliæ, Rheno conjunctam, obtinuerunt. Anno ab v. c. M.C.LXVII. à c. n. CCCC. XIII Ut itaque jam tum verum fuerit, quod tradit Baldericus in Chron. Cameracensi de tempore Clodionis, qui Dysparg habitabat: *In his autem partibus ad meridianam plagam citra Rhenum habitabant Romani, usq. Ligerim fluvium, ultra Ligerim fluvium, Gothi dominabantur. Burgundiones quoq. Arrianorum sectam sequentes habitabant trans Rhodanum, qui adjacet Comitatui Lugdunensi.*

L.1.c.14

CAP. IX.

De Regibus Francorum à Pharamundo usq. ad Clodoveum, primum Regem Christianum: & quâ ratione Galliam universam Franci occuparint.

Ad ann. 419.

DE Pharamundo, quem plerique primum faciunt Regem Francorum, Sigebertus in Chronico suo ita scriptum reliquit: *Sunone & Marcomiro, Ducibus, defunctis, Franci in commune deliberant, ut & ipsi, sicut aliæ gentes, unum Regem habeant: & filium Marcomiri Ducis, Pharamundum, sibi Regem ordinant: qui regnavit annis XI.* Veruntamen bis hic errat author iste: semel; quùm innuit Francis, ante Pharamundum, Duces, non Reges præfuisse. Iterum; dum existimat iis, tempore Pharamundi, ac deinceps, unum dumtaxat simul Regem fuisse; sed mirum non est Sigebertum errasse, cum omnes, quotquot reperiuntur, veteres ante eum authores, in tradendo Francorum initio errarint, quando inde à Troja, & palude Mœotide Francorum originem accersiverunt *&c.*

Marcomirum ac Sunnonem Francorum Reges fuisse, ex Sulpitio Alexandro, & Claudiano capite superiore demonstravi. Horum Marcomirus Claudiano dicitur apud Hetruscos exulasse, ut nimirum ibi pro Romanis militaret contra Gothos, circa Christi annum CCCC. II. Is quo tempore locove vitam finiverit, non liquet. Filium ejus, Pharamundum, primum Francorum Regem, anno CCCC. XIX. fuisse tradit supra Sigebertus; &, ante eum, Aimoïnus, in hanc sententiam: *Regem verò, cæterarum more nationum, Franci sibi eligentes, Pharamundum, Marcomiri filium, solio sublimant regio.* Prosper quoq; ad annum Christi CCCC. XXI: *Pharamundus regnat in Francia.* Hunc Pharamundum

L.1.c.4.

dum tradunt scriptores Historiæ Franciæ, Salicæ legis authorem extitisse; atque ea de re sic Sigebertus ad annum CCCC. XXII: *Franci uti cœperunt legibus, & legem Salicam dictaverunt per IV. gentis suæ proceres, electos de pluribus, his appellatos nominibus, Vsogast, Bosogast, Salagast, Widigast. In villis Germaniæ Saleheim, Bodohaim, Windohaim. Hi IV. Proceres, per tres mallos, causarum origines convenientes sollicitè tractantes, de singulis discutiendo, sicut lex Salica declarat, judicare decreverunt.* Vocibus præsertim Flandricis, quæ in ejus capitulis passim occurrunt, quod adnotavit Comes Nuenarius apud Du Chesne tom. 1. Hist. Franc. & hîc paulo post capite XIX. pluribus ostendetur. Du Tillet in suo *Recueil des Roys de France*, in principio fol. 3. apertè tradit Francos antiquâ Germaniæ inferioris linguâ locutos fuisse: *Traduction en vieil bas Allemand, que les François apporterent en la Gaule par eux conquise.* Porro ut ad Pharamundum revertamur, volunt eum in Sicambris regnasse, ubi forte Clodio, in Regia Dyspargo. Hinc Chron. Marchianense ad annum Christi CCCC.XXIV: *Regnavit Pharamundus super Francos in Sicambris.* Quare postmodum à S. Remigio, Clodovæus, quia Francorum Rex, in salutari lustratione dictus est Sicamber, ut suo loco apparebit, sic & de Rege Chariberto lib. 1. supra cap. 8. fol. 53.

Chron. ad an. 422.

Fol. 174. 175.

Cum sis progenitus clarâ de gente Sicamber &c.

Multum verò dilatavit regnum Francorum Pharamundus, siquidem Sidonius Apollinaris, qui sub Valentiniano III. fuit, ac proinde tempore Pharamundi, canit hos modulos:

Francus Germanum primum, Belgamq; secundum
Sternebat.

Paneg. Avito.

Haud dubium est, quin provinciis Romanis, Wandalorum incursu vehementer labefactatis, Germaniam primam & Belgicam secundam invaserit Pharamundus. In Germania prima erant Moguntiaci, Vangiones, Nemetes, Argentoratenses, ut è libro provinciarum capite superiore dictum est, quorum urbes D. Hieronymus etjam ibi testatur à Wandalis captas & deletas, ut non difficulter eas Franci potuerint occupare. In Belgica secunda ex eodem libro provinciarum diximus fuisse Morinos, Tornacenses, Atrebatenses, Cameracenses, Veromanduos, Bellouacos &c. à Francis etjam superatos, quod Clodione Rege factum videtur. Igitur contra Francos qui sub Rege Pharamundo, Germaniam primam occuparant, missus Aëtius, qui Moguntiacum, Vangiones, Nemetes, Argentoratum, vicinas Rheno urbes, à Francis recuperavit. Quod ita Cassiodorus: *Felix & Taurus: His Coss. Aëtius multis Francorum cæsis, quam occupaverant propinquam Rheno Galliarum partem, recepit. Anno videlicet V.C. M.C.LXXII. C. N. CCC.XXVIII.* Historia tripartita de recepta per Aëtium hac Galliç parte sic: *Pars Galliarum, propinqua Rheno, quam Franci possidendam occupaverant, Aëtii Comitis armis* L.12.c.4.

In Chron. *tis armis recepta.* Et Iornandes: *Aëtius, Romanus Comes, multis Francorum cæsis, partem Galliarum, quam pervasam tenuerant, recepit.* Idem alibi de Aëtio: *Aëtius patritius tunc præerat militibus, fortissimorum Mæsiorum stirpe progenitus, in Dorestana civitate, à patre Gandentio, labores bellicos tolerans, Reip. Romanæ singulariter natus, qui superbiam Suevorum, Francorumq; barbariem immensis cædibus servire coëgisset* &c.

De orig. Getar.

Francis itaq; post hanc cladem, Dyspargum, & ad sua regressis Pharamundus Rex haud multo post anno circiter nati Christi CCCC.XXX. fatis concedens, filium, aut, ut quidem volunt, nepotem, nomine Clodionem, seu Clodium, successorem reliquit. *Pharamundo,* inquit Aimoïnus, *filius successit Clodio, Crinitus.* Tum deinde adjungit: *Illo in tempore Francorum Reges Criniti habebantur.* Ita quoque Viennensis Ado in ætate sextâ: *Post Pharamundum, Franci Chlodionem ejus filium, sibi Regem statuunt. Abhinc Franci, in finibus Thoringiorum habitantes, Crinitos Reges habere cœperunt.* Sigebertus, qui anno Christi CCCC.XIX. facit initium regni Pharamundi, finem vero undecimo anno post; ad annum Christi CCCC.XXX. ita: *Chlodius, filius Faramundi, Rex Crinitus, regnat super Francos annis XX. Ex hoc Franci Crinitos Reges habere cœperunt.* Hæc illi quidem, verum antea quoque Crinitos fuisse Francorum Reges, è Claudiano disce, qui sic:

L.1.c.4.

Fol.149.

In Chron.

———————— *Ingentia quondam,*
Nomina, crinigero flaventes vertice Reges.

Itemque è Sidonio Apollinari de Francis:

———————— *rutili quibus arce cerebri*
Ad frontem coma tracta jacet.

Flaventes & rutili more Sicambrorum; de quibus ita Claudianus:

Pan.3.cos. Honorii.

Ante Ducem nostrum flavam sparsere Sicambri
Cæsariem.

Est & Hollandiæ pars hodieque, ubi quotquot sunt homines utriusq; sexus, flavos habent capillos; unde quid vetat præsumere, Clodionis, & Pharamundi progenitores oriundos fuisse: cum ante probatum sit Hollandiam quoq; Francorum partem fuisse.

Quod verò Ado supra *Francos,* ait *in finibus Thoringiorum habitantes,* habuisse Regem Clodionem; de eadem re luculentius ita Turonensis: *Ferunt etjam tunc Chlodionem, utilem ac nobilissimum in sua gente Regem Francorum fuisse, qui apud Dyspargum castrum habitabat, quod est in finibus Toringorum.* Aimoïnus hoc modo de Francis: *Finitimos itaque bello lacessendo, Thoringorum, qui Germaniæ incolunt fines, depopulantes, castellum quoddam Dispargum nomine, occupant, in quo Rex Clodio sedem sui constituit Regni.* Baldericus in Chronico Cameracensi: *Clodio Rex habitabat in Disbargo castello, in finibus Toringiorum, regione Germaniæ.* Sigebertus aliter ad annum CCCC. XXXI: *Clodius Toringiam invadit, & in Dispargo, Castello Toringiorum aliquamdiu habitavit.* Toringos equi-

L.2.c.9.

L.1.c.4.

L.1.c.3.

equidem hîc intelligo Tongros Germanos, quos transgresso olim Rheno, Galliæ partem Rheno vicinam volunt occupasse. Tacitus: *Qui primò Rhenum transgressi Gallos expulerunt, nunc Tungri, tunc Germani vocati sunt.* Alii legunt: *Nunc Tungri, nunc Germani.* Quia nempe Tungri cis Rhenum etjam Germani dicti, sitique in Germania secunda, ut supra dictum fol. 73. Meminit & Plinius Tungrorum lib. 4. cap. 17. & Tacitus Hist. lib. 4. Notitia Imperii Occidentis: *Sub dispositione viri spectabilis Ducis Moguntiacensis: Præfectus Latorum Lagensium prope Tungros Germaniæ secundæ.* Horum præcipua urbs Advatica sive Avaticum, corruptè in tabulis itinerarii Advaga, vel Advacum. Ptolomæus habet: Ἀτουάκουτον Τόγγρων, forte pro Ἀτουάτικον vel Ἀτουάτουκον. *Advaticum Tongrorum.* Eadem urbs est quæ hodie Tongeren/ ab ipsa gente sumptâ denominatione. Quamquam vetus urbs Tungri, alia fuerit, ubi nunc Aquæ Spadanæ; de qua sic Plinius: *Tungri, civitas Galliæ, fontem habet insignem, plurimis bullis stillantem, ferruginei saporis; quod ipsum non nisi in fine potus intelligitur: purgat hic corpora, tertianas febres discutit, jaculorumq́; vitia; eadem aqua igne admoto turbida fit, ad postremum rubescit.* Late patuisse Tungrorum districtum Cluverius ostendit, adeoq; nominibus quinque discretos fuisse populos, qui Tungrorum appellatione dicerentur; videlicet, Eburones, Condrusos, Segnos, Cæræsos, Pæmanos, Germanos omnes dictos, non quod è Germania essent oriundi, ut voluerunt, sed potius, quod in Gallia existentes, uterentur linguâ Germanicâ; nunc partem Brabantiæ, Leodiensis ditionis, Cliviæ, & Geldriæ, tenent. Unde Gregorius Turonensis aliiq; recte dixerunt Dispargum in finibus Toringorum .j. Tungrorum, atq; in regione Germaniæ, secundæ videlicet, situm esse, ubi lingua Germanica, quæ eadem fere cum Gallica vetere, exclusâ Romanâ, perseveravit; ut & in Germania prima, cujus incolæ fœderati quidem, sed nunquam subjecti Romanis, suam sibi cum libertate linguam retinuerunt. Plinius: *Rhenum autem accolentes, Germaniæ gentium in eadem provincia: Nemetes, Tribocci, Vangiones, hinc Ubii, Colonia Agrippinensis,* &c. Colonia Agrippinensis Germaniæ secundæ accensita, ut & Tungri. Tacitus in Hist: *Infestius in Ubiis, quod gens Germanicæ originis, ejuratâ patriâ, Romanorum nomine, Agrippinenses, se vocarent.* Idem alibi: *Ipsam Rheni ripam, haud dubiè, Germanorum populi colunt, Vangiones, Tribocci, Nemetes, Ubii,* &c. Triboccorum urbs Princeps Argentoratum est, quod & Stratisburgum. Moguntiacum quoque Vangionum pars, ut & Wormatia; Nemetes verò sunt Spirenses, omnes Germani dicti quamquam in Gallia, ut supra Plinius: *Tungri civitas Galliæ.* Notandum verò & Germaniam primam & secundam, dictas Germaniam superiorem, inferiorem verò, in qua Sicambri, Batavi, aliique inferiore loco versus Oceanum siti, cis Rhenum; eam autem quæ ultra Rhenum est Germaniam magnam appellatam.

De morib Germ.

Cap. 90. f. 179. verso

L. 31, c. 2.

L. 2. c. 20.

Vide ante c. 3. f. 20.

L. 4. c. 14.

Lib. 4.

De morib Germ.

rent. Porro Toringiam hanc, ſive Tongriam, obtinebant tum temporis Germani ſive Alemanni illi, quibus unà cum Francis Stilico, tantum fiduciæ adhibuit, ut in Italiam, contra Gothos, cum exercitu profectus, ripam Rheni, totumque ſolum Romanum, omni militari præſidio nudârit; de quo actum ſupra, oſtenſumque eapropter factum eſſe ut Franci, abſente præſidio, inferiora omnia ad Rhenum loca ſibi tenuerint, & Alemanni ſuperiora quædam, ac imprimis Tungros ſeu Toringiam occupârint, cui provinciæ Regem etjam præfuiſſe, poſtea non ſemel apparebit. Verum poſtliminio nunc ad Clodionem revertamur.

L.1.c.5. Hic ipſe Rex Clodio, ut ſcribit Aimoïnus : *Anguſtos regni fines dilatare cupiens, exploratores à Dyſpargo dirigit trans Rhenum.* Quia videlicet Dyſpargum erat ad Iſalam, Gallis ultra Rhenum, ideo Cameracum verſus iter facienti tranſmittendus fuit
L.2.c.9. Rhenus. Turonenſis : *Clodio autem, miſſis exploratoribus ad urbem Cameracum, perluſtrata omnia, ipſe ſecutus.* Sigebertus : *Clodius Rex*
Cron ad ann.445. *Francorum, miſſis exploratoribus de Dyſpargo caſtello, uſque ad Cameracum tranſiit Rhenum.* Ado Viennenſis: *Clodio, à caſtro Dyſporo* (forte Dyſporg) *profectus, Rhenum tranſiit.* Baldericus in Chronico
L.1.c.3. Cameracenſi : *Clodio autem, miſſis exploratoribus ad urbem Cameracum, in qua Romani habitabant, etjam Chriſtianæ Religionis culturam exhibebant, ipſe poſtea, cum grandi exercitu Rhenum tranſiit.* Non potuiſſet Clodio Dyſpargo mittere ſuos exploratores Cameracum, ut obiter ante dixi, minùs etjam potuiſſet grandem eo exercitum ipſe ducere, niſi regionem intermediam poſſediſſet, Geldriam ~~videlicet Hollandiam~~, Brabantiam, Zelandiam, Flandriam, Aldenardam quoque, Cortracum & Menenas, quæ cum lingua libertatem ſemper vindicarunt, celebres nomine Francorum; cum itaque, ut ait Turonenſis, eſſent *perluſtrata omnia, Clodio Rhenum tranſiit,* cum exercitu, conflato nimirum è Batavis, Friſiis, Geldris, Zutphanienſibus, Clivenſibus, Tranſiſulanis, qui omnes uno tum Francorum nomine cum Brabantis, Zelandis & Flandris, appellabantur. *Rhenum tranſiit,* viâ videlicet, quâ ſupra diximus, ab eo miſſos exploratores, per loca Francorum. Eâ Francorum expeditione perceptâ, qui viciniores erant Romani, ſuos etjam armarunt; ſed impedire non potuerunt quin Clodio ſylvam Carbonariam ingreſſus ipſam urbem Tornacum
L.1.c.5. invaſerit. Aimoïnus de Clodione : *Carbonariam ſylvam ingreſſus, Tornacum, urbem obtinuit, quoſque Romanorum obvios habuit, neci tra-*
In Chron. ad an.445. *didit.* Sigebertus : *Et, protrito multo Romanorum populo, citra Rhenum, uſq; Ligerim fluvium, habitantium, Carbonariam ſylvam ingreſſus,*
Lib.1.c.3. *urbem Tornacum obtinuit.* Baldericus : *Carbonarias ingreſſus Tornacenſem urbem invaſit.* Erat ſylva Carbonaria, ubi nunc Bracle, Leſſen-boſch *&c.* inter Gerardimontem, Aldenardam, & Tornacum, à Romanis ita nuncupata, quod inde ſibi, ad faciliorem focum, carbones compararent, prout hodie etjamnum fit; ſupereſſe

peresse verò in hisce partibus multa, à Romanis nomina latina supra jam est ostensum. Carbonariam sylvam ingressi sunt, ut tantò tectius urbem Tornacensem aggrederentur; eoque facilius eam occuparunt, quia nuper à Wandalis capta, D. Hieronymo teste, & vastata, tunc fortasse nondum, aut saltem negligentius fuerat munita.

Hac urbe potitus, Francorum exercitus, illico Cameracum se proripuit, & quantumvis illic à Romanis, qui per moram frequentiores convenerant, fortius repugnatum sit, postremo tamen civitas capta & direpta fuit. Ita enim Turonensis ante: Lib.2.c.9. *Romanos proterit, civitatem* (Cameracum) *apprehendit.* Aimoinus: Lib.1.c.5. *Cameracum civitatem obsidens, expugnavit, & cepit.* Sigebertus tradit Romanos, quotquot Cameraci inventi sunt, à Francis interfectos esse: Ad an.445 *Inde* (Tornaco) *usque ad urbem Cameracum properavit. Ubi pauco tempore residens, Romanos, si quos ibi invenit, peremit.* Consimiliter Baldericus: *Exinde usq; ad Cameracensem urbem, veniens,* Lib.1.c.3. *pauco temporis spatio resedit; Romanosque quos ibi invenit, interfecit.* Ado Viennensis auctor est Clodionem Cameraci sedem statuisse: *Ibique,* inquit, (Cameraci) *interfectis Romanis, sedes statuit.* Quod ita intelligendum, ut Clodio quidem non diu manserit Cameraci, ac statim ad Somonam usq; omnia occuparit; attamen Cameraci sedem statuerit Regni Francici, quam antea tenuerat Dysburgi; cujus argumento est quod Clodoveus, à Balderico, dicatur Cameracum urbem, & Atrebatum *amasse, quòd patriæ essent sedes,* in quibus *specialius versabatur.* Ita enim Baldericus de S. Vedasto: *Favente igitur Rege Clodoveo, per Dei providentiam ordinatum Episcopum ad Evangelizandum Cameraco & Atrebato, dirigit urbibus. Liquet ergo quod Rex ipse, quantò impensius paternas sedes amaverat, tantò probatioris vitæ pastorem eò loci delegaverat. Ibi enim, præter cæteras sedes, ut paullò superius dictum est, specialius versabatur.* Lib.1.c.7.

Exiguo temporis spatio post occupatum Cameracum, Clodio Atrebates quoque invasit; ita enim Sidonius Apollinaris in panegyrico dicto Majorano:

——————— *post, tempore pauco* Carm.5.
Pugnastis pariter, Francus quo Clodjo patentes
Atrebatum terras invaserat.

Fuerat urbs Atrebatum, ut & Tornacensium, & Ambianorum, & Morinorum, de quibus antè D. Hieronymus, à Wandalis quoque destructa; ideoque Clodio hosce populos, eorumque urbes, minore cum difficultate intercepit. Obiisse Clodionem scribunt regni sui anno XX. qui esset nati Christi CCCC. L. Aimoinus: Lib.1.c.6. *Post hæc Clodione Rege decedente, Meroveus, ejus affinis, regni Francorum gubernacula suscepit. Regnavit autem Clodio per XX. annorum curricula.* Sigebertus Meroveum Clodii filium vocat; ita Ad an.448 enim ille: *Merovecus, filius Clodii, super Francos regnat annis X. à*

quo

quo nimis utili Rege Franci cognominati sunt Merovingi. Ado Viennensis scribit simpliciter hæc : *Clodione Rege defuncto, qui viginti annis Francis regnavit, Meroveus successit, à quo Francorum Reges Merovingi sunt appellati.* Exstat tamen vetus Codex M. S. legis Salicæ, ubi Clodii seu Chludii filius dicitur Chlodebaudus, Chlodebaudi Chlodericus, Chloderici (vel Childerici) Childevius, (vel Chodovæus;) verba Codicis sunt : *Primus Rex Francorum Faramundus dictus est. Faramundus genuit Cleno & Cludiono. Chludius genuit Chlodebaudo. Chlodebaudus genuit Chloderico. Chlodericus genuit Childevio & Hlodmaro. Childevius genuit Hildeberto, Theoderico, & Hlothario. Chlotharius genuit Gunthario, Heriberto, Gunthramno, Hilprico, Chranno, & Sigeberto.* Ubi manifestè Merovæus, omittitur, ejusq; loco ponitur Chlodebaudus ; at duos fuisse Clodii filios, patet ex Prisci Rhetoris & Sophistæ Historia Græca, qua traditur circa annum Christi CCCC. L. Valentiniano III. & Marciano imperantibus, quid inter Aëtium & Attilam sit actitatum. Ubi sic de Attila : ἐμερίζετο οὖν τὴν γνώμην καὶ διηπόρει ποίοις πρότερον ἐπιθήσεται. καὶ ἔχειν αὐτῷ ἐδόκει καλῶς, τέως ἐπὶ τὸν μείζονα τρέπεσθαι πόλεμον, καὶ ἐς τὴν ἑσπέραν στρατεύεσθαι, τῆς μάχης αὐτῷ μὴ μόνον πρὸς Ἰταλιώτας, ἀλλὰ καὶ πρὸς Γότθους καὶ Φράγγους ἐσομένης· πρὸς μὲν τοὺς Ἰταλιώτας, ὥστε τὴν Ὠνωρίαν μετὰ τῶν χρημάτων λαβεῖν· πρὸς δὲ Γότθους χάριν Γεζερίχῳ κατατιθέμενον. Ὅτι τῷ Ἀττήλᾳ ἦν τοῦ πρὸς Φράγγους πολέμου πρόφασις ἡ τοῦ σφῶν βασιλέως τελευτή, καὶ ἡ τῆς ἀρχῆς τῶν ἐκείνου παίδων διαφορά· τοῦ πρεσβυτέρου μὲν Ἀττήλαν, τοῦ δὲ νεωτέρου Ἀέτιον ἐπὶ συμμαχίᾳ ἐπάγεσθαι ἐγνωκότος, ὃν κατὰ τὴν Ῥώμην εἴδομεν πρεσβευόμενον μήπω ἰούλου ἀρχόμενον, ξανθὸν τὴν κόμην τοῖς αὐτοῦ περικεχυμένην διὰ μέγεθος ὤμοις. θετὸν δὲ αὐτὸν ὁ Ἀέτιος ποιησάμενος παῖδα, καὶ πλεῖστα δῶρα δοὺς ἅμα τῷ βασιλεύοντι, ἐπὶ φιλίᾳ τε καὶ ὁμαιχμίᾳ ἀπέπεμψε. τούτων ἕνεκα ὁ Ἀττήλας τὴν ἐκστρατείαν ποιούμενος, αὖθις τῶν ἀμφ' αὐτὸν ἄνδρας ἐς τὴν Ἰταλίαν ἔπεμπεν ὥστε τὴν Ὀνωρίαν ἐκδιδόναι· εἶναι γὰρ αὐτῷ ἡρμοσμένην πρὸς γάμον· τεκμήριον ποιούμενος τὸν παρ' αὐτῆς πεμφθέντα δακτύλιον, ὃν καὶ ἐπιδειχθησόμενον ἐστάλκει· παραχωρεῖν δὲ αὐτῷ τὸν Βαλεντινιανὸν καὶ τοῦ ἡμίσεως τῆς βασιλείας μέρους, ὡς καὶ τῆς Ὀνωρίας διαδεξαμένης μὲν παρὰ πατρὸς τὴν ἀρχήν, ταύτης δὲ τῇ τοῦ ἀδελφοῦ ἀφαιρεθείσης πλεονεξίᾳ. ὡς δὲ οἱ ἑσπέριοι Ῥωμαῖοι τῆς προτέρας ἐχόμενοι γνώμης, πρὸς οὐδὲν τῶν αὐτῷ δεδογμένων ὑπήκουον, εἴχετο μᾶλλον τῆς τοῦ πολέμου παρασκευῆς, πᾶν τὸ τῶν μαχίμων ἀγείρων πλῆθος. .j. *Attila in varias distrahebatur sententias, hærebatque incertus, quos primùm aggrederetur. Tandem satius ei visum est, ad difficilius bellum sese convertere, & in Occidentem copias ducere. Illic enim sibi rem fore non solùm cum Italis, sed etiam cum Gothis & Francis. Cum illis quidem, ut Honoriam cum thesauris acciperet uxorem: cum Gothis verò, ut à Geserichо gratiam iniret. At Francos bello lacessendi occasionem ei subministrabat Regis illorum obitus, & de regno inter liberos ejus orta dissensio. Quorum major natu Attilam, minor Aëtium in auxilium vocare statuerat. Hunc nos Romæ legationem obeuntem vidimus, adhuc imberbem : flavâ comâ, adeoq; promissâ, ut super humeros circumfusa esset. Eum Aëtius filium à se adoptatum, multisq; cùm ab ipso, tum ab Imperatore, ornatum muneribus, & amicum*

Du Chesn. Hist. Franc. t. 1. f. 793.

Ibid. f. 222.

amicum ac socium populi Rom. appellatum dimisit. His de causis expeditionem parans Attila, rursus Legatos in Italiam misit, qui Honoriam tradi poscerent: eam enim sibi desponsam esse. Cujus rei argumentum afferebat annulum, sibi ab Honoria transmissum; quem etiam exhibendum dederat Legatis. Mediâ quoq; Imperii parte sibi, ut Valentinianus cederet, petebat: quippe quam Honoria quidem à patre relictam hereditario jure accepisset: fratris autem avaritia eidem eripuisset. Sed cùm Occidentales Romani in eadem sententia perstarent, neque ullus ejus postulationibus auscultarent, eo magis Attila apparatum belli urgere cœpit, omni undique militum multitudine convocatâ, &c. Attila itaque, numerosissimo exercitu per Germaniam moto, Rhenum transgressus est, ac Belgicam Germaniamque inferiorem invasit; de quo ita Aimoïnus: *Quâ,* inquiens, *tempestate Hunni Rhenum transeuntes, Metis civitatem concremant, Trevirim diripiunt, Tungrense devastant territorium.* Hæ provinciæ erant Romanorum; Metenses & Treviri in Belgica prima: Tungri in Germania secunda. De Metis ita Gregorius Turonensis: *Chuni, à Pannoniis egressi, (ut quidam ferunt) in ipsa S. Pascha vigilia, ad Metensem urbem, reliqua depopulando, perveniunt, tradentes urbem incendio, & populum in ore gladii trucidantes, ipsosque Sacerdotes Domini, ante Sacrosancta altaria, perimentes.* Sigebertus: *Attila, Hunnorum Rex, Walameris, Ostrogothorum Regis, & Ardarici Gepidarum Regis, & multarum Aquilonarium gentium, sibi subjectarum, auxilio fultus, à Pannoniis egressus, occidentale Imperium invadit, cum quingentis millibus armatorum; & primò per totas Gallias tanta per eos Dei efferbuit indignatio, ut nullam omnino civitatem, castellum, vel oppidum aliqua, à furore eorum, potuerit tutari munitio.* Et aliquanto post: *Auctor, Metensis Episcopus captivatur, sed Hunnis cæcitate percussis, cum captivis suæ urbis, relaxatur.*

Lib. 1. c. 6.

Lib. 2. c. 6.

Ad an. 435.

De Treviris, ab Hunnis occupatis, ita Stephanus Abbas Leodiensis, in præfatione sua in vitam S. Modoaldi Archiep. Trevirensis, ad Thietmannum Abbatem, apud Surium: *Fertur barbarorum gens tunc per omnes Galliarum fines furoris sui fræna laxasse* &c. *Urbes ditissimas subvertisse, sanctuaria Dei profanasse, præclaros hominum labores exinanivisse, monumenta Sanctorum, titulos & nomina antiquorum heroum delevisse, nulla vestigia virtutum, nulla victoriæ, nulla laudis, aut probitatis avorum nostrorum nobis reliquisse* &c. *Verùm supra omnes gentes tanto subjacentes excidio, facta quasi vidua Domina gentium, cum threnis Hieremiæ lamentanda erat illa metropolis gloriosa Treviris, urbium nobilissima, quæ dignitatis prærogativâ meruit appellari altera Roma* &c. *Ubi cum antiquorum fastos exemplarium absumeret ignis, & ob hoc omnes veterum genealogiarum series abolita fuisset* &c. Salvianus, in notis ad gesta Pontificum Leodiensium, de Trevirensi urbe: *Opulentissima urbs, ter continuatis eversionibus per Hunnos excisa, cùm excidiis non corrigeretur, quartò perire meruit.*

2. Maii.

Tom. 1. c. 7. f. 24.

De Tongris ita Sigebertus: *Hoc excidium Galliis imminere*

Chron. ad ann. 453.

H Servatius

Servatius Tongrensis Episcopus, longè ante in spiritu præviderat, & Romæ à Petro Apostolo hoc judicium Dei inevitabile fore didicerat: adeoque, relictâ Tongrensi urbe, quæ evertenda erat, ad Trajectum sedem Episcopalem transposuit. Harigerus, in vita S. Servatii: *Post hujus* (Servatii) *obitum, Hunni, subversis quamplurimis Galliæ urbibus, civitatem quoque diruêre Tungrorum: deinde Metensem petentes urbem, in vigilia Paschæ, eam obsidionibus circumvallârunt.* Addit Ægidius: *Post obitum B. Servatii, completis annis LXX.* Item: *Attila Tungrim pervênit, quam longo tempore obsedit, & miseros cives gladio fameque afflixit. Ubi Dominus, meritis B. Servatii, mirabilem fecit ostensionem, quod nemo Hunnorum, qui longè & latè vagabantur, omnia diripientes, unquam Trajectum pervenerit, vel saltem providerit. Captâ deniq; Tungri, & occisis in ea omnibus habitantibus, destructa est penitus usque ad solum* &c. Et ubi dixit de urbe Metensi, adjungit: *Post hæc Hunni venerunt Trecas, pugnaverunt ad portas, desuper B. Lupus Episcopus Attilam inclamat dicens:* Quis tu es, qui terras nostras devastas, gentemque perturbas? *Qui respondit:* Ego sum Attila flagellum Dei. *Et Episcopus ingemiscens:* Ut & ego, *ait*, sum Lupus, heu! vastator gregis Dei, nimiumque dignus flagello Dei.

Gest. Pont. Leod. t. 1. c. 29. f. 47.

Fol. 49.

Ibidem.

A.C. 453. De Remorum quoque sorte Sigebertus in Chronico: *Nicasius, Remensis Episcopus, cum Eutropia sorore, ab Hunnis Martyrisatur.* Sed errat, factum enim id à Wandalis, circa Christi an. CCCC. VIII. qui tamen Wandalos etjam cum Hunnis confundit; Ita enim alibi: *Sub eadem Wandalorum vel Hunnorum persecutione.* Maffæus sub annum CCCC. VI: *Eodem consulatu* (videlicet Arcadii sextùm, & Anicii Probi) *teste Prospero, prid. Kal. Ianuarii, trajecto Rheno, Wandali, Alani, & aliæ barbaræ nationes in Gallias irruerunt, & infinitas cædes perpetrârunt. Inter quas S. Nicasius Rhemis occubuit. Testatur idipsum propria ipsius historia, nullam Hunnorum, sed Wandalorum tantùm faciens mentionem. Hoc & S. Hieronymus, ad Geruntium, apertissimè contestatur, qui diu ante adventum Hunnorum in Galliam, defunctus est. Quare meritò detestamur eorum negligentiam, qui plusquam XL. annis posterius S. Nicasium passum scribunt, ut nullum ferme inter ipsum & Remigium tempus fuerit.* Potuerunt Rhemi & à Wandalis, circa annum CCCC. L. capti fuisse, perinde ac aliæ civitates Trevirensis, ac Metensis. Ita namque etjam Atrebatum, primò quidem à Wandalis, D. Hieronymo teste, deinde iterum ab Hunnis fuit eversum. Baldericus in Chronico Episcorum Cameracensium & Atrebatensium, de Atrebato: *Antiquis ferme temporibus sacræ, eo loci, fidei floruisse Religionem, agnovit: sed propter offensum incolentium, occulto, sed justo Dei judicio, tradita est, cum cæteris Galliæ vel Germaniæ civitatibus, pagano, & perfido Hunnorum Regi, Attilæ, urbs quoq; illa deprædanda. Qui, propter animi sævitiam, nec Sacerdotibus Dei, ut supra deflevimus, nec Ecclesiis Dei, reverentiam noverat impendere: sed omnia, quasi tempestas immanissima, ferro vastavit & igni.*

Cap. 8.

Chron. l. 11.

Lib. 1. c. 7.

Igitur

Igitur adversus communem hostem Attilam arma corripuerunt Franci, qui, ad Somonam usq;, Belgicam provinciam possidebant, cujus urbs Regia Atrebatum, uti supra commemoratum; corripuerunt & Romani, qui à Somona ad Ligerim, & hos secuti Gothi, qui ultra Ligerim ad montes usque Pyrenæos dominabantur. Omnes hi, contractis in unum ex universa Gallia viribus, movent in Attilam, urbem Aurelianensem obsidentem; quo de sic Gregorius Turonensis: *Attila verò, Chunnorum Rex, à Metensi urbe egrediens, cùm multas Galliarum civitates opprimeret, Aurelianis aggreditur, eamq́ maximo arietum impulsu nititur expugnare. Erat autem eo tempore beatissimus Anianus in supradictâ urbe Episcopus* &c. Et mox: *Iam trementibus, ab impetu arietum, muris, ecce Aëtius, & Theudo, Gothorum Rex, ac Thorismundus filius ejus, cum exercitibus suis, ad civitatem accurrunt, adversumque hostem ejiciunt, repelluntque. Itaque liberatâ, obtentu B. Antistitis, civitate, Attilam fugant: qui Mauriacum campum adiens, se præcingit ad bellum. Quod hi audientes, se, contra eum, viriliter præparant* &c. Et aliquantò post: *Aëtius, cum Francis Gothisque conjunctus, adversus Attilam confligit: at ille ad internecionem vastari suum cernens exercitum, fugâ dilabitur; Theudo verò, Gothorum Rex, huic certamini succubuit.* Sigebertus in Chronico, Merovæum Francorum Regem, eum fortasse quem Aëtius adoptârat, ut supra dictum, huic prælio interfuisse scribit. Ita enim is: *Postremò Aurelianis urbem eis obsidentibus, ad subsidium Galliarum advolant, patritius Romanorum Aëtius, fultus & ipse Theodorici, Visogothorum Regis, & Merovæi Francorum Regis, aliarumque gentilium copiis militaribus, conserto prælio, in campis Catalaunicis, pugnatum est, usq́ ad diremptionem noctis. Aëtius superior quidem recessit, Attilam tamen non usq́ ad internecionem delevit. Cæsa sunt ibi CLXXX. millia pugnatorum, inter quos etiam cecidit Theodoricus Rex Visigothorum. Attila, resumptâ spe repatriavit, maturè rediturus suppleto exercitu.* Turonensis loco citato sic pergit: *Attila verò, cum paucis, reversus est; nec multò post Aquileia à Chunnis capta, incensa, atq́ diruta: Italia pervagata atq́ subversa est.* Cassiodorus prælium hoc tradit accidisse anno CCCC LI: *Marcianus*, inquit, *Aug. & Adelphius. His Coss. Romani, Aëtio Duce, Gothis auxiliaribus, contra Attilam, in campis Catalaunicis pugnaverunt, qui, virtute Gothorum superatus, abcessit.* Est hic annus v. c. M. CC. LI. Christi CCCC.LI. Pergit Cassiodorus de anno sequenti: *Herculanus, & Asporacius. His Coss. Attila, redintegratis viribus, Aquilejam, magnâ vi dimicans, introivit.*

Lib. 2. c. 7.

A.C. 451.

Lib. 2. c. 7.

In Fast.

Ibidem.

His temporibus Chronica nostratia volunt eversum ab Hunnis Aldenburgum, vetus oppidum, tertio ab urbe Brugensi lapide, ita dictum, ut ajunt ab antiquitate, tanquam vetus burgum, quod ald Germanis, Flandris oudt/ sit *vetus, antiquum.* At verum id non esse apparet, tùm ex itinere Attilæ, superiùs demonstrato; tùm ex eo, quòd Aldenburgum situm sit in prima

Francia, ubi, non in urbibus, sed pagatim habitabatur. Et nemo credat Aldenburgum, urbem adeò antiquam fuisse; secus enim attestatur apertè vita S. Ursmari, ubi Aldenburgum dicitur cujusdam Toparchæ, cui nomen erat Aldo, sive Aldus, vicus fuisse. Molanus ex Archivis Lobiensibus : *Ipse etiam provinciæ Dñs Aldo, donavit, à suo vocabulo dictum* Alden-burg, *vicum, in quo, in honorem B. Petri, Ecclesiam constravit, quatenus Beatus Apostolus Flandrensibus & Menapibus patrocinaretur.* Quod demum accidit circa annum Christi D. CC. nam anno ejus D. CC. XIII. S. Ursmarum obiisse, tradunt Molanus, & Sigebertus. Origo hujus fabulæ videtur profluxisse ex nuncupatione pagi vicini, qui **Ettelghem** cùm dicatur, Attilæ domum sive templum videtur sonare. Verùm enimverò Attilam eo loci consedisse, domumve, aut templum habuisse, nihilo magis verum est, quàm Ulyssem, errando ad has quoque partes delatum, pagis nostris, **Vlisseghem/ Lisseweghe/** & oppido **Vlissinghe**: Circemq; urbi Zelandicæ **Zirickzee/** quasi Circæi maris, appellationem fecisse.

18. April.

Porro de reliquis à Merovæo, Francorum Rege, gestis, admodum nihil scriptum reperimus, præterquam quòd Batavicarum rerum scriptores, tradant ab eo conditam fuisse amplissimam olim arcem, prope Dordrechtum, **Merwedam/** ab ejus etjam nomine vocitatam, quæ inundatione anni M. CCCC. XXI. ex parte disjecta fuit, & à qua fluvius, Dordracum alluens, **Merewede/** & contractâ voce **Merwe** appellatus. Nominat Henricus Imp. in suo anni M. LXIV. diplomate, quo Wilhelmo, Trajectensi Episcopo, varia prædia donat : *In Merwede, juxta Dordrecht.* Plura lectori exhibet hac de re Bocxhorn-zuerii Theatrum Holandiæ, de Dordrechto. Cluverius de Rheni alveis; ubi de Mosa loquitur : *Postquam verò arx in sinistra ejus ripa extructa, cui nomen, sive à Rege Francorum Merovæo, ut vulgò creditur, sive aliunde, Merovæa, vulgò* **de Merwe**: *ipse quoq; fluvius, qui ab initio Vahales, mox Mosa dicebatur, Merovæus nuncupatus est.* Cæterùm inter priores Francorum Reges, id Merovæus excellentiæ obtinuit, ut reliquis exinde Francorum Regibus, ab eo, Merovingicorum appellitatio, longo temporis tractu, perseverârit.

C.5.f.38.

Merovæo (ut omnes volunt Franciæ authores, adversus veterem Codicem, supra citatum fol. 84.) successit filius ejus Childericus, de quo sic scribit Greg. Turonensis : *De hujus* (Clodionis) *stirpe quidam Merovæum Regem fuisse asserunt, cujus fuit filius Childericus.* Item Aimoïnus : *Merovæo, Francorum Rege, hac luce casso, Childericus, filius ejus, solio sublimatur regio.* Haud dubiè factum id fuit Atrebati, aut Cameraci, quas urbes Baldericus supra fol. 83. vocavit Clodovæi *paternas sedes.* Sigebertus, qui anno CCCC. XLVIII. dixit Merovæum Regem regnasse annis X, sic ait ad annum CCCC. LVIII: *Merovecho, Francorum Rege, mortuo, Hildericus, filius ejus, regnavit annis XXVI.* Videlicet usque ad annum

Lib. 2. c. 9.
Lib. 1. c. 7.
Chr. Camer. lib. 1. cap. 7.

annum CCCC LXXXIV. Idem Sigebertus an. CCCC LXV: *Occiso Majorano Severus imperat annis quatuor. Hildericum, insolenter & luxuriosè agentem Franci regno deturbant, qui datâ aurei sui medietate amico suo Widiomaro, quòd esset signum revocationis suæ, si aliquando intercederet reconciliatio, apud Basinum Regem Tungrorum latuit annis octo. Franci verò Ægidium, Ducem Romanorum, Regem sibi præficiunt.* Idem paullò post: *Ægidius cum Francos opprimeret gravius justo, perpendens Widiomarus Francos pœnitere super ejecto Hilderico, revocat eum, clam misso divisi aurei signo, egitq; ut, ejecto Ægidio, iste restitueretur in regno. Basina, uxor Basini, Regis Thuringorum, relicto viro suo, ad Hildericum venit, quam ille uxorem duxit, & ex ea Clodovæum genuit.* Toringi, quorum Rex Basinus, fuere Tongri, Germani cis Rhenum, vicini Dyspargo, cum quibus Francos pacem habuisse diximus ante. Ægidius verò hic successerat in locum Aëtii, militum magistri, à Valentiniano III. Imp. perempti anno Christi CCCC LV. de quo ita Sigebertus: *Valentinianus Imp. Aëtium Patritium interfecit.* Ægidius magister militum appellatur à Gregorio Turonense: *In Gallis autem Ægidius ex Romanis Magister militum datus est.* Gesta Francorum epitomata vocant Regem militiæ Romanorum: *Erat autem tunc in ista parte Galliarum, ex Romanis Ægidius, Rex militiæ Romanorum ab Imp. missus.* Et ibidem: *Erant autem Franci tunc fanatici, adorantes idola, & simulachra, & non Dominum cœli & terræ, qui creavit eos.* Cæterùm quæ superiùs de Childerico & Ægidio breviter scripsit Sigebertus, fusiùs ea exsequuntur Turonensis & Aimoïnus; quos, qui plura volet, poterit adire.

Chr. A. C. 461.
Ibid. A. C. 469.
Ibid. A. C. 455.
L. 2. c. 11.
Cap. 5.
L. 2. c. 12.
L. 2. c. 7.

Childericus itaque, à suis receptus, *Ægidium, acie superatum, regno decedere compulit*, ut ait loco citato Aimoïnus, Regno videlicet Francorum, quod jam tum à Rheno & ultra, ad Somonam usque protendebatur; Coloniâ, Trevirisque præterea per Francos occupatis; Sigebertus: *Franci post Wandalos & Alanos, post Gothos & Hunnos, incessunt Gallias, non tantùm ut eas habeant direptioni, sed ut sibi sint perpetuæ habitationi. Qui, captâ Coloniâ Agrippinâ, fugato de bello Duce Ægidio, multos Romanorum occidunt.* Et mox: *Franci Trevirim, civitatem super Mosellam, capiunt.* Eoricus, Visogothorum Rex, paullò ante regionem Galliarum invaserat trans Ligerim. Sigebertus: *Eoricus Burgundiones victos sibi subegit, Arvernos etjam, Arelatam, & Massiliam, Galliarum urbes, invasit.* De quo etjam Iornandes, ita uti retulimus supra lib. I. prodromo, cap. 2. fol. 13. Ægidius igitur ex his partibus: *Pulsus & ultra Somonam fugatus* (utar verbis Aimoïni) *Suessionem civitatem petiit, reliquoque, quoad vixit, tempore, inibi deguit, eo autem præsenti lumine casso, Syagrius, filius ejus, eandem urbem hæreditario jure possedit.* Ita videlicet, nullâ habitâ Romanorum Impp. curâ, quisque sibi partem in Gallia, quam poterat, occupabat, fuitque hoc initium regni Suessionensis, quod postea invasit Clodove-

A. C. 475.
Ibid. A. C. 475.
A. C. 471.
Lib. 1. c. 7.

us, ut mox dicendum.

Circa hæc ipsa tempora Odouacrius, aliis Athouagrius, aliis Odoacer, Saxonum Rex, qui à Britannis, adversus Anglos & Scotos, in auxilium accitus fuerat, & Armoricam, Galliæ partem, invaserat, à novis, qui trans mare appulerant, incolis, Britanniam appellatam, rebus quoquo modo istic compositis, arma vertit in Romanos, Andegavo & Aureliano iis ereptis. Huic resistendo cum vires Romanis non essent, pacem Romani bello prætulêre. Quare Childericus coacto è Romanis & Francis exercitu, Saxonibus, Britannisque occurrit, urbem utramque recepit, sibique retinuit, Paullo Romanorum Duce interempto. Et hocce fuit initium regni Aurelianensis, ad Ligerim, ultra quem Gothi incolebant, usq; protensi. Gothi autem, cùm Christiani essent, Episcopos in urbibus habebant, à quibus Concilium Arelatense, anno Christi CCCC.LXXV. celebratum reperitur sub Papa Simplicio, tempore Eorici, Visigothorum in Gallia Regis, quod vulgavit inter Concilia Galliæ Sirmondus. Redigebantur tamen Episcopi ad paucos; unde Sidonius Apollinaris, Arvernorum tunc Episcopus, in epistola ad Agrecium: *His*, inquit, *accedit, quod, de urbibus Aquitanicæ primæ, solum oppidum Arvernum Romanis reliquum partibus bella fecerunt.* Hanc epistolam recitat Sirmundus ibidem, & scriptam antumat circa Christi annum CCCC.LXXII.

Tom. 1. f. 147. Côc. Gal. t. 1. f. 192.

Porro de recuperatis Andegavo & Aureliano sic Aimoïnus: *Childericus verò cum & manu promptus, & consilio esset providus, cum Adouagrio, Saxonum Rege, Aurelianis pugnans, victor exstitit. Quem, fugâ lapsum, Andegavos usq; persequens, cum eum non reperisset, ipsam urbem oppugnans cepit. Paullum Romanarum Comitem partium interemit. Sicque regni terminos Aurelianensem, ac demum Andegavensem usq; civitatem, dilatare haud segniter procuravit.* Eadem latius prosequitur Gregorius Turonensis. Hisce potentissimis ad Ligerim amnem urbibus in potestatem suam redactis Childericus facillimum sibi transitum stravit ad Gothos, qui etjam cum Britannis & Odoagrio bellum gerebant, multosque imprimis Britannos occiderant. Unde Turonensis: *Britanni de Biturica à Gothis expulsi sunt, multis apud Dolensem vicum peremptis.* Quare ad Gothos edomandos Childericus cum Odoagrio & Britannis fœdus percussit; de quo Turonensis: *Odoagrius cum Childerico fædus iniit.* Sed neque sic ipse Childericus Gothos debellare potuit, quamvis ejus temporibus, de superandis, à filio videlicet illius Clodovæo, Gothis, præsagium fuerit, quod refert Aimoïnus hoc tenore: *Eâ tempestate Antemio Romanum gubernante Imperium, Leone Constantinopolitanum, apud Tolosam Galliæ urbem, è media ejus, totâ die, sanguis largissimo fluxit rivo. Quod prudentes quiq;, Gothorum, qui eâdem regnabant in civitate, perditionem, Francorumq; dixerunt portendere dominationem.* Accidit hoc circa annum Christi CCCC.

Lib. 1. c. 7. L. 2. c. 18. L. 2. c. 19. L. 1. c. 9.

CCCC.LXXII. qui fuit Leonis I. Imp. Constantinopolitani annus XVI. Anthemii Imp. Romani apud Ravennam annus VI. Childerici Regis Francorum XIV. juxta computum Gordonianum; quo circiter tempore Romanorum in Gallia Imperium defecit, de quo pluribus actum supra libro 1. cap. 2. Solusque supererat Suessione Syagrius Ægidii filius, quem Childerici filius Clodovæus postea debellavit; quo de sic audi Aimoïnum: *Childericus, Rex Francorum, ex supra memorata uxore sua* (Basina) *habuit filium, nomine Clodoveum.* Et mox: *Childericus dum per XXIV annorum pericula* (lege curricula) *Francorum strenuè gubernasset regnum, ex hac vita decessit. Huic hæreditario jure successit supradictus Clodoveus, vir in rebus bellicis strenuus, nullique priorum virtute secundus. Hic Syagrium, Romanorum patricium, Ægidii filium, à Suessionis civitate expulit, eamq; suæ ditioni subdidit.* Sigebertus id ait accidisse circa annum Christi CCCC.LXXXIX. hoc modo: *Ludovicus, Rex Francorum, Suessionis Siagrio, Duci Romanorum, congreditur. Siagrius Tholosam, ad Alaricum, fugit, à quo, Ludovico reposcenti remissus, perimitur. Ludovicus verò quidquid Galliarum sub jure erat Romanorum ad jus Francorum transfert.* Alaricus successerat patri Eorico, Visogothorum Regi, ut idem Sigebertus tradit anno CCCC.LXXXVIII. qui Ludovicum vocat eum, quem Aimoïnus, aliique, Clodovæum appellant (Iornandes Lodoin, ut supra apparet lib. 1. prodromo cap. 3. fol. 28. *Theodoricus Gothus, Italiæ Rex, Luduin.* ut eodem lib. cap. 3. fol. eodem) more Francorum, qui nominibus propriis præviam literam C, ut subinde addunt, subinde quoque demunt; ita enim & pro Clotharius, Lotharius, Hlotharius; iterumque pro Hunni Chunni dicuntur Gregorio Turonensi. In hac adversus Syagrium pugna, idem Turonensis Clodovæo adfuisse tradit Ragnacharium, ipsius Clodovæi consanguineum; ita enim ille: *Super quem* (Syagrium) *Clodovæus, cum Ragnachario, parente suo, quia & ipse regnum tenebat, veniens, campum pugnæ præparari deposcit.*

Fol. 19. L.1.c.12. A.C.489. Sup.f.87. L.2.c.17.

Ragnachario Childericus & Clodovæus permiserant gubernandam provinciam illam, cui postea nomen Flandriæ datum fuit, Somonâ, Scalde, Oceanoque inclusam; cujus provinciæ Rex dicebatur, ut & ipsa provincia Turonensi Gregorio Regnum: cujus Regia Cameracum, Clodionis ante sedes. Baldericus hunc, in suo Episcoporum Cameracensium ac Atrebatensium chronico, custodem in urbe Cameraco relictum testatur, in hæc verba scribens: *Clodovæus Rex, quartus post Clodionem, in urbe Cameraco, Ragnachario, consobrino, aut nepote suo, custode relicto, in terris & civitatibus, quas, usq; Aureliam, occupavit, morabatur.* Fuerat Clodoveus Cameraci ac Atrebati cum hoc Ragnachario educatus; unde idem Baldericus, de S. Remigio: *Favente igitur Rege Clodovæo, per Dei providentiam, ordinatum Episcopum* (S. Vedastum) *ad Evangelisandum Cameraco & Atrebato, dirigit, urbibus. Liquet ergo quod*

L.1.c.4. L.1.c.7.

Rex iste, quantò impensiùs paternas sedes amaverat, tantò probatiorē vitæ pastorem eò loci delegaverat, ibi enim, præter cæteras sedes, ut paulò superius dictum, specialius versabatur. Itaque commissâ Ragnachario provinciâ Flandricâ, regnum suum per totam Galliam Clodovæus dilatavit, atque imprimis ad Sequanam usque: deinde ad Ligerim, regni sedem Suessionem tenens, ubi & Ægidius & Syagrius paulò ante; postquam enim Aimoïnus dixit: L.1.c.14. *Cum Clodovæus regnum suum usq; Sequanam, atq; postmodum usq; Ligerim ampliasset.* Aliquantò post ita subdit: *Rex Clodovæus, in Suessionis civitate, nuptias cum magna celebrans gloria, sæpedictam Crotildem duxit uxorem. Hæc fidelis, infideli conjuncta viro, eum ad fidem perducere conabatur.* Sigebertus: *Anno CCCC.XCV. Ludovicus Rex Turingiam sibi subjugat.* Idem: *Anno CCCC.XCVI. Ludovicus Rex, regnum Francorum usque ad Ligerim amplificat.* Item: *Anno CCCC. XCVIII. Ludovicus Rex Alemannos bello congreditur, ibiq; laborante exercitu, voto suscipiendi Christianismi se obligare cogitur. Sicq; perempto Alemannorum Rege, & Alemanniâ sub se redactâ, baptisatus à Remigio Episcopo Remorum: exemplo & edicto suo perduxit ad fidem Christi populum Francorum.* Harum rerum gestarum seriem qui Cap.30. pensiculatius ediscere volet, Gregorii Turonensis lib. 2. & Ai- Cap.15. moïni lib. 1. adeat, ubi fusiùs hæc omnia enarrantur.

Ad hæc equidem tempora existimo referendum esse, quod Procopius de bello Gothico tradit, Armoricis, id est Picardiæ, Normanniæ, parvæ Britanniæ, partibus maritimis in societatem & amicitiam Francorum pertractis, ubi pro Arborichis lege Armoricis, & intellige per Germanos Francos, quemadmodum Goth.l.1. f.184. ante cap. 7. fol. 60. demonstravi. Locus ipse Procopii sic habet: Προϊόντος δὲ χρόνου οὐισίγοτθοι τὴν Ρωμαίων ἀρχὴν βιασάμενοι, ἱσπανίαν τε πᾶσαν καὶ γαλλίας, τὰς ἐκτὸς ἠριδανοῦ ποταμοῦ, κατηκόους σφίσιν, ἐς φόρου ἀπαγωγὴν ποιησάμενοι, ἔσχον. ἐτύγχανον δὲ ἀρβόρυχοι τότε Ρωμαίων στρατιῶται γεγενημένοι. οὓς δὴ Γερμανοὶ κατηκόους σφίσιν, ἐθέλοντες ἅτε ὁμόρους ὄντας, καὶ πολιτείαν ἣν εἶχον πάλαι καταβαλόντας, ποιήσασθαι ἐληΐζοντό τε, καὶ πανδημεὶ πολεμησείοντες, ἐπ' αὐτοὺς ᾔεσαν. ἀρβόρυχοι δὲ ἀρετήν τε καὶ εὔνοιαν ἐς ῥωμαίους ἐνδειξάμενοι, ἄνδρες ἀγαθοὶ ἐν τῷδε τῷ πολέμῳ ἐγένοντο. καὶ, ἐπεὶ βιάζεσθαι αὐτοὺς Γερμανοὶ οὐχ' οἷοί τε ἦσαν, ἑταιρίζεσθαί, τε ἠξίουν, καὶ ἀλλήλοις κηδεσταὶ γίγνεσθαι. ἃ δὴ ἀρβόρυχοι, οὔτι ἀκούσιοι, ἐνεδέχοντο. Χριστιανοὶ γὰρ ἀμφότεροι, ὄντες ἐτύγχανον· οὕτω τε εἰς ἕνα λαὸν ξυνελθόντες, δυνάμεως ἐπὶ μέγα ἐχώρησαν, καὶ στρατιῶται δὲ ῥωμαίων ἕτεροι ἐς γάλλων τὰς ἐσχατιὰς φυλακῆς ἕνεκα ἐτετάχατο. οἳ δὴ οὔτε ἐς ῥώμην ὅπως ἐπανήξουσιν ἔχοντες, οὐ μὴν οὔτε προσχωρεῖν ἀρειανοῖς οὖσι τοῖς πολεμίοις βουλόμενοι σφᾶς τε αὐτοὺς ξὺν τοῖς σημείοις, καὶ χώραν ἣν πάλαι ῥωμαίοις ἐφύλασσον, ἀρβορύχοις τε καὶ Γερμανοῖς ἔδοσαν. ἔς τε ἀπογόνους τοὺς σφετέρους ξύμπαντα παραπέμψαντες, διεσώσαντο τὰ πάτρια ἤθη, ἃ δὴ σεβόμενοι, καὶ ἐς ἐμὲ τηρεῖν ἀξιοῦσιν, ἔκ τε γὰρ τῶν καταλόγων ἐς τόδε τοῦ χρόνου δηλοῦνται, ἐς οὓς τὸ παλαιὸν ταττόμενοι ἐστρατεύοντο. καὶ σημεῖα τὰ σφέτερα ἐπαγόμενοι, οὕτω δὴ ἐς μάχην καθίστανται, νόμοις τε τοῖς πατρίοις ἐς ἀεὶ χρῶνται, καὶ σχῆμα τῶν ῥωμαίων ἔν τε τοῖς ἄλλοις ἅπασι, κἀν τοῖς διαδήμασι

διασώ-

διασώζουσι. Id eſt : *Temporis proceſſu, Viſigothi, vi in Romanum Imperium factâ, Hiſpanias omnes, & Gallias, ultra Rhodanum flumen, ſuæ ditioni ſubactas, vectigaleſq; redditas, tenuêre. Erant autem Arborichi Romanorum tum milites, quos ſibi Germani cùm obedientes facere ac ſubditos vellent, ut qui finitimi eſſent, & priſtinos vitæ mores penitus immutaſſent, eorum agros aſſiduè populari, & hos copiis univerſis invadere. Arborichi verò cum & virtutem per ſe, & erga Romanos benevolentiam ferrent, viros fortes in eo bello ſe præſtiterunt, cumq; his vim inferre Germani non poſſent, ſocietatem ſaltem ut ſecum inirent, & connubia inter ſe facerent, precabantur; quas non inviti conditiones Arborichi accepêre. Erant namq; utriq; Chriſtianæ fidei ſectatores. Sic itaq; unum hi coëundo in populum, ad maximam potentiam evaſêre. Romanorum interea milites alii, qui in Galliæ finibus erant, cuſtodiæ gratiâ, conſtituti, cum neque Romam jam redire poſſent, nec ad hoſtes, ut Arianos concedere; ſeſe, cum ſignis, & locum inſuper, quem pro Romanis ſervarent, Arborichis, Germaniſq; prodidêre, ac mores ſuos continenter ſervatos tranſmiſêre ad poſteros; adeò ut, vel ad hanc noſtram ætatem, eodem tenore, & cultu, priſtinos ſervare ritus non dedignentur. deſcripto namq; ex numero ad id ferme tempus hi demonſtrantur, quo taxati antiquitus militabant: quandoquidem & ſuis productis nunc ſignis in aciem prodeunt, ac patriis utuntur perpetuò legibus, Romanumq; habitum, ut in cæteris aliis, ita & in ſoccis nunc ſervant.*

Domitis itaque, aut in fœdus admiſſis Romanis, Toringis quoque ſeu Tongris ciſrhenanis, atq; Alemannis aliquot, tranſrhenanis populis, ſubjugatis, ſupererant adhuc in Gallia Burgundiones, ad Rhodanum flumen, urbemque Lugdunum: Gothi item ultra Ligerim. De Burgundionibus debellatis, tributoque eis imperato, fusè ſcribunt Gregorius Turonenſis, lib. 2. & Aimoïnus, lib. 1. ſtrictè Sigebertus ad annum D. I. ſic : *Ludovicus Rex Gundebaudo Regi Burgundionum congreſſus; eo victo Burgundiam redegit ſub tributo.* De Gothis verò etjam latè prædicti Turonenſis & Aimoïnus, libris ſupra citatis; preſsè verò ad annum D.VI. ita Sigebertus : *Ludovicus & Alaricus Reges confœderantur.* Et anno D.VIII : *Alaricus Rex, Ludovico Regi inſidias molitus, fœdus violat.* Item anno D.IX : *Ludovicus Rex &c. Alarico Vuiſigothorum Regi congreditur, eoq; perempto, quidquid Galliarum Vuiſigothi poſſidebant, ad partes Francorum tranſtulit: & invadens Toloſam, ſedem regni Gothorum, uſq; ad Pyrenæos montes regnum Francorum dilatavit.* Iornandes, de regnorum ſucceſſione, Athalaricum vocat: *In Italia verò Theodorico Rege defuncto, Athalaricus nepos ejus, ipſo ordinante, ſucceſſit, & annôs octo, quamvis pueriliter vivens, matre tamen regnante Amalaſuenthâ, degebat, quando & Gallias diu tentas Francis repetentibus reddidit.* Optimè ait *repetentibus*: erant enim Franci, ſoboles illorum Gallorum, qui partim in ſylvis, paludibus, atque inſulis, in latere Galliarum Septemtrionali ad Oceanum (ubi nunc Flandria & Zelandia) geniti: partim eò fugâ, reliquâ Gal-

Cap. 32. Cap. 19. Cap. 37. Cap. 20. Fol. 140.

liâ vi Romanorum exacti fuêre; ac proinde, quam olim jure belli amiserant, nunc eodem jure repetebant. Qua ratione etjam Gothi, quam Galliæ partem Romanis ademerant, rectè dicuntur Francis, utpote primis, ac dudum ante Romanos, Galliç dominis, *reddidisse*.

Uniuersâ Galliâ, quâ dictum est ratione, à Somona usq; ad Pyrenæos montes, in Clodovæi potestatem redactâ, restabat ea pars, quæ, ab eodem Somona, ad Oceanum Rhenumq; porrigitur; hanc occupabant varii Reges, ejus consanguinei, à Pharamundo, ac primis Francorum Regibus oriundi: quos fere Clodovæus, justâ belli eis inferendi causâ destitutus, ut solus omnino regnaret, occîdit. Siquidem imprimis Coloniæ, ac vici-
L. 2. c. 40. nis partibus, Rex erat Sigebertus, cui filius adolescebat, nomine Chlodericus; ac de his ita Gregorius Turonensis: *Cum autem Chlodovæus Rex apud Parisios moraretur, misit clam ad filium Sygeberti dicens:* Ecce pater tuus senuit, & pede debili claudicat. ,, Si ille, *inquit*, moreretur, rectè tibi, cum amicitia nostra, regnum ,, illius redderetur. *Qua ille cupiditate seductus, patrem molitur occidere. Cumq; ille egressus de Colonia civitate, transacto Rheno, per Burconiam sylvam ambulare disponeret, meridie in tentorio suo obdormiens, immissis super eum filius percussoribus, eum ibidem interfecit, tanquam regnum illius possessurus. Sed judicio Dei foveam, quam patri hostiliter fodit, incidit. Misit igitur nuntios ad Clodovæum Regem, de patris obitu nuntiantes, atq; dicentes:* Pater meus mortuus est, & ,, ego thesauros ejus penes me habeo. Dirige tuos ad me, & ,, ea quæ tibi de thesauris ejus placent, bonâ voluntate trans- ,, mittam. *Et ille*, Gratias, *inquit*, tuæ voluntati ago, & rogo ut ,, venientibus nostris patefacias cuncta, ipse deinceps possessu- ,, rus. *quibus venientibus iste patris thesauros pandit. Qui dum diversa respicerent, ait:* In hanc arcellulam solitus erat pater meus ,, numismata auri congerere. Immitte, *inquiunt illi*, manum tu- ,, am usque ad fundum, ut cuncta reperias. *Quod cum fecisset, & esset valde declinus, unus, elevatâ manu, bibennem cerebro ejus illisit: & sic quæ in patrem egerat indignus, incurrit. Quod audiens Chlodovæus, quod scilicet interfectus esset Sygebertus, & filius ejus, in eundem locum adveniens, convocat omnem populum* &c. Et mox: *Illi ista audientes, plaudentes tam palmis, quàm vocibus, eum clypeo evectum super se Regem constituunt. Regnumque Sygeberti acceptum, cum thesauris, ipsos quoq; suæ ditioni adscivit.*

De Chararico, qui ditionibus, Coloniam inter & Cameracum, ut Brabantiæ, Bataviæ, *&c.* cum potestate Regia præerat,
Ibid. c. 41. ita idem Gregorius: *Post hæc ad Chararicum Regem dirigit. Quando autem cum Syagrio pugnavit, hic Chararicus, evocatus ad auxilium Chlodovæi, eminus stetit, neutram adjuvans partem, sed eventum rei expectans, ut cui eveniret victoria, cum illo & hic amicitiam conligaret. Ob hanc causam contra eum indignans Chlodovæus, abiit, quem circum-*

ventum

ventum dolis cepit cum filio, victosq; totondit, & Chararicum quidem presbyterum, filium verò ejus diaconum ordinari jubet. Cumq; Chararicus de humilitate sua conquereretur & fleret, filius ejus dixisse fertur. „In viridi, *inquit*, ligno hæ frondes succisæ sunt, nec omnino „arescunt, sed velociter emergent, ut crescere queant : utinam „tam velociter, qui hæc fecit, intereat *Quod verbum sonuit in aures Clodovæi, quod scilicet minarentur sibi cæsariem ad crescendum laxare, ipsumq; interficere. At ille jussit eos pariter capite plecti. Quibus mortuis, regnum eorum, cum thesauris & populis, acquisivit.*

Consimilis penè sors exitusque obtigit Ragnachario, suprà commemorato, qui, Rex Cameracensis, omnem eam provinciam, quæ Somonâ, Scalde, Oceanoque circumluitur, sub regali imperio tenebat; de illo hæc prodidit Turonensis : *Erat autem tunc Ragnacharius Rex apud Cameracum, tam effrenis in luxuria, ut vix vel propinquis quidem parentibus indulgeret* &c. Et mox : *Veniens autem Chlodovæus bellum contra eum instruit; At ille devictum cernens exercitum suum, fugâ labi parat, sed ab exercitu comprehensus, ac, ligatus post tergum manibus, in conspectu Chlodovæi, unà cum Richario fratre suo, perducitur. Cui ille*, Cur, *inquit*, humiliasti genus „nostrum, ut te vincire permitteres? Melius enim tibi fuerat „mori. *Et elevatam securim capiti ejus defixit. Conversusque ad fratrem ejus ait :* Si tu auxilium fratri tribuisses, alligatus utique „non fuisset. *Similiter & hunc securi percussum interfecit.* Ibid.c.42.

Nihilo verò etjam feliciùs aliis præterea, aliorum districtuum Regibus, Clodovæo consanguineis, ab eo obvênit; ita enim de iis idem Turonensis pergit : *Fuerunt autem supradicti Reges propinqui hujus : quorum frater, Rignomeris nomine, apud Cenomanniam civitatem, ex jussu Clodovæi, interfectus est. Quibus mortuis, omne regnum eorum & thesauros Chlodovæus accepit. Interfectisque & aliis multis Regibus, vel parentibus suis primis, de quibus zelum habebat, ne ei regnum auferrent, regnum suum per totas Gallias dilatavit.* Unde Sigebertus ad annum D.XIV. *Ludovicus Rex, regno Francorum per omnes Gallias dilatato, & legitimè & pacificè confirmato, moritur. Lotharius filius ejus, compartito regno cum fratribus suis Theodorico, Chlodomere, & Hildeberto, regnavit annis LI. Sororem ejus Rothildem Amalricus, Rex Visigothorum, uxorem duxit.* Ibidem.

CAP. X.

CAP. X.

Refutatus eorum error qui scribunt Francos origine Trojanos.

GRegorius Turonensis, rerum Francicarum scriptor, quas à Clodione exorsus, ad annum usque Christi DC quo claruit, perduxit, de Francorum origine certi nihil refert. Apertè is in sua hist. de Francorum Regibus: *Quis primus fuerit multis ignoratur.* Tum deinde citat quasdam authoritates Sulpitii Alexandri, Renati Frigeridi, & Orosii, qui ante sua tempora vixerunt, affertque eorum loca, ubi Francorum quidem meminerunt; sed de ipsa illorum origine certi nihil depromunt.

L.2.c.9.

Aimoïnus, aliis Annonius, Monachus S. Benedicti, è cœnobio S. Germani de pratis, aut, ut quidam malunt, Floriacensis ad Ligerim, ea, quæ Gregorius de Francorum Regibus narrat, fere in epitomen redegit, additíq; deinde de suo, ab an. Christi DC. aut circiter, ea quæ exinde à Regibus Francorum gesta sunt, usque ad annum ejusdem Christi D. CCC. XXX. aut circiter, quo is vixit & scripsit. Primus ille somniavit Francos à Trojanis oriundos esse; ejus, in procemio suæ Francorum Historiæ, sunt hæc verba: *Regnum Francorum, antiqua gentis Trojanæ prosapiâ nobilitatum, cum virorum ferocis corporis animiq; tum maximè Regum excellentissimâ semper viguisse potentiâ, luce clariùs constat.* Valuisse quidem Francos corporis & animi virtute *luce clariùs constat*; sed non constat eos esse ex *antiqua Trojanæ gentis prosapia.* Qua verò ratione à Trojanis profluxerint, ita porro, tribus, primi libri, prioribus capitibus, pergit enarrare: *Post triumphum victoriæ, quam Græci de excidio egerunt Trojæ, multi civium eversæ urbis, qui effugere cladem potuêre necis, quaquaversum poterant, sedes sibi quærere procurabant. Eorum quidam, Antenor nomine, non infimus genere, adjunctâ sibi sociorum numerosâ multitudine, navibus altum petiit mare. Tandem post magnos pelagi variosq; labores, Tanais egressi ostia fluminis, Mæotides transmeantes paludes, in finibus Pannoniorum castra metati sunt. Adridente autem eis locorum amœnitate; stationem inibi constituerunt suam: ædificatâ civitate, quam Sicambriam vocaverunt. Post multorum verò curricula temporum, contra Valentinianum, qui Romani tenebat imperii principatum, Alanorum gens contumax, rebellavit, audaciâ perfidorum. Quos ille prælio superatos Mæotidis coëgit expetere latibula paludis. Illuc quoq; eos cum exercitus multitudine insecutus, dum situ & difficultate locorum, quo minùs eis nocere posset, impediretur, Trojanos,*

Sicambriam habitantes, in auxilium evocat. Hos hortatur, monetque ut suis tantummodo viam pandant, per quam securos hostes, & nil tale verentes, invadendo opprimant. Illi non solùm se facturos, verùm se Alanos hinc expulsuros spondent. Imperator decennio eis tributa, si id efficiant, indulget. Trojani fiduciâ animati, quod forent gnari locorum, simul & munerum promissione allecti, Alanis locorum firmitate fidentibus, ex improviso superveniunt: cædunt, prosternuntq; multos mortales: cæterosq; in fugam actos, à palude perturbant. Imperator, virtututem gentis, audaciamq; miratus, quod loca, quæ, totius orbis victores Romani, expavissent, non solum intrare, verùm & immanissimos hostes expellere non dubitassent, Atticâ lingua Francos, *id est feroces, nuncupavit.* Cap. II: *Quidam vero auctores referunt, quod à Francione Rege vocati sunt Franci, dicentes; quod digressi à Troja, Regem sibi, Frigam nomine, constituerint; sub quo, inquiunt, eis Asiam pervagantibus, quædam ex ipsis pars, inter Macedones sortem habitationis accepit. Quorum viribus aucti Macedones, quanta sub Philippo & Alexandro Regibus bella gesserunt prospera, perspicuum habetur. Porro reliqua portio, cum præfato principe, Europæ partes adiit: & inter Oceanum & Thraciam, super littora Danubii, consedit, quæ duobus, à se electis, Regibus, in duarum se divisit nomina gentium. Et una quidem natio Torgorum, à Torgoto Rege: alia verò à Francione, Francorum adepta nomen est: quæ Alanos, ut diximus, à Meotidis expulit paludibus.* Cap. III: *Decennio sanè exacto misit Imperator, qui consueta, de gente Francorum, exigerent tributa. Illi pretio sui sanguinis se eo levatos fatentur: seq; vectigal non soluturos, quo remittendo mortis discrimen perpessi forent. His indignatus Cæsar, suorum instruit aciem: quæ & viribus foret exercita, & tantæ genti obviam ire parata. Nec morati obviam eunt Franci Romanis, pugna in manibus, nec comperendinata, quamvis uni genti, adversus plures gentes, prælio decertandum foret. Franci sanè robur aliarum nationum Romanis subsidio venisse conspicati, cedendum sibi loco utilius æstimantes, Sicambriam egressi, ripas Rheni fluminis occupaverunt. Duces autem sibi Marchomirum, Sunnonem, & Genebaudum, post funus memorati Regis Francionis, eligentes, plurima Germanorum oppida pervasêre. Quorum quidem numerus, cum primo digressionis suæ ab Asia tempore, vix ad duodecim millia armatorum æstimaretur, in tantam coaluit innumerositatem: ut ipsis etjam Germanis, proceritate, & virtute corporum, præminentibus, formidini esset. Quos tempore Theodosii, Nannius & Quintinus, Magistri militum, collecto exercitu, pellere moliti sunt.* Quæ Francorum initia adeo vera sunt, quam verum est Francos Atticâ linguâ significare feroces: quod nemo asserat, qui Græcas literas, vel à longinquo, salutâvit. Ea quæ de Sunone & Genebaudo in fine dicuntur, sunt ex Gregorio Turonensi, quem deinceps sequitur omnino, nisi quod Pharamundi meminerit, quem Gregorius neglexit.

Ado Archiepiscopus Viennensis, qui conscripsit Chronicon quod ab initio mundi exorditur, ad usque tempora Caroli, cui

 à sim-

à simplicitate obtigit cognomentum : ad annum verò Christi D.CCC.LXXX. quo vixisse reperitur, sequitur Aimoïnum, nullâ quidem factâ commemoratione Trojanorum, sed tamen Mæotidum paludum. Ejus verba, sub an. Christi CCC.LXXV. ita sonant : *Valentiniani & Valentis tempore, rebellantes Alamannos, Franci, inter Danubium & Mæotides paludes, juncti Romanis, superaverunt. Francos, linguâ Atticâ, Valentinianus Imperator, à feritate & duritia, atque audacia, appellari primus voluit. Qui paullulum cum tributa Romanis negarent, & Romanorum impetum ferre non possent, egressi à Sicambria, pervenerunt in extremas partes Rheni fluminis. Ubi primum Regem Pharamundum sibi postmodum statuunt, legibusq; se subdunt.*

Sigebertus, Monachus Gemblacensis, qui ab anno Christi CCC.LXXX. Chronicon suum producit, ad annum usq; Christi M.C.XII. quo ipse vitam & scriptionem finivit, sequitur etjam Aimoïnum, quamvis multa de suo addat. Is de Francis ita primo loquitur, in operis sui proœmio : *Originem gentis nostræ, regni scilicet Francorum, notificemus aliis, ex relatu fideli majorum. Post illud famosum, & cunctis sæculis, & gentibus notum, Trojanæ civitatis excidium, victoribus Græcis cedentes reliquiæ Trojanorum, pars eorum, cum Ænea, ad fundandum Romanum Imperium ad Italiam perrexit; pars una, scilicet XII. millia, Duce Antenore in finitimas Pannoniæ partes, secus Mæotidas paludes pervenit, ibique civitatem ædificaverunt, quam, ob sui memoriam, Sicambriam vocaverunt : in qua multis annis habitaverunt, & in magnam partem coaluerunt, & crebris incursibus Romanum solum incessentes, usq; ad Gallias, ferocitatis suæ vestigia dilataverunt. Hos, adeo Romanis infestos, Constans Cæsar, filius Magni Constantini, bello oppressit, & tandem Romano Imperio subjectos, aliquantulum à sua feritate mansuefieri coëgit. Post aliquot annos rebellantibus Alanis, contra Valentinianum Imperatorem, cùm eos non posset Imperator penitus debellare, eo quod intransibiles Mæotidis paludes tutarentur, proposuit Valentinianus, quod si qua gens has paludes intrare, & rebelles Alanos posset conterere, decem annis eos à tributis liberos redderet. Hac pactione Trojani illecti, & fortitudine, & prudentia sua confisi, Duce Priamo, Mæotidas paludes, Romanis invias, ingressi, Alanorum gentem exterminaverunt, & ita Valentiniano satisfecerunt. Valentinianus eorum virtute delectatus, eos, qui prius vocati erant Trojani, deinde Antenoridæ, postea etjam Sicambri, Francos, Atticâ linguâ appellavit, quod, in latina lingua, interpretatur feroces. Alii Francos cognominatos dicunt, à quodam Francione eorum Rege, qui, in bello fortissimus, dum cum multis gentibus dimicasset, in Europam iter derexit, & inter Danubium, & Rhenum consedit, ibiq; progenies ejus coaluit. Undecumq; ergo denominati sunt Franci, quantùm altiùs colligere potuerunt Historiographi, hic Priamus regnabat super eos tempore prioris Valentiniani. Nam ex ipso Regis nomine recolentes nobilitatem illius Priami, sub quo eversa est Troja, inde gloriabantur gentis suæ manasse primordia. Exacto decennio, cum exactores repeterent tributa*

buta à Francis, Franci, pro superiori victoriâ insolescentes, & de viribus suis præsumentes, non solùm tributa negare, sed etjam Romanis præsumunt rebellare. Romani, collecto exercitu, super Francos irruunt, & usq; ad internecionem proterunt.

Pari quoque modo Abbas Urspergensis, cujus Chronicon pertingit usque ad Frederici II. Imperatoris ætatem, ad Christi annum M. CC. XXX. prima ejus de Francis verba, ita sonant apud Isaacum Pontanum, in originibus Francicis: *Francorum gentis exordia, de antiqua Trojanorum prodière prosapia, nam eo tempore, quo, post excidium Trojæ, Æneas in Italiam venit, quidam ex iisdem Trojanis simili modo profugi, circa Mæotidas paludes appulerunt, ibiq; considentes, terminos suos usq; in Pannoniam dilataverunt. Construxerunt autem civitatem Sicambriam: ibique per multos habitantes annos, in populum multum creverunt, & Sicambri primùm dicti sunt. Hi, pro eo, quod Alanos, à Mæotide palude expulerunt, Franci à Valentiniano vocati: &, pro hac victoria, per decennium, remissione tributorum donati sunt. Decennio verò peracto, misit Valentinianus ad eos quendam Ducem pro cogendis tributis; sed illi, ut erant feroces, tributis ulterius subjacere dedignati sunt, missosq; ad se interfecerunt. Fuerunt autem tunc principes inter eos, antiquiorum vocabulorum præferentes insignia, Priamus & Antenor. Audiens itaq; Imperator eorum factionem, nimis iratus, jussit omnem Romanorum exercitum, cum pluribus exterioribus gentibus, pugnare contra eos: pugnâ commissâ, cum ex utraq; parte multi caderent, tandem Franci, multitudinem tantam sustinere non valentes, fugerunt: ibiq; mortuus est Priamus Rex eorum. Egressi autem de Sicambria venerunt in terram Germaniæ, ad gentem scilicet Romanis infensissimam: habitaveruntq; aliquanto tempore in Thuringia, cum Marcomiro, filio Priami, & Sunnone filio Antenoris.* L. 2. c. 5.

Sabellicus, apud Goropium Becanum, ubi ab eo fabulosos antiquitatum scriptores dicitur secutus, habet in hunc modum: *Habuit Trojana manus, quæ illum secuta est, luxuriosa incrementa, tenuitq; sedes, quas à principio sortita est, plures ætates; postremò Alanis res Romanas infestare adortis, Valentinianus Cæsar edictum proposuit, ut, quicumq; hominum Alanorum conatus infringerent, decem annos omnium immunes essent tributorum. Sycambri eam gentem bello adorti victos excidio dedêre, suntq; ob id meritum, in decem annos, libertate donati, Francorumque nomen adepti. Francos Itali liberos appellant.* L. 1. Francic. f. 2.

Paulus Æmilius, optimus alioquin, idemque latinissimus historiographus, qui res Francorum ab initio perduxit ad Carolum usque VIII. ad annum Christi M. CCCC. LXXXVIII. supra citatos authores in eosdem errores est subsecutus; ita enim ille suum de gestis Francorum librum primum exorditur: *Franci se Trojâ oriundos esse contendunt. Eâ captâ incensâq; nobilissimam civium manum, quos ferrum hostium, ignisque non absumpsisset, Duce Francione, ad Mæotim paludem se contulisse: nec procul ab eo urbem condidisse, quam ad Valentinianum usq; Cæsarem, Valentiniani filium,* Fol. 9.

incoluerint: ab eo primùm honore auctos, ac in decem annos immunitate donatos, quòd rebellantes Alanos in ditionem nominis Romani redegissent; deinde cum, circumacto eo temporis spatio, ad vectigal pensitandum revocarentur, imperiumq́; detrectarent, sedibus pulsos, Duce Marcomiro, in eam Germaniæ regionem, quæ nunc Franconia est, concessisse. Faramundum, Marcomiri filium, primum omnium Regem gentis, anno salutis quadringentesimo vicesimo, appellatum: ab eo procreatum Clodionem, cognomine Comatum, in Galliam transgressum: quæ illis patria est.

Robertus Gaguinus, qui suam Francorum historiam provexit ad annum Christi M. D. (quo regnabat Ludovicus XII.) primum librum auspicatur in hæc verba: *Franci, ut pleraq́; aliæ nationes, à Trojanis se prodiisse gloriantur: Quibus, ob raptam à Paride Helenam, in exilium actis, pars ad Meotydem lacum, quem Tanais influit, proximè Alanos, Francione Duce, consedit: ubi, ex nomine Ducis, appellatione susceptâ, Sycambriam sibi, non mediocrem urbem, Pannoniis finitimam, extruxerunt. Quam, longo post tempore, cùm eversam Gothi reliquissent; alteram in proximo colle à se conditam, usq́; ad Valentiniani junioris, qui, cum Gratiano fratre, in occidente, imperavit, ætatem, incoluerunt: unde & ipsi quoq́; à Valentiniano, ob hanc, quam subjicimus, rationem, exacti sunt. Desciscentibus ab Imperio Alanis, cùm, propter paludis altitudinem, adversus invadentem Romanum facilè se tuerentur Alani; accitis ad auxilium Francis, Valentinianus annui, quem Romanis pendebant, census, in decem annos, remissionem proponit: si rebellantes Alanos in ejus ditionem adegissent. Quâ spe erecti Franci (cùm paludis essent frequenti trajectu assueti) negotium receperunt: ductisq́; in Alanos copiis, locum superant: & feroci strage Alanos reddunt Imperatori audientes. Quâ victoriâ Francos, id est Feroces, à Valentiniano appellatos, nonnulli tradunt: aliis contendentibus, à remissione tributi, & libertate acceptâ Francos, hoc est liberos, dictos esse. Ipse magis his accedo qui à Francione nomen sortitos autumant. Nam posterior hæc appellatio gentis antiquitati non convenit: quam, ante Constantini primi Imperium, bellacissimam fuisse non dubium est: & Aurelianum Imperatorem, qui Constantinum præcessit, Francos in triumpho duxisse, Flavius Vopiscus memoriæ reliquit. Qui Valentinianus superior Saxones, in Francorum finibus, auctore Paulo Diacono, debellavit: quæ omnia antiquioris sunt originis argumenta: quàm ut à juniore Valentiniano Francos primùm dictos putemus. Nemo tamen mihi certus auctor lectus est, qui tempus ejus nominis constanter tradat. Nec ipse Gregorius Turonensis gentis initium satis novit: cùm Sulpicium Alexandrum testem citet, à quo Francorum vera origo ignorata videatur.*

Fol. 1.

Hos authores ponè secuti sunt alii, qui, à Priamo & Antenore Trojanis, integras genealogiarum series finxêre: quarum omnino nihil est verum; ut imprimis Hunibaldica series, itemque Trithemiana, quas, in primordio suæ genealogiæ, sequitur Reusnerus, aliiq́; genealogici scriptores; contra quos ita Adrianus

nus Iunius in ſua Batavia: *Omnibus mendaciorum facem præluxit Hunibaldus, Monachus, niſi me fallit conjectura, æqualis illorum temporum, quæ Clodovæum luſtralibus undis tinxerunt. Is namq́; ſomniculoſo illo ſuo, uti ſuſpicor, luſtro deſidens, & veluti extra ſe raptus, neſcio quid non ſomniorum deliriorumq́ue, ex altiſſimo, atque adeò inexhauſto, non Democriti (in quo veritas ſcaturit) ſed Troicarum rerum puteo, meras fabulas eructante, deprompſiſſe legitur, ut gentis Francicæ Aborigines omni antiquitate priores faceret, magniſq́; præconiis exornatos daret. Cujus conatus & ſtudium, Trithemius, & ipſe Monachus, ut in manus tolleret, decem & octo illius hiſtoriarum, aut deliramentorum veriùs, libros, in epitomen conciſos, ſe contraxiſſe teſtatur, haud veritus illum ſolidum Francorum hiſtoriographum appellare, nimirum juxta proverbium: Cretenſis Cretenſi palpum objiciens.* Hæc ille; cujus equidem, in carpendis, perſtringendiſq́; iiſdem ſcriptoribus, præproperum & ebullientem calorem, utì non poſſum probare, ita quoq́; tamen huic ejus, in damnandis ejuſmodi fabulis, judicio, non illubenter ſubſcribo. C.9.f.74.

Alias præterea fictiones habent hiſtoriographi, qui Gallicâ linguâ ſcripſere, ut Nicole Gillis, qui, prioribus hiſtoriæ ſuæ capitibus, miram à Trojanis originem & meras chimæras narrat. Id verò ita factum, quia, cùm nullibi Francorum ortum reperirent, & Romani ſe à Trojanis deſcendiſſe gloriarentur, eorundem æmulatione, ejuſdem gloriæ communionem affectârunt. Ea harum, ut & aliarum, rerum ignorantia profluxiſſe mihi quidem videtur, tùm ex artis ſcribendi, in multis, & in his præſertim, partibus, inſcitiâ: tùm ut plurimùm è monumentorum interitu. Gothi enim, Wandalique, & Hunni, gentes, ut ab humanitate, ita quoque ab omni liberali ſcientia remotiſſimæ, armorumque, & non literarum, ſtudioſæ, qui Galliam, Hiſpaniam, Italiam, ante tempora Gregorii Turonenſis & ſequentium authorum, invaſerunt, bibliothecas plurimas, & cum iis infinitam librorum multitudinem exuſſerunt, ac diſperdiderunt. Unde fit ut, quid illis temporibus actum ſit, ignoretur; ſi qui verò, ſcriptores aliqua elucubrati fuerint, ea, vel neglecta fuêre, vel ſuis tantummodo, ubi nata ſunt, locis nota, & contempta, per orbem divulgata non ſunt; id quod circa Chriſti annum M.CCCC. primò factitari cœpit, artis typographicæ immenſo beneficio: de cujus inventione vide Pancirolium, lib.1. cap.2. fol.244. De hac autem arte non immeritò prædicatur:

Imprimit illa die, quantum non ſcribitur anno.

Exinde pedetentim in lucem notitiamque prodire cœperunt, cum operibus ſuis, authores: ac primùm quidem Latini, deinde & Græci; qui de Francorum origine, eorumque geſtis, quædam obiter, & non ex profeſſo, ſcripſêre. Unde tamen innotuit, id omnino falſum eſſe, fictumque, quod de Francorum à Trojanis origine illi ſunt commenti. Quod quia ſequentibus capitibus à variis authoribus refutabitur, unum hîc, è latinis ſcriptoribus,

L.2.c.3. Albertum Crantzium adducam, qui adversus Gaguinum, in sua Wandalia sic scribit : *Quis verò mirabitur hunc hominem* (Robertum Gaguinum) *vana de Wandalis scripsisse, quando tam multa commentitia de suæ gentis (hoc est Francorum) origine ille contradidit? quod etjam alio loco monstravimus.* Trojanam, *inquit*, originem ha-
„ buêre Franci : Sicambriam, ad Mæotidas paludes, urbem insi-
„ gnem, coluêre : unde Valentiniani jussu expugnavêre Alanos;
„ quo merito per decennium tributo liberi fuêre. Sed exacto
„ tempore illo, quum censum negarent, ab eodem Imperato-
„ re expugnatos, in Germaniam transisse. *Hæc est Gallorum omnium cantilena ab Roberto renovata. Trojanos origine Francos quis credat, nullis per tot sæcula ducibus commemoratis? Quasi nulla gens clara prodierit, nisi illa stirpe, de qua quum Romani glorientur, Franci quoque (si Diis placet) eò se contulerunt. Sicambria verò non civitas, sed Regio fuit : non ad Mæotidas, sed ad Rhenum, teste Ptolomæo, Straboneq; & in commentariis Cæsare. Sed eò confugiunt, ut geminam fuisse contendant Sicambriam. Cedamus, si vel unum testem producant : sed commentitiam rem esse sequentia monstrabunt. Nam quod ajunt, illos jussu Valentiniani expugnasse Alanos, vanum est : nam Valentinianus nulla, ad Mæotidas, habuisse bella memoratur, præsertim quum Alani jam in media agerent Germania, cum Suevis & Wandalis, postea in Gallias & Hispanias (ut Romanæ docent Historiæ) commigrantes : Saxones verò, qui rebellionem tentârunt illâ tempestate, per Sicambros, (hoc est Francos Germanos) crediderim compressos, Imperatoris jussu, Orosio teste :* Saxones, *inquit*, gentem inviis paludibus fisam, Romanis pro-
„ vinciis irruptionem meditantes, per Sicambros compescuit. *Nam quod sequitur, post decennium, Sicambros, tributa negantes, ab eodem Valentiniano deletos, frivolum est; quum solis undecim annis in Imperio fuerit, nec initium Imperii ejus bella habuit ad Mæotidas. Sed totam hanc fabulam subruit quæ sequitur narratio.* Qui superfuere cædi, *Sicambros*,
„ *ait*, in Germaniam transisse, ibiq; Francos (hoc est liberos) appel-
„ latos. *Possim docere multis testibus, Orosio, Hieronymo, Eutropio, Paulo Diacono, Francos diu ante tempora Valentiniani in Germania habitasse.*

E scriptoribus autem Gallicanis, adversus plerosq; suæ gentis historicos, audiamus unum Steph. Pasquierium, sic loquentem : *Que nos premiers François soient descendus des Troyens, quel autheur ancien de nom avons nous, qui nous y puisse servir, ou de guide, ou de garand? D'avantage qui ne sçait que, longtemps paravant le declin des Empereurs de Rome, les Sicambriens habitoient desja sur le Rhin, ainsi que recite Strabon, pour laquelle cause il soustient, qu'ils furent les premiers boutefeux & suscitateurs des guerres de la contrée de Germanie contre l'Empire Romain? Et de dire qu'ils fussent surnommez François par Valentinian, cela est si fort esloigné du vray, que tant s'en faut que l'on doive faire estat de ceux qui meirent ceste opinion en avant, qu'au contraire il semble qu'ils n'ayent jamais gousté en aucune maniere l'ancienneté.*

CAP.

CAP. XI.

Errores eorum, qui à Cimmeriis, Pannonibus, sive Hungaris descendiße voluerunt Francos, detecti.

Wolfangus Lazius, qui & ipse Hunibaldi genealogias & fabulas admittit, à Cimeriis, quos cum Cimbris & Sicambris eosdem facit, oriundos esse vult Francos: cujus etjam vocabuli miras affert etymologias; de migrationibus gentium, ubi sic ipse librum Fol.57. 3. exorditur: *Cimerios, quorum propagines per Europam latè quondam diffusas, aliosque Cimbros, Sicambros alios, Francosque appellatos, in confesso est, in Pannonias transgressos; videlicet, cum sedibus ad Bosphorum Cimerium à Gothis fuissent exuti, non solùm ex lib. IV. Herodoti elicitur: sed perscripsit hanc, ad plenum quod ajunt, historiam Berosus Chaldæus: qui Duce Meradaco id contigisse, anno à creato mundo MMM. D. XX. advertit. Nam de Heleno, Cimeriorum Rege, quem Trojanis in auxilium venisse Homerus canit, hic nihil attinet dicere. Sed nec de ea emigratione hoc loco repetemus, quam iidem populi, per septentrionalia magis loca, claßibus in Oceano Germanico vecti, & ad Chersonesum isthic delati, subivêre: ubi multis postea sæculis, Cimbrica geographis Chersonesus fuit celebrata: atque unde, tanquam ex equo Trojano, Saxones in Germaniam, ad Britanniam Anglos, in Helvetios Suitas, & in Armoricam Nordmannos, plenis proceßisse agminibus constat. Illud autem silentio involvendum non erit, antiquitatem gentis, esse qui petant, à Fracis illis, quæ post diluvium filiis Noæ in tellure apparuerunt, hoc est, divisiones illæ terrarum intercurrente mediterraneo mari. Quarum quæ ad dextram in Europa distincta fuit, Fracos illos Hebrais dedit, ut altera ad sinistram Africos, a litterâ accedente, discriminis causâ. Antequam igitur adhuc à Fracis illi Franci cognominati fuissent, Cimerii incolæ hi omnes prope nominabantur, de quibus sermo noster universus futurus est: qui itinere terrestri, non claßibus, per Thracias & Mæsiam, in Pannoniam commigravêre. Et cum eandem provinciam reliquissent, multis postea seculis reversi, sed immutato nomine, Cimbri iterum repetivêre. Qua iterum pulsi, diris Apollinis tentati, in Noricum ad Pyrenæum montem, penetravêre: positisq; in Alpibus Celticis sedibus, cum latrociniis insuescerent, Romana in se arma concitavêre. Sed victores Aurelium Scaurum, Manlium Cæpionem, & Carbonem Papirium, contra se cum Legionibus mißos fuderunt. Quo ex tempore aucti, & animo, & numero, Ambronibus*

nibus & Teutonibus in commilitium ascitis, aperto Italiam Marte invadere ausi sunt : sed victi ad Athesim à Mario & Luctatio Catulo, majore parte exercitus deletâ, qui cladi superfuêre, per Noricum, hinc inde, Pannoniasq; dispersi, deperdito jam unà cum viribus nomine, Briones quidem in Alpibus, in Pannoniæ verò campestribus βρέγκοι nominati sunt. Quibus Sicambri congentiles, à Rheno & Galliis propulsi, procul à C. Iulio Cæsare, accessêre : posteaquam in Romanorum venisset Illyricum potestatem, sub Cæsarum usq; tributo vixêre : conditaq; Sicambrâ civitate ad Istrum, sub signis Romanis meruêre: primùm quidem in cohortem admissi, (qua Cor. Tacitus Tiberium in Thracia fuisse usum, libro IV. scribit) postremò integram ex his legionem conflatam, inclinante jam pœne Imperio Romani Augusti, aluêre; de qua & inscriptio Budæ reperta. Inscriptionem deinde aliquanto post in eodem Fol. 69. libro profert, post hæc verba : *Cæterùm Sicambri, qui à Valentiniano demum admissi fuerant, ripas inferioris Pannoniæ incolebant, ubi Sicambriam quoq; civitatem condidêre, quam Athilam destruxisse, Hungarorum annales referunt: cujus rudera etjamnum Hungari, prope Budam, Schambri appellant, maximæ civitatis vestigia: ubi & inscriptio ista reperta est, quæ nostram conjecturam non ineptè confirmare videtur, ratione militiæ videlicet, tertias has sedes Francorum in Pannoniis fuisse constitutas labente Imperio.*

LEGIO SICAMBRORVM
HIC PRAESIDIO COLLOCATA
CIVITATEM AEDIFICAVIT
QVAM EX SVO NOMINE
SICAMBRIAM
VOCAVERVNT.

Idem tamen, quia legit Ammianum Marcellinum, Claudianum, Sidonium Apollinarem, & Panegyristas, quos authores ante non semel citavi, partem Francorum ad Scaldim & Rhenum collo- Fol. 58. cat, paullo post locum hîc primò citatum, ubi ait : *Omnibus modis limitem Rheni Galliarumq; incessêre, tantisq; copiis effusi, Romanum in orbem Cæsares postremo adegêre, ut in Nerviis, Belgis, Menapiis, & Condrusiis, proximi sedes haberent. Qui postea Franci, Toxandri, Advatici, sive Advarii nuncupati sunt.* Ac deinde, post aliqua, adnotat hos ab aliis Francis, qui in Pannonia & Germania supe- Fol. 75. riore permanserunt, linguâ diversos fuisse; ita enim scribit: *Duo se nobis offerunt dubia. Quî factum siet, ut non solùm hi Franci, qui in Aquitaniam Lugdunensemq; commigrârunt, pulsis Romanis & Gothis, verùm etjam qui in Belgis manserant, aliud longè idioma à nativo gentilicioq; asciverint : adeo ut Francus, qui in superiore Germania, proximo Tungris agro, primus scilicet sedibus mansit, quem Salium authores historiarum appellant, intelligere congentilem in Belgicis, qui Advarius Marcellino lib. XX. dicitur, multò minùs qui in Aquitania Lugdunensique, agros accepit, nequeat : neq; ii præterea qui in Belgicis, apud Menapios, Tungros, Condrusios, Eburones, Nervios, Batavosque coaluerant,*

qua Franci hodie, sive potiùs Francigeni, in Gallia (quantum ejus regno Franciæ additum est) proferunt verba, capere possunt.

Goropius Becanus originem Francorum accersit à veteribus Scythis (qui Herodoto liberi dicti sunt) à sagittandi studio ita vocatis, quod Flandricè Schieten dicitur. Sic enim ille: *Est itaq; confitendum, vel ab Oceano ad Mæotidem usq; Germaniam fuisse porrectam, vel ad hanc saltem Germanos etjam quosdam antiquitus habitasse; & eos quidem extremo paludis fini proximos, ad quem promontorium eorum Scytharum Herodotus collocavit qui liberi vocabantur.* Et mox: *Cum Procopius cæteriq; dicunt Francos olim Germanos dictos fuisse, non est sic veritas defendenda, ut generatim omnes Germani Franci vocati fuisse dicantur; sed illi dumtaxat qui prius Mæotici Germani fuissent, liberi Scythæ alio nomine vocati. Non igitur falsa scripserunt illi, qui Francorum originem à Mæotide palude petunt, sed in eo errârunt, quod illic Sycambriam, nescio quam, à Trojanis conditam somniârint; cùm clarè constet, ex Herodoto, liberos Scythas, sive Francos antè ad Mæotidem habitasse, quàm Troja obsideretur, nedum direpta à Græcis esset.* Et post multa: *Posteaquam nunc ad summum Vranci nominis fastigium perventum est, gradum revocabo, paullatim ad propinquiora temporibus nostris descensurus. Herodotum dixi Francos sive liberos Scythas ad Mæotim scriptis suis prodidisse, & eos quidem Amazonibus maritos: de quibus quid sentiam, quando alibi latè ostendi, hîc minimè repetendum duco; hoc interim monens, magnam partem eorum, quæ de Amazonibus feruntur, ad Francos pertinere.* Francic. l.1. f.6.

Verùm hunc authorem qui leget, inveniet eum ostentandi magis ingenii, eloquentiæque suæ prodendæ, quàm veritatis eruendæ, studiosum fuisse. Neq; enim, quæ narrat, per authores coætaneos probat, deinde quâ viâ, & quando Franci, è Scythia & Mæotide, in Germaniam emigrârint, ipse fatetur se ignorare. Debet tamen & hoc fateri, Francos, quando primùm Romanis innotuerunt, in Flandriæ, Brabantiæ, atque Hollandiæ partibus consedisse; ita enim is ipse: *Procopium testem denuntiabo, ex eodem libro, in quo Francorum originem inquirens, Rhenum dicit in paludes quasdam effundi, easque plurimas, & in iis Germanos primùm habitasse, qui tum Franci vocarentur. E quo liquet paludibus se, ad Frisiæ & Hollandiæ littora, continuisse, cum primùm Romanis innotescerent.* Idem iterum: *Idem panegyricus ostendit, dum & terras à Scaldi irrigatas, & insulam Rheni brachiis comprehensam, à Francis occupatas fuisse, dicit.* Et mox: *Panegyrista satis ostendit Bataviam principio, ac deinde Brabantiæ & Flandriæ proximas partes à Francis fuisse tentatas atq; subjectas: è quibus, quamvis à Maximiano pulsi dicantur, non sic tamen pulsi sunt, ut non rursus eadem arva, tempore Constantii, occupârint, & rursus fuerint ejiciendi.* Francic. l.1.f.25. Ibid. l.2. f.38. Ibid. f.37.

Alii quidem, apud Gregorium Turonensem, Francos è Pannonia accersunt; sic enim legitur ibidem: *Tradunt multi eosdem* (Francos) *de Pannonia fuisse digressos, & primùm quidem litora Rheni amnis* L.2.c.9.

ni amnis incoluisse; dehinc, transgresso Rheno, Thoringiam transmeasse, ibique juxta pagos vel civitates Reges Crinitos super se creavisse. Ex hoc Gregorii loco plerique recentiores, qui gallicè scripserunt, Francos è Pannonia oriundos contendunt: In primis eorum est Du Haillan; qui, ad verbum fere, recitat quæ supra ex Lazio retulimus, de legione Sicambrorum in Pannonia, aliisq;. Cujus, in prooemio sui operis, hæc sunt verba: *Il apparoist que les Sicambriens habitoient aux Pannonies, & que de la ils vindrent en Germanie sur le bord du Rhin* &c. Reliqua, quòd prolixiora sint, & cum iis eadem poenè quæ cæteri authores tradiderunt, hîc repetere mihi quidam operæpretium non videtur: præsertim cùm vel ex eo posteriores Gallici scriptores ipsum Du Haillan erroris redarguant: ut Charron, in sua universali Gallorum aut Francorum historia, ubi sic scribit: *Du Haillan, & quelques autres, qui leur ont attribué si longue habitation aux paluds Meotides, se sont lourdement abusez, estimans que le Roy Marcomir, du quel a esté parlé au 48. chapitre, souz lequel les François vindrent des paluds Meotides, habiter les rivages du Rhin, fust Marcomir, pere de Pharamont, lequel n'a vescu plus de huict cens ans apres.*

Cap. 86, in princ.

CAP. XII.

Alius aliorum error, qui crediderunt Francos è Franconia, superioris Germaniæ regione, oriundos.

Cap. 9.

HOrum coryphæus est Bodinus; qui, in sua historiarum methodo, scribit in hanc sententiam: *Cum quæritur de origine Francorum, qui postremi Galliarum Imperium invaserunt, non ego illos à Trojanis, ut Gregorius Turonensis, & Abbas Urspergensis: aut à Phrygiis, ut noster Bellaïus: aut à Cimbris vel Frisiis, ut Lazius: sed ab incolis Franconiæ Orientalis, ultra Rhenum, Galliis finitimæ, ubi sunt ea quæ Cæsar dicit, fertilissima Germaniæ loca, Gallorum coloniis occupata, circa Hercyniam sylvam, quæ nunc ab incolis* Swartz-wald/ *id est sylva nigra, circa Danubii fontes, Necarum & Menum.* Et mox: *Ab illis ergo regionibus ultra Rhenum, Galliæ finitimis, id est, à Franconia, Franci (ut Ammianus, Agathias, Vopiscus, Procopius tradunt) Aureliano Principe, in Galliam effusi, tantùm armis ac viribus profecerunt, ut Romanos sæpe debellarent, Hunos, auxilio Romanorum, depellerent, deinde Gothos fugarent, ac tandem Romanos ipsos de Galliæ possessione deturbarent: quibus exactis, Burgundiones primùm,*

deinde

deinde Alemanos, post cladem Tolbiacam, servire coëgerunt. Crantzius deinde, in sua Wandalia, Franconiam quoque Gallorum patriam fuisse contendit, ubi sic : *Erant autem tum in Galliis Franci Germani. Eos autem primus Romanorum ducum domuit, in patria, olim Francia (nunc Gallis verum nomen surripientibus) Franconia, Constantius, Magni Constantini filius.* A quibus ortos vult, qui sunt in Gallia, Francos, eodem libro : *Burgundiones,* inquit, *acceptis sedibus, sacram Christi religionem pro magna sunt parte amplexati : unde etjam ad Francos postea (Germanicam gentem, in eisdem Galliis regnum nobile, proximis annis fundantem) pervenit.* Lazius quoque Wolfgangus tenet eos in Franconia primum habitasse, indeq; porro in Galliam postea descendisse; qui de Cimmeriis ita : *Et hæc de prima Francorum in Romanis historiis mentione. Nunc Germanos eos extitisse, & lingua Teutonica, manifestum faciemus. Qua de re extant apud Agathiam, Græcum authorem, hæc verba :* Est autem „ Francorum hæc natio, Italiæ proxima, & terminis juncta. *Veteres autem hos esse Germanos dixere.* Idem paullò ante : *Transeo nunc ad Francos, quos sive posteritatem, sive tribum congentilem Francis existimare quis velit, satis constat duas amplissimas ab his provincias, & insessas fuisse, & denominatas : Franciam videlicet Orientalem, sive Franconiam, in agris Saxonum, & regnum Franciæ in Galliis.* Paulus item Æmilius; de rebus gestis Francorum : *Divus quoq; Hieronymus, tanto post intervallo, author est, inter Saxones & Alemannos Franciam incoli, non tam latam, quam validam : ut manifesta fides sit eandem & Franconiam fuisse, ac indidem ortos, qui Francorum postea, in Gallia consedere.* Nauclerus etjam in Chronographiâ hoc modo : *Franci, gens Germana, ex ea provincia quæ nunc etjam Franconia nuncupatur, oriundi venerunt in Gallias. Eos autem primus Romanorum ducum domuit, in patria Franconia, Constantius, Flavii Constantinii filius; eaq; accepta clades tunc effecit, ut semper postea, usq; ad Honorii & Arcadii tempora fuerint in patria quietissimi. Eorundem verò Imperatorum anno VII. mutandi melioris soli gratiâ, patriis sedibus relictis, Rhenum transierunt, & apud Treviros, Mediomatrices, id est Metenses, ac Leucos, qui & Tullenses, Veromanduosq; consederunt : quos, Suevis, ob vetustas simultates, instigantibus, Vandali, Burgundionesque, & Alani, Rhenum, per vim, & arma transire, & in Franconiam se recipere, compulerunt. Deinde Franci Ætium videntes bello implicari, & Imperatorem, amissis in Aphrica copiis, enervatum viribus; Clodio & Merovæo ducibus, ex Franconia sunt profecti : & Rheno transmisso, nullis jam, qui resisterent, reliquis, in Senonum provincia, sedem apud Aurelianenses, & Parisios, ceperunt.* Chronicon Carrionis apud Pontanum in originibus Francicis : *Interjecti, inter Suevos, & Noricos, & sylvam Thuringicam, sunt Franci, nunc quoque : sicut & Strabo inquit, Francos esse inter Noricos & Vindelicos.* Et statim : *An autem descenderint à ripa Mœni queri potest : Strabonis & Hieronymi dicta magis significant descendisse ad Rhenum, quam primum in littore*

L.2.c.6. Ibid.c.7. L.3.f.70. L.1.f.9. Volum.2. gener.27. L.2.c.7.

Lib.4. *littore Frisiaco natos esse.* Strabonis locum intelligit, qui sonat in hæc verba: Οἱ δὲ Οὐϊνδελικοὶ καὶ Νωρικοὶ τὴν ἐκτὸς παρωρείαν κατέχουσι, τὰ πλέον μετὰ Βρευνύων καὶ Γεναύων, ἤδη τούτων Ἰλλυριῶν· ἅπαντες δ' οὗτοι, καὶ τῆς Ἰταλίας τὰ γειτονεύοντα μέρη κατέτρεχον ἀεὶ, καὶ τῶν Ἐλουητίων καὶ Σηκουάνων, καὶ Βοΐων, καὶ Γερμανῶν. Id est, interprete Casaubono: *Vindelici autem & Norici, montana exteriora tenent, magna ex parte, cum Breunis, & Genaunis, qui jam ad Illyrios pertinent. Hi omnes cùm Italia vicinas partes adsiduis incursionibus vexaverunt, tum Helvetiorum, Sequanorum, Baiorum, Germanorum.* In quem ita locum dictus interpres: *Aldina editio,* μετὰ Βρέγκων καὶ Γεγαύων. *Sed rectè observarunt docti viri, ita esse corrigendum, ut pleriq; Horatii codices veteres habent isto loco:*

Lib.4. ode 14.

—————— milite nam tuo
Drusus Genaunos, implacidum genus,
Breunosque veloceis, & arceis
Alpibus impositas tremendis
Defecit.

Legendum etjam, ut recte vidit Xylander, in trophæo Alpium: ISARCI, BREVNI, GENAVNES. Et Rosiniacus de origine regnorum apud Pontanum: *Porro de Francorum antiquitate, id ex Strabone, qui tempore Augusti scripsit, & militiam unà cum Romanis secutus est, colligitur, Francos, Vindelicis, hoc est Bavaris conjunctos esse.*

Orig. Frāc. l.2.c.7.

Austriad. l.8. Ligurinus quoque Poëta canit in hos modulos:

Indigenas, Cattosque, immansuetosque Cheruscos
Iam cerne, atq; vagos marata per avia Francos,
Qua placidus cursu Mœnus fluit amnis aquarum,
Ingentes lucos, quercusque habitare silentes.
Huic olim Carolus gestarum examine rerum
Maximus effulsit, tantoque extollitur ortu.
Nunc etjam natale solum, transque algida Rheni
Flumina, cum patrios cuperet protendere fines
Arma tulit, Rhodanoque injecit fræna superbo,
Detinuitque diu populos, atque oppida regni,
Vnde & Francorum dicti cognomine Galli.

Lib.1. Pirckeymerus apud Bertium in Commentariis rerum Germanicarum: *Iuxta Rhenum habitant Sicambri, à quibus Franci ortum sumpsere, quod quidem multis argumentis ostendi potest. Nugenter Gallici scriptores, quidquid velint, de Trojanæ gentis origine, & civitate illa magna, Sicambria appellata, meris mendaciis constructa; omnia enim illa fabulosa sunt. Horum pars sub Octaviano Casare in citeriorem Rheni translata est ripam: qui verò remanserunt, posteriori tempore Franci sunt dicti, & eam occuparunt terram, quæ hodie adpellatur Franconia, seu Francia Orientalis: unde & per Francofordiam, hoc est Francorum trajectum, Galliam invaserunt, quam & hodie tenent.* Subdit ipse Bertius: *In Gallia nemo nunc sanus est, qui non originem suam Germanorum fortißimæ genti debere malit, quàm Trojanis: aut qui negare poßit, primos ipsorum Reges, Merovæum & Clodovæum, è*

Germania

Germania, transmisso Rheno, in Galliam penetrasse. Sic sunt humana. Galli primi in Germaniam venerunt: postea Germani Duce Ariovisto in Galliam; à quo tempore deinceps illas terras sæpius petivêre.

Secuti sunt hos, qui Gallicè res Francorum scripsêre authores; ac inter primos, Du Haillan, qui postquam fabulam de Francis ad Mæotidem paludem, & Valentiniano Imperatore, narravit, sic de illo Imperatore pergit: *L'Empereur offencé de ce refuz, mena une grosse armée contre eux, & les ayant combatuz & desfaicts, les chassa de leur habitation, si qu'ils furent contrains de s'assembler soubz la conduite d'un grand Capitaine d'entr'eux nommé Marcomir, ou Marc Meier, qui en vieil langage Franc, signifie Gouverneur du pays, & de chercher nouvelle demeure; & se retirer en une province de la Germanie, à present dite Allemaigne, qu'ils occuperent & habiterent, & de leur nom, appellerent Franconie, la province par eux occupée.* Lib. 1. in princ.

Contra quem sic Charron in sua Francorum Historia universali: *Et encore plus s'est trompé Du Haillan, quand il a adjousté au mesme lieu, que les François, laissans le pays de Franconie, leur ancienne demeure, passerent le Rhin, puis vindrent s'habituer en Gaule. Car si les François n'estoient aller habiter le pays de Franconie en Alemagne, que souz la conduite de Marcomir, pere de Pharamont (ainsi qu'il dit) & revindrent aussi tost apres en Gaule, souz la conduite de Clodion, fils du mesme Pharamont (comme il declare encores apres) comment seroit il possible, que le pays de Franconie fust leur ancienne demeure, puis que ils n'y avoient encores sejourné, que depuis le regne dudit Marcomir, jusques à celuy de Clodion fils de son fils, qui n'estoit pas plus de quarante ou cinquante ans pour le plus? Et ainsi tous ceux qui pensent rendre les François Alemans, s'entrecoupent tousiours de leur propre couteau, & font eux mesmes paroistre leur ignorance.* Fol 86.

Idem refutans Iacobum Spieghelium, qui, ad exemplum Æmylii, è verbis D. Hieronymi, voluerat Franconiam primas Francorum sedes fuisse, ita scribit: *De dire encore que S. Hierosme tesmoingne, que les pays des François est situé entre les Sueves & Saxons, comme Iacques Spieghel le remarque avec grande admiration, & en fait un boucler, qu'il estime inexpugnable, disant:* Accedit alius testis Divus Hieronymus, qui in Hilarionis vita testatur, sub Constantino Imperatore *(Qu'on estime estre Constantin, qui regna au mesme temps que les Empereurs Arcade & Honoré, duquel à esté fait mention au 89. chapitre)* venisse nobilem juvenem ex genere Francorum: Ea, *inquit*, gens media inter Suevos & Saxones habitat. Quid potest expressius dici? Neq; enim accipi potest de Francia, Galliarum eâ parte, in qua sunt Parisii &c. *Cela n'y fait encores rien au contraire, ains sert tousiours plutost à confirmer d'avantaige, que la premiere demeure des François estoit en Gaule. Et de fait, pour bien entendre toutes sortes d'autheurs, il fault premierement veoir leur propre texte, qui est tel en S. Hierosme, qu'il s'ensuit:* Cap. 92. f. 600.

„Namque Candidatus Constantii Imperatoris, rutilus comâ, &

„ candore corporis indicans provinciam (inter Saxones quippe „ & Alemanos, gens ejus, non tam lata, quàm valida, apud Histo- „ ricos Germania, nunc verò Francia vocatur) antiquò, hoc est, „ ab infantia, possessus à dæmone. *Puis considerer le temps auquel ils ont escrit* &c. Et mox : *Quand S. Hierosme dit, que ce pays là estoit auparavant nommé Germanie, mais qu'alors (à sçavoir en son temps, & dudit Constantin mesme) on l'appelloit France, il donne (tout au contraire de l'intention de Iacques Spieghel) suffisant tesmoingnage, qu'il n'a esté appellé France, qu'en consideration, que lesdits François, issus de Gaule, l'estoient aller habiter. Comme de fait il ne se trouvera point, qu'auparavant que lesdits Francs Gaulois y allassent, jamais ce pays là eust esté appellé France ny Franconie, comme on l'a depuis appellé.* Becanus Franconiam à Clodovæo conditam asserit; ita

L. 3. Francic. c. 66. enim ait : *A Clodovæo demum Franconiam conditam dico, & à posteris ipsius auctam, idq; tanto faciliùs, quod Burgundiones inde digressi melioribus inhiantes, vacuam regionem Alemanis Suevisq; reliquissent.* Imo à posterioribus demum Francorum Regibus, ut in Historia suo deinde loco apparebit. Alii primum Pipini & Caroli Magni temporibus ita dictam volunt, quem & Francofurtum, & Herbipolis, urbes, conditorem habuerunt. Ligurinus apud

Lib. 3. Bertium ubi de electione Friderici I. Barbarossæ, ita canit :

Conveniunt proceres, totius viscera regni,
Sede satis notâ, rapido quæ proxima Mogo
Clara situ, populoque frequens, murisque decora,
Sed rude nomen habet : nam Teutonus incola dixit
Francofurt : nobis liceat sermone latino
Francorum dixisse vadum : quia Carolus illic
Saxonas indomita nimium feritate rebelles,
Oppugnans, rapidi latißima flumina Mogi
Ignoto fregisse vado, mediumq; per amnem
Transmisiße suas neglecto ponte cohortes
Creditur : Inde locis mansurum nomen inhæsit.

Addit ipse Bertius : *Vocatur enim urbs major Francofurtum, minor Saxenhusum, quasi dicas Saxonum domum. Utraq; verò uno eodemque jure & Magistratu regitur.* Fuit & Carolus Magnus, vel pater ejus Pipinus qui Franconiæ Ducatus titulo condecoravit Episcopum Herbipolensem, seu Wircembergensem, quem ii primi

Lib. 3. instituerunt; Munstero de Germania id ita attestante : *Quum verò Carolus Magnus dono dederit Episcopo Vuirceburgensi Ducatum Franciæ orientalis, intelligere debes, per Ducatum, Ducalem civitatem Wirceburgensem, & cætera oppida, vicos, territorium, ditiones, homines, & omnia bona, quæ Hetanus ultimus Dux poßederat, non autem universam orientalem Franciam.* Et mox : *Quare tanquam & lege hactenus observatum est, ut Episcopis Wircembergensibus electis jam, & mox ad publicationem populo faciendam prodeuntibus, ac deinceps etiam semper festis diebus, & solennibus conventibus, in signum Ducatus per electionem*

lectionem, acquisiti gladius præferatur, quo, ut territorii Dominus, sontes puniat, insontes tueatur. Unde ab antiquo apud Ecclesiam Wirceburgensem, in hodiernum usq; diem, cautum est, ut, non alius, nisi solus Episcopus, tanquam Dux, in suo territorio, bannum, id est judicium, & vindictam sanguinis committat, & proscribat. Unde illud tritum:

Herbipolis sola, judicat ense, stola.

Bertius in Germania: *Herbipolis præclara Ostrofranciæ civitas, ad Mœnum amnem sita. Germanice* Wurtzburg *ab herba dicitur, quod etjam notavit Ligurinus lib. 5. cum ait:* Lib. 3.

——— urbemque petunt, cui nomen ab herba,
Esse putant, linguæ vulgaris origine tractum.

Item statim Bertius: *Instituit illic Episcopatum Bonifacius Archiepiscopus Moguntiacensis, ope Pipini, & Caroli Magni: qui Ecclesiæ junxerunt Ducatum Franciæ. Eo fit ut utrumq; sit Præsul Herbipolensis, Episcopus inquam, & Dux civilis. Itaque & in sigillo suo habet,* Herbipolensis stola ense judicat sola, *& quotiescumq; Præsul infulatus sacra facit, strictum ensem ad aram prope se collocatum habet, quo significatur jus vitæ, & necis.*

Vignerius de origine veterum Francorum apud Du Chesne in Historia Franciæ: *Cùm verò constet Francofordium, ceterasq; urbes, quæ hodie ad Franconiam pertinent, ab his Francis, quos Carolus Magnus eò transtulit, conditas, munitas, atque habitatas fuisse, haud abs re fuerit dicere, Franconiæ appellationem inde deductam esse.* Tom. 1. f. 59. Genebrardus in Chronico ad annum v. c. D.CC.IX: *Franconia in Germania nomen accepisse videtur, quod à Francis scilicet olim armis occupata fuerit, ut nunc tota Gallia. Unde & veteres Franciæ sive Galliæ Reges, iidem erant & Germaniæ, usque ad Carolum Crassum, anno 888. quo defuncto, non solùm Francorum regnum, sed & imperium scissum est.* Lib. 1. Forcatulus de Gallorum imperio: *Austrasios utiq; Francos dicit idem Annonius, idemq; Orientales passim non sine omine prædicat, quia jucundissimè per Germaniam victores spatiarentur, eamque urbibus, velut coronis exornarent, circumsparsis castellis, ut utraq; Francfordia declarat: tum illa quam lavat Mœnus fluvius in Rhenum influens, Imperatoribus Alemanicis eligendis dedicata, tum altera Odereo flumine ab Oriente rigata, agro frugum & vitium feraci imposita, & amnibus ac rivis frequentibus, impedito. Eam Franci obiter extruxere angusto circuitu, stativa & belli perfugia habituri. Posteritas postmodum incrementum dedit. Ipsi enim stimulo victoriæ pertinacis acti, interiora Germaniæ loca petierunt, ac fere regionis umbilicum, quæ Franconia inde vocitatur.* L. 5. f. 651. Equidem fieri posse inficias ire nolim, ut ea, quæ Caroli Magni ætate Franconia dici cœpit, antea dicta fuerit Francia, ut regio ex adverso Coloniæ, aliæq; ad Germanicam Rheni ripam porrectæ. De quo plura cap. XIV. & sequentibus, ubi variorum scriptorum authoritate probatur, Franconiam dudum post nomen sumpsisse, quàm Franci Bataviam, & loca vicina occupassent.

Porro quia de Carolo Magno fuit mentio, risu dignum addo, quod Ioannes Turpinus, ei, ut scribit, coætaneus, & in bello Sarracenico comes, in historia de gestis ejusdem, somniavit de
Cap.31. nuncupatione Francorum; ubi sic fabulatur: *Nocte proxima Regi* (Carolo) *dormienti beatus Dionysius apparuit, eumque excitavit, dicens*: Illis, qui, tuâ admonitione, & exemplo tuæ probitatis animati, in bellis Sarracenorum mortui, & morituri sunt, delictorum suorum omnium veniam, & illis, qui nummos ad ædificandam Ecclesiam meam dant, & daturi sunt, gravioris sui vulneris medicamina à Deo impetravi. *His à Rege relatu, populi nummos saluberrimæ promissionis devotissimè offerebant, & qui libentius reddebat, Francus S. Dionysii ubiq; vocabatur, quomodo liber ab omni servitute Rege præcipiente erat. Hinc mos surrexit, ut terra illa, quæ antea vocabatur Gallia, tunc Francia vocaretur, id est ab omni servitute aliarum gentium libera. Quapropter Francus liber dicitur, quia super omnes gentes alias, dominatio & decus illi debetur.* In
Cap.5. hunc Hotomannus in Franco-galliâ: *Quæ Ioannes Turpinus, nescio quis, Monachus certe stolidus atq; imperitus, qui Caroli Magni, non vitam, sed fabulam conscripsit, de Francorum vocabulo nugatur, ut qui pecuniam ad Dionysianum templum ædificandum contulisset, Francus, id est liber, diceretur: quasi Regis illius Caroli tempore natum sit: ne memoratu quidem dignum est: non magis, quàm reliqua illius omnia, fabulis anilibus ac deliriis referta.*

CAP. XIII.

Error eorum, qui ex Scandia seu Scandinavia insula Germaniæ, Francos volunt prodiisse.

Vide Charron c.92. f.565.

FReculphus in Chronico suo, de origine Francorum, hæc refert: *Alii affirmant Francos de Scanza insula, quæ vagina gentium est, exordium habuisse, de qua Gothi, & cætera nationes Theotiscæ exierunt: quod & idioma linguæ eorum testatur: est enim in eadem insula regio, quæ, ut ferunt, adhuc Francia nuncupatur.*

L.24.c.72. Ita quoque Turnebus in adversariis: *De Francorum origine, & omnium propè populorum, non satis ad verum liquet, quid pronuntiandum sit: Ea res sic ultro citroque disputando ventilata, & jactata est, ut demum tamen secundum Germanos lis esse data videatur, qui Francos, Galliæ incolas, rebus bello togaq; gestis clarissimos, sibi vendicant: & nostri Principes cum Germanos sibi conciliare volunt, cognationem generis libenter ostentant & agnoscunt, & ejus memoriam renovant. Quod ad me attinet, gentis, nobilis præsertim & gloriosæ in Europa,*

Europa, & imperii, quamquam nomen potius, quam Majestatem retinentis, ambitiose cupideq́, propaginem & sobolem, nostros nominaverim: sed si verum quærendum est, non desunt argumenta, quibus nec nostros Francos, nec qui in Germania eodem nomine hodieq́ sunt, alienigenas probemus. Velim enim mihi dicant, cur Ptolomæus & Tacitus, qui tam diligenter populos & nationes Germaniæ descripserunt, Francorum non meminerunt? Anglos, Lombardos, Burgundiones nominant: Francos nunquam appellant. Mirum est, ubi tum delituerit ille populus qui eorum scriptorum diligentiam fefellerit? Ego crediderim advenas Francos Germaniam occupasse, ut & alias multas nationes: & quod diutius ibi consederint, inveterarintq́, Germanos esse dictos. Nam quod Germanico sermone usi sunt, non est satis idonea ratio, cur Germani credantur. Quod enim illis in sedibus diutius hæserint, tandem in Germanicam concessere linguam, antequam in Germaniam migrarent, vernaculam habebant, ut & Gotti. Ego verò existimo Francos esse Scandinaviæ populos, ut & Gottos, qui se Germaniæ & provinciis populi Romani superfudere. Huic sententiæ accedunt historiæ, quæ narrant Francos initio infestum mare myoparonibus habuisse, Frisiorum & Batavorum littora occupasse; deinde in Germaniæ mediterranea & interiora penetrasse; postremò in Galliam transiisse. Deniq́, in ea insula à Ptolomæo falsâ tamen scripturâ, nominantur. Nam qui Phirassi malè in eo appellantur, alii profecto, quam Franci non sunt: sed litera ι. abundat & duplex Γ grandiusculum, in duplex C majusculum, propter similitudinem, deflexum est. Quod autem Franci nostri se stirpe Trojanorum satos prædicant, id æmulatione Romanorum faciunt, quos cum eo stemmate, & eâ nobilitate insolescere viderent, idem decus sibi voluerunt arrogare.

Locus Ptolomæi in Germaniæ situ ita habet: Νῆσοι δὲ ὑπέρκεινται τῆς γερμανίας, κατὰ μὲν τὰς τοῦ ἄλβιος ἐκβολὰς, αἱ καλούμεναι σαξόνων, τρεῖς. ὧν τὸ μεταξὺ ἐπέχει μοί λα. νζ. γό. Ὑπὲρ δὲ τὴν Κιμβρικὴν Χερσόννησον, ἄλλαι τρεῖς νῆσοι ἀλοκίαι καλούμεναι· ὧν τὸ μεταξὺ ἐπέχει μοίρας λζ. νθ. γ. Ἀπ' ἀνατολῶν δὲ τῆς Χερσοννήσου, τέσαρες αἱ καλούμεναι σκανδίαι, τρεῖς μὲν μικραί. ὧν ἡ μέση ἐπέχει μοίρας μγ. λ. νη. μία δὲ μεγίστη καὶ ἀνατολικωτάτη κατὰ τὰς ἐκβολὰς τοῦ οὐϊστούλα ποταμοῦ, ἧς τὸ μὲν δυτικώτατον ἐπέχει μοίρας μγ. νη. τὸ δ' ἀνατολικώτατον μς. νη. τὸ δ' ἀρκτικώτατον μδ. λ. νη. λ. τὸ δὲ μεσημβρινὸν με. νζ. γό. Καλεῖται δὲ ἰδίως καὶ αὐτὴ, σκάνδεια, καὶ κατέχουσιν αὐτῆς τὰ μὲν δυτικὰ, Χαιδεινοί. τὰ δ' ἀνατολικὰ, φαυῶναι καὶ φιραῖσοι. τὰ δὲ μεσημβρινὰ, γοῦται, καὶ δαυκίωνες. τὰ δὲ μέσα, λευῶνοι. Id est, interprete Munstero: *Insulæ Germaniæ adjacent, juxta Albis fluvii ostia, tres, Saxonum appellatæ; quarum medium gradus habet 31.57.40. Supra autem Cimbricam Chersonesem alia tres Alociæ dictæ; quarum medium gradus habet 37.59.20. Ab Orientali parte Chersonesi quatuor, Scandiæ nuncupatæ, tres quidem parvæ, ex quibus, ea quæ media est, partes habet 41.30.58. Una vero quæ maxima earum est, & maximè Orientalis, juxta Vistulæ fluvii ostia; cujus quidem occidentalissima, partes habet 48.58.0. Ejus maximè orientalis pars 46.58.0. Pars maximè septemtrionalis 44.30.58.30. Pars ejus Meridionalis 45.57.40. Vocatur autem & hæc proprie Scandia, & tenent* Fol.131.

 nent

nent ipsius occidentalia Chedini. Orientalia verò Phavonæ, & Phiræsi. Meridionalia Gutæ & Dauciones. Media autem tenent Levoni. In hunc locum ita Munsterus : *Codanonia, Pomponio; Scandinavia, Plinio, nobis Scandia; nec est insula, sed Chersonesus ingens. Iornandes Scanziam vocat, officinam gentium, & vaginam nationum, unde Gothorum sive Getarum gens, & eorum conjuges Amazones.* Locus Pomponii
L.3.c.6. Melæ ita habet : *Septem Hemodes, contra Germaniam projectæ, in illo sinu, quem Codanum diximus. Ex iis Codanonia, quam adhuc Teutoni*
L.4.c.13. *tenent, ut magnitudine alias, ita nunc fæcunditate antestat.* Plinius: *Inde Germaniæ Sevo mons; ibi immensus, nec Ripheis jugis minor : immanem ad Cimbrorum usq; promontorium efficit sinum, qui Codanus vocatur, refertus insulis : quarũ clarissima Scandinavia est, incompertæ magnitudinis.* Verum, præterquam quod obscurus sit Turnebus, aut malè impressus; nemo mihi persuaserit φιρᾶσοι scriptum pro φράγκοι.

Iornandes ex Scanzia insula Gothos asserit esse oriundos;
L.1.c.1. ita enim is de rebus Geticis : *Habet quoque hoc ipsum immensum pelagus, in parte arctoa, id est septentrionali, amplam insulam, nomine Scanziam, unde nobis sermo, si Dominus juverit, est assumendus : quia gens, cujus originem flagitas ab hujus insulæ gremio, velut examen apum erumpens, in terram Europæ advenit. Quomodo verò, aut qualiter, in subsequentibus (si Dominus donaverit) explanabimus.* Item cap. 3: *Ad Scanziæ insulæ situm, quam superius reliquimus, redeamus. De hac enim in secundo sui operis libro Claudius Ptolomæus orbis terræ descriptor egregius meminit dicens : Est in Oceani arcto salo posita insula magna, nomine Scanzia, in modum folii cedri, lateribus pandis, post longum ductum concludens se, ejus ripas influit Oceanus. Hæc à fronte posita est Vistulæ fluvii, qui Sarmaticis montibus ortus, in conspectu Scanziæ, septemtrionali Oceano trisulcus illabitur, Germaniam Scythiamque disterminans. Hæc ergo habet ab oriente vastissimum locum in orbis terræ gremio : unde Vagi fluvius, velut quodam ventre generatus, in Oceanum undosus evolvitur. Ab occidente namq; immenso pelago circumdatur : à septemtrione quoq; innavigabili eodem vastissimo concluditur Oceano, ex quo quasi quodam brachio exeunte, sinu distento, Ger-*
Cap.4. *manicum mare efficitur.* Item alibi : *Ex hac igitur Scanzia insula, quasi officina gentium, aut certè velut vagina nationum, cum Rege suo, nomine Berig, Gothi quondam memorantur egressi : qui ut primùm è navibus exeuntes, terras attigêre, ilico loco nomen dederunt. Nam hodie illic, ut fertur, Gothiscanzia vocatur.* Locus quem Iornandes supra è Ptolomæo affert, in eo, quem citat, libro secundo, mihi non reperitur; ejus verba supra citata sunt. Cluverius in Germ. antiqua, inter alia de hac incompertæ magnitudinis insula con-
L.4.c.38. cludit in hæc verba : *Scandinavia, quam peninsulam esse, sub nominibus Biarmiæ, Lappiæ, Finnomarchiæ, Botniæ, Suediæ, ac Norvagiæ, satis compertim nostra habet ætas.*

Beatus Rhenanus in præfatione ad Procopium à se latine typis Hervagianis Basileæ anno 1531 editum : *Iornandes,* inquit,

quit, *Alanus, ut mihi colligere videor, Gotthos ex Scandia, seu Scandinavia, Germanici maris insula, quam ipse Scanziam vocat, hodie Septemtrionalem Zelandiam fortasse dicimus, aut Suetiam, rectè deducit.* Item : *Ut conjicio, pro Scandia, Thule insula, cum innumeris aliis populis hic discribuntur.* Est verò Thules insulæ descriptio apud Procopium de bello Gothico : Ἔστι δὲ ἡ Θούλη, μεγίστη ἐς ἄγαν· Βρεττανίας γὰρ αὐτὴν πλέον ἢ δεκαπλασίαν ξυμβαίνει εἶναι. κεῖται δὲ αὐτῆς πολλῷ ἄποθεν πρὸς βορρᾶν ἄνεμον. ἐν ταύτῃ τῇ νήσῳ, γῆ μὲν ἔρημος ἐκ τοῦ ἐπιπλεῖστον τυγχάνει οὖσα. ἐν χώρᾳ δὲ τῇ οἰκουμένῃ τρία καὶ δέκα ἔθνη πολυανθρωπότατα ἵδρυται· βασιλεῖς τέ εἰσι κατὰ ἔθνος ἕκαστον. Ἐνταῦθα γίνεται ἀνὰ ἔτος θαυμάσιον, ὁ γὰρ ἥλιος, ἀμφὶ θερινὰς μὲν τροπὰς μάλιστα, ἐς ἡμέρας τεσσαράκοντα οὐδαμῆ δύει· ἀλλὰ διηνεκῶς ἐς πάντα τοῦτον τὸν χρόνον ὑπὲρ γῆς φαίνεται. μησὶ δὲ οὐχ ἧσσον, ἢ ἓξ ὕστερον, ἀμφὶ τὰς χειμερινὰς τροπὰς ἥλιος μὲν ἐς ἡμέρας τεσσαράκοντα τῆς νήσου ταύτης οὐδαμῆ φαίνεται· νὺξ δὲ αὐτῆς ἀπέραντος κατακέχυται. κατηφεία τε ἀπ' αὐτοῦ ἔχει ἀλλήλοις ἐπιμίγνυσθαι μεταξὺ οὐδαμιᾷ μηχανῇ ἔχουσιν. Lib. 2.

Quod ita vertit Beatus Rhenanus : *Constat autem Thulem hanc insulam longè plurimùm undequaq; potentissimam esse, quippe quam decies ferunt majorem esse quàm Britannia sit, à qua longius abest, ut in Boream sita. Hac ipsa in insula, deserta pleraq; sunt, & ingentibus vacua spatiis loca. Quæ verò frequentiora ædificiis sunt, & hominum cultu, nationes tredecim numero incolunt, affluentissimâ quadam mortalium multitudine, Regesq; singulis nationibus præsunt. Et apud has universas mirandum quid fieri contigit. Siquidem circa extremum æstatis tempus, dum in autumnum hæc se circumagit, ad quadragesimum plurimum diem, haudquaquam sol in occiduum vergit, sed per omne id tempus, supra terram existit, & visitur. Dein non minore quam mensium sex intervallo, circa hyemisq; postrema, eadem in insula, per dies sol quadraginta nuspiam comparet, sed perpetua hæc offunditur nocte : unde & per id temporis, negotiorum omnium remissio tenet, qui ea in regione sunt, homines, quandoquidem nullo pacto versari inter se hi mutuo possint.* Sic & Plinius : *Vltima omnium, quæ memorantur, Thule : in qua solstitio nullas esse noctes, indicamus, cancri signum sole transeunte; nullosque contrà per brumam dies, hæc quidam senis mensibus continuis fieri arbitrantur.* Et paullo post : *A Thule, unius diëi navigatione mare concretum, à nonnullis Cronium appellatur.* L.4.c.16.

Cluverius lib. 3. Germ. antiq. cap. 39. contendit veteres per Thules vocabulum intellexisse Islandiam; & cap. præcedenti per Scandinaviam, Suediam, Norvagiamque; ex quibus partibus Gothos oriundos credibile est, non verò Francos. Deceperunt forte Freculphum, Turnebum, aliosque authores, verba panegyrici Eumenii superiùs allata, quæ de Francis ita sonant : *Tibi se ex ultima barbaria indigenæ populi dedidêre.* Ratos ultimam hic barbariam intelligi, ultimam Germaniæ partem; ubi ante ostensum est barbarorum vocabulum æquè latè patere ac linguam, quæ, quousque Romana non fuit, barbara vocabatur : de quo latius hoc libro cap. VI. fol. 53. quò Lectorem remitto. C.6.f.46.

CAP. XIV.

Error eorum, qui primos Francos, origine Germanos faciunt, atq; ultra Rhenum, versus Oceanum, locant.

BEatus Rhenanus, qui diligenter legit panegyristas, Vopiscum, Sidonium, aliosque authores latinos, quorum plerique à nobis in medium producti sunt, quia inibi reperit, Francos in paludibus ad Oceanum sitos, piraticam exercuisse, credidit primos eorum originem traxisse, ab iis Germaniæ populis, qui juxta Chaucos & Saxones, Oceanum accolunt; indeque, secundùm Rheni ripam Germanicam ascendisse, Coloniam usque, unde in Galliam excursiones fecisse perhibentur. Ita enim author ille rerum Germanicarum : *Quando de Francis dicendum, committere non potui, quin de origine nobilissimæ gentis longè compertiora traderem, quàm à quoquam in hunc usq; diem prodita sciam. Nihil autem huc afferam, quod non testimoniis autorum fide dignis, sim comprobaturus. Neq; enim Hunnibaldos, & similes scriptores, si Diis placet, sequar, quorum sommiis nihil inanius. Primùm omnium, satis demirari nequeo veterum istorum licentiam, qui, quoties de origine rei cujuspiam parum constaret, statim ad fabulas confugerint, fortassis in hoc Romanos & alias nationes imitati. Hinc est quod Francos nobis ex Troja deducunt, &, de sæpe mutatis horum sedibus, atq; exstructa tandem Sicambria, meras ineptias comminiscuntur. Nec mirum si rudibus illis seculis olim ausi sunt talia confingere, haud dubio Monachi, nam, præter hos, tunc nemo nôrat literas. Hoc magis demiror, Gregorium illum Turonensem, non indoctum virum, Annonium, & ceteros, qui Francorum res describere sunt aggressi, easdem fabulas amplexos fuisse, quibus constare poterant omnia, nimirum viventibus apud Gallos eâ tempestate, qui à majoribus suis certissima accepissent. Sed hæc fuit illorum temporum infelicitas, ut obscurè res traderent. Sic cum Iornandem qui de Gothis scripsit, Paulum item Diaconum, & Luitprandum de Langobardis legimus, juret quis fabulas ab illis narrari; ita parum explicant, unde gentes suæ progressæ sint, & quas olim tenuerint sedes. Quo magis nunc nobis opera danda est, ut studiosos hic adjuvemus, & simul ad alia quærenda extimulemus. Igitur Franci, maritimus populus fuit, Oceani septemtrionalis littus colens, juxta Chaucos, ut arbitror, & Saxones. Potest autem fieri, ut, aut ex insula se effuderint in continentem, aut olim suâ fortunâ contenti, & proinde ignobiliores, tandem bellis inclaruerint.* Et mox : *Facilè est videre, quænam propria Francorum sedes fuerint, & quidem avita: siquidem non frustra addit*

L. 2. c. 27.

addit panegyristes : ex origine sui, sive ex originis suæ sedibus, *nempe tractus littoralis Oceani Germanici. Hinc quum in Galliam itinere pedestri incursare libuisset, præcipue Bataviam, per Chaucos, & Frisios infestabant, & extrema Galliæ.* Hujus igitur scriptoris sententiâ, & Chauci, & Frisii transrhenani, erant pars Francorum. Pergit deinde idem author aliquanto post : *Quod Franci piraticam exercuerunt, satis arguit illos littus Oceani Germanici coluisse.* Et post plura : *Franci, quum toties pedestribus incursionibus intrata Galliarum Regio, non tam prædæ dulcedine, quàm ubertate soli, si sedes in ea figere liceret, prorsus allubesceret, relicto Oceano Germanico, ad Rhenum, in Tencteros, juxta Chamavos, veteres illas Sicambrorum sedes, usque ad Mœnum amnem, & Salam, etjam Catthorum locis partim occupatis, demigrarunt : nimirum habitaturi propius, & commodius, ad vexandam Galliam, incursionibusque cottidianis obruendam. Id quod sub Constantio factum arbitror. Et jam hæc loca propter emigrationes gentium, & excidia bellorum cultoribus destitui cœperant. A quo tempore, relictâ aliquantulum piraticâ, terrestribus præcipuè bellis, adversum provinciales usi sunt. Hæc autem Francorum in hos tractus demigratio, quibusdam ineruditis impostoribus ansam dedit, ut de Sicambria, nescio qua, constructa, ampullosas nugas comminiscerentur. Nec me fugit, à veterum Sicambrorum sedibus, quibus saltem proximi fuere Franci, ipsos etjam id nomen meruisse ; quod illis, non ineleganter, reperio tributum à semidoctis illius ævi poëtastris, quorum versiculos historiographi recentes citant. Itaq; sicut Vbii sinistram Rheni ripam, ita Franci dextram tenuerunt. Hinc Ausonius exhortans Rhenum ut Mosellam amnem libenter recipiat (fluit autem in Rhenum, apud oppidum, quod Confluentes vocant, infra Bingium) sic canit :*

Accedent vires, quas Francia, quasque Chamavus,
Germanique tremant, tum verus habebere limes.

Item quibusdam interjectis : *Non omittendum hoc loco, Ausivarios illos quos Tacitus libro XIII. historiæ Augustæ pulsos à Chaucis, vacuos juxta Frisiorum regionem agros insedisse scribit, sed inde rursum ejectos ab Avito, inferioris Germaniæ legato, Francos fuisse. Vnde colligere licet, veteres Francorum sedes Chaucis extitisse vicinas, imo verius Chaucorum gentem fuisse. Nam Chaucis immensum terrarum insularumq; spacium attribuunt autores.* Item in fine capitis, ita concludit : *Puto jam satis constare ex tot autorum testimoniis, ubi primas sedes suas Franci habuerint, quamque regionem post invaserint, dextram Rheni ripam inhabitaturi. Constat præterea puros putos Germanos fuisse, quod alio loco magis confirmabitur, ubi de lingua Francorum disputabimus. Isti verò Barbari nobilissimum in Galliis regnum constituerunt, quæ perpetua Germanorum laus est.* Verum quidem esse fateor, tractum illum Germanicum Franciæ nomine appellatum; Ansibarios quoque & Chamavos, aliosq; populos transrhenanos Francos nominatos fuisse; veruntamen id fuit posteriorum Imperatorum temporibus, post videlicet, quàm Constantius & Constantinus

tinus factâ per Bataviam viâ, ad Oceanum, deinde etjam Iulianus, Francos, qui unus paulo ante, toto illo à Flandria, ad ultra Rhenum usque tractu, populus erant, separarunt; eosque qui trans Rhenum fugerant, ad Germanicam ejus ripam continuerunt: unde duplex Francia exorta, Gallica videlicet una, quæ prima in Flandria, altera Germanica, in ripa Rheni à Colonia ad Frisios transrhenanos & Saxones usque protensa; quod ipsum supra cap. 6. & 7. satis comprobavi. De his Francis Germanicis in-
Fol. 45. 61. 65. telligendus est locus D. Hieronymi ante relatus, quem explicat hoc modo Rhenanus dicto loco rerum Germanicarum: *Consta-*
Lib. 1. *re jam potest ex nostra demonstratione, ubi Franci, ubi Alemanni, & Saxones, sedes suas post demigrationem habuerint. Quare facilimum nunc erit hoc præsidio D. Hieronymum intelligere, quum in Hilarionis vita sic scribit:* Inter Saxones, *inquit*, & Alemannos, gens non tam „ lata, quàm valida, apud historicos Germania, nunc Francia vo- „ catur. *Nam ætate D. Hieronymi, gentes istæ suas mutarant sedes, ceu nos exposuimus, sed nondum Rhenum transierant, sui juris factâ Galliâ, de Francis loquor & Alemannis, toties Etio repellente. Sed tamen quod cœperant, Hieronymo jam sene, paullo post mortem ejus, abundè sunt consecutæ. Itaque erant Franci ad Rhenum & Mœnum, ad Albim à tergo Saxones, ultra Mœnum Alemanni, quare rectè Francos locavit inter Saxones & Alemannos. Animadvertendum etjam tres istos populos ferme cunctas Germanorum nationes in se comprehendisse. Nam Alemannis Suevi, Cherusci, Chatti: Francis Chauci, Chamavique, similesq; populi immixti erant.* Hic author quia Francis Germanicam originem attribuere affectat, negat eos D. Hieronymi ætate Rhenum transiisse, cum tamen ex panegyricis liquidò constet, sub Maximiano & Constantio, Francos ad Scaldim fuisse, & ex Ammiano Marcellino, fuisse eos in Batavia, tempore Iuliani, quod utrumque ipsemet Rhenanus confitetur. Unde necessario sequitur, eos, qui tum cis Rhenum fuerunt, Francos, ab iis Francis non provenisse, qui Chamavi, Ansibarii dicti, mediterranea ultra Rhenum possederunt, quos D. Hieronymus collocat inter Saxones & Alemannos; scripsit enim D. Hieronymus post tempora Iuliani, sub Valentiniano, Valente, Gratiano, Honorio, ac demum sub annum Christi CCCC. XXII. Theodosio Iuniore imperante, diem clausit extremum. Sed, inquit, Rhenanus: *Fuere Franci maritimus populus, Oceani septemtrionalis littus colens, juxta Chaucos, ut arbitror, & Saxones* &c. *potest autem fieri* &c. *relicto Oceano, ad Mœnum demigrarunt* &c. Rectè ait: *arbitror* &c. *potest fieri* &c. quia nullum habet authorem qui hoc scribat. Contra D. Hieronymus Francos collocat, non ad Oceanum, juxta Saxones, sed in mediterraneis, *inter Saxones*, populos maritimos, & *Alemannos* in superiore regione magnæ Germaniæ. Ante D. Hieronymum, quotquot scripsêre, ad litora magnæ Germaniæ, post Frisios transrhenanos, statuerunt Cauchos, deinde Saxones. Audiatur

diatur

diatur Ptolomæus, qui vixit ſub Marco Aurelio Antonino Imp. atque ita litoralem Germaniæ oram deſcribit: Τὴν δὲ παρωκεανῖτιν κατέχουσιν ὑπὲρ μὲν τοὺς Βουσακτέρας οἱ Φρίσιοι, μέχρι τοῦ Ἀμισίου ποταμοῦ; μετὰ δὲ τούτους Καῦχοι οἱ μικροὶ, μέχρι τοῦ Οὐισούργιος ποταμοῦ; εἶτα Καῦχοι οἱ μείζους, μέχρι τοῦ Ἄλβιος ποταμοῦ; ἐφεξῆς δὲ ἐπὶ τὸν αὐχένα Κιμβρικῆς Χερσονήσου Σάξονες αὐτὴν δὲ τὴν Χερσόνησον ὑπὲρ τοὺς μὲν Σάξονας κατέχουσιν Σιγούλονες. Id eſt: *Partem vero, quæ ſecus Oceanum eſt, habitant, ſupra Buſacteres* (qui mediterranei ſunt, atque aliis Bructeri) *Phriſii, uſque ad Amaſim fluvium; poſt hos Cauchi minores uſque ad fluvium Viſurgim; deinde Cauchi majores ad Albim uſque fluvium; hinc ſuper cervicem Cimbricæ peninſulæ Saxones; ipſam vero peninſulam ſupra Saxones tenent Sigulones.* Saxones hos, etjam inſulas quaſdam tenuiſſe, ex adverſo litoris Germanici, ſupra quoq; docuit Ptolomæus, qui quidem Cauchis ad Oceanum Germanicum finitimi, poſtmodum aut Cauchos devicêre, aut, fœdere cum iis inito, unum velut reipublicæ corpus conſtituerunt; adeo ut omnes litorales ab Albi flumine ad Amaſim uſque, Saxones ſint appellati; hinc Zozimus ſuprà, Chaucos Saxonum partem, appellavit, quo in loco monuimus ex Cluverio Καύχους legendum pro Κουάδους, quod tranſtulerunt Quados; nam Quados, fuiſſe circa Bohemiam tradit idem Ptolomæus: Ὑπὸ τὸν Ἑρκύνιον δρυμὸν Κουάδοι ὑφ' οὓς τὰ σιδηρωρυχεῖα, καὶ ἡ Λοῦνα ὕλη, ὑφ' ἣν μέγα ἔθνος, οἱ Βαῖμοι, μέχρι τοῦ Δανουβίου. i. *Sub Hircynio ſaltu Quadi, ſub quibus ferri ſecturæ, ac luna ſylva, ſub qua magna gens Bæmi ad Danubium uſq;.* Ipſe quoq; Zozimus Quados, Sarmatis conjungit in principio lib. 3. item Marcellinus, ut illic manifeſtus ſit error. Itaque Franci non fuere ad Oceanum Germanicum, ultra Rhenum, ad Albim, ſed initio tantum in Romano ſolo, id eſt Gallia, ubi quondam Menapii & Toxandri, & Grudii, aliiq; Nerviorum clientes, ad Oceanum Germanicum, à communi linguâ dictum; deinde fœdere cum Batavis & Friſiis percuſſo ad Amaſiam uſque, quo modo Franci ſuperius dicuntur, Saxonibus ad Oceanum confines, & finitimi; à Batavis, videlicet & Friſiis, Francorum etjam nomine aſſumpto.

Lib. 2. c. 1. — Cap. 8. f. 59. — Lib. 17. — Fol. 65.

Hotomannus quoque, homo Germanus, in lib. ſuo de Franco-gallia, primos Francos etjam in Germania ultra Rhenum ad Oceanum collocat, ſic enim is ſcriptum reliquit: *Illud ſummè admirandum videtur, quod cum Francorum nomen per tot annos magnam totius Europæ partem occupârit, eamq; Germaniæ gentem fuiſſe conſtet, tamen eorum mentio neq; apud Ptolomæum, neq; apud Strabonem, aut Plinium, ac apud Cornelium quidem Tacitum, ulla reperiatur: qui tamen Germanicarum omnium gentium ſitus, & nomina, mirâ diligentiâ perſecutus eſt.* Idem eodem capite ſub medium: *Nos ex ea regione Francos primùm ortos animadvertimus, quæ inter Albim & Rhenum interjecta, Oceano alluitur: ubi fere Chauci majores & minores collocantur: populus (ut ait Tacitus) inter Germanos nobiliſsimus: quiq; magnitudinem ſuam juſtitiâ tuetur, & Batavorum regioni finitimus,*

Cap. 4.

mus erat. Nam primùm omnium satis constat, Francos, in ora maritima sedes habuisse, locis admodum palustribus, reiq; nauticæ peritissimos, & in bellis maritimis exercitatissimos fuisse. Locus Taciti quem innuit hic est : *Chauci, populus inter Germanos nobilissimus, quiq; magnitudinem suam malit justitiâ tueri, sine cupiditate, sine impotentia; quieti, secretiq; nulla provocant bella, nullis raptibus aut latrociniis populantur, idq; præcipuum virtutis ac virium argumentum est, quod ut superiores agant, non per injurias assequuntur. Promta tamen omnibus arma, ac si res poscat, exercitus, plurimum virorum, equorumque, & quiescentibus eadem fama.* Cauchorum situm dedimus supra ex
Fol.67. Ptolomæo à Frisiis ad Visurgim & Albim. De iis ita Plinius oculatus testis : *Sunt vero in septemtrione visæ nobis gentes Caucho-*
L.16.c.1. *rum, qui majores, minoresque appellantur. Vasto ibi meatu perpetuis bis dierum noctiumq; singularum intervallis effusus in immensum agitur Oceanus, æternam operiens rerum naturæ controversiam; dubiumq; terræ sit, an pars maris; illic misera gens tumulos obtinet altos, ut tribunalia structa manibus, ad experimenta altissimi æstus; casis ita impositis* &c. Item: *Captumq; manibus lutum ventis magis quam sole siccantes, terrâ cibos & rigentia septemtrione viscera sua urunt* &c. Regio quam describit, ut plurimùm similis est veteris terræ Francæ in Flandria, de qua superius paucula ex panegyrista cap.6. f.50.51. planeque convenit de Oceani intervallis, & luto siccato, quod **torben** & **derinck** appellatur, de quo etjam loco citato. At Cauchi nullo modo esse possunt primi Franci, quandoquidem a Romanis omnino devicti sint; atque imprimis à Druso, qui fossâ suâ Drusianâ, atque Isalâ, deductis in Oceanum Germanicum navibus, Frisios transrhenanos, & Cauchos superavit, atque *per*
L.4.c.12. *Albim, per Visurgim,* ubi Chaucorum habitacula supra designavit Ptolomæus, *castella direxit,* ut ait Florus, *& præsidia atq; custodias*
Lib.2. *disposuit* &c. Paterculus quoq; de Tiberio : *Receptæ Cauchorum nationes.* Deindè sub Claudio omnino domiti sunt à Gabinio secundo, qui inde Chaucius appellatus. Suetonius in Claudio cap.24: *Gabinio secundo, Cauchis gente Germanicâ superatis, Cauchius cognomen usurpare, concessit.* Adeo ut postea in Cauchis, integræ fuerint le-
L.1.ann. giones sub Nerone aliisque Imp. unde Tacitus : *In Cauchis coepravere seditionem præsidium, agitantes vexillarii discordiam legionum, & præsenti duorum militum supplicio paulum regressi sunt.* Plinius quoque, qui Vespasiano librum suum inscripsit, in Cauchorum regione inter Romanos versatus est. Claudianus, qui sub Honorio ac Theodosio vixit, etjam suo tempore Cauchos Romanis paruisse tradit :

———————tum forte decorus
Cum Stilicone gener, pacem implorantibus ultro
Germanis responsa dabat, legesq; Caycis
Arduus, & flavis signabat jura Suevis.

Caycos, dicit poetico, & Græco more, diphthongo divisâ, κάυκ-
pro

pro Καῦχος, nam Chaucus, Cauchus, & Caucus reperitur. A populis itaque qui multo tempore Romanis paruerunt, nullo modo Franci accersendi, quos tradunt authores *in suis quietè* vixisse, neque ab *illis locis, quæ olim Romani invaserant*, advenisse. Fieri tamen potest, ut à tempore Gallieni, cum Frisiis, & Batavis, Bructeris, Chamavis, Ansibariis, subinde conati sint excutere jugum Romanorum, atque ipsi, utpote longiùs ad mare dissiti, minus à Romanis devicti sint, quàm Rheno propinquiores; verum Saxonum vicinorum potentiorum virtute superati, eos in suis sedibus admittere coacti sunt; adeo ut ex verbis D. Hieronymi constet, Chaucorum omnem terram Saxoniam appellatam. Ac primò quidem cum iis piraticam exercuerunt ad usq; Galliæ ac Britanniæ littora, *Francorum regionem prætergressi*, quorum partem Salios in Batavia superarunt, ut ex Zozimo ostensum: unde patet in Flandria, Zelandia, Hollandia, Francos dudum ante Cauchos extitisse. Deinde Chauci & Saxones, Britanniæ partem ubi Anglosaxones, & Germaniæ loca interiora, ubi modo Saxones adhuc appellantur, invasere; nemine veterum tradente, eos Galliam occupasse. Porro ut ad Hotomannum revertamur; Chaucos ille suos, quos absq; authore tradit Chamavorum, Ansibariorum, Bructerorum, terras invasisse, factâ per Bataviam viâ, omnes vocat Francos, quamdiu erant in Germania, ultra Rhenum: at ex quo deinde Rhenum transgressi Galliæ partem occuparunt, Franco-gallos; nam cap. 4. sic scribit: *Imperante Valentiniano III. hoc est, circiter annum salutis Christianæ CCCC. L. illud auctorum omnium consensu constat, Childericum, Merovai, Francorum Regis, filium, post annorum amplius ducentorum contentionem, Galliam è Romanorum servitute, in libertatem vindicasse: in eaque regni sui sedem primùm certam stabilemq; constituisse. Nam etsi nonnulli primos Francorum Reges Pharamundum & Clodiocrinitum numerant: tamen nemini dubium est, alios antea complures Francorum Reges fuisse, qui etjam transmisso Rheno in Galliam irruperunt: quorum nemo pacatum in Galliæ finibus imperium obtinuerit. Merovæus autem, quem vulgò tertium numerant, Francorum quidem Rex fuit: sed advena & peregrinus, non in Gallia factus, non deniq; Francogallorum, hoc est gemellæ, & consociatæ gentis judicio & voluntate creatus. Francorum denique Reges illi omnes fuerunt: non Francogallorum. Primus Childericus, Merovæi (ut diximus) filius à Francis & Gallis publico gemellæ gentis concilio, Rex Franco-galliæ creatus est.*

Vide c. 6. fol. 52.

Suprà c. 7. fol. 60. 61.

In Franco-gallia.

Cluverius quoque origine Bremensis, ejusdem fermè opinionis est cum Rhenano & Hottomanno, ita enim habet in Germ. antiqua: *Commodus*, inquit, *nunc locus visus est, antequam ad Fosos & Cimbros, Transalbianas nationes, transirem, de Francis & terra eorum Francia, pauca quædam disserere. Gens fuit hæc, omnium, quotquot magna illa atque vasta Germania tulit, nobilissima: longè lateq; non modo domi patriis sedibus incolens, sed exteras etjam postmodum* L. 3. c. 20.

 dum

dum regiones, cis Rhenum Danubiumq; effusa; haud dubium Romani imperii excidium. Sedes eorum trans Rhenum in Germania, alii etjam ante hac utcumq; commonstrarunt : at primæ eorum originis, minus omnes fuisse ignaros video, quam ipsorum Alemannorum, de quibus supra explicatum est. De Hunnibaldi nugis, aliorumque similium somniis, ac fabulis anilibus, nihil hîc dicere lubet. Illos miror qui superioribus seculis veras Francorum res tradere adgreßi, tam negligentes, tamq; vecordes fuerunt, uti de origine eorum vulgatis credere figmentis maluerint, quam rei veritatem altiùs inquirere. Sed ita profectò est: opus id erat arduum, laborisq; plenum, nec facile cuiquam, nisi in omni veteri Romanorum historia probè versato, suscipiendum. Interim haud pauci, etjam nostro sæculo reperti sunt viri docti, qui, pro virili quisq; parte, in eo enodando laboraverunt, qui & ipsi, ni aliis studiis, muniisq; sive profeßionibus fuissent occupati, haud dubiè ad intimum totius rei fontem penetrare potuissent. Item interjectis nonnullis : *Iamfines universæ Franciæ adsignare promptum fuerit, ab occasu Rhenum, & Oceanum; ab Septemtrionibus item Oceanum, ab ortu Albim & Salam, & qui porro hinc terminus fuerit inter Chattos Hermundurosque. A meridie tamen, qua Alemanni, valida gens, fuere contermini, obscuritas quædam manet. Video hodie doctißimum Freherum in ea esse opinione, terminum, Franciam inter Sueviamq;, Gratiani Cæsaris tempore, fuisse Nicrum amnem.* Hactenus Cluverius iisdem argumentis refellendus, quibus Rhenanus, Hotomannus, & sequentes.

Comes Nuenarius apud Du Chesne Historiæ Francorum
Fol. 173. tomo 1. postquam eorum sententiam prompsit, qui Francos ortos volunt à Sicambria in Pannonia, *Mihi*, inquit, *non probatur aliam esse Sicambriam, quàm illam celebrem Germaniæ provinciam, inter Busacteros parvos, & Bructeros, Langobardosque, auctoribus Ptolomæo, Cornelioque Tacito constitutam: ubi etjam Abbas Spanheimensis putat habitasse Francos.* Item ibidem : *Paludes autem esse nemini ambiguum est, ea in parte Germaniæ, quam nos Sicambriam olim dictam credimus, videlicet ubi nunc Zutphania, urbs sita est, & non longe ab Asciburgo, quam Embricam quidam vocari putant, ingens & famosa palus versus Westphaliam protenditur. Præterea ubi Frisii occidentales, hodie Monasterienses & Trajectenses, Gelriensibus & Hollandis contermini sunt, solum ipsum naturâ paludosum cernitur. Sic etjam intelligi poterit, quod de Francorum sedibus 1. libro Gothicorum bellorum Procopius scribit, cujus verba quia planè in Germania Francos ponunt eò libentius subscribam, quòd sciam quosdam hoc peßimè habiturum, qui nostræ gloriæ semper inviderunt* &c. Qui author, id postea ex legibus Salica & Ripuaria probare conatur, quod Germanico idiomate conscriptæ sint; hunc enim loquitur in modum : *Ipsarum quoq; penes me exemplar fuit, ipsius Karoli Magni temporibus conscriptum, in quo paßim gentis vocabula, quæ latinis verbis reddi non potuerunt, vernaculâ Germanorum linguâ exprimuntur. Quam rem ex ipsarum Legum capitulis probaturi sumus, ut liquidò appareat nostra Germania non parvam*

vam infligi contumeliam, cùm illi sua eripitur gloria, Francorum olim egregiis virtutibus parta. Bertius comment. rer. Germ: *Franci Germaniæ populi, sub Gallieno demum cœperunt esse, & innotescere orbi; origo ipsis ex multarum gentium Germanicarum sese in libertatem adserere volentium confluge, unde & nomen. Sedes inter Chaucos, Bructeros, Salios, Frisios, & penitissimas paludes.* Idem aliquanto ante: *Francorum originem à Trojanis petere, aut Cimmeriis, Scandinaviæ populis, aut à Gallis, aut regione alia aliqua, omnino fabulosum est. Est enim populi nomen regionis nomine antiquius; factumq; ejus populi migratione est, ut quas terras Franci incolerent, eæ alibi Franconia, alibi Francia dicerentur. Initio autem videntur convenæ nationes plures Germanicæ in parte transrhenana inferiore, pertæsæ dominationis exteræ, quùm nollent diutius vectigalibus atteri, aut tributis Romanorum vexari, labente Imperio conspirasse inter se, &, indito sibi à libertate nomine, Francos sese appellasse, sicut jam olim Frisii eadem de caussa ita vocati sunt: idem enim valent* פרנק & *Franc.* Item post nonnulla: *Sicut ergo Alemanni ex aliis Germaniæ populis: ita Franci ex mutua Frisiorum, Tencterorum, Tubantum, Chaucorum, Bructerorum societate, & ad libertatem semel parandum conspiratione, nomen illud sibi fecère. Atq; hæc caussa est, cur ante Gallieni tempora nulla exstet illius populi memoria, curq; ita subitò idem innotuerit. Repente enim & nomen sumpsit, & facto agmine Galliam diripuit, Hispanias occupavit, Tarraconensium oppidum vastavit: quæ quidem facinora sunt, non nascentis initio populi, sed longo bellorum usu confirmati.* L.1.f.71. C.8.f.45.

Hadrianus Iunius in Historia Bataviæ propiùs Rheno admovet Francos, ait enim hoc modo: *Franci, postquam opes eorum convaluissent, & servitii jugiq; tæderet Romani, ac dominatus cupiditas animos faceret, nomen sibi à libertate crearunt, antiquatâ communi illa Germanorum appellatione.* Et postea: *Germaniam igitur (de qua sermo hic mihi instituitur, hoc est, quam ego seminium & genitale Regum Franciæ arvum disertè aio) Bataviæ solo penè contiguam, quippe amne dumtaxat Rheno diremptam, è Tacito, fidelissimo historiographo, & Belgicarum rationum procuratore, liquet planissimè: cujus ut in rem præsentem veniam, è secundo libro verba adscribam:* Rhenus uno alveo „ continuus, aut modicas insulas circumveniens, apud principi„ um agri Batavi, velut in duos amnes dividitur, servatque no„ men, & violentiam cursus, qua Germaniam prævehitur, donec „ Oceano misceatur: ad Gallicam ripam latior & placidior af„ fluit, verso cognomentum Vahalem accolæ dicunt &c. *In quibus verbis, nec vivam, si quid obscuritatis aut ambignitatis sedere videam, quod sententiæ nostræ refragari, aut aliquo modo eam infringere possit.* Deinde post aliqua: *Francos ab origine Germanos, & peculiari isto vocabulo antiquitùs appellatos fuisse constat ex Procopio Cæsariensi, rerum quas literarum monumentis consignavit oculato scriptore; sed qua ratione nomen principale mutârint, Franciq; cœperint dici primitùs, deinde quomodo Gallias invaserint, explicaturum se professus, ve-* C.9.f.76.

lut epoto mandragoræ poculo, dicere supersedet. Et mox: *Luce clarius patet, rectissimè facere chorographos, qui regionibus Transisalanæ (quam Usipetes, Ansuarii, Saliique tenent) Tencterorum & Tubantum, quæ terræ omnes Francorum genitales fuêre, Germaniæ nomen in pinacibus adjiciunt, atque insertant.* Deinde statim: *Neque propterea exarsuros iracundiâ aut stomacho Germanos, præsertim Francones (quorum nosse interest, se non parentes esse, sed ἀπογόνους gentis istius victricis) existimo, si veritatis studio ductus, geniture gloriam, non propriam ipsis, tanquam Palladium ereptum veniam. Certâ itaque conjecturâ auguror Francos insedisse, quâquâ nunc auditur Transisalanum nomen, quicquid terrarum Tencteri, Tubantes, Cauci, Bructeri, quos nunc Zutphanos, Drentenos, Tuentenos, Embdanos, Bremenses, Osnabrugenses, Monasterienses nominamus, cum Benthemo, Linganoq; Comitatibus, ad Oceanum usque Cimbricum possederunt.* Item post plura: *Quod præterea Frisii Francorum accolæ fuerint, ambiguum non est, quippe qui secundum littus Septemtrionale, quemadmodum & Cauci, terras illorum claudebant, ut ex Taciti libello de Germania, suprà annotatum est; nisi quis non absurdâ ratione illos in eandem gentem, & re & nomine transisse velit: siquidem ex eodem vocabuli etymo, libertatis amorem spirante, & Frisii & Franci appellationem traxisse videntur. Addo quod Franci nominis vestigium residet in Franco oppido, sive, ut alii volunt, Francico. Beatus Rhenanus qui Germaniæ rebus multum lucis primus attulit, non diffitetur Frisius fuisse conterminos Francos. Imo suspicio est mihi Frisiam Francici juris postea fuisse, ac propter Francici generis cognationem, à Regibus illorum, ut aquilam insigne clypeis suis nobilitas adjiceret, concessum.*

Isacius Pontanus ejusdem ferme opinionis est cum Hadriano Iunio, ex quo hoc habe originum Francicarum lib. 2: *Concludimus ergo Francos veteres, veteremq; illam & primam Franciam, non modo illud omne, quod est ultra, & ex adverso Ubiorum Coloniæ, intraq; Rhenum, & Isalam veterem, spacium, Sicambrorum, ut innuimus, Rhenensium, antiquam olim sedem, nunc Westphaliæ, & Cliviæ Ducis non exiguum districtum; sed omnem etjam Transisalaniam, & quidquid ad ultimos pæne usq; Chaucos, Tencteri, Tubantes, Bructeri, majores minoresq; Frisii (quo fere loci Sicambros maritimos diximus) terrarum habuerunt; quos hodieq; Zutphanos, Drentenos, Tuentenos, Frisios occiduos ortivosq; vocitamus; longum validumq; in obvias sparsim, non paludes tantùm, sed & sylvas, qua Visurgim & ultra protenditur, territorium, præcipuè complexam.*

Cap. 3. in fine.

Idem sentiunt authores plerique, Germani præsertim, qui videntur hanc affectasse gloriam, quod, Franci qui sunt, natales suos, originemque, Germanorum genti acceptam debeant referre. Id iniquè Francorum nonnulli tulêre, inter quos Charron, qui in historia sua Galliæ universalis hunc eorum errorem reprehendit, eisdem verbis, quibus Cato in suis Fragmentis Græcos vanitatis arguit, quod ipsi de se, & Italia, idem jactitarent,

Cap. 91. f. 614.

rent, his, mutato nomine, verbis : *Germani tam impudenti jactantiâ jam effunduntur, ut quoniam his dudum nemo responderit, ideo libere à se ortam Galliam, & eandem spuriam simul, & spurcam, atq; novitiam, nullo certo authore, aut ratione, sed per solam insaniam fabulentur* &c. Sic ille quidem.

Alii, quod mirum, etjam Gallici scriptores, originem suam se Germanis debere profitentur, & sunt non pauci, quos inter Vignerius, qui de origine Francorum apud Du Chesne in Histor. Franc. ita scripsit : *Ex aliis eorundem panegyricorum locis facile deprehendi potest, Constantium, non modo Francis Bataviam incolentibus, bellum intulisse, verùm etjam Rhenum transiisse, ut ceteras quoque Francorum nationes, trans Rhenum incolentes, adoriretur : è quibus quot voluit captivos abduxit; tum ex iis, quæ prope eundem fluvium habitabant, quæ antiquis Frisiorum, Chamavorum, ac Bructerorum nominibus nuncupatæ, videntur : tum etjam ex aliis remotioribus, quæ simplici Francorum appellatione designantur, eæq; quas incolebant, Francia.* Iterumque non paullo post : *Neque enim posteriorum temporum scriptis compertum habemus, maritimos populos, eos saltem qui remotissimam inferioris Germaniæ partem incolebant, deinceps Francorum nomine, sicut antea sub eodem Imperatore comprehensos fuisse : quamquam ab his primùm prodiisse videantur. Veteresq; panegyrici, aliaque scripta, priscis illis seculis edita, omnes illos populos Francorum appellatione designarint, quoties eos hoc simplici nomine nuncuparunt. Verùm in illam oram, qua Rhenus in Oceanum influit, quæq; à parte ipsius fluvii superiore, Mœnum usque, atque ad ea loca, in quibus Moguntia sita est, protenditur, se recepisse, ac veluti conclusisse. Quam quidem regionem Frisii quondam, Tencteri, Sicambri, nec non & Tubantes, Ansuarii, Chamavi, Chaibones (forsan illi qui Aviones à C. Tacito dicti sunt) & Bructeri incoluerunt, quibus etjam Cattos & Cheruscos, populos à Rheno remotiores testimoniis & rationibus supra allatis adjicere non dubitarim, licet Beatus Rhenanus, eos inter Alemannorum nationes recensere voluerit.* Item post pauca : *Idq; Franciæ Gallicæ minimè dedecori esse debet, è qua profecti sunt Franci, qui totius Germaniæ principatum obtinuerunt, imo etjam ipsius regionis, unde originem duxerant.* Interjectis deinde non paucis : *Ex his, quæ præfati sumus, facile colligi posse existimo, Francorum nomen non modo nulli Franciæ nationi seorsim sumptæ proprium ac peculiare extitisse : verum etjam nihil obstare, quo minùs Germaniâ ortum potiùs, quàm aliunde invectum fuerit. Cum nulla historiâ, fide dignâ, aut ullo cujusquam auctoritatis testimonio probari possit, ullam alibi nationem Francorum appellatione notam aut auditam fuisse. Tum etjam quòd Procopius, & Agathias narrant, Germanorum appellatione Francos quondam denominatos fuisse, cùm nullam adhuc nominis famam essent adepti : eosque tum primum Francorum nomen obtinuisse, cùm propter rerum gestarum magnitudinem clarere cœperunt. Quin etjam nonnullis visum est peculiari quadam ratione illud nomen ipsis inditum fuisse, sicut Beato Hieronymo;* T. 1. f. 138.

ubi ait Francorum regionem à veteribus historicis Germaniam appellari. Id quod etjam congruere potest iis quæ in vetere quodam panegyrico Constantino Imp. dicta leguntur : Tibi se ex ultima Barbaria ,, indigenæ populi dedidêre. *Et in alia :* Quid loquar intimas ,, Franciæ nationes, non jam ab iis locis, quæ olim invaserunt, ,, sed à propriis ex origine sedibus suis, atque ab ultimis Bar- ,, bariæ littoribus avulsas? *Deinde observare possumus Francorum nomen apud nullum optimæ fidei scriptorem, cuiquam inferioris Germaniæ nationi tributum reperiri : Saxonicum verò, ante Valentiniani Imp. hujusce nominis primi, tempora, nullibi, præterquàm in quibusdam insulis, & paludibus maris Germanici, & Danici innotuisse. Præterea manifestum est, omnes extremæ ac remotissimæ, ut vocant Barbariæ populos, cum eos qui ea occupabant loca, quæ Romani neq; attigerant unquam, neq; subegerant, tum etjam alios, minùs dissitos, quò nondum Romani pervenerant, Francos, eorumq; regionem Franciam fuisse appellatam. Quod idem est ac si diceretur, appellationem hanc, eo tempore comprehendisse totam inferioris Germaniæ oram maritimam, ultra Chaucorum regionem, Albimq; fluvium : hoc est, omnem illam partem, quæ à Frisia juxta Hamburgum & Lubeccam, Pomeraniam usq; extenditur, unde Cimbri, Teutonesq; quondam profecti sunt.* Iterumq; post quædam : *Manifestum est, Francorum nomen, omnibus inferioris Germaniæ populis, Alemannorum vero superioris Germaniæ nationibus, usq; ad Constantini Magni tempora, & ulteriùs, commune fuisse. Itaq; cùm ex panegyricis, tùm etjam ex aliis ejusdem seculi scriptis, deprehendi potest; in illa duo nomina totam Germanicam fuisse divisam, cùm superior pars Alemannia, inferior vero Francia appellaretur.* Itaque & Flandriam nostram, & Zelandiam, & Brabantiam, sub Francorum etjam nomine comprehendit, at quam pravè intelligat ultima Barbariæ litora, supra cap. VI. fol. 52. est ostensum.

Ex iis, qui Gallico idiomate scripserunt, etjam authores Galli non desunt, qui Francos, Germanicæ originis esse contenderunt.

F.1. verso. Horum agmen ducit Belleforestius in sui operis proœmio scribens in hanc sententiam : *Tout ce qu'on nous chante des Troyens, ne sont que folies : & que pour la gloire des François, il faut d'ailleurs rechercher, leur premiere source, & origine. Venons encor au poinct, & passons plus outre, entant, que je ne maintiens, que jamais ce peuple fugitif supposé avoit suivy Francus, ne passa en Scythie, comme, ainsi soit qu'il n'y a autheur, qui en face mention, ne qui decrive que vers les paluds Meotides, il y ait esté, une cité nommée Sicambrie, de laquelle ils ayent porté le nom : quoy que plusieurs nous ayent peint ce païs voisin de la mer majour, & effigié les peuples Cymmeriens, desquels est nõmé le Bosphore Cymmerien : trop bien se trouvent les memoires des Sicambriens, & de leur cité assise entre les Busacteres, Bructeres, & Lombards, se sont les Westphales voisins de la Franconie : desquels Tacite & Ptolomée font mention en leurs livres, & ou encor' Trithemie confesse, que fut jadis la demeure des François, & d'ou assez facilment ils*

pouvoyens

pouvoyent faire la guerre contre les Gaules. Mais vous me direz, d'ou est ce doncq que vous pretendez prendre la source de ce peuple tant illustre? Sur quoy je responds, d'ou est ce qu'on a tiré la sacrée famille des Capets, les rameaux florissans, de laquelle regnent encore à present en Gaule? Et lors je m'asseure qu'on me respondra, que les Saxons ont produit le pere d'Eude, Comte d'Anjou, & que la volée premiere vint du temps de Charles le Chauve. Qui s'il est ainsi (comme aussi la verité le porte) pour quoy trouvons nous plus estrange de suivre la vraye & approuvée histoire, en ce qui est de la source des premiers François, venans en Gaule, que celles de nos Roys, puis que des Princes, & non du peuple, est prise la splendeur, & le titre des provinces? C'est donc de la Germanie, & non de Phrygie, que c'est des Germains, & non des Troyens, que sont sortis les puissans & vaillans François: de quoy en mon histoire universelle j'ay donne preuve & foy, par l'authorité des plus signalez autheurs, qui vivoient du temps que ce peuple entra es Gaules.

Scipio Duplaix in prolegomenis ad historiam Franciæ tom. 1. prolegom. 2: *Ceux qui les font descendre des Troyens, sous la conduite d'un Francion, ou d'un Anthenor (car ils ne sont pas d'accord) ont pris ceste fable de l'invention des poëtes, à l'imitation des Romains, avec leur Enée, fils de Venus: lesquels, à mon advis, reçoivent plus de honte, que de gloire, de rapporter leur extraction à une nation vaincue, fugitive, & donnée à la volupté.* Et aliquanto post: *Ie tien donc pour tout asseuré que ce nom de François est un nom d'ambition & de gloire, que certaines troupes de guerriers aventuriers des plus belliqueuses nations d'Alemagne se donnerent elles mesmes, pour une marque particuliere de leur generosité.* Et mox: *François c'est à dire Francs & libres, plus que le commun des hommes, ou bien Seigneurs & maistres d'eux mesmes, sans recognoistre superieur quelconque. Cete ligue des Alemans Francs, ou François se faisoit d'autant plus gaillardement, qu'ils se promettoient à ce coup de s'emparer facilement des Gaules, pendant la captivité de l'Empereur Valerian, & les guerres civiles, qui estoient entre Posthumus & Gallien dans la Gaule mesme.* Et mox fol. 10: *Icy se presentent deux difficultez notables: l'une de quelles nations d'Alemagne estoient composees ces bandes & troupes aventurieres de François? L'autre, en quelle region estoit la contrée appellée de leur nom France, ou elles faisoient leur habitation ordinaire, avant qu'elles se logeassent en la Gaule? Et de la resolution de ces deux dependra la cognoissance de l'origine des François. Quant à la premiere, il seroit tresmal-aisé de pouvoir icy specifier & marquer precisement de quelles nations d'Alemagne ces troupes Françoises furent composées. Toutesfois nous apprenons de la guide des chemins des provinces Romaines, que les Ansiuariens, Cauques, Cherusques, & Chamaves, estoient compris sous la France, & mesmes les Bructeres & les Cattes (selon Gregoire Evesque de Tours) tous peuples d'Alemagne assez cognus & descrits dans les Geographes. Tellement qu'ils sont aucunefois* Fol. 6.

fois nommés de leur nom propre dans les histoires, & quelquefois de celuy de François, duquel ils se glorifioient d'avantage. Ainsi Claudian & Sidoine Apollinaire usent indifferemment du nom de François & de Sicambres. Cela mesme est cause que bien souvent leurs contrées, qui sont outre le Rhin, & toutes les circonvoisines, ou les François se logeoient, ou bien esquelles ils se retiroient lors qu'ils ne pouvoient resister aux Romains, Saxons, ou autres leurs enemis, estoient aussi appellées France. De là nous pouvons recueiller aussi pour la resolution de l'autre doute, que vrayement la France estoit outre le Rhin, avant que les François s'emparassent d'une partie des Gaules : & que ce nom là s'estendoit par tout ou les François faisoient leur retraite : mais particulierement le long du rivage du Rhin.

C.6.f.17. Stephanus Pasquier libro 1. Disquisitionum Franciæ : *Les François se baptiserent en ceste façon, pour une liberté & franchise qu'ils projettoient en leur esprit : car ainsi dit on que le mot de François, signifie en langage Aleman libre.* Et mox : *Sans aller chercher d'une longue trainée, ny les Troyens, ny les Sicambriens, dedans les paluz Meotides (dont nous ne sçaurions avoir autheur certain, ny asseuré, fort quelques Moines) les François furent peuples assis en pays marescageux, comme Vopisque, costoyant d'un costé le Rhin, la part ou ce grand fleuve commence à perdre son nom dedans la mer Oceane, ainsi que recitent & Procope, & Agathie; & d'un autre costé (suivant Marcellin) attenans aux Saxons, premierement nommez Senois, compris sous l'ancienne division des Sueves. A cause de quoy ils retiroient quelques cas des vielles façons de Sueves, mesmement lors qu'ils aborderent es Gaules.* Et statim : *Ils furent sur toutes nations de la Germanie redoutez par les Romains & à la moindre victoire qu'ils obtinoient encontr'eux, les Orateurs de ce temps-là applaudissans aux Empereurs, entre autres choses leur congratuloient qu'ils avoient rendu les mers coyes & asseurées, ayans repoussé les François, comme si par leur seul moyen, tout l'ocean fut troublé.*

Du Tillet suas de Francorum Regibus disquisitiones orditur in hæc verba : *Ceux qui ont escrit les François avoir esté d'origine vrays Germains, les ont plus honnorez, que ceux qui les ont estimez estre venus des Troyens : puis que l'honneur n'est deu qu'à la vertu. Car il n'y à eu nation, qui moins ait souffert de corruption en ses bonnes mœurs, & qui si fortement, & longuement ait conservé sa liberté per armes, que la Germanique.* Et paullo post : *La Germanie, obstinée pour sa liberté, ne peut onques estre entierement subjugée par les Romains, qui à ce travaillerent longues années, rapportans pertes & hontes enormes de leur entreprinses. Ce que leurs historiens ne denient, entre autres ledit Tacite, qui les raconte jusques au temps de l'Empereur Trajan, & confesse que les Romains avoient triomphé maintefois des Germains, sans les avoir vaincus, & non seulement ils se sont deffendus d'entrer sur leur domination, mais par eux à esté l'estat de Rome abatu & aneanti, la ville prinse, arse, & destruite. Cecy souffice pour*

pour confirmer la France à advoüer son commencement de la Germanie, ne le pouvant avoir plus digne.

De ratione nominis omnes hi authores conveniunt, in eo tantùm errantes, quod Francos collocent ultra Rhenum: qui error inde est, quod sub posterioribus Imperatoribus, præsertim Constantino, Iuliano, Theodosio, Honorio, Valentiniano, Majorano, &c legerint Francos ultra Rhenum, in Germania sitos, quod equidem inficias ire nolim; docui enim id ipse supra cap. 8. & 9. At illos non esse primos Francos, unde cæteri oriundi, contendo; quos Ammianus Marcellinus constituit, uti dictum supra, in *solo Romano*, quod nemo sobriæ mentis dixerit esse Germaniam, cùm nimis apertè Galliam significet, ac deinde apud *Toxandriam locum*, quem etjam supra ostendimus esse Zelandiam; eumque locum ipse Vignerius fatetur esse ad Scaldim, cum ait apud Du Chesne tom. 1. hist. Franc. fol. 144. *Existimârum potius ejusdem belli tempore Francos Salios cognominatos, Toxandriam ad Scaldim fluvium sitam, irruptione factâ invasisse, ut in ea sedes in perpetuum collocarent.* E panegyricis quoq; docuimus primos Francos ad Scaldim fluvium habitasse Constantii, Constantini Magni patris ævo; ad quem ita Eumenius: *Illa regio divinis expeditionibus tuis, Cæsar, vindicata atq; purgata, quam obliquis meatibus Scaldis interfluit.* De quo plura vide ante cap. 6. fol. 50.

Fol. 58. 61. 62. 67. 68. 72.
Cap. 1. f. 1.
C. 1. f. 3.
Fol. 211.

Hotomannus Germanus, & Galli quidam scriptores, iique vel forsitan ex æmulatione Flandrorum quos primos Francos asserimus, vel ex ignorantia, hîc pro *Scaldis* legunt *callidis* aut *caldis*, corruptis, utrobique, & sensu, & veritate. At Beatus Rhenanus, quamquam natione Germanus, veram lectionem ingenuè agnoscit ac tuetur lib. 1. ubi panegyristæ locus adfertur hoc modo: *Quam obliquis meatibus Scaldis* (vulgò callidis mendosè legitur pro Scaldis) *quamq; divortio sui Rhenus amplectitur.* Sic & Cluverius. Livinæus quoq; in editione Plantiniana anni 1599. fol. 211. dum alia lectio haberet *callidis*, alia *calidis*, alia *caldis*: *emenda*, inquit, *Scaldis* ex L. Et in prooemio ad lectorem: *L. veterum schedarum, quas doctissimus Carolus Langius, ad Frobenianam lectionem contulerat.* Sic Cuspinianus supra cap. 6. fol. 48. apud Eutropium ex *Bononia* corruperat *Bonna*: quod non intelligeret, qua ratione Franci, quos statuit Germanos, & Transrhenanos, ex adverso Coloniæ, Bononiam, adeo dissitam urbem, terrâ marique possent infestare. Hunc verò ejus errorem satìs refutavimus loco proximè supra citato. Vignerius fatetur Carausium Bononiam invasisse, percusso fœdere cum Francis Bononiæ vicinis, quique Bataviam jam tum tenebant, ante Christi an. CC.LXXXVIII. apud Du Chesne Hist. Franc. tom. 1: *Eutropius*, inquit, *& cæteri narrant Francos & Saxones, cum omnem maris Oceani oram occupassent, eamq; latrociniis ac prædationibus infestarent, Maximianum, qui occidentis curam ac regimen susceperat, eò compulisse, ut Ducem quendam Carausium*

Rer. Germ. f. 29.
Germ. antiq. lib. 2. c. 29. l. 453.
C. 6. f. 50.
Fol. 136.

sium nomine, contra eos miserit. Qui quidem tantum abest, ut eos mari submovere conatus fuerit, ut etjam cum iis consenserit, eorumq; latrociniis ac prædationibus se socium adjunxerit. Deinde cum suam proditionem patefactam, seseq; officio spoliatum animadvertisset, oppida quædam maritima, puta Bononiam, omnemq; Britanniæ insulam occupavit, idque facili negotio, cùm omnis navalis exercitus, qui Gallicæ oræ præsidio ante relictus fuerat, in illius esset potestate, omnesq; rei navalis perïtissimi duces ac milites, nec non etjam navium rectores, ac nautæ, unà cum Romana legione, ad eum se contulissent. Præterea magnum militum numerum è Francorum populis, iis maximè qui Bataviam invaserant, mercede sibi comparavit, quorum præsidio, eorumque quos sibi ex omni illorum gente adsciverat, fretus, ita sese adversus Maximianum defendit, ut cum bellum ei inferre voluisset, nullo pacto eum adoriri potuerit, eò quod navali apparatu careret. Itaq; pacem cum eo inire coactus est. Deinde verò quinto Imperii sui anno, Christi autem CC. LXXXVIII. exercitum adversus Francos duxit, qui maximis illius viribus perterriti, ultro ipsi in deditionem venerunt. Item interjectis paucis : *Videtur tamen Maximianus, hac factâ pace, Francos, sicuti paullò ante Carausium, deludere voluisse. Cum enim ipse, & Diocletianus anno salutis nostræ CC. XCI. Constantium Cæsaris dignitate ornassent, eumque Galliis præfecissent, confestim eum adversus Carausium & Francos miserunt. Adeo ut Bononiam, urbem maritimam, quæ tunc temporis Gessoriacum appellabatur, citiùs pervenerit, quàm illius ex Italia discessus auditus fuisset; quo factum est, ut eam nullo negotio expugnaverit. Veruntamen cum statim in Britanniam trajicere non potuisset, quòd illius classis rebus necessariis satis instructa non esset, ne temporis jacturam faceret, adversus Francos, qui Bataviam (hodie Hollandia appellatur) usq;, partes, quæ inter Scaldim & Rhenum sitæ sunt, occupabant, contendit.*

Nimis ineptum esset hìc tenere Francos hos fuisse populos ultrarhenanos Coloniam versus, qui nec auxilio esse, Carausio, neque Maximiano & Constantio potuissent obesse, tum propter locorum intercapedinem, tum etjam quia opus erat piraticâ & classe navali, quâ minimè gentium pollebant; neque etjam hic possunt intelligi Frisii, Cauchi, Saxones, ad Oceanum siti ultra Rhenum, tum etjam ob loci distantiam, tum quod constet eos Franciæ nomine non fuisse appellatos, ut paullo ante est ostensum. Denique nullis populis ultrarhenanis in Germania magna ad ripam Rheni & Oceanum, ad Albim usque, origo Francorum adscribi potest, ut dictum, quod eorum omnia *loca Romani* aliquando *invaserint*, ipsi vero ab *his locis* profecti sint, quæ *Romani non invasere*; ad id enim semper contenderunt omnes Imperatores, ex eoque summam gloriam aucupati sunt, quod partem aliquam Germaniæ subegissent. Nam quia Rhenus censebatur soli Romani limes, conati semper sunt Imperium ultra limitem illum prorogare, neque Germanis quietem permiserunt, quod tamen Romanis nullo modo prosperè successit,

C. 6. f. 130.

ſit, licet enim Germani ex parte aliqua victi fuerint, iterum tamen ſemper rebellarunt: quare meritò eos Florus: *victos magis quam domitos*, & Tacitus: *triumphatos magis quam victos* pronuntiavit: ſiquidem permulti Romanorum ob debellatam Germaniam triumpharunt, indeq; Germanici honorarium titulum reportarunt, uti patet ex eorum numiſmatibus, quæ apud me videre eſt, itemq; apud Occonem; ubi primus legitur Nero Claudius Druſus Germanicus, Liviæ Auguſti conjugis filius, fol. 64. 66. ejus quoque filius Germanicus dictus 67. Cajus quoq; Germanicus 69. Tiberius 71. 72. Nero 78. Vitellius 91. Domitianus 113. Nerva 123. Trajanus 127. Adrianus 151. M. Aurelius Antonius 195. L. Aurelius Commodus 209. Antoninus Caracalla 261. Maximinus 292. Gallienus 325. Cum itaq; omnes in Germanos bellum moverint Romani, qua ratione dici poſſunt Franci Germani, qui *in Romano ſolo habitacula fixerint prælicenter?* Quæ verò alia loca reperiuntur, totâ Galliâ .j. *Romano ſolo*, Romanis intacta, præter Flandriam, & Zelandiam, partemq; Brabantiæ; quorum locorum ne nomina quidem ipſis innotuerunt? Adeo, ut à Geſoriaco ſive Bolonia, aduſq; Helium Rheni oſtium, nullus maritimus locus, in ulla ſeu Romanorum ſeu aliarum nationum hiſtoria, poſt Iulium Cæſarem nominetur; nullæ in tota Flandria, Zelandia, Hollandia, Brabantia, *&c.* militares Romanorum viæ deſignentur; imo nulla civitas aut pagus, ulli hiſtorico deſcribatur, ubi nunc Dunkerca, Bergæ, Furnæ, Ipræ, Dixmuda, Brugæ, Sluſa, Gandavum, Antuerpia, Berga ad Somam, Vliſſinga, Middelburgum, Ziriczea, Tola. *&c.* celeberrimæ urbes, & populi numeroſâ multitudine ſcatentes, quarum meminit veterum ſcriptorum nemo. Cæſari, qui Grudii, Centrones, Gorduni, Pleumoſii, Levaci dicuntur, & Nerviorum clientes, nulli deinceps, ac ne quidem nomine tenus cogniti ſunt, adeo ut putarint veteres geographi Zelandicas inſulas eſſe Rheni inſulas, Rhenum autem ejuſque oſtia, Britanniæ eſſe oppoſita; de quibus plura antehac dicta, & mox capite XVIII. dicenda ſunt.

L.4.c.12. De morib. Germ. fol. 448. Edit. Plāt. an. 1579. C.1.f.6.

CAP.



CAP. XV.

Error eorum, qui Francos quidem tradunt origine Gallos, sed ab iis deducunt qui in Italiam, Græciam, Asiam, Germaniam recessere, quorumq; soboles in Galliam sit reversa.

Cap.11. fol.106. HVjus opinionis fuit Bodinus, qui suprà eos Francos, quos Romanorum victores ait fuisse in Gallia, dixit oriundos è Franconia: is postmodum tradit ipsosmet è Gallia originem habere, ex loco Cæsaris in Com-

L.6.c.14. ment. de bello Gallico, è quo hæc refert in method. cap. 9. fol. 559: *Fuit antea tempus cùm Galli Germanos virtute superarent, & ultro bella inferrent: ac propter hominum multitudinem, agrique inopiam, trans Rhenum colonias mitterent. Itaq; ea quæ sunt fertilissima Germaniæ loca circum Hercyniam sylvam, Volcæ Tectosages occupârunt, atq; ibi consederunt.* Hisce Cæsaris ita subjungit ibidem Bodinus: *Hæc Cæsar; quæ Tacitus confirmat: quibus consentanea scribit Livius; scilicet Ambigatum Celtarum Regem, quòd in ejus Imperio Gallia hominum adeo fertilis fuisset, ut abundans multitudo vix regi posse videretur, Bellonesum ac Segonesum sororis filios, in quas Dii dedissent sedes, misisse; Segonesoq; datos Hercynios saltus, Belloneso Italiam. Pausanias quoq; scribit, Celtas in Pannoniam & Græciam movisse, ab iisq; Alpes Celticas appellatas. Athenæus consimiliter tradit lib. 5. Celtas qui in Græciam transmiserant, in Pannoniam sedes mutasse. Idem planè confirmat Strabo lib. 5. Plinius lib. 4. Deniq; Polybius lib. 2 refert Boios, Eganes, Senones, Ananes, è Gallia in Germaniam migrasse. Lib. 3. Celtas in Thraciam usq; Brenno Duce penetrasse, & regnum illud usq; ad Clyari tempora tenuisse.* Et post pauca: *Livius lib. 48. fatetur Gallos (non Cimbros, aut Germanos, aut Tuiscones appellat, quos à Gallis semper distinguit) Italiam, Illyricum, Pannoniam, Græciam, Macedoniam, Thraciam, Asiam suis coloniis illustrasse, atque omnem regionem citra Taurum & Helym flumen, ipsosq; Syriæ Reges vectigales fecisse.* Item interjectis nonnullis: *Galliam hominum adeo fertilem fuisse Leonius scribit, ut in Germaniam & universam Europam colonias deduceret. Non igitur Galli aut Celtæ à Germanis, qui tùm nulli erant, originem duxerunt: sed Germani à Gallis, Tuscis, Scythis, & Henetis.* Tum deinde de peculiari Francorum origine quos vocat Gallicam gentem sic fol. 564: *Nomen verò ipsum planè Celticum est, Germanis inusitatum, ut ab illis accepi. Est autem Francus linguâ Gallicâ (non latinâ, aut græcâ, multo minùs Hebraicâ) nihil aliud quàm liber, & immunis.*

Ex quo

Ex quo non modo verisimile, sed etjam perspicuum fit, Galliæ populos servitutis Romanorum impatientes, trans Rhenum ad veteres illas Gallorum colonias migrasse : & cum primùm potuerunt, excusso Romanorum jugo, in patriam remigrasse, acceptâ Francorum, id est liberorum hominum appellatione. Argumento est quòd Tacitus, qui populos innumerabiles Germanorum enumerat, non meminit Francorum. Et mox : *Panenones origine Gallos esse satis ex superioribus constat. Ab illis ergo regionibus ultra Rhenum Galliæ finitimis, id est, à Franconia, Franci (ut Ammianus, Agathias, Vopiscus, Procopius tradunt) Aureliano Principe in Galliam effusi, tantum armis & viribus profecerunt, ut Romanos sæpe debellarent, Hunnos auxilio Romanorum depellerent, deinde Gothos fugarent, ac tandem Romanos ipsos de Galliæ possessione deturbarent : quibus exactis Burgundiones primùm, deinde Alemanos, post cladem Tolbiacam servire coëgerunt, Rhenoq; transmisso Rhetiam, & Vindeliciam, postremò Sueviam, Carniam, Pannoniam, & Saxoniam suis imperiis ac legibus subjecerunt.*

Ejusdem opinionis cum Bodino videtur esse Bertius, cujus locum in superioribus retulimus cap. 12. fol 109. subdit ibidem : *Sic sunt humana : Galli primùm in Germaniam venerunt, postea Germani Duce Ariovisto in Galliam, à quo tempore deinceps terras istas sæpius petivere.*

Conanus lib. 2. Commentar. Iuris Civilis, idem ferme tradit quod Bodinus cap. 9 cujus hæc sunt verba apud Charron fol. 602 : *Semper existimavi Francos à Gallis ortos, quorum linguâ Francus dicitur liberalis, ingenuus, & omnium munerum, vectigaliumq; immunis : nomenq; istud factionis esse, non gentis alicujus, aut populi : quod primò usurparunt ex Gallis quidam, qui vel potentiorum injurias, vel vectigalium pertæsi magnitudinem, fortasse etjam agri inopiâ coacti, trans Rhenum migrarunt, & eam Germaniæ partem, quæ Francia orientalis nuncupatur, incoluerunt. Hoc apertè Cæsar testatur lib. 6. cum ait : Ac fuit antea tempus* &c. ut supra initio hujus capitis Bodinus ; tum loco Cæsaris, subdit & hic locum Livii, ut ibi; cui de suo hæc subjungit : *At hæc Francia Germaniæ, sita est ad Hercyniam sylvam, Suevis, Bohemis, Saxonibus occlusa. Beatus etjam Rhenanus ad Tacitum notat esse in eo saltu valles duas, Andegustensem & Valuacensem, ab Andegavis & Bellouacis Galliæ, ut verisimile est appellatas. Esse item Semonis nemus, Hercyniæ sylvæ vicinum adeo & contiguum, ut pars ejus esse videatur : à Senonibus, ut par est credere, vocatum, quasi Senonis nemus. In his locis Francorum nomen latuit, à nullo scriptore celebratum. Meminit eorum Tullius lib. 14. epist. ad Atticum, sed meminit tantum :* Redeo, *inquit*, ad Theobassos, Suevos, Francones. *Quanquam & hic locus existimatur esse depravatus. Eorum Tacitus nullam facit mentionem, cum recenseret Germaniæ populos, forte quia non una gens esset, sed quædam hominum factio libertatis appetens, ex omnibus populis Galliæ conflata; quæ idcirco nationibus à se devictis certum suæ gentis nomen imponere non potuerunt. Nec dissimile vero fuerit,*

rit, quamquam nihil affirmo, non omnes, sed qui de Gallis orti essent, vectigaliumque immunitatem sibi vendicabant, nomine Francorum appellatos fuisse: reliquos hujus gentis, quam devicerant, populares, suæ nationis nomina retinuisse. Quare Francos gentem esse Gallicam, ex iis, quæ diximus, satis constat: qui cùm, ad novas sedes quærendas, relictâ Galliâ, Rhenum transissent, iis in locis habitarunt quos dixi: unde & exciti postea, vel propter hominum multitudinem, qua nimium jam premebantur, vel repetendæ patriæ desiderio, reversi sunt in Galliam, eamque partim suis opibus & copiis, partim auxilio eorum à quibus evocati erant Gallorum, brevi tempore totam perdomuerunt. Ex quo satis probabile est, nihil aut parum eos de Gallorum moribus, quibus ipsimet ab avis & proavis imbuti fuerant, immutasse, sed ipsos de Gallicis institutis permulta Germanis tradidisse. Nec verò in Franconia tantùm, & ad Hercyniam sylvam, sed usq; ad Mæotim paludem dominatos olim Gallos fuisse testantur Græci veteres qui istos omnes populos Celtarum nomine appellarunt, quod ipse Plutarchus scribit in Mario, finitimosque Scythis populos Celtoscythas vocatos. At alius quàm subjectus sibi populis nomen ut imponerent fieri non potuit.

Forcatulus etjam I. C. similia, imò plura, profert de Gallo-
L.5.f.640. rum Imperio: *Sed*, inquit, *jam ad institutum revertamur, ostensuri Francos, qui Galliâ tandem potiti sunt, Galliæ ipsius merum genus, merasq; delicias, ante fuisse.* Et mox: *Cùm constituisset Deus Gallorum imperium totius orbis clarissimum aliquando suscitare, ipsosmet Gallos impulit Europam Asiamq; pervadere: & demum post peragratas multas & devias regiones, eò rursus redire, unde exierant, velut sapientiores factos diuturnâ periculorum experientiâ, variorum hominum congressu, & morum versiculorum cognitione. Non secus atq; in elementis cernimus non terram protinus in aerem, aut aquam in ignem converti, sed per proximum elementum in sequens gradum fieri, quoad in purissimum ignem sensim perveniatur. Ita mediusfidius accidit Gallis, qui Brennum secuti numeroso exercitu Alpes pervaserant, & gnari res arduas periculosè subiri, peragi laudabiliter, per mediam Italiam vinci indignantem, demum Romam rectà iverant, ac ceperant, Capitolio excepto, Quiritibus divendito: deinde in Græciam trajecerant, obvium quidlibet profligantes, & deprædantes donec humanas opes fastidirent, & sacras Deorum captarent, quarum largius forte quàm par esset, templa Græciæ magnâ copiâ abundabant: maximè Delphicum Apollinis in monte Parnasso, ut opportunius à nobis scriptum est, loci naturâ, majestate numinis, & donariis aureis, artificio miro elaboratis, magnificum. Cumque terræ motus, grando, & fulgura, Gallorum stravissent copias, ac Brennum mortificè saucium, vel pudore calamitosæ expeditionis mærentem, fatis concedere contigisset, Athenis Magistratum gerente Anaxicrate anno secundo olympiadis CXXV, quâ de stadio vicit Ladas Ægiensis, tum Galli, qui majorem Dei, quàm hominum vim senserant, pars in Asiam, pars in Thraciam fugerunt; inde per eadem vestigia, qua venerant, antiquam patriam repetivere. Ex his (ut verbis Iustini utar)*

utar) pars quædam in confluente Danubii & Sai consedit, Scordiscosq; se appellari voluit, quod libenter interpreteris alacriter industrios. Addit Tectosagos, Tolosam suam reversos, lue infestatos, aurum sacrilegum in lacum demersisse ad expiationem. Et post pauca: *Strabo, qui in Illyrico Scordiscos majores minoresq; constituit, similiter refert Parisum amnem per Scordiscos Galatas è montibus in Istrum fluere, quos Daci bello socios sæpe adsciverunt. Meminit nominatim* τ̃ Παρίσ8 ῥοῦντος ἀπὸ τ̃ ὀρῶν. *Nam & Parisii populi, ut subjungam, Brennicæ expeditionis participes fuere: sed hi in antiquos deinde lares se recepere: Scordisci vero per casus varios & devexas valles in Sarmatas atq; Pannonum fines transiere, ubi quoque à Plinio describuntur. Dion Cassius Pannoniis, qui postmodum Hungari appellati, finitimos locat. Itaq; Tiberium ab Augusto missum, ut rebellantes Pannonios compesceret, Scordiscorum operâ & armis id esse assecutum: ob quam victoriam triumphalia ornamenta suscepit: sicut & Drusus Frisiorum auxilio Batavos & Sicambros fregit, eorumq; agrum vastavit. Nam Scordisci Galli societatem Romanorum plurimi fecere, quemadmodum & fortunam: ideoque Pannoniis vicini magis quàm amici fuere: utpote quorum agrum occupare inceperant, & quotidie serpebant ulterius, quoad gente, viribus, & ditione augerentur. Mox propagati Imperii fiduciâ sese Francos nominavere, seu Francones, sicut & Scordiscos se quondam patrio idiomate nominarant, sed nobiliore & augustiore vocabulo triplicis significationis, quoniam Francus liberum & immunem significat. Nam servitutem Franci à sua Republica expulerunt, nec mancipia, sed famulos aluerunt. Deinde vectigales Romanis, Germani se fieri renuerunt, nihilominus erga victos & obsequentes, mites ac mansueti: quod tertio Franci nomine in Gallia Narbonensi indicatur. Accedit quarto, quoad opem implorantibus ultra subvenere, ut statim de Tiberio Principe demonstravi, cui fuere subsidio adversus protervitatem Pannoniorum. Argumento est quod etjamnum Gallis, Francisia vulgo asylum, & tuitionem, non sine majestate, significat.* Et mox: *A Iulio Cæsare sibi metuentes* (Franci) *sese præsidiis, & arce communierunt, inter Danubium & Saum flumina, ubi ipsos Iustinus supra primum consedisse memoravit, atq; ubi Franci nuncupationem passim seruere. Verba Nicetæ de hac re subjiciam in gratiam Ioannis Comneni Byzantini Imperatoris, res prosperè contra Hunnos gerentis: Francochorio, inquit, potitus est, fertilissimâ terræ Hungaricæ parte, quæ declivis in patentes campos inter Saum & Istrum, id est, Danubium, fluvios extenditur. Quid enim est aliud* φραγκοχωρίον, *quàm regio Francorum? Quid aliud decantant veterum annales quam sedes eorum in Pannonia olim fuisse?* Deinde iterum: *Certissimum est Francos cùm primùm suam ditionem propagare latius inceperunt, non Germanorum tantùm, sed etjam Romanorum bellis crebrò ac frustra pulsatos, & toties pacatos, ac æquo fœdere sociatos: & quidem multo ante Valentinianum, decem supra centum annos, Gallieno Cæsare Imperii clavum tenente, quando Celtis Franci opitulati sunt: qui cùm principem luxui & voluptati immodicè indulgentem ferre non possent, rebellarant, Duce Posthumo,*

humo, audacius quàm felicius pugnante, sedato magis quàm superato. Ex quo ludibrio fuit Romanus Gallienus, triumphum agens, stupefacto voluptatibus corde, simulatis ante currum gentibus, Gothis, Sarmatis, Francis, ac Persis, quasi vicisset, qui effugerat. Iterumque paucis interjectis: *Sed hæc forsitan gravatè audient nonnulli Germanorum, apud quos mos & opinio increbuit jactandi, se priscum fuisse seminarium Francorum: quos hortor candidè ne sibi ipsi detrahant, & vehementer obsecro, quoniam Alemani jam pridem appellantur.* Deinde multo post fol. 667: *Valde mihi hallucinari videntur, qui putarunt Pharamonem, postquam Rhenum attigerit, velut gustato Letheo amne, in oblivionem patriæ cuilibet charissimæ venisse: non aliter atque olim Phocæorũ, qui Massiliam postea in Gallia condiderunt, profugit execrata civitas,*

Agros, atque lares patrios, habitanda fana
Apris reliquit, & rapacibus lupis. Horat.epod.od.16

Aut ut Helvetii, qui opida sua numero duodecim, & vicos ad quadringentos incenderunt, ut domum revisendi sublatâ spe, & tanquam ex voto Galliâ potituri paratiùs belligerarent: sed victi à Cæsare, ac spe vanâ delusi, & in nidum proprium redire compulsi, feras incendii pœnas dedere. Atqui Pharamon tam suos fines defendere, quam justo Marte alienos ingredi noverat, sed nec alienos ipse fatebatur: quin potiùs (ut arguta est Regum prudentia ad quærendum colorem audaciæ) Germanos quondam Belgicam oram Rheno proximam occupasse, & inferiorem Germaniam dixisse à Rheno ad Oceanum Britannicum. Itaq; cum à Belgis Iulius Cæsar quæsisset, quæ civitates, quantæque in armis essent, & quid in bello possent, sic reperit, plerosq; Belgas esse ortos à Germanis, Rhenumq; antiquitùs transductos, propter loci fertilitatem, ibi consedisse, Gallosque qui ea loca incolerent expulisse: solosque esse, qui patrum memoriâ, omni Galliâ vexatâ, Teutones, Cimbrosque intra fines suos ingredi prohibuissent, Francis tamen cedere jam tempestivum esse, qui illatam majoribus suis injuriam vindicare, & pensare cuperent. Ac profecto Iornandes Gothus non petere Francos Gallias, sed repetere scripsit, Theodorico Rege Gothorum defuncto, & Athalarico ex filia nepote superstite, quibus redditæ sunt, ut potioribus Dominis. Et post multa fol. 686: *Nulli mirum, nulli molestum videri debere, quòd Franci, quondam è Gallia profecti, Deorum ducti auspicius, in eandem reverterentur, cum patriæ cuiq; suæ amor sit insitus: & cum cœlestes ignes, dum per certa annorum spatia orbes suos explicuerint, iterum redituri sint per quæ venerant; bellumque adversus Gallos non esse susceptum à Francis dominandi libidine, nec plaudentis fortunæ lenimentis (sicut nec pax formidine ullâ posceretur inter virium æmulos) sed ne Galliam posteritatis & fœturæ suæ pudere inciperet.*

Sed omnia hæc simillima sunt iis, quæ multa tradunt Lazius, & Becanus Goropius, qui primos Francos à Scythis, & ex ipsis Cimmeriorum tenebris, velut ab inferis Cerberum Alcydes, in lucem producere conantur, fabulis, quàm historiæ propiora, narrantes. Quis enim emunctæ naris credat Francos, eo-

cum

rum Gallorum sobolem esse, qui sub Coss. Dictatore M. Furio Camillo, anno v.c. CCC.LXIV, vel ut alii CCC.LXV; adeoque CCC.XL. annis ante Cæsarem, tum, cum adhuc Galli Romanis essent ignoti, Duce Brenno, in Italiam superatis alpibus illapsi, Roma captâ, direptâ, incensâ, Capitolio obsesso, & redempto, in Asiam, & Germaniam dicuntur penetrasse, indeque post mille & amplius annos, Pharamundi ævo in Galliam rediisse? Tum quis credat eos Francos eorum Gallorum esse posteros, qui ante Iulium Cæsarem, aut sub eo, ejus metu, in Germaniam secessêre, annis postea quadringentis exactis demum è Germania, patriam suam Galliam venisse repetitum? Nugas agit qui narrat.

Quibus non absimilia, imo absurdiora finxit M. Iornandes in Chronica sua de Imperio, & electione, ubi Gallos & Germanos Francos eosdem facit, compluribus de illorum origine additis deliriis : vult enim ipse Priami exercitum incenso Ilio, in Gallia, exercitum verò Æneæ in Italia consedisse; ideoque Italos illos, Romanosque Æneadas, Gallos quoq; Priamidas, quod unâ eademque origine utrique Trojani essent, Germanos appellasse, deinde Germanos illos Gallos, ultra Rhenum dilatatos omnem ibi terram occupasse, quam à suo nomine Germaniam nominârint. Fabulam, si lubet, audiamus : *Reliquiæ exercitus Priami cum Treverensibus pacem firmaverunt, & amicitiam, ibi sedem regni illius provinciæ, id est Galliæ, posuerunt. Est enim Treverensis civitas omnium civitatum & regnorum totius Europæ antiquissima. Fundata erat octavo anno nativitatis Abrahæ, à Trebera filio Nini, qui Semiramidem novercam fugiens, ne cum ipsa incestum cogeretur committere, illuc devenit, ibique civitatem constituit, quam pro suo nomine Treverim nominavit. Exercitus autem Æneæ, qui in Italia apud Latinos resederat, ipsos populos, videlicet exercitus Priami, qui Galliam occupaverant, linguâ latinâ Germanos appellabat, eo quod illi & isti de Troianorum germine processerant. Tandem cum hi Germani multiplicati essent, miserunt partem exercitus in Turingiam ultra Rhenum, & ibidem regnum instituentes, multo tempore Reges habuerunt, Reges Crinitos, quorum unus erat Basinus, de quo infra mentionem faciam. Et propter has causas, successu temporis, tota Theutonia, tanquam à digniori, Germania vocata. Salvis igitur descriptionibus quæ dicunt Germaniam Rhenum habere in meridie, & eam esse dictam Germaniam à germinando, cùm tamen illis realis veritas contradicere videatur; postremo cum regnum Francorum adeo esset dilatatum, ut fere totus mundus ei subderetur, venit Iulius cum Romanis, illam sibi terram videlicet, primam Germaniam & totam Galliam subjiciens, & ibidem quam plura castra & civitates ædificans, totam Treverensem, Coloniensem, & Moguntinensem Diœcesim Romanis habitatoribus occupavit, antiquam germanitatem inter Romanos & illos Germanos renovando. Postea autem quidam populi qui Alani dicti sunt, se Romanis opponebant : unde exiit edictum à* Cap. 4.

Senatu & pop. Rom. ut quicumq; illos Alanos compescerent, immunes & liberi à tributo decem annis essent. Quo audito, Germani, tam propter dignitatem Romanorum, quàm propter libertatem tuendam, Alanos cum exercitu copioso sunt aggressi, & ipsos Romano Imperio subdiderunt. Ab illo tempore præfati germani liberi sunt vocati, & propter hoc, usq; in præsentem diem, populus ille procurationes, exactiones violentas, decimas vel tributa dedignatur : quia per hujusmodi viles servi conditiones in aliquo suæ libertati derogetur. Isti verò Franci Germani & Gallici Comati, quæ omnia unam gentem significant, sive determinant, cum in tantum germinassent, quod terra illa illos commodè capere non posset, miserunt partem militiæ versus orientem ultra Rhenum, qui usq; hodie Franci orientales, cum Francis Germanis in idiomate Teutonico concordant, licet illi craßiori, & isti modo mitiori pronuntient; sed habitu vestium, & aliis modis in moribus discordant. Aliam verò partem militiæ miserunt versus occidentem, inter Sequanam, & Ligerim, fluvios famosos; qui ibidem cum mulieribus Gallicis contrahentes, filios, & filias genuerunt ex iisdem, & earum mores & linguam Gallicam didicerunt, & usq; modo Francigenæ, quasi à Francis geniti, & eorum terra, Francia nominatur, à Germanis, sive Francis, idiomate discordantes, sed exteriori habitu conformes.

Has ille quidem affanias narrat. Sed fabulæ sunt Gallos istos qui in Italiam, Græciam, Asiam, atq; orbem pervagati sunt, per sobolem suam in Galliam rediisse, eamque à Romanis recuperasse. Constat enim Gallos, qui Duce Brenno circa V. C. annum CCC. LX. Italiam ingressi, Romam interceperunt, & Capitolium obsederunt, à T. Manlio, & Camillo, priusquam Italiâ excederent, circa annum V. C. CCCC. IV. ad internecionem omnes deletos fuisse. Quo de multa scriptores, breviter imprimis hæc Florus : *Galli Senones, gens naturâ ferox, moribus incondita, ad hoc ipsâ corporum mole, perinde ac armis ingentibus, adeo omni genere terribilis fuit, ut plane nata ad hominum interitum, urbium stragem videretur. Hi quondam ab ultimis terrarum oris, cum cingerentur omnia Oceano, ingenti agmine profecti, cum jam media vastassent, positis inter Alpes & Padum sedibus, ne his quidem contenti, per Italiam vagabantur.* Tum de Roma ab iis captâ : *Iuventus vero, quam satis constat vix mille hominum fuisse, Duce Manlio arcem Capitolini montis insedit, obtestata ipsum quasi præsentem Iovem, ut quemadmodum ipsi ad defendendum templum ejus concurrissent, ita ille, virtutem eorum, numine suo tueretur. Aderant interim Galli, apertamque urbem primo trepidi, ne qui subesset dolus : mox ubi solitudinem vident, pari clamore & impetu invadunt. Patentes paßim domos adeunt : ubi sedentes in curulibus sellis prætextatos senes, velut Deos, geniosque venerati, mox eosdem, postquam esse homines liquebat, alioqui nihil respondere dignantes, pari vecordiâ mactant, facesq; tectis injiciunt, & totam urbem igne, ferro, manibus, solo exæquant.* Et mox : *Mille pondo auri recessum suum venditantes, idque ipsum per insolentiam, cum ad iniqua pondera*

L. 1. c. 13.

pondera addito adhuc gladio, ſuperbè, væ victis, increparent, ſubitò aggreſſus à tergo Camillus adeo cecîdit, ut omnia incendiorum veſtigia, Gallici ſanguinis inundatione deleret. Agere gratias Diis immortalibus ipſo tantæ cladis nomine libet. Paſtorum caſas ignis ille, & flamma paupertatem Romuli, abſcondit. Incendium illud quid egit aliud, niſi ut deſtinata hominum ac Deorum domicilio civitas, non deleta, non obruta, ſed expiata potius & illuſtrata videatur? Igitur poſt aſſertam à Manlio, reſtitutam à Camillo urbem, acriùs etjam vehementiusq; in finitimos reſurrexit. Ac primùm omnium, illam ipſam Gallicam gentem non contentus mœnibus expuliſſe, cum per Italiam naufragia ſua latiùs traheret, ſic perſecutus eſt Duce Camillo, ut hodie nulla Senonum veſtigia ſuperſint. Semel apud Anienem trucidati, cum ſingulari certamine Manlius aureum torquem Barbaro inter ſpolia detraxit. Inde Torquati. Iterum in Pontio agro cum ſimili pugnâ M. Valerius, inſequente Gallo, ſacrâ alite adjutus, retulit ſpolia: & inde Corvini. Nec non tandem poſt aliquot annos, omnes reliquias eorum in Etruria ad lacum Vadimonis Dolabella delevit, ne quis exſtaret in ea gente, qui incenſam à ſe Romam urbem gloriaretur.

De reſtitutione urbis per Camillum, & ſtrage Gallorum per eundem factis, plura quoque tradunt ſcriptores Græci, atq; in iis Plutarchus, in Camillo, hæc: Ταχὺ δὲ συμφρονήσας ὁ Βρέννος, ἀπήγαγε τοὺς Κελτοὺς εἰς τὸ στρατόπεδον οὐ πολλῶν πεσόντων. καὶ νυκτὸς ἀναστήσας ἅπαντας ἐξέλιπε τὴν πόλιν, καὶ προελθὼν ἑξήκοντα σταδίους, κατεστρατοπέδευσε παρὰ τὴν Σαβινίαν ὁδόν. ἅμα δ' ἡμέρᾳ παρῆν ὁ Κάμιλλος ἐπ' αὐτὸν, ὡπλισμένος λαμπρῶς, καὶ τεθαῤῥηκότας ἔχων τότε τοὺς Ῥωμαίους. καὶ γενομένης ἰσχυρᾶς μάχης ἐπὶ πολὺν χρόνον, αὐτούς τε τρέπεται πολλῷ φόνῳ, καὶ λαμβάνει τὸ στρατόπεδον. τῶν δὲ φευγόντων οἱ μὲν εὐθὺς ἀνῃρέθησαν καταδιωχθέντες, τοὺς δὲ πλείστους διασπαρέντας ἐπεκθέοντες ἐκ τῶν πέριξ κωμῶν καὶ πόλεων ἔκτεινον. .i. *Brennus rectè ſentiens, ſtatim non cæſis multis, Celtas ad caſtra deducit. Noctu dato ſigno, ut taciti omnes vaſa colligerent, urbem reliquit, & iter ſexaginta ſtadiorum profectus, haud longe Sabinâ viâ conſedit. Poſtquam dies illuxit, Camillus egregio cum exercitu Brennum petit, ſecum Romanos, tum magnâ audaciâ fretos, habens: & cum jam diu, fortiterq; pugnatum eſſet, multâ clade, occupatis caſtris, Gallos fundit, fugatq;. Fugientium quidam à perſequentibus cæſi, quoſdam verò, & plurimos per agros palantes, vicinæ urbes, villæq; occidêre.* Erant haud dubie Galli tum enervati vino, ſoliq́ue Italici deliciis, quarum amore illos allectos eò veniſſe teſtatur Plutarchus in Camillo; ubi ſcribit hæc verba: Οἱ δὲ Γαλάται τοῦ Κελτικοῦ γένους ὄντες ὑπὸ πλήθους λέγονται τὴν αὑτῶν ἀπολιπόντες, οὐκ οὖσαν αὐτάρκη τρέφειν ἅπαντας ἐπὶ ζήτησιν ἑτέρας ὁρμῆσαι. μυριάδες δὲ πολλαὶ γενόμεναι νέων ἀνδρῶν καὶ μαχίμων, ἔτι δὲ πλείους παίδων καὶ γυναικῶν ἄγοντες, οἱ μὲν ἐπὶ τὸν βόρειον ὠκεανὸν, ὑπερβαλόντες τὰ Ῥιπαῖα ὄρη, ῥυῆναι, καὶ τὰ ἔσχατα τῆς εὐρώπης κατασχεῖν, οἱ δὲ μεταξὺ Πυῤῥήνης ὄρους καὶ τῶν Ἀλπέων ἱδρυθέντες, ἐγγὺς Σεννώνων καὶ Κελτορίων κατοικεῖν χρόνον πολύν. ὀψὲ δ' οἴνου γευσάμενοι τότε πρῶτον ἐκ τῆς Ἰταλίας διακομισθέντος, οὕτως ἄρα θαυμάσαι τὸ πόμα, καὶ πρὸς τὴν καινότητα τῆς ἡδονῆς ἔκφρονες γενέσθαι πάντες, ὥστε ἀράμενοι τὰ ὅπλα, καὶ γο-

T. 1. edit. Lugdun. an. 1552. f. 261.

Ibid, fol. 246.

νέας ἀναλαβόντες, ἐπὶ τὰς Ἄλπας φέρεσθαι, καὶ ζητεῖν ἐκείνην τὴν γῆν, ἣ τοιοῦτον καρπὸν ἀναδίδωσι, τὴν δ' ἄλλην ἄκαρπον εἶναι καὶ ἀνήμερον. .i. *Galli Celtico genere orti, propter multitudinem haud nutriri possunt, foris sedem ac victum quærunt: quorum cum multæ essent myriades, tum juvenum bellicosorumq; hominum, tum liberorum, mulierumq; quas secum ducebant, quidam ad Boream Oceanum transeuntes, superatis Riphæis montibus extrema Europæ occupabant. Quidam inter Pyrenæos montes & Alpes sedem ponentes, prope Senones, ac Celticos diu habitabant. Tunc ut fama est) primùm gustantes vinum ex Italia delatum, sic illius admiratione ac novitate suavitatis amentes facti sunt omnes, ut collectis armis, sumptisq; filiis, ad Alpes concesserint, quæsierintq; eam terram in qua hujusmodi fructus oriretur: aliam autem infructuosam atque immitem arbitrabantur.* Meminit hujus Gallorum stragis Claudianus:

4.Cos.Honorii. ——— *quid rebus in arctis*

Dux gerat, ostendat Gallorum strage Camillus.

Et in Cos. Probini & Olybrii:

——— *Gallisque genus fatale Camillos.*

Pari modo tradunt authores, eos Gallos qui altero Brenno Duce circa annum v. c. DL. atque ita ducentis fermè post annis, in Græciam profecti sunt, magnâ ibidem ex parte cæsos, quique cædi superfuerunt, in Asiam profugisse, ubi soli, cœlique mollitie fracti, ab Attalo Rege, & Cn. Manlio Vulsone Consule victi, & subjugati sunt; adeò, ut Pausanias tradat neminem ex iis domum fuisse reversum. Meminit is trium expeditionum à Gallis in Thraciam & Pannoniam primò, deinde in Græciam

Lib.10.f. 643. factarum, in Phocicis, ita scribens: Ὑπερόριον μὲν οἱ Κελτοὶ στρατείαν πρώτην ὑπὸ ἡγεμόνι ἐποιήσαντο Καμβαύλῃ προελθόντες, δὲ ἄχρι τῆς Θρᾴκης, τὸ πρόσω τῆς πορείας οὐκ ἀπεθάρσησαν, καταγνόντες αὑτῶν, ὅτι ὀλίγοι τὲ ἦσαν, καὶ οὐκ ἀξιόμαχοι κατ' ἀριθμὸν Ἕλλησιν. Ἐπεὶ δὲ ἄλλων, ἐνῆγον δὲ μάλιστα οἱ ὁμοῦ Καμβαύλῃ ἐκστρατεύσαντες, ἅτε ἀπλησιῶν τε ἤδη γεγευμένοι, καὶ ἁρπαγῆς, καὶ κερδῶν ἐς ἔρωτα ἥκοντες, πολὺς μὲν δὴ πεζὸς οὐκ ἐλάχιστοι δὲ ἠθροίσθησαν, καὶ ἐς τὸ ἱππικόν. Ἐς μοίρας οὖν τρεῖς ἔνεμον οἱ ἡγεμόνες τὸν στρατόν. καὶ ἄλλος ἄλλῳ αὐτῶν ἐπὶ ἄλλην ἐτέτακτο ἰέναι χώραν. Ἐπὶ μὲν οὖν Θρᾷκας, καὶ τὸ ἔθνος τὸ Τριβαλλῶν, ἔμελλε Κερέθριος ἡγήσασθαι. τοῖς δὲ ἐς Παιονίαν ἰοῦσι Βρέννος ἦσαν, καὶ Ἀκιχώριος ἄρχοντες. Βόλγιός τε ἐπὶ Μακεδόνας καὶ Ἰλλυριοὺς ἤλαυνε, καὶ ἐς ἀγῶνα πρὸς Πτολεμαῖον κατέστη, τότε ἔχοντα τὴν Μακεδόνων βασιλείαν. .i. *Primam Galli expeditionem extra suos fines Cambaule Duce susceperunt. Hi in Thraciam usq; progressi, devia ab instituto itinere loca attingere non sunt ausi, quòd planè intelligebant, minores esse quas eduxerant copias, quàm ut numero Græcorum populis pares esse possent. Cum itaq; exteris nationibus iterum bellum inferre decrevissent, iis incitantibus, quos ante, Cambaulem secutos, lucri cupiditas & gustatæ prædæ amor, ac rapiendi licentia impellebat, ingens peditum manus, neque multo equitum minor, in unum convenerunt. Tripartito verò agmine Duces in Græciam moverunt; ac sua cuiq; parti provincia attributa. In Thracas & Triballorum gentem copiæ ducendæ Cerethrio traditæ sunt.*

In Pan-

In Pannoniam contendentibus Brennus & Acichorius præfuerunt. In Macedonas & Illyrios agmen duxit Bolgius. Is cum Ptolomæo, Macedonum Rege, signa contulit. Et mox: Προελθεῖν δὲ ὡς ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα οὐδὲ τότε ἐθάρρησαν οἱ Κελτοὶ, καὶ ὁ δεύτερος οὕτω στόλος ἐπανῆλθεν ἐς τὴν οἰκείαν. .i. *Sed cum neque tunc Galli ausi essent, ad Græcos armis lacessendos, longiùs progredi, brevi intra fines suos rediêre.* Tum de Gallorum numero sic adjungit: Οἱ δὲ ἀθροισθεὶς στρατὸς, πεζοὶ μὲν μυριάδες ἐγένοντο πεντεκαίδεκα προσόντων σφίσι δισχιλίων· οἱ δὲ ἱππεύοντες τετρακόσιοι καὶ δισμύριοι. .i. *Nomina in hanc jam tertiam expeditionem dederunt, peditum centum & quinquaginta duo millia; equites vicies mille & quadringenti.*

Postea vero quàm cædem Gallorum ad Thermopylas, aliisque locis, enarravit, tandem ita ait: Οἱ δὲ αὐτοί τε ἐξεστρατεύοντο, καὶ ἐς τὴν Βοιωτίαν διώδευον οἱ Βοιωτοί σφισιν ἀνεμίχθησαν. οὕτω δὴ ἀμφότεροι τοῖς βαρβάροις ἐπακολουθοῦντες ἐλόχων τε καὶ ἔκτεινον τοὺς ἀεὶ ἐσχάτους. Τοῖς δὲ φεύγουσιν ὁμοῦ τῷ Βρέννῳ, καὶ οἱ περὶ τὸν Ἀκιχώριον ἐν τῇ προτέρᾳ νυκτὶ ἀνεμίχθησαν· βραδεῖαν γὰρ τὴν πορείαν ἐποίησαν σφίσιν οἱ Αἰτωλοὶ, τοῖς τε ἀκοντίοις ἐς αὐτοὺς ἀφειδέστερον, καὶ ὅτῳ τύχοιεν καὶ ἄλλῳ χρώμενοι· ὥστε ἐς τὸ στρατόπεδον τὸ πρὸς τῇ Ἡρακλείᾳ μοῖρα οὐ πολλὴ διέφυγεν ἐξ αὐτῶν; τῷ δὲ Βρέννῳ κατὰ μὲν τὰ τραύματα ἐλείπετο ἔτι σωτηρίας ἐλπίς. τῶν δὲ πολιτῶν φόβῳ φασὶν αὐτὸν, καὶ τῇ αἰδοῖ πλέον, ἅτε τῶν ἐν τῇ Ἑλλάδι κακῶν αἴτιον, ἑκουσίως ἀφεῖναι τὴν ψυχὴν, ἄκρατον πίνοντα τοῦ οἴνου. Καὶ τὸ ἀπὸ τούτου δὲ οἱ βάρβαροι μέχρι μὲν τοῦ Σπερχειοῦ, χαλεπῶς ἐκομίσθησαν τῶν Αἰτωλῶν βιαίως σφίσιν ἐγκειμένων. ὡς δὲ ἀφίκοντο ἐπὶ τὸν Σπερχειὸν οἱ ἐντεῦθεν ὑποκαθήμενοι Θεσσαλοὶ καὶ οἱ Μαλιεῖς ἐνεφορήθησαν οὕτω σφῶν, ὡς μηδένα οἴκαδε ἀποσωθῆναι. .i. *Cum iisdem vero Atheniensibus, dum castris motis per Bœotiam iter faciunt, se Bœoti conjunxerunt: utriq; verò Barbaros infestantes, passim ex insidiis extremos interficiebant. Brenni agmen, Acichorii copiæ, superiore tantùm nocte assecutæ fuerant: siquidem Ætolis incessentibus cum jaculis, tum fortuitorum quovis missilium genere, lentiùs iter fecerant. Quare ad ea castra quæ ad Heracliam metati fuerant, non magna omnino ipsorum manus effugit. Brenno certè vulnera reliquam fecerant aliquam vitæ spem: metu tamen, vel pudore potius, quod autor ipse civibus fuisset suspiciendæ in Græciam calamitosæ expeditionis, ultro ajunt hausto mero post accepta vulnera mortem oppetiisse. Eo mortuo vix, & periculoso maximè itinere, Ætolis acriter urgentibus, Barbari ad Sperchion retrocessere: ibi eos ex insidiis Thessali & Malienses adorti, ita sunt hostium cæde satiati, ut ex tanto hominum numero, ne unus quidem salvus domum redierit.* Non quod omnes occubuerint in Græcia: sed quod cladi superstites in Asiam transmiserint. Etenim pergit: Ἐγένετο δὲ τῶν Κελτῶν στρατεία τε ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα καὶ ἡ ἀπωλεία, Ἀναξικράτους Ἀθήνησιν ἄρχοντος, δευτέρῳ δὲ ἔτει τῆς πέμπτης Ὀλυμπιάδος ἐπὶ εἴκοσι καὶ ἑκατὸν, ἣν Λάδας Αἰγιεὺς ἐνίκα στάδιον. Τῷ δὲ ἔτει τῷ ἐφεξῆς Δημοκλέους Ἀθήνησιν ἄρχοντος, οἱ δὲ αὖθις ἐς τὴν Ἀσίαν διαβαίνουσιν οἱ Κελτοί. .i. *Factâ in Græciam irruptione Galli deleti sunt, summum Athenis magistratum gerente Anaxicrate, anno altero Olympiadis CXXV. qua de stadio vicit Ladas Ægiensis. Insequenti verò anno, Democle Athenis eundem honorem gerente, rursus in Asiam Galli*

Ibid.f.654

Ibid.f.655

Galli transmisere.

Cladem hanc divinitus accidisse Gallis volunt Græci, eo quod donativis templi Apollinis Delphici inhiassent: qua de re plura
L.1.f.7. vide apud Pausaniam ibidem. Is quoque in Atticis: Καὶ σφίσιν αὐτοί τε Δελφοὶ, καὶ Φωκέων ἐντετάχθησαν οἱ τὰς πόλεις περὶ τὸν Παρνασὸν οἰκοῦντες. Ἀφίκετο δὲ καὶ δύναμις Αἰτωλῶν· τὸ γὰρ Αἰτωλικὸν προεῖχεν ἀκμῇ νεότητος τὸν χρόνον τοῦτον. ὡς δὲ ἐς χεῖρας συνῄεσαν. ἐνταῦθα κεραυνοί τε ἐφέροντο ἐς τοὺς Γαλάτας, καὶ ἀπορραγεῖσαι πέτραι τοῦ Παρνασοῦ, δείματά τε ἄνδρες ἀφίσταντο ὁπλῖται τοῖς βαρβάροις. i. *Illis quidem & Delphi, & Phocenses, & ex aliis Parnassi urbibus, multi in unum congregati, assumptis Ætolorum copiis, (quæ gens per ea tempora juventutis robore præstabat) instructâ acie occurrerunt. Vt verò ad manus ventum est, & crebra de cœlo fulmina, & sponte avulsa de Parnaso saxa, divinitus Gallorum aciem perculisse memorant.* Meminit Propertius in hos modulos canens:

Lib. 3. *Torrida sacrilegum testantur limina Brennum*
Dum petit intonsi Pythia regna Dei.
At mons laurigero concussus vertice, duras
Gallica Parnassi sparsit in arma nives &c.

Et mox de eorum parte, quæ ab internecione reliqua, in Asiam transmisit, Pausanias quoque loco citato: Γαλατῶν δὲ οἱ πολλοὶ ναυσὶν ἐς τὴν Ἀσίαν διαβάντες, τὰ παραθαλάσσια αὐτῆς ἐλεηλάτουν. Χρόνῳ δὲ ὕστερον οἱ Πέργαμον ἔχοντες, πάλαι δὲ Τευθρανίαν καλουμένην, ἐς ταύτην Γαλάτας ἐλαύνουσιν ἀπὸ θαλάσσης. i. *Sed Gallorum magna pars in Asiam classe transvecti, ad illud usque tempus maritimam ejus partem populationibus infestam reddiderant, quo Pergameni, qui eam, quæ olim Teuthrania appellata est, regionem tenent, eos longè à mari fugatos in finitimam partem* (quæ nunc Gallo-Græcia dicitur) *compulerunt.*

Hos ab Attalo Pergami Rege superatos fuisse, perhibet
Lib.13.f. 624. Strabo, ita scribens: Ἐκ δὲ Ἀττάλου καὶ Ἀντιοχίδος τῆς Ἀχαιοῦ γεγονὼς Ἄτταλος διεδέξατο τὴν ἀρχὴν, καὶ ἀνηγορεύθη βασιλεὺς οὗτος πρῶτος, νικήσας Γαλάτας μάχῃ μεγάλῃ. Οὗτος καὶ Ῥωμαίοις κατέστη φίλος, καὶ συνεπολέμησε πρὸς Φίλιππον μετὰ τοῦ Ῥοδίων ναυτικοῦ. i. *Ei* (Eumenidi) *successit Attalus, Attali & Antiochidis Achæo natæ filius. Hic primus Rex salutatus est, cùm magnâ pugnâ Galatas vicisset: socius Romanorum fuit, eosque in bello contra Philippum juvit, Rhodiæ conjunctus classi.* Suidas: Γαλάται ἐπὶ τοῦ Σκιπίωνος τοῦ Ῥωμαίων στρατηγοῦ, καὶ Ἀννίβου καρχηδονίου, Ῥωμαῖοι Γαλάτας τοὺς ἐν Ἀσίᾳ κατεστρέψαντο. οὗτοι δ᾽ ἦσαν τῶν ἑσπερίων Γαλατῶν μοῖρα. ἀναστάντες γὰρ ποτὲ τῆς οἰκίας Γαλάται, ἅμα Βρέννῳ στρατηγῷ, προσῆλθον εἰς λʹ μυριάδας ἀριθμούμενοι. Ἐντεῦθεν διακριθέντες, οἱ μὲν ἐπὶ τὴν ἔσω πυλῶν Ἑλλάδα, οἱ δὲ ἐπὶ Θρᾴκην, καὶ τὴν Ἀσίαν ἐστάσαντο. Ἀμφὶ τὰς δύο μάλιστά που καὶ αὐτοὶ μυριάδας ὄντες. καὶ κρατήσαντες τῷ πολέμῳ πάντων μικροῦ τῶν ἐπὶ τάδε τοῦ Ταύρου Ἀσιανῶν γενῶν, τοὺς μὲν ἄλλους ὑποτελεῖς ἐποιήσαντο φόρου. αὐτοὶ δὲ τὰ περὶ τὸν Ἅλυν ποταμὸν χωρία κατασχόντες, ἐνέμοντο τὰ μεταξὺ Βιθυνῶν τε καὶ Καππαδοκῶν κείμενα; ἐφ᾽ οὓς ἐστρατεύσαντο Ῥωμαῖοι, κοινωνήσαντας Ἀντιόχῳ τῆς ἐπὶ τῷ Σιπύλῳ μάχης. καὶ συμπεσόντος αὐτοῖς περὶ πόλιν Ἄγκυραν Μαλλίου σφῶν ἡγουμένου,

ἡγουμένου, μυρίους μὲν τῆς μαχίμου ἡλικίας καταβάλλουσι. Τοὺς δὲ λοιποὺς ὑποκύψαι σφίσιν ἀποστάντες ὧν ἦρχον ἐθνῶν, κατηνάγκασαν. .j. *Galatæ, Scipione Romanorum Imperatore, & Hannibale Carthaginensium; Romani Galatas, qui in Asia erant, sub jugum miserunt. Illi autem erant pars occidentalium Galatarum. Cùm enim aliquando è patria sua, Galatæ sese movissent, unà cum Brenno exercitus Duce, accesserunt numero ad triginta myriades. Inde sejuncti, illi quidem in Græciam, quæ intra portas est, hi autem in Thraciam & Asiam conversi sunt, quasi duæ ad summum myriades, & ipsi existentes, & cum bello vicissent fere omnes cis Taurum (montem) Asiaticorum nationes, reliquos quidem tributa pendere coëgerunt. Ipsi autem occupatis locis illis, quæ sunt circa Halyn fluvium, depascebantur regiones inter Bithyniam, & Cappadociam sitas. In illos exercitum duxerunt Romani, cùm Antiocho belli societatem in pugna ad Sipylum præstitissent. Et cum Duce Manlio conflixissent cum ipsis, decem millia hominum, qui ejus ætatis erant, ut pugnare possent, cædunt, reliquis autem jugum subire, & à populis quibus imperabant, dominatu abscedere coëgerunt.* Meminerunt & libri Machabeorum in hæc verba: *Et audivit Iudas nomen Romanorum, quia sunt potentes viribus, & acquiescunt ad omnia, quæ postulantur ab eis, & quicumque accesserunt ad eos, statuerunt cum eis amicitias, & quia sunt potentes viribus. Et audierunt prælia eorum, & virtutes bonas, quas fecerunt in Galatia, quia obtinuerunt eos, & duxerunt sub tributum.* Lib.1.c.8.

Lucius Florus hanc Romanorum de his Galatis victoriam adscribit mollitiei Asiaticæ, qua enervati pristinas virtutes, & robur patrium amiserant; his verbis: *Gallogræciam quoque Syriaci belli ruina convoluit. Fuerant inter auxilia Antiochi. An fuisset cupidus triumphi Manlius, an eos visos simulaverit, dubium: Certè negatus est victori triumphus, quia causam belli non approbavit senatus. Cæterum gens Gallogræcorum, sicut ipsum nomen indicio est, mixta & adulterata est: Reliquiæ Gallorum quibus Brenno Duce vastaverant Græciam, mox orientem sequuti, in media Asiæ parte etjam sedere. Itaque, ut frugum semina mutato solo degenerant, sic illa genuina feritas eorum, Asiaticâ amoenitate mollita est. Duobus itaque prælius fusi fugatique sunt: Quamvis sub adventu hostis relictis sedibus in altissimos se montes recepissent quos Tolistobogii, Tectosagæque jam insederant: utrimque fundis sagittisque acti, in perpetuam se pacem dediderunt.* L.2.c.11.

Livius item eodem modo: *Galli, magna hominum vis, seu inopiâ agri, seu prædæ spe, nullam gentem per quas ituri essent, parem armis rati, Brenno Duce in Dardanos pervenerunt. Ibi seditio orta & ad XX millia hominum cum Lomnorio ac Lutario regulis, secessione factâ à Brenno, in Thraciam iter averterunt. Vbi cum resistentibus pugnando, pacem petentibus stipendium imponendo, Byzantium cum pervenissent, aliquamdiu oram Propontidis vectigalem habendo, regionis ejus urbes obtinuerunt. Cupido inde eos in Asiam transeundi, audientes ex propinquo quanta ubertas terræ ejus esset, cepit. Et Lysimachiâ fraude captâ, Chersonesoque omni armis possessâ, ad Hellespontum descende-* Dec.4.l.8. f. 369.

descenderunt; ibi verò exiguo divisis freto, cernentibus Asiam, multò
Fol.370. *magis animi ad transeundum accensi.* Et mox: *Primus Asiam incolentium abnuit Attalus, Pater Regis Eumenis, audaciq; incepto, præter opinionem omnium, affuit fortuna: Et signis collatus superior fuit: non tamen ita infregit animos eorum, ut absisterent Imperio. Eisdem opes usq; ad bellum Antiochi cum Romanis manserunt. Tum quoque pulso Antiocho magnam spem habuerunt, quia procul mari incolerent, Romanum exercitum ad se non perventurum. Cum hoc hoste tam terribili omnibus regionis ejus, quia bellum gerendum erat, pro concione milites maximè in hunc modum allocutus est Consul:* ,, Non me præterit, milites, omnium, quæ Asiam colunt, gentium, Gallos famâ belli præstare. Inter mitissimum genus hominum, ferox natio, pervagata bello propè orbem terrarum, sedem cepit. Procera corpora, promissæ & rutilatæ comæ, vasta scuta, prælongi gladii, ad hoc cantus ineuntium prælium, & ululatus & tripudia, & quatientium scuta, in patrium quendam morem, horrendus armorum crepitus, omnia de industria composita ad terrorem. Sed hæc, quibus insolita atq; insueta sunt, Græci, & Phryges, & Cares timeant: Romanis Gallici tumultûs assuetis, etjam vanitates notæ sunt. Semel primò congressu ad Alliam eos olim fuderunt majores nostri: ex eo tempore per ducentos jam annos, pecorum in morem consternatos, cædunt, fugantque: & plures propè de Gallis triumphi, quam de toto orbe terrarum acti sunt. Iam usu hoc cognitum est: Si primum impetum, quem fervido ingenio, & cœcâ irâ effundunt, sustinueris, fluunt sudore, & lassitudine membra: labant arma: mollia corpora, molles, ubi ira consedit, animos, sol, pulvis, sitis, ut ferrum non admoveas, prosternunt. Non legionibus legiones eorum solum experti sumus; sed vir unus cum viro congrediendo. Manlius, M. Valerius, quantum Gallicam rabiem vinceret Romana virtus, docuerunt. Iam M. Manlius unus agmine scandentes in Capitolium Gallos detrusit. Et illis majoribus nostris *(quibus verbis innuit se quoque de gente Manlia esse)* cum haud dubiis Gallis, in terra sua genitis, res erat; hi jam degeneres sunt, misti, & Gallogræci verè, quod appellantur. Sicut in frugibus pecudibusque non tantum semina ad servandam indolem valent, quantum terrę proprietas, cæliq;, sub quo aluntur, mutat. Macedones qui Alexandriam in Ægypto, qui Seleuciam ac Babylonem, quique alias sparsas per orbem terrarum colonias habent, in Syros, Parthos, Ægyptios degenerarunt. Massilia inter Gallos sita, traxit aliquantum ab accolis animorum: Tarentinis quid ex Spartana dura illa & horrida disciplina mansit? Generosius in sua quidquid sede gignitur: insitum alienæ terræ, in id quo alitur, naturâ vertente se, degenerat. Phrygas inter Gallicis oneratos armis, sicut in acie Antiochi cecidistis; victos victores cædetis, magis vereor,

„vereor, ne parum inde gloriæ, quam ne nimium belli ſit. Attalus eos Rex ſæpè fudit, fugavitque. Nolite exiſtimare belluas tantùm recens captas feritatem illam ſylveſtrem primò ſervare: deinde cum diu manibus humanis alantur, miteſcere: in hominum feritate mulcenda non eandem naturam eſſe. Eoſdemne hos creditis eſſe, qui Patres eorum aviq; fuerunt? Extorres, inopiâ agrorum profecti domo. Per aſperrimam Illyrici oram, Pæoniam inde, & Thraciam, pugnando cum ferociſſimis gentibus emenſi, has terras ceperunt. Duratos eos tot malis, aſperatoſque, accepit terra, quæ copiâ rerum omnium ſaginaret. Vberrimo agro, mitiſſimo cœlo, clementibus accolarum ingeniis, omnis illa, cum qua venerant, manſuefacta eſt feritas. Tum de ſtrage Gallorum hoc modo fol. 377. Ibid: *Pauci ſupererant jam Gallorum, poſteaquam ab levi armatura ſuperatos ſe viderunt, & inſtare legionum ſigna, effuſâ fugâ caſtra repetunt, pavoris & tumultus jam plena, ut ubi feminæ, puerique, & alia imbellis turba permiſta eſſet.* Et poſt pauca: *Conſul, poſteaquam ad tumulos ab levi armatura captos, prima ſigna legionum pervenerunt, reſpirare & conquieſcere pauliſper militem jubet, ſimul ſtrata per tumulos corpora Gallorum oſtentat, & cum levis armatura tale prælium ediderit, quid ab legionibus, quid ab juſtis armis, quid ab animis fortiſſimorum militum exſpectari? Caſtra illis capienda eſſe &c.* Item: *Priuſquam irrumperent victores, fuga è caſtris Gallorum in omnes partes facta eſt, ruunt cæci per viam, per invia; nulla præcipitia ſaxa, nulla rupes obſtant, nihil præter hoſtem metuunt, itaque pleriqué præcipites per vaſtam altitudinem prolapſi, aut debilitati, exanimantur. Conſul de caſtris captis, direptione, prædaq; abſtinet militem, ſequi pro ſe quemque, & inſtare, & perculſis pavorem addere jubet. Supervenit & alterum cum L. Manlio agmen, nec eos caſtra intrare ſinit, protenus ad perſequendos hoſtes mittit &c.* Et mox: *Sparſos fugâ Gallos circa radices montis conſectati cecidêre aut cepêre. Numerus interfectorum haud facile iniri potuit, quia latè inter omnes anfractus montium, fugaq; & cædes fuit, & magna pars rupibus inviis in profundæ altitudinis convalles delapſa eſt, pars in ſylvis vepribuſq; occiſa. Claudius qui bis pugnatum in Olympo monte ſcribit ad quadraginta millia hominum cæſa, auctor eſt.* Apud eundum Livium ita Furius & Æmylius adverſus Manlium volentem triumphare de Gallogræcis: *Nolite nomen tantum exiſtimare miſtum eſſe Gallogræcorum, multo ante, & corpora, & animi miſti, ac vitiati ſunt.* Polybius de Gallis in Aſia profligatis hoc modo: Τῶν μὲν Γαλατῶν, οὓς διεβιβάσας ἐκ τῆς Εὐρώπης ὁ βασιλεὺς Ἄτταλος εἰς τὸν πρὸς Ἀχαιὸν πόλεμον διὰ τὴν ἐπ᾽ ἀνδρείᾳ δόξαν, τούτων χωρισθέντων τοῦ προειρημένου βασιλέως, διὰ τὰς ἄρτι ῥηθείσας ὑποψίας, καὶ πορθούντων μετὰ πολλῆς ἀσελγείας, καὶ βίας, τὰς ἐφ᾽ Ἑλλησπόντῳ πόλεις, τὸ δὲ τελευταῖον καὶ πολιορκεῖν τοὺς Ἰλιεῖς ἐπιβαλλομένων, ἐγένετο μέν τις οὐκ ἀγεννὴς περὶ ταῦτα πρᾶξις, καὶ ὑπὸ τῶν περὶ τὴν Τρῳάδα κατοικούντων Ἀλεξάνδρειαν. Θεμίστην γὰρ ἐξαποστείλαντες μετ᾽ ἀνδρῶν τετρακισχιλίων, ἔλυσαν μὲν τὴν Ἰλιέων πολιορκίαν, ἐξέβαλον δ᾽ ἐκ

Dec. 4 l. 7. fol. 404.

L. 5. f. 174. edit. Baſil. an. 1549.

πάσης τῆς Τρωάδος τοὺς Γαλάτας, ἐμποδίζοντες ταῖς χορηγίαις, καὶ διαλυμαινόμενοι τὰς ἐπιβολὰς αὐτῶν. Οἱ δὲ Γαλάται καταχόντες τὴν Ἀρίσβαν κειμένην ἐν τῇ τῶν Ἀβυδηνῶν χώρᾳ, λοιπὸν ἐπεβούλευον, καὶ προσεπολέμουν ταῖς περὶ τούτους τοὺς τόπους ἐκτισμέναις πόλεσιν. ἐφ' οὓς στρατεύσας μετὰ δυνάμεως Προυσίας, καὶ παραταξάμενος τοὺς μὲν ἄνδρας κατ' αὐτὸν τὸν κίνδυνον, ἐν χειρῶν νόμῳ διέφθειρε. Τὰ δὲ τέκνα σχεδὸν ἅπαντα, καὶ τὰς γυναῖκας αὐτῶν ἐν τῇ παρεμβολῇ κατέσφαξε, τὴν δ' ἀποσκευὴν ἐφῆκε διαρπάσαι τοῖς ἠγωνισμένοις. πράξας δὲ ταῦτα, μεγάλου μὲν ἀπέλυσε φόβου καὶ κινδύνου, τὰς ἐφ' Ἑλλησπόντῳ πόλεις. καλὸν δὲ παράδειγμα τοῖς ἐπιγινομένοις ἀπέλιπε, τοῦ μὴ ῥᾳδίαν ποιεῖσθαι τοὺς ἐκ τῆς Εὐρώπης βαρβάρους, τὴν εἰς τὴν Ἀσίαν διάβασιν. .j. *Galli, quos ex Europa Rex Attalus, bello adversus Achæum, in Asiam transfretaverat, cum ob memoratas à nobis superiùs suspiciones, à prædicto Rege decessissent, universas Hellesponti civitates, cupidè nimium, ac crudeliter depopulabatur. Hi, cum ad extremum Eliensium quoq; urbem obsidione cinxissent, egregium sane facinus commissum fuit, ab his, qui Alexandriam circa Troada colebant. Siquidem Themiste Duce, cum quatuor millibus hominum adversus illos misso, non solum Eliensium obsidionem dissolverunt, verum etjam Gallos ex omni Troade expulêre, partim prohibentes iis commeatum, partim omnes eorum conatus impedientes. Galli, Arisba oppido in Abidenorum regione capto, reliquùm jam vicinis civitatibus insidiabantur, bellumq; adversus omnes gerebant. Contra quos Prusias cum copiis profectus, inito mox prælio, exercitum eorum profligavit, filios fere omnes, atq; uxores passim, nullâ sexus aut ætatis ratione habitâ, interfecit, castra diripi à militibus passus est. Quibus peractis maximo timore ac periculo Hellespontum liberavit, optimumq; posteris exemplum reliquit, ne barbari tam facilè ex Europa in Asiam transfretarent.* Idem alibi Gallorum gentem è Græcia in Thraciam profectam à Thracibus

L.4.f.124. fundítus scribit extinctam: Οὗτοι δ' ἐκίνησαν μὲν Ἀχαιοῖς περὶ Βρέννον ἐκ τῆς οἰκείας, διαφυγόντες δὲ τὸν περὶ Δελφοὺς κίνδυνον, καὶ παραγινόμενοι πρὸς τὸν Ἑλλήσποντον, εἰς μὲν τὴν Ἀσίαν οὐκ ἐπεραιώθησαν, αὐτοῦ δὲ κατέμειναν διὰ τὸ φιλοχωρῆσαι τοῖς περὶ τὸ Βυζάντιον τόποις. Οἳ καὶ κρατήσαντες τῶν Θρακῶν, καὶ κατασκευασάμενοι βασίλειον τὴν Τύλην, εἰς ὁλοσχερῆ κίνδυνον ἦγον τοὺς Βυζαντίους. κατὰ μὲν οὖν τὰς ἀρχὰς ἐν ταῖς ἐφόδοις αὐτῶν, ταῖς κατὰ Κομοντόριον τὸν πρῶτον βασιλεύσαντα, δῶρα διετέλουν οἱ Βυζάντιοι διδόντες ἀνὰ τρισχιλίους, ποτὲ δὲ καὶ μυρίους χρυσοῦς ἐφ' ᾧ μὴ καταφθείρειν τὴν χώραν αὐτῶν. τέλος δ' ἠναγκάσθησαν ὀγδοήκοντα τάλαντα συγχωρῆσαι φόρον τελεῖν κατ' ἐνιαυτόν, ἕως εἰς Κλύαρον, ἐφ' οὗ κατελύθη μὲν ἡ βασιλεία· τὸ δὲ γένος αὐτῶν ἐξεφθάρη πᾶν ὑπὸ Θρακῶν ἐκ καταβολῆς ἐπικρατηθέν. .j. *Galli enim, qui sub Brenno Duce militaverant, ingenti periculo apud Delphos liberati, cum in Hellespontum venissent, nequaquam in Asiam transiverunt, sed opportunitate locorum perlecti, circa Bysantium constitêre. Vbi devictis Thracibus, & Tyle regiâ constitutâ, Bysantiis intulerunt bellum. Hi principio muneribus illorum animos lenire cœpêre, cum primum sub Rege Comontorio irruerent, datis modo tribus, modo quinque, interdum decem millibus aureorum, ne eorum provinciam devastarent, ad extremum octuaginta talentis singulis annis pendere coacti, usq; ad Clyari tempora, quibus Gallorum imperium*

perium defecit, omnisq; ea gens vicissim à Thracibus superata, funditus extincta est. Cum igitur Senones isti Galli; qui Brenno Duce Italiam ingressi Romam occuparunt, mox intra ipsam Italiam à Camillo ita fuerint devicti, ut *ne nuntius quidem cladis relictus* esset, eorumque reliquias ita Dolabella deleverit, ut *ne quis exstiterit in ea gente, qui incensam à se Romam urbem gloriaretur;* cum & alii Galli altero Brenno Duce ita in Græcia, Thracia, atque Asia excepti sint, ut *ne unus quidem salvus domum redierit*, ecquis fidem tribuat iis qui contendunt Francos eorum sobolem esse? cum denique omnes scribant eos Italiæ, Græciæ, Asiæ mollitie fuisse enervatos, atque omnino devictos, quis credat eorum reliquias tantâ virtute atque fortitudine postliminio rediisse, ut in Gallia sua superarint, atque ex ea Romanos exterminarint?

CAP. XVI.

Error eorum qui volunt Francos oriundos à Sicambris, & Batavis, nunc Geldris, Zutphaniensibus, Hollandis, &c.

POsteriores authores, qui loca Ammiani Marcellini, Orosii, Eutropii, Vopisci, Sidonii Apollinaris, Panegyristarum, & quædam fortassis etjam Græcorum authorum, à nobis in superioribus citata, legerunt, à quibus Francorum sedes constituuntur ad Scaldim, Rhenum, & mare, quia etjam audivêre Francos cognominatos Sicambros, scripserunt eos oriundos à Sicambris, quorum meminit Iulius Cæsar, faciens eos populos transrhenanos. Locus ejus in Commentariis de bello Gallico ita se habet: *Cæsar his de causis, quas commemoravi, Rhenum transire decreverat: sed navibus transire, neq; satis tutum esse arbitrabatur, neque suæ, neque populi Romani dignitatis esse statuebat. Itaque etsi summa difficultas faciundi pontis proponebatur, propter latitudinem, rapiditatem, altitudinemque fluminis, tamen id sibi contendendum aut aliter non transducendum exercitum existimabat. Rationem igitur pontis hanc instituit &c.* Tum deinde cap. 18: *Cæsar, ad utramque partem pontis, firmo præsidio relicto, in fines Sigambrorum contendit; interim à compluribus civitatibus ad eum legati veniunt, quibus pacem atque amicitiam petentibus, liberaliter respondit, obsidesque ad se adduci jubet. Sigambri ex eo tempore, quo pons institui cœptus est, fugâ comparatâ, hortantibus iis, quos ex Tenchteris atq; Vsipetibus apud se habebant, finibus suis excesserant, suaq; omnia exportaverant, seque in solitudinem ac silvas abdiderant.* Hos sub Iulio L.4.c.17.

 Cæsare

Cæsare fuga dilapsos postmodum superavit Augustus, seseque dedentes in Gallias traduxit, inque proximis Rheno agris col-
Cap.21. locavit. ita id attestante Suetonio in Augusto: *Domuit autem partim ductu, partim auspiciis suis, Cantabriam, Aquitaniam, Pannoniam, Dalmatiam, cum Illyrico omni, item Rhætiam, & Vindelicos, ac Salassos, gentes Inalpinas. Coercuit & Dacorum incursiones, tribus eorum ducibus cum magna copia cæsis, Germanosque ultra Albim fluvium summovit. Ex quibus Suevos & Sicambros dedentes se, traduxit in Galliam, atque in proximis Rheno agris collocavit.* De Sicambris ab Augusto
Lib.39. superatis ita quoq; Dion: Ὡς οὖν οὔτε οἱ ἱππεῖς ἐξεδίδοντο, καὶ οἱ Οὔβιοι, ὅμοροί τε τοῖς Συγγάμβροις οἰκοῦντες, καὶ διάφοροι αὐτοῖς ὄντες, ἐπεκαλέσαντο αὐτὸν, διέβη μετὰ τὸν ποταμὸν γεφυρώσας. i. *Itaq; cùm equites non dederentur, atq; ipse ab Vbiis, qui Sigambrorum finitimi, iidemq; hostes erant,*
Lib.54. *vocaretur, Rhenum ponte facto transiit.* Idem iterum ubi de Druso: Καὶ τοὺς Κελτοὺς τηρήσας τὸν Ῥῆνον διαβαίνοντας, ἀνέκοψε· καὶ μετὰ τοῦτο ἔς τε τὴν τῶν Ουσεπετῶν κατὰ αὐτὴν τὴν τῶν Βαταούων νῆσον διέβη· καὶ ἐπὶ τὴν Συγαμβρίδα ἐκεῖθεν ἐπιπαρελθὼν συχνὰ ἐπόρθησεν. i. *Inde Germanis intentus, quando Rhenum transirent, eos repulit, atq; ipse postea in Vsipetarum regionem, juxta insulam Batavorum, atq; inde in Sicambrorum terram transgressus, magnam agri partem vastavit.* Item paullò infra: ἅμα δὲ τῷ ἦρι τὸν πόλεμον αὖθις ὥρμησε, καὶ τόν τε Ῥῆνον ἐπεραιώθη, καὶ τοὺς Οὐσιπέτας κατεστρέψατο· τόν τε Λουπίαν ἔζευξε, καὶ ἐς τὴν Συγάμβρων ἐνέβαλε, καὶ δι' αὐτῆς καὶ ἐς τὴν Χερουσκίδα περιεχώρησε, μέχρι τοῦ Οὐϊσούργου· ἠδυνήθη δὲ τοῦτο ποιῆσαι, ὅτι οἱ Σύγαμβροι τοὺς Χάττους, μόνους τῶν προσοίκων μὴ θελήσαντας σφίσι συμμαχῆσαι, ἐν ὀργῇ σχόντες, πανδημεὶ ἐπ' αὐτοὺς ἐξεστράτευσεν. i. *Initio veris, rursus ad bellum profectus, Rhenum transiit, Vsipetas subjugavit, Lupiaq; fluminis ripis ponte junctis, in Sigambros irrupit; perq; eos in Cheruscorum regionem, usq; ad Visurgim processit. Id uti ei liceret Sigambrorum in Chattos, qui soli finitimorum auxilia negaverant, totius gentis viribus facta expeditio effecerat.* Meminit & victoriæ Augusti de Sicambris Horatius in laudibus Augusti, ejusq; privignorum Drusi & Tiberii, ita canens:

Carm.l.4. od.2.

Concines majore, poëta, plectro
Cæsarem, quandoque trahet feroces,
Per sacrum clivum, meritâ decorus
——— fronde, Sicambros.

Iterumque:

Ibid.od.14.

Te, cæde gaudentes, Sicambri,
Compositis, venerantur, armis.

Ex devictis Sicambris volunt quidam partem tantum cis Rhenum translatam, partem in Germania mansisse, atq; ex hac
Fol.170. Francos oriundos. Ita Pirkheimerus apud Bertium rer. germ. *Iuxta Rhenum habitabant Sicambri, à quibus Franci ortum sumpsere, quod quidem multis argumentis ostendi potest. Nugentur Gallici scriptores quidquid velint, de Trojanæ gentis origine, & civitate illa magna Sicambria appellata, meris mendaciis constructa; omnia enim illa*

fabulosa

fabulosa sunt. Horum pars sub Octaviano Cæsare in citeriorem Rheni translata est ripam : qui vero remanserunt, posteriori tempore, Franci sunt dicti, & eam occuparunt terram, quæ hodie appellatur Franconia, seu Francia orientalis : unde & per Francofordiam, hoc est Francorum trajectum, Galliam invaserunt, quam & hodie tenent.

Alii à Sicambris quidem ortos volunt Francos, sed à Cisrhenanis potiùs quam Transrhenanis. Ita Sammarthani frat. in historia domus Franciæ : *Quant à l'ancienne demeure des Francs & à leur nom, il y a en cecy une grande diversité entre les historiens. mais ceux, qui avec plus de jugement, & de diligence, ont recherché l'origine de ces peuples, sont d'advis, qu'ils habitoient les pays anciennement tenus par les Sicambres, situez vers les rivages du Rhin, proches de la mer.* Et post pauca : *Bien qu'apres la victoire obtenue par l'Empereur Auguste sur les Sicambres, il eust fait traduire & transferer partie de ceste nation deça le Rhin, en la Gaule Belgique; neantmoins l'autre demeura en son ancienne habitation; & s'estant joincte à ses voisins, prit le nom de Francs, qui commença d'estre cognu dans les provinces de l'Empire, environ l'an 1250. Cela fait qu aucuns historiens, poëtes, & autres autheurs, en faisant mention de ces peuples, les nõment indifferement Francs & Sicambres, & souvent prennent les uns pour les autres. Tellement qu'on recuille de leurs escrits, l'ancienne France avoir esté non seulement estenduë en ceste partie, qui est outre & à l'opposite de Colongne, entre les fluves du Rhin, de d'Isal, ancienne habitation des Sicambres, ainsi qu'il a esté remarqué, faisant part de Westphalie, de Cleves, & Gueldres; mais aussi en toute la Frise, ou demeuroient les Sicambres maritimes, & à present font part de Zutfen, Hollande & Zelande, vers l'embouchure du Rhin dans l'Ocean; tout lequel continent, qu'on appelloit basse Germanie, a porté aussi le nom de France, jusques à l Empereur Valentinian III. Car depuis ces peuples se jetterent plus avant dans les Gaules, ausquelles par succession de temps ils imposerent leur nom.* Tum deinde prosequendo iidem Sammarthani adversus authores præcedentium opinionum hæc subjungunt : *Il semble donc n'estre point necessaire de refuter, ce qui est remarqué par d'autres, sur l'origine des François, qu'ils font, sans fondament valable, sortir des Trojens fugitifs, & des paluds Meotides, ny ce qu'escrivent aucuns, que ces peuples estoient issus de Franconie, & Alemagne, & que de là ils prennent denomination. Ne considerant pas, que le nom de Franconie est nouveau, & n'a esté attribué à ceste province, sinon longtemps apres que les François ont esté cognus, & dont le nom est beaucoup plus ancien. L'opinion de ceux, qui les font sortir, les uns des Pannonies, & les autres de Scandinavie, & des Cimbres; n'a pas un meilleur fondament; puis que l'opinion des meilleurs histoiriens y repugne. &c.*

Tom. 1. l. 2. c. 1. f. 42.

Eorum sententiæ, qui scribunt à Sicambris transrhenanis Francos oriundos, planè adversatur id quod tradit Tacitus in annal. ubi docet Sicambros ultra Rhenum penitus debellatos

 fundi-

L.2.F.50, edit. Plantin. funditusque fuisse excisos; in hanc sententiam : *Crebris epistolis Tiberius monebat (Drusum) rediret ad decretum triumphum: satis jam eventuum, satis casuum : prospera illi & magna prælia : eorum quoq; meminisset, quæ venti & fluctus, nullâ ducis culpâ, gravia tamen & sæva damna intulissent, se novies à Divo Augusto in Germaniam missum, plura consilio, quam vi perfecisse. Sic Sugambros in deditionem acceptos, sic Suevos, Regemq; Merobodium pace obstrictum.* Item idem an-Fol.198. nal. lib. 12: *Crebra hinc prælia, & sæpius in modum latrocinii : per saltus, per paludes, ut cuique sors, aut virtus : temere provisa : ob iram, ob prædam ; jussu, & aliquando ignaris ducibus : ac præcipua Silurum pervicaciâ, quos accendebat vulgata Imperatoris Rom. vox : ut quondam Sugambri excisi, & in Gallias trajecti forent, ita Silurum nomen penitus exstinguendum.*

Hosce Sicambros inter alios Germanos intelligit Eutropius ita agens de Augusto : *Vicit autem prœliis Dacos, Germanorum ingentes copias cecîdit: ipsos quoq; trans Albim fluvium submovit, qui in barbarico longè ultra Rhenum est. Hoc tamen per Drusum privignum suum administravit, sicut per privignum Tiberium alterum, Pannonicum. Quo bello CCCC millia in Gallia collocavit.* Hîc pro quadringentis millibus, quadraginta millia esse reponenda, veri similitudo dictare videtur. Ex his haud dubiè multi in Romanas legiones adscripti, multi reliquâ Gallia dispersi, alii, ut Batavi, in pace relicti fuêre ; nec defuere, qui ad Menapios, aliosque Gallos, jugi Romanorum adhuc immunes, sese contulerunt ; uti monitum supra.

Hujus in Sicambros expeditionis sub Augusto ducente ex-Lib. 55. ercitum Tiberio, meminit Dio apud Cluverium ubi perperam Germ.ant. lib.3.c.9. pro Sicambris Cantabros esse scriptum monuit Cluverius, & ante eum Lipsius in lectionibus antiquis. Locus ita sonat : μετὰ δὲ Lib.1.c.6. δὴ ταῦτα τήν τε ἡγεμονίαν (καίπερ ἀφιεὶς, ὡς ἔλεγεν, ἐπιδεὶ τὰ δέκα ἔτη τὰ δεύτερα ἐξεληλύθει) ἄκων δῆθεν αὖθις ὑπέστη, καὶ ἐπὶ τοὺς Κελτοὺς ἐστράτευσε. καὶ αὐτὸς μὲν ἐν τῇ οἰκίᾳ ὑπέμεινεν; ὁ δὲ δὴ Τιβέριος τὸν Ῥῆνον διέβη. φοβηθέντες οὖν αὐτοὺς οἱ βάρβαροι, πλὴν τῶν Καντάβρων, ἐπεκηρυκεύσαντο. καὶ οὔτε τότε ἔτυχόν τινος (ὁ γὰρ Αὔγουστος οὐκ ἔφη σφίσιν ἄνευ ἐκείνων σπείσεσθαι) οὔθ' ὕστερον. ἔπεμψαν μὲν γὰρ καὶ οἱ Κάνταβροι πρέσβεις. i. *Post hæc Augustus cum principatum deposuisset (hoc enim præ se ferebat) exacto decennio altero, invitus iterum suscepit; & in Germanos bellum molitus, ipse domi substitit : Tiberius autem Rhenum transiit. Eorum vim metuentes barbari omnes, exceptis Cantabris, legatos miserunt, pacem petentes. Sed neq; tum eam impetraverunt, quum Augustus, nisi illis ad causam adjunctis, negaret se eam daturum; neq; deinde, quum Cantabri quoque legatos misissent.* Sripserat Strabo lib. 7. sic apud Cluverium eodem capite : Λοιποὶ δ' εἰσὶν ὀλίγοι καὶ τῶν Συγάμβρων μέρος. i. *Sed & Sugambrorum exigua restat portio.* Contra sic ibidem Cluverius Fol.542. loco citato : *Si verum est, quod Strabo tradit ; nempe partem Sigambrorum in Germania fuisse relictam : miror ego, nullam omnino eorum*

illic fieri apud rerum auctores mentionem, postquam ea gens à Tiberio in Galliam traducta. Nam neq; Tacitus, in Germanici rebus, in Sigambrorum finibus, eodem tempore, quo Strabo scripsit geographica sua, gestis, neque in reliquâ historiâ suâ, ne in libro quidem de Germania, quidquam de iis memorat. Contra verò sic scribit annal. XXII: Ut quondam Sugambri excisi, & in Gallias trajecti forent.

Quia igitur alii authores diligentiùs attendentes animadverterunt Sicambros ultra Rhenum penitus excisos, eorumque reliquias cis Rhenum traductas fuisse, à Cisrhenanis illis in Gallia Sicambris, Francos provenisse, credere, & persuadere voluerunt. Sic & Faucet lib. 1. c. 17. antiq. Gallic: *Nostre Seigneur Iesu fils de Dieu prit chair humaine au ventre de la Vierge MARIE, l'an du monde MMM. IX. C. LXIII, & le XLII de l'Empire d'Auguste: lequel pour d'avantage s'asseurer, arracha de Germanie, & planta en Gaule le peuple des Sicambres, quelques Suaves, Cattes, & autres, jusques au nombre de quarante mil: qu'il logea en l'Isle, que le Rhin fait en la mer, ne voulant qu'ils retinssent le nom de leurs nations.* Item lib. 2. cap. 1. *Quant à Gregoire, il dit (comme en passant) que d'aucuns avoient opinion que les Francs sortis de Pannonie, s'estoient logez prez le Rhin. Que depuis ils passerent pour venir en Tongres, assez prez de Liege (car je lis ainsi en Gregoire suivant les viels livres, & faut croire que la Toringie de son temps comprenoit deça & delà le Rhin) ou ils habiterent par bourgades & citez: ayans estably sur eux des Roys cheveluz. Opinion qui ayde fort à ceux qui veulent croire les Francs estre Sicambriens Rhenois, ou Frisons; comme je fay.* Et mox: *Chacun sçait, que S. Remy baptisant Clouis, luy dit:*

——— Mitis deponito colla Sicamber. *C'est à dire:*
——— *Sicambre doux abbaisse ton col fier.*

L'appellant par le nom de peuple, qui du temps mesmes de Iule Cesar (ainsi que j'ay dit cy dessus) estoit voisin des Vbiens; & depuis fut transporté par Auguste deça le Rhin, ou maintenant est Zelande, Hollande, Gueldres: mais qui perdit son nom à cause de ce transport & demeura compris soubs les Bataves, Cauces, & autres peuples voisins, deça & delà le Rhin. Tous les autres auteurs precedens ou prochains du temps de S. Remy, avoient mesme opinion, ainsi que Claudian, & principalement Sidoine Apollinaire, ont dit:

Francorum penitissimas paludes
Intrares venerantibus Sicambris.
Tu rentrerois des Francs aux plus secrets paluds
En estant salué des Sicambres chevlus.

Meslant les Francs parmy les Sicambriens, comme si ce n'eust esté qu'un mesme peuple. A quoy je me tien, comme à l'opinion plus certaine, & fondée sur maints passages des auteurs prochains du temps de leur venüe; principalement Zosime, & Procope, que je laisseray jusques à une autre fois de peur d'ennuyer: apres que je vous auray asseurez, que Venant Fortunat appelle encores Sicambrien Aribert Roy de Paris, petit

 fils

fils de Clouis; en disant:

Cum sis progenitus clara de gente Sicamber,
Floret in eloquio lingua latina tuo.

Combien que tu sois nay de gent Sicambriene,
Le langage latin coule en la bouche tiene.

Mais tout ainsi que j'ay monstré les Sicambriens & Francs, avoir tenu, & logé dans un pays, en mesme temps; aussi veux je librement confesser, que je ne sçay pourquoy ils ont changé le nom des Sicambres, Cauces. Tincteres, Bructeres, & autres (pris des nations, qui depuis ont habité le pays d'entre le Rhin, & la riviere de Lip, & d'Albe) en celuy de Francs.

Munsterus vult Francos ad ostia Rheni oriundos, ubi quondam Sicambri tenuerunt, inde in Germaniam Galliamque profectos, duo regna condidisse, in Germania quidem Franconiæ, in Gallia vero Franciæ; sic enim scribit de Germania, ubi agit de Carolo Magno: *Germani asserunt illum in Germania natum, Galli in Gallia. Utrumque autem est verum. Siquidem ille descendit à Sicambris, qui aliquot centenis annis habitaverunt juxta hostia Rheni, denominatiq; sunt à Franco Duce, vel Rege suo, Franci, & aliquot centenis annis post Christum natum, relictâ terrâ illâ, partim occupaverunt ripam Mogoni, quæ terra quoque ab eis denominata est Franconia: & partim subjugaverunt Galliam, cujus aliqua pars ab eis etiam appellata est Francia. Hæ itaque duæ Franciæ, una orientalis, alia occidentalis, ab uno populo habitatæ, multis annis sub uno habitaverunt Domino: quousque scilicet posteritas Caroli Magni defecit.* (L.3.f.288.)

Fuerunt quidem, haud inficior, Sicambri aliquando dicti Franci, non tamen primi. Indigenæ fuerunt primi Franci, non advenæ, quique post Gallieni tempora, moto in Romanos bello, sub Maximiniano & Constantio Impp. è Flandria, Zelandiaque profecti invaserunt Bataviam, jam inde ab Augusti temporibus, atq; ita per trecentos circiter annos (si rebellionem Civilis excipias) à Romanis occupatam; itemque Zutphaniam, Geldriam, illasque partes, in quas Sicambri olim ab Augusto, Tiberio, Drusoque, à primis eorum sedibus, in propinquas Rheno, ad Vahalim scilicet, sunt compulsi. Qui primi, aut, ut Marcellinus dixit, *Primi omnium Franci*, tum inito fœdere, cum Chamauis, Angrivariis, sive Ansibariis, Bructeris, aliisque Transrhenanis populis, à quibus jugum Romanorum dudum fuerat excussum, (quos ideo Francos secundos soleo appellare) continuum bellum cum Romanis gessere, modo victi, modo victores, ut latiùs antea tribus capitibus est enarratum. (Vide c.1. f.8.) (Cap.6.7. & 8.)

Et quamquam Franci in Batavia legantur à Maximiniano, Constantio, Constantino Magno Impp. superati, in triumphum acti, ac bestiis objecti; quamquam etjam Iulianus Imp. omnem tractum Sicambrorum, & Batavorum, inter Mosam & Rhenum ad Oceanum usque recuperarit, tam Francis primis Cismosanis, quam

quam secundis Ultrarhenanis, intra sedes suas sese continere jussis; postquam tamen sub Honorio Gothi, sub Theodosio Wandali, aliisque barbari Gallias invaserunt, atque in iis, Romanorum invictum antea robur, fregere; tam primi, quam secundi Franci, Bataviam, vicinaque intra Mosam, Vahalim, & Rhenum loca, rursus occupaverunt, illisque prorsus exegerunt Romanos, initoque cum Batavis, Frisiis, & Sicambris foedere, unum in commune regnum Francorum constituerunt, in veteribus Sicambrorum sedibus Regiam suam collocantes, Dyspargum, seu Duisburgum, antea Drusoburgum appellatam; ubi videlicet quondam Drusus Batavos, Frisios, Chaucos, aliosq; cis & ultra Rhenum, populos, armis suis coërcuit; atque ita factum, ut & Sicambri & Batavi, Francorum nomine appellati sint, unde & Batavorum & Sicambrorum regionem Franciam tertiam in tabula mea nuncupavi. Hinc quoq; est, quod habet Chronicon Marchianense ad annum Christi CCCC. XXIIII. de Pharamundo, quem primum hactenus Francorum Regem fecere: *Regnavit Pharamundus super Francos in Sicambris*, quæ ratio fuit cur Francorum & Sicambrorum nomen, promiscuè pro uno eodemque populo usitatum sit; de quibus plura sub finem capitis octavi, & capite nono superius dicta sunt.

Errat itaque Fauchetius, qui primos Francos, & originales, vocat Batavos, & Sicambros, loco superius citato. Item in notis marginalibus l. 2. c. 2. in principio: *Bataves Sicambriens originaires Francs*; ubi sic in textu: *Ces Bataves donc, ou Sicambriens, durant l'Empire Romain estoient traitez comme amis: car ils ne sont (comme dit Tacite) foulez des tributs, ne mangez par les fermiers des impositions; ains exempts des charges & levées de deniers; & comme des armes & des harnois ils sont reservez pour la guerre.* Iterumque post nonnulla sub finem capitis: *Ammian Marcellin monstre la grande authorité que les Francs eurent apres des Empereurs, toutesfois au moyen des disordres civiles advenuës de son temps, leur pays n'obeissoit point entierement aux Romains, ainsi que les autres provinces leurs tributaires, & par son histoire lon peut seulement recognoistre que la France (car il use desia de ce mot) & les Francs estoient en lieux marescageux, pres Cologne, deça & de là le Rhin du costé de Frise, Gueldres, Holande, Zelande, & Brabant: ce qui les faisoit appeller des Poëtes haute-paluds, nageurs, beuveurs d'eau de Wahal, qui est la branche du Rhin, coulant du costé de la Gaule.* Antiquitez de Gaule.

Idem tenent eum secuti alii authores Gallici; verum ipsi Batavi apud Tac. hist. lib. 5. sub finem se vocant *proximos* quidem *libertati*, quod videlicet non graventur tributis, neque linguam Romanorum cogerentur admittere, nunquam tamen plenam libertatem assecuti sunt, præsertim cum & delectum è juventute Batavica semper sibi retinuerint Romani, quem *gravem* appellat Tacitus hist. lib. 4. fol. 998: *Jussu Vitellii Batavorum juventus,*

ventus, ad delectum vocabatur, quem ſuapte naturâ gravem onerabant miniſtri avaritiâ ac luxu. Ejus gravitatem ita exaggerat Claud. Civilis author Batavicæ rebellionis apud Tacitum : *Inſtare delectum, quo liberi à parentibus, fratres à fratribus velut ſupremùm dividuntur.* Etjam inviti & pœnis coërciti; Livius dec. 1. lib. 7. f. 419: *Acerbitas in delectu non damno modo civium, ſed etjam laceratione corporum lata, partim virgis cæſis, qui ad nomina non reſpondiſſent, partim in vincula ductis, inviſa erat.* Quamvis autem Batavi libertatem per Civilem, Duce Brinnio Caninefate, conati fuerint recuperare, re tamen ſucceſſu carente, ſperato libertatis bono exciderunt, prout evidens eſt ex Taciti hiſtoria, noſque ſupra delibavibus cap. 5. fol. 42.

Lib. 4. in hiſt. f. 398.

Quin & ex eo certiſſimum eſt, neque Batavos, neq; Sicambros fuiſſe Francos originales (ut loquitur Faucetius) quod & Batavorum & Sicambrorum regio, quæ nunc appellatur Hollandia, Vltrajectum, Geldria, Sutphania, Cis- & Tranſiſulana, jam inde ab Auguſti, uſque ad Gratiani Impp. tempora, fuerit provincia Romanorum, dicta Germania inferior, ut ex itinerario provinciarum, quod ſub Auguſto inchoatum fuiſſe docebimus cap. 18. Item ex Ptolomeo & Tacito, evidentiſſimè convinci poteſt. In itinerario ſic lego cum adjecta interpretatione Auberti Miræi :

A Lugduno capite Germaniarum.	Leyden.
Argentoratum M. P. CCC XXV ſic:	Straſborgh.
Albinianis M. P. X.	Alfen.
Trajecto M. P. XVII.	Wtrecht.
Mavariaco M. P. XV.	Maurich.
Arenaco M. P. XXII.	Arnhem.
Burginacio M. P. XI.	Czanenburgh.
Colonia Trajana M. P. V.	Kelle.
Veteribus M. P. XVI.	Santen.
Calone M. P. XIIII.	Cellern.
Novesio M. P. XIIII.	Nuys.
Colonia Agrippina M. P. XVI. &c.	Cuelen.

Lugdunum Batavorum vulgò Leyden *caput* vocat *Germaniarum*, id eſt initium, & unde in Germanias via, quæ duæ cis Rhenum cenſitæ, altera inferior quæ ad Oceanum vergit, altera ſuperior. Ptolomæus titulo de Celtogallia Belgica : Τῆς δὲ παρὰ τὸν Ῥῆνον χώρας ἡ μὲν ἀπὸ θαλάσσης μέχρι τοῦ Οβρίγγα ποταμοῦ, καλεῖται Γερμανία ἡ κάτω, ἐν ᾗ πόλεις ἀπὸ δυσμῶν τοῦ Ῥήνου

Τῶν μὲν Βαταυῶν μεσόγειος.
Βαταυόδουρον.
Υφ' ἣν Οὐέτερα.
Ἐν ᾗ λεγίων λ Οὐλπία.
Εἶτα Αγριππινῶσις.
Εἶτα Βώννα &c.

Ἡ δ' ἀπὸ τοῦ Ὀβρίγγα ποταμοῦ πρὸς μεσημβρίαν, καλεῖται Γερμανία ἡ ἄνω &c. .i. *Regio verò quæ circa Rhenum fluvium est à mari usq; Obrincum fluvium, inferior Germania appellatur, in qua civitates ab occidentali parte Rheni hæ sunt:*

Batavorum mediterraneum. .i.	Betuwe.
Batavodurum.	Duerstede/ Dorestadū, Schinkeschans.
Sub hac: Vetera.	Santen.
In hac Legio trigesima Vlpia.	Kelle.
Postea Agrippinensis.	Cuelen.
Postea Bonna &c.	Bonne.

Quod autem ab Obrinco fluvio ad meridiem tenditur, Germania superior appellatur &c. Idem Ptolomæus peculiariter describit Γερμανίαν μεγάλην, *Germaniam magnam*, quo nomine intelligit omnem Germaniam Vltrarhenanam. Quia vero Romani Batavis in semilibertate relictis, viciniſq; cis Rhenum populis, linguæ patriæ usum indulserant, quæ solâ dialecto differebat à Germanica, ut antea capite tertio est ostensum; ideo regionem illam, quamquam in Gallia situm, ob usum linguæ Germanicæ, Germaniam appellari permiserunt. Tacitus & inferioris & superioris Germaniæ frequentissimè meminit, in iisque scribit fuisse octo legiones, quas vocat præcipuum robur Romanorum, ex quibus procul dubio fuit Legio Vlpia, sive Trajana, ab Vlpio Trajano, Ptolomæo memorata, quæ nomen dedit Coloniæ Trajanæ. In annalibus apud Tacitum ita lego: *Præcipuum robur Rhenum juxta, commune in Germanos Galloſq; subsidium, octo legiones erant.* In his quædam erant Legiones Germaniæ inferioris, quædam superioris. Idem in hist: *Inferioris*, inquit, *Germaniæ legiones diutius sine consulari fuere: donec missu Galbæ Vitellius aderat.* Iterum: *Paucis post Kal. Ian. diebus, Pompeii Propinqui procuratoris, è Belgica litteræ afferuntur, superioris Germaniæ legiones, ruptâ sacramenti reverentiâ, Imperatorem alium flagitare, & Senatui ac populo Romano arbitrium eligendi permittere, quo seditio mollius acciperetur. Maturavit ea res consilium Galbæ, jam pridem de adoptione, secum, & cum proximis, agitantis.* Ibidem: *Aulus Vitellius inferiorem Germaniam ingressus, hiberna legionum cum cura adierat: redditi pleriſq; ordines, remissa ignominia, allevatæ notæ &c.* Deinde: *In superiore Germania, Cæcina decorâ juventâ, corpore ingens, animi immodicus, cito sermone, recto incessu, studia militum allexerat.* Et paullo post: *Inferioris tamen Germaniæ legiones solenni Kal. Ian. sacramento pro Galba adactæ.* Legatur præterea Civilianæ rebellionis historia, & videbitur, quot legiones & cohortes Romani habuerint in Batavia, non tantum Romanorum, sed & Gallorum & Germanorum: quin etjam reperientur ibidem integræ Batavorum cohortes; nominatim in vita Agricolæ, quibus ipse Britanniæ partem occupavit; de quibus plura dicturi sumus capite XVIII. Nunc hæc obiter sufficiat prompsisse, ad ostendendum hos populos nullo modo potuisse dici

L.4.f.108. ed.Plant.

L.1.f.309.

L.1.f.311.

Fol.324.

dici primos ac veros Francos, in quos Romani per quadringentos pœne annos tantum habuêre dominationis.

CAP. XVII.

Testimonia authorum qui nostræ sunt opinionis, Francos origine esse Gallos, indigenas, quiq; in propriis ab origine sedibus, in latere Galliarum septemtrionali, ad Oceanum, in paludibus, atq; insulis, jugo Romanorum exempti, sese continuerunt.

PRimus, quod equidem sciam, hujus opinionis fuit Petrus Victor Palma Cajetanus, qui in additionibus suis ad Genebrardi Chronologiam editis apud Nivellium Parisiis anno 1600. ad mundi annum 3066. scribit in hac sen-
L.1.f.104. tentiam: *Francum de genere Hectoris venisse in Pannoniam fabulantur, illicque regnum constituisse, quod progressu in Franconiam Germaniæ, postremò in Franciam Galliæ transierit. Errant autem: quoniam nec Galli, nec Gallorum Reges, sive à Trojanis, sive è Germanis descenderunt; sed sunt indigenæ. Dicti autem Franci labente Rom. Imperio: vel quia pro libertate nomen illud sumpserunt, quod vernaculâ linguâ liberum etiam hodie significat, vel quia Francos seu Francones*
L.2.f.335. *Germaniæ perpetuo vicerunt &c.* Item ad annum mundi 4043. ante Christum natum 47: *Franci natio Gallica, & indigena, non Germanica, non Trojana, non Scandica, non Sicambrica, ex Ammiano Marcellino, multo ante declinationem imperii. Nam de rebus Iuliani Imperatoris, eos cis Rhenum locat.* Intelligit hîc locum Ammiani Marcellini quem attulimus supra cap. 1. fol. 8.

Vignerius quoque de origine Francorum, quamquam teneat Francos è Germania ortos esse, ut supra dictum, postquam tamen è Gregorio Turonense attulit Clodionem habitasse apud Dyspargum, quod est in termino Toringorum, hæc addit apud
Hist. Fran. t.1.f.156. Du Chesne: *Credibile est, eorum, qui è Francis in Gallias ingressi sunt, habitationem Rheno proximorem fuisse, non autem remotiorem illam regionem, quæ hodie Thoringia nuncupatur. Quapropter si huic testimonio fides habeatur, concludendum est, Francos, qui Gallias invaserunt, primos Reges suos cis Rhenum creavisse, ibiq; consedisse priusquam inter eos Clodio regnaret.* Franciscus item Irenicus apud Charronem

nem, primas etjam Francorum sedes in Brabantia, Zelandia, vicinisque partibus fuisse tradit; ita enim eum refert Charron scribentem in historia sua universali: *François Irenicus (apres plusieurs autres cy devant mentionnez) a esté aussi luy mesme contraint d'advoüer, sans y penser, que la premiere habitation des François, a esté aux pays de Hollande, Zelande, & Brabant, en ces mots:* Consederunt autem Franci primitus ad Rhenum fluvium, ubi Hollandiam, Selandiam, ac Brabantiam in ditione eorum tenuerunt. *Lesquels pays de Hollande, Zelande, & Brabant, chacun sçait estre entierement situez en Gaule par deça le Rhin.* Fol.609.

Ex authoribus, qui Gallicâ linguâ scripserunt, ejusdem opinionis fuit Ludovicus de Mayerne Turquetus, lib. 28. suæ generalis historiæ Hispaniæ, apud eundem Charron, qui ex eo inter alia citat hæc: *Les François se trouvans avec les Sicambriens es pays de Cleves, Iuliers, Gueldres, Hollande, Zelande, & autres circonvoisins, lesquels ils avoient esté contraints de s'escarter, pour eviter la violence des Romains, ils se sont finalement reünis sous une mesme couronne, & erigé un Royaume, en Gaule, qui n'estoit point composé des peuples nouveaux, ains de la nation mesme, dont un membre se rendoit eminent pardessus les autres, non tant pour le desir de dominer, que pour remettre leur pays en liberté contre la tyrannie des Romains; & que finalement les François ont tousiours esté, comme ils sont encores, vrais compatriotes des Gaulois.* Fol.612.

Item Hieronymus Bignon, lib. 2. de excellentia Franciæ, ibidem: *Hierosme Bignon est encores de ceste opinion, disant: Quant aux François il se trouvera, quoy qu'on en veuille dire, que ce n'est qu'un mesme peuple avec les Gaulois, de quelque costé qu'on en veuille prendre & rechercher l'origine.* Item: *Faisant venir les François en la Gaule, c'est les faire retourner en lieu dont ils estoient originaires.* Ibidem Charron: *Le Sieur d'Urfé a tresbien dict:* Que les François se vantent d'estre issus des anciens Gaulois, & que de leur extraction ils sont Gaulois. *En quoy il ne sera jamais repris par les vrays François.* Ejusdem opinionis esse Claudium de Rubie, in libro suo de privilegiis habitantium Lugduni, testatur idem Charron ibidem. Ibidem.

Ipse autem Charron, qui, quamquam in serie veterum Francorum erret, de primis tamen eorum sedibus rectè sentit: *Tous les Gaulois, qui se revoltoient de l'obeissance des Romains, ne cesserent de se nommer ainsi, jusques à ce que finalement, suivant leur intention, & signification de leur nom, ils se fussent, sous la conduite de ces Roys, rendus entierement Francs de la subjection des Romains.* Item: *Est certain que les Sicambriens, Bataves, Menapiens, & autres, que la multitude des autheurs à tousiours recognus faire partie des François, ont tousiours eu (comme il a esté cy devant verifié en divers lieux) leur naturelle habitation dans nostre pays de Gaule. Mais en un mot, les noms de Saliens & François, qui ont leurs etymologies entierement Gauloises* Fol.452. Fol.454.

(comme il apparoistra fort clairement cy apres) monstrent seuls assez suffisamment que les François n'ont jamais eu autre origine que Gau-
Fol.458. *loise.* Item cap. 64: *Les François recherchoient journellement l'occasion de se revolter de la subiection des Romains, & voulant prendre les armes, s'assembloient le plus souvent és environs du Rhin, au pays de Brabant, Liege, Gueldres, Cleves, Iulliers, Hollande, Zelande, comme en lieux les plus propres, & seurs pour ce faire: dont plusieurs ont depuis estimé que c'estoit leur propre & vraye patrie, plustost qu'aucune autre contree de la Gaule. Puis se qualifians Francs en leur propre langage, non tant pour conserver la memoire du Roy Francus, que pour mieux exprimer par ce nom, le desir qu'ils avoient de combatre pour leur Franchise & liberté: furent aussi de plusieurs appellez Francs ou François, & le plus souvent encores nommez Rebelles, par les Romains, ou de nom de la province en laquelle ils s'estoient assemblez. Mais tout ainsi qu'apres la guerre finie, s'ils estoient vaincuz, ils n'osoient plus se qualifier Francs: aussi personne ne les y appelloit plus, ains du nom de Germains, Bataves, Sicambriens, ou autre peuple, avec lequel ils*
Ibid.f.511 *s'estoient retirez.* Item cap. 80: *Une des premiers & plus anciennes habitations des François, a esté non seulement l'isle de Holande ou Batavie (qui est totalement Gauloise & non Alemande) ains encores la plus part de la Gaule Belgique, notamment vers la mer Oceane, pres de laquelle habitoient les Morins, (peuples de Calais, de la Comté d'Oye, & de Flandres) que les anciens ont nommez* Extremos hominum: *chose qui se rapporte entierement aux mots du premier panegyrique,* Ab ultimis Barbariæ littoribus, *d'autant que les Romains appeloient, encores lors la pluspart des Gaulois, Barbares: & specialement ceux qui estoient (comme en ces lieux là) plus esloingnez d'eux que les autres.* Intelligit hoc loco verba Panegyrici, quem & nos hoc libro cap. 6. fol. 44. citavimus, ita sonantem: *Intimas Franciæ nationes non ab his locis, quæ olim Romani invaserant: sed à propriis ab origine sedibus, & ab ultimis barbariæ litoribus avulsas.* Item: *Iacet in latere Galliarum fusa Barbaria.* Item: *Postliminio restitutus, & in legem receptus Francus.*

Ibid.f.596 Idem Charron cap. 91. ad illud Procopii: *Paludes præterea hisce in locis non paucæ, ubi primitus Germani, gens barbara, habitabant, nec magni tunc momenti viri, qui Franci nunc vocantur: his finitimi Arborichi accolæ erant.* Apertè tradit hoc loco intelligi Franciam nostram in Gallia, quæ hodieque Francia, & Francum, & Franconia, & terra Franca, & terra Francorum, & Franconatus vocatur: Gallicè *le Franc*, & *païs du Franc*; Flandricè 't Landt vande Vryen/ .j. terra Francorum seu liberorum; ut & incolæ *Franci, Francones, Franconates, Francotæ*, & ex Flandrico *Vrylati* & *Vry-*
Ib.f.596. *latæ*, quod est liberi relicti. Verba Charronis audi: *Est encores grandement à remarquer, que tout ainsi que Procope ne parle pas des Celtes Gaulois, souz le nom des Germains; aussi tout de mesme il ne parle point des vrays Alemans d'outre le Rhin, souz le nom des Germains;*

mains; laissant ce nom de Germain, comme particulier, à ceux de la Gaule Belgique, & notamment aux François, qui y habitoient, & aux seuls Francons d'Alemagne, qui estoient issus d'eux. Et paullò ante: *Ces Germains ou François, dont il* (Procopius) *parle, estoient vrais habitans des pays de Boulenois, Artois, Picardie, Flandres, Luxembourg, Brabant, Liege, Gueldres, Hollande, Zelande, & autres circonvoisins de la Gaule Belgique, puisque il dit, qu'ils estoient voisins d'un costé des Arboriques, qui sont peuples de Neustrie.* Dispungendæ sunt hîc & negligendæ regiones *Boulenois, Artois, Picardie, Luxembourg, Liege,* quas, vel admissa inibi lingua Romana, loquitur non fuisse Francorum. Ib.f.596.

Idem Charron, eodem capite: *Combien que Procope ait escrit en son histoire Gothique, que les François estoient jadis en petite reputation, habitans és extremitez du Rhin, & appelez Germains, il ne s'ensuit pas qu'ils fussent Alemans, ny habitans d'outre le Rhin: veu mesme qu'il adjouste qu'ils estoient voisins des Arboriques, qui sont indubitablement (suivant ce qui en a esté dit aux 13. & 22. chapitres) les peuples Armoriques.* Et mox: *Il se recognoist que les François habitoient necessairement de toute ancienneté, non seulement en la Gaule Belgique, és paluds qui sont aux extremitez du Rhin, dans les pays de Holande & Zelande; ains encores le long de la mer occidentale, jusques dans les contrees de Picardie.* Item infra, eodem capite: *Flavius Vopiscus, qui vivoit au mesme temps que Genebauld, rend non seulement tesmoingnagne, qu'ils* (Franci) *habitoient encores auparavant aux paluds & marais de Holande, Zelande, & autres lieux situez aux extremitez de la Gaule Belgique; ains d'avantage, qu'ils n'avoient aussi jamais esté compris entre les Germains ny Alemans; & que les François Germains, & Alemans, estoient encores lors reputez peuples entierement differents les uns des autres; quand il parle des François, Germains, & Alemans, en la maniere qui s'ensuit:* Enimverò, „quæ mundi pars est quam ille (Probus) non vincendo didi- „cerit? Testes sunt Marmaridæ, in Africæ solo victi; testes Fran- „ci, inviis strati paludibus; testes Germani, & Alemanni, longè à „Rheni submoti littoribus &c. Vide plura apud eundem Charronem. Adrianus de la Morliere, Canonicus Ambianensis, qui anno 1642 Gallicè edidit nobiles familias territorii Ambianensis, ac totius Picardiæ, ejusdem etjam cum Charrone, atque iis authoribus, qui à Charrone citantur, est opinionis. Ejus verba sunt: *Charron, en son histoire universelle, prouve cette consanguinité des François & Gaulois d'un texte d'Eumenius le Rheteur, que j'ay desia allegué, là où parlant desdites peuplades, jadis faites par les Empereurs Maximin & Constance; entr'autres paroles sont celles-cy bien à noter, qui témoignent le contentement que ces Francs ou François avoient de rentrer en leur païs,* lætus postliminio, & in leges receptus Francus; *Car l'on sçait assez, que* postliminium *s'entend, & se dit, d'une chose que nous possedons, de laquelle nous avions esté privez; aussi est-ce encor*

Ib.f.594. Ibidem. Fol.613. En son Recueil f.4.

ce encor l'opinion d'Estienne Forcatel, en son livre de l'Empire des Gaulois, que les François, dis-je, sont issus des Gaulois : comme de Claude Rubie, en son livre des privileges des habitans de Lion; & de Loüis Mayerne Turquet, en son histoire generale d'Espagne, dont les textes sont alleguez en la susdite histoire universelle de Charron. De là vient que nos devanciers tindrent si volontiers le bras à nos premiers Roys, qui leur estoient de si prés, & les assisterent avec tant de valeur à la conqueste du reste des Gaules, comme dit l'Epigramme de Scaliger; & ne faut aucunement douter que nos Seigneurs François, de quelle province qu'ils puissent estre, ne soient issus de nos Francs Gaulois, c'est à dire, Gaulois libres, impatiens d'aucun joug étranger; car ce nom de François, en sa primitive signification, n'est point un nom de nation, ains de confrerie & d'association, comme doctement l'a bien sçeu remarquer François Connan, livre 3. de ses commentaires du droict civil, où il dit que les François étoient peuples ramassez de toutes les parties de la Gaule, aspirans au recouvrement de leur liberté; Non una gens erat, sed quædam hominum factio, libertatis appetens; *Lesquels, apres la retraitte des Romains hors des Gaules, eurent la meilleure part au gasteau, retindrent sur la reste des Gaulois un degré plus eminent, & furent comme capitaines parmy les peuples.* Item lib. 1.

Fol. 73. de antiquit. urbis Ambianensis : *Les Ambianois, aussi bien que les Beauvoisins, avoient leur plat pays de belle estenduë, que les bons autheurs ordinairement font marcher devant,* Sigonius lib. de Occid. ,, Imp: Franci ex intimis suis sedibus, in Ambianorum, Tricassi- ,, norum, Remorum, & Lingonum deserta traducti. *Comme aussi fait Eumenius le Retheur, sur la fin d'un sien Panegyrique:* Per ,, victorias tuas, Constanti Cæsar invictissime, si quid infrequens ,, Ambiano & Bellovaco, & Tricassino solo, Lingonicoque re- ,, stabat, barbaro cultore revirescit, *où il louë Constance, pere de Constantin le grand, d'avoir repeuplé de François nos champs un peu esclarcis d'habitans par la continuë des guerres : car les Latins, aussi bien que les Grecs, appelloient barbare, tout ce qui n'estoit de leur creu, & le mesme autheur les avoit auparavant nommez François; & ce qui est bien à noter, issus des Gaulois de ce pays, comme doctement l'a bien sçeu remarquer Pierre Charron chapitre 64. de son histoire universelle des Gaulois ou François, fondé sur ce mot* postliminium, *qui est au texte un peu plus haut,* lætus postliminio restitutus, & in leges receptus Francus, *& de quelques autheurs confirmans son dire, que les Francs ou François sont sortis des Gaulois, d'où vient qu'il fut bien aisé peu apres à nos premiers Roys de nous assujettir à eux, qui estions desia leurs d'origine & de descente bien fort moderne encor.*

Du Tillet, quamvis in Germania dicat ortos esse Francos, innuit se intelligere Germaniam illam, quæ in Gallia, ob conservatam linguam germanicam, inferior Germania nuncupatur.

Fol. 4. Ita enim is in suis de Franciæ Regibus collectaneis : *La reste de la conformité des François aux Germains, sera en chacun lieu pro-*

pre (si ma vie ne defaut) cy apres declaré, pour confirmer l'opinion qu'ils sont originairement partis de de la Germanie. Leur premiere demeure fût sur les rivages, & par les Isles de la mer Germanique, sçavoir est Hollande, Zelande, & autres isles, & limites maritimes &c.

CAP. XVIII.

Sententia authoris confirmatur authoritate veterum scriptorum.

IMprimis Iulius Cæsar, in Commentariis de bello Gallico, Menapios constituit ultimos Galliarum ultra Morinos, quos subjugare nequivit, quia *in densissimas sylvas*, atque, ut Dio, *in paludes densissimis sylvis obsitas*, sese abdebant, quemadmodum supra capite 1. ex Cæsare, itemq; ex Dione, demonstratum est. Fol. 5.

Eodem capite ostensum Menapios esse Flandros, pagumque, ab iis Menapiscum, & contractè Mempiscum, vocatum; Flandras quoque eam præsertim in Flandria regionem denotare, quæ complectitur Zelandicas aliquot insulas, totumque tractum litoralem, qui ab Isendica, Slusa, Ardenburgo, Neoportum usque porrigitur, quæ etjamnum regio Francorum, sive liberorum appellatur, vulgò 't Landt vande Vryen; Item eam, quæ à Neoportu Gravelingam usque se protendit, vulgo Vurn-ambacht/ Bergh-ambacht/ Burburgh-ambacht/ Francorum clientelaris, ac proinde cum iisdem in tributis, pensionibusq; exsolvendis contribuere solita, de quibus plura capitibus 4. 5. & 6. supra require. Ibid. fol. 3. ibid. fol. 4.

Apud eundem Cæsarem, *Nerviorum clientes*, perhibentur, *Centrones, Grudii, Levaci, Pleumosii, Gorduni*, quos cum in fugam dedisset Cæsar, *longius prosequi veritus* est, *quod sylva paludesque intercedebant*; sed & hos Flandrorum partem fuisse supra etjam capite 1. est ostensum. Lib. 5. de bello Gallico. Fol. 9.

Fuerunt, præter sylvas & paludes, hoc etjam tractu *insulæ, quas æstus efficere consuevit, in quas qui proximi Oceano fuerunt, se occultavêre*, ut scribit Cæsar, qui eas à feris barbarisque nationibus incoli, rectè se ait intellexisse, quod nimirum, neque Cæsar, neque Romanorum ullus ad illas penetrârit. Hasce autem insulas esse Zelandicas & regionis Francorum partem, supra quoque capitibus 1. 4. & 5. dictum est. Lib. 6. lib. 4.

Hæc itaque postrema Galliarum pars, quod propter sylvas, paludes, & insulas, invia crederetur, ulterius à Romanis non fuit tentata, nedum occupata; quia Romani tantum habebant

Lib.8.de bel.Gall. (ut loquitur de Cæſare Hirtius) *copias in Gallia bellare conſuetas locis campeſtribus*, non ſylvoſis, neque paludoſis. De Sylvoſis ita & Polybius libro tertio: Οἱ γὰρ Ῥωμαῖοι πρὸς μὲν τοὺς ὑλώδεις τόπους ὑπόπτως εἶχον, διὰ τὸ τοὺς Κελτοὺς ἀεὶ τιθέναι τὰς ἐνέδρας ἐν τοῖς τοιούτοις χωρίοις, τοῖς δ' ἐπιπέδοις καὶ ψιλοῖς ἀπεπίστευον. quod ita vertit Perottus: *Enimvero Romani, ſylvas, ob frequentes in iis regionibus Gallorum inſidias, ſuſpectas habebant, campeſtribus tantum, atque apertis locis freti.* De paludoſis ita Ammianus Marcellinus: *Omnes Gallias, niſi qua paludibus inviæ fuere, ut Saluſtio docetur authore, poſt decennalis belli mutuas clades, Cæſar ſocietati noſtræ fœderibus junxit æternis.* quod vni noſtræ Flandriæ, ac terræ Francæ quadrare, ſuprà pluribus eſt probatum.

Lib.15.

C.1.f.3. & c.5.

Relicti itaque à Cæſare, quod inacceſſibiles crederentur, Menapii, Grudii, Pleumoſii, Centrones, Gorduni, Levaci, & Inſularum incolæ, ac permiſſi *in ſolo Romano* (quo nomine Galliam univerſam vocabant) *habitacula ſibi figere praliceenter, in propriis ab origine ſedibus*, atq; *in ſinu ſuo, indigenæ, & quieſcentes tamquam in ſuis*; ut paſſim loquuntur, Panegyriſtæ, & Ammianus Marcellinus, quorum ſententiæ ſupra à nobis ſunt recitatæ. Sic olim Cato & alii Imperatores quos devincere non potuêre, liberos reliquerunt, imo & pronuntiarunt. Ælius Spartianus in Adriano: *Lycia ac Palæſtina rebelles animos efferebant, quare omnia trans Euphratem ac Tigrim reliquit, exemplo, ut dicebat, Catonis, qui Macedonas liberos pronuntiavit, quia teneri non poterant.*

C.1.&c.6.

Fol.301.

Nec ſeſe continuere hi populi in ſylvis ſuis, paludibus, atque inſulis; ſed & Itium portum, omnemque Morinorum regionem, inter Legiam, ſive Liſam amnem, & Oceanum, ad uſque pœne Bononiam, ſeu Geſſoriacum portum, invaſerunt, quamprimum Cæſar Galliâ exceſſit. Cujus rei evidentiſſimum eſt argumentum, quod deinceps Romani nunquam Itio portu ſint uſi, nunquam antedictam regionem penetrarint, atque ultimum Galliæ ſtatuerint Bononiam, ſive Geſſoriacum portum, ut ex itinerario provinciarum mox apparebit. Quin & paulatim accreſcente ex omni Gallia eorum numero, qui jugi Romani impatientes erant, non tantum ille diſtrictus, ubi nunc Flandria, & Zelandia; ſed & alius etjam ad Rhenum uſque, ubi Hollandia, Ultrajectum, Geldria, Zutphania, à liberis hominibus fuit occupatus, qui ſeſe Celtas primum, deinde Germanos appellarunt ob retentam linguam patriam (quam ſæpiùs diximus dialecto tantum à Germanica differre) cùm reliqua Gallia Romanam linguam cogeretur amplecti. Meminit Dio ad annum V. C. 727. ſub Auguſto, annis circiter viginti quinque ante Chriſtum natum: Κελτῶν γάρ τινες, οὓς δὴ Γερμανοὺς καλοῦμεν, πᾶσαν τὴν πρὸς τῷ Ῥήνῳ Κελτικὴν κατασχόντες, Γερμανίαν ὀνομάζεσθαι ἐποίησαν, τὴν μὲν ἄνω, τὴν μετὰ τὰς τοῦ ποταμοῦ πηγάς· τὴν δὲ κάτω, τὴν μέχρι τοῦ Ὠκεανοῦ τοῦ Βρεταννικοῦ οὖσαν. quod ita vertit Xylander: *Nam Celtæ quidam, quos Germa-*

nos

nos vocamus, quum omnem Celticam regionem, quæ ad Rhenum est, occupassent, effecerunt, ut ea Germania vocaretur; superior: quæ Rheni fontibus propior est; inferior: quæ ab hac usq; ad Oceanum Britannicum se extendit. Celtas, hic Gallos intelligi, nemini dubium esse potest, qui vel Cæsarem in principio legit, paulo ante hæc tempora scribentem; ubi exceptis Belgis & Aquitanis, reliqui Galli Celtæ, voce vernaculâ, appellantur, unde idem Cæsar: *Ipsorum linguâ Celtæ, nostrâ Galli appellantur.* Dionis tempore, qui Celtæ Cæsari, dicti sunt Narbonenses, & qui Belgæ, maritimi saltem, Celtæ. Verba Dionis sunt loco citato: Καὶ Γαλάται πάντες, οἵτε Ναρβωνήσιοι, καὶ οἱ Λουγδουνήσιοι, Ἀκουϊτανοίτε, καὶ Κελτικοὶ, αὐτοίτε καὶ οἱ ἄποικοι σφῶν. .i. *Tum omnis Gallia, & Narbonensis, & Lugdunensis, Aquitaniáq; & Celtica, cum ius populus, qui eorum coloni essent.*

Quod vero totum illum tractum à Rheno ad Fretum Britannicum, ii qui Belgæ Cæsari dicuntur, ferme occuparint, factum, ut Celtæ & Belgæ pro iisdem fere habeantur. Horum quosdam Romanis fœdere junctos fuisse tradit Dio, Batavos vilicet, Tungros, cæterosque ad Rhenum populos; alios vero nullam Romanorum habuisse rationem, Toxandros videlicet .i. Zelandos Plinio, Menapios, Grudios, Levacos, Centrones, Pleumosios, Gordunos, aliosq; ab Helio Rheni ostio, usq; ad Gessoriacum, & fretum Britannicum. Verba Dionis sunt lib. 39: Οἱ γὰρ Κελτικοὶ οἵ τε Ῥήνῳ πολλοῖς καὶ συμμίκτοις γένεσι προσοικοῦντες, καὶ ἐπὶ τὸν Ὠκεανὸν τὸν κατὰ Βρεττανίαν καθήκοντες ἐν μὲν οἵ πρὶν οἱ μὲν ἔνσπονδοι τοῖς Ῥωμαίοις ἦσαν, οἱ δὲ ἐφρόντιζον αὐτῶν οὐδέν. pro quo Xylander: *Variæ atque inter se permixtæ Belgarum* (Celtarum) *gentes, propter Rhenum habitabant, ac se usq; ad Oceanum Britannicum extendebant. Hæ prioribus temporibus partim fœdere Romanis junctæ fuerunt, partim nullam eorum rationem habuerunt.* Quod quamquam de Cæsaris temporibus scribat Dio, idem etjam contigisse sub Augusto, mox apparebit. Cicero post Cæsarem periculosum fuisse Galliarum statum notat, his verbis: *Bellum in Gallia maximum gestum est, domitæ sunt à Cæsare maximæ nationes, sed nondum legibus, nondum jure certo, nondum satis firmâ pace devinctæ. Bellum affectum videmus, & verè ut dicam, pæne confectum; sed ita, ut si idem extrema persequitur, qui inchoavit, jam omnia perfecta videamus: si succeditur, periculum fit, ne instauratas maximi belli reliquias, ac renovatas audiamus.* Certè Augustus Cæsaris successor, cùm sperasset bellum Britannicum à Cæsare inchoatum perficere, quasi domitâ totâ Galliâ; ubi ad Morinos Cassisanos, & forte etjam portum Gessoriacum cum exercitu pervenit, reperit res Galliæ fluctuare, in eaque nata bella civilia, quibus componendis cum aliquot temporis extraxisset, relictâ Galliâ & Britannia, in Hispaniam profectus est. Dio anno superiùs citato, postquam dixit Celtas Germaniam superiorem & inferiorem à Rheni ostiis ad fretum usque Britannicum occupasse, ita ait: Τότε μὲν δὴ ταῦτα ὁ Αὔγουστος ἔπραξε. καὶ

Fol. 103.

In orat. de prou. consul.

V.C. 727. L. 53. f. 586

 ὥρμησε

ἐξώρμησε μὲν ὡς καὶ ἐς τὴν Βρεττανίαν στρατεύσων, ἐς δὲ δὴ τὰς Γαλατίας ἐλθὼν, ἐνταῦτα διέτριψεν. ἐκεῖνοί τε γὰρ ἐπικηρυκεύσασθαί οἱ ἐδόκουν, καὶ τὰ τούτων ἀκατάστατα ἔτι, ἅτε τῶν ἐμφυλίων πολέμων εὐθὺς ἐπὶ τῇ ἁλώσει σφῶν ἐπιγενομένων, ἦν· καὶ αὐτῶν καὶ ἀπογραφὰς ἐποιήσατο, καὶ τὸν βίον, τήν τε πολιτείαν διεκόσμησε. κἀντεῦθεν ἔς τε τὴν Ἰβηρίαν ἀφίκετο, καὶ κατεστήσατο καὶ ἐκείνην. .i. *Augustus his peractis, cum exercitu ab urbe profectus est, ut in Britanniam bellum transferret: verum postquam in Galliam venit, quum Britanni Oratores petitum pacem ad eum misissent; componendis Gallicis rebus, (quæ, quia subactis illis, statim bella civilia subsecuta fuerant, etjamnum fluctuabant) Gallorumq; agendo censu, vitáque, & republicâ formandâ aliquid temporis, extraxit. Inde in Hispaniam profectus, eam quoq; provinciam constituit.*

Quod vero Augustus dicitur res Gallicas composuisse, Gallorum censum egisse, vitam eorum & rempublicam formasse, ita intelligendum: ut inter Menapios sibi Transflisanos, & Morinos, Romanosque Cisflisanos, bellum composuerit, ac reliquorum Gallorum censum egerit, remque publicam formarit.

Annal. l. 1. Qua autem ratione bellum inter Morinos, Menapios, ac Romanos compositum sit, colligitur ex hoc loco Taciti: *Proferri libellum, recitariq; jussit; opes publicæ continebantur, quantum civium, sociorumq; in armis, quot classes, regna, provinciæ, tributa, & vectigalia, & necessitates, ac largitiones; quæ cuncta suâ manu perscripserat Augustus, addideratq; consilium coërcendi intra terminos imperii; incertum metu, an per invidiam.* Quod ejus consilium Iulianus in Cæsaribus extollit, ubi ipsum Augustum introducit de seipso in

Fol. 37. hæc verba loquentem: Οὐ γὰρ ταῖς ἀμέτροις ἐπιθυμίαις εἴκων, ἐπικτᾶσθαι πάντως αὐτῇ διενοήθην. .i. *Nec enim, immoderatis cupiditatibus morem gerens, omnia undique parare, & dominio ejus adjungere suscepi.* Et post pauca: Οὐ πόλεμον ἄλλον ἐξ ἄλλου περιεσκόπουν· ἀλλὰ εἰς νομοθεσίαν, καὶ τὴν ἐκ τοῦ πολέμου συμφορῶν ἐπανόρθωσιν, τὴν σχολὴν διετιθέμην· οὐδενὸς νομίζειν τῶν πρὸ ἐμαυτοῦ χεῖρον βεβουλεῦσθαι. μᾶλλον δὲ εἰ χρὴ θαρρήσαντα φάναι κρεῖττον, τῶν πώποτε τηλικαύτας ἡγεμονίας ἐπιτροπευσάντων, οἱ μὲν γὰρ ταῖς στρατηγίαις ἐναπέθανον, ἐξὸν λοιπὸν, καὶ μὴ στρατεύεσθαι, πολέμοις ἐκ πολέμων ἑαυτοῖς, ὥσπερ οἱ φιλοπράγμονες δίκας μελετῶσι, κατασκευάζοντες. .i. *Non bellum aliud ex alio sum commentatus, sed in juris descriptione, & eorum quæ bellis civilibus depravata erant, correctione, otium traduxi. Quæ in re ita me gessi, ut non deterius publicæ utilitati consuluisse existimem, quam quisquam alius eorum, qui ante me fuerunt: imo melius, si verum audacter dicere oportet, quam omnes, qui unquam hujusmodi imperia gesserunt, & gubernarunt. Alii enim in exercituum administrationibus obierunt, & cum liceret imposterum à militia quietem agere, bella tamen ex bellis, non secus quam litigiosi homines, lites meditantur, sibi præpararunt.* Meminit hujus etjam in Augusto moderationis Suetonius, scribens hoc modo: *Neq; ulli genti sine justis & necessariis causis bellum intulit, tantumq; abfuit à cupiditate, quoquo modo imperium, vel bellicam gloriam augendi, ut quorundam Barbarorum*

rum Principes, in æde Martis ultoris, jurare coëgerit, mansuros se in pace ac fide quam peterent. Sed & consilium hoc Augusti laudat Tacitus in vita Agricolæ, additque, quod Augusti consilium fuit, Tiberium id habuisse pro præcepto : *D. Iulius cum exercitu Britanniam ingressus, quamquam prosperâ pugnâ terruerit incolas, ac litore potitus sit, potest videri ostendisse posteris, non tradidisse; mox bella civilia, & in remp. versa principum arma, ac longa oblivio Britanniæ, etjam in pace. Consilium id Augustus vocabat, Tiberius præceptum.* Fol.456. edit.Plät. cum notis Lipsii.

Strabo inter causas, cur Augustus Britanniam non intrârit, hanc etiam refert, quod à populis insulam circumiacentibus multùm incommodi timeretur : Πρός τε τὰς ἡγεμονικὰς χρείας, οὐδὲν ἂν εἴη πλεονέκτημα τὰς τοιαύτας γνωρίζειν χώρας, καὶ τοὺς ἐνοικοῦντας. καὶ μάλιστα εἰ νήσους οἰκεῖεν τοιαύτας, αἳ μήτε λυπεῖν, μήτ᾽ ὠφελεῖν ἡμᾶς δύνανται μηδὲν, διὰ τὸ ἀνεπίπλεκτον. καὶ γὰρ τὴν Βρετταννικὴν ἔχειν δυνάμενοι Ῥωμαῖοι κατεφρόνησαν, ὁρῶντες ὅτι οὔτε φόβος ἐξ αὐτῶν, οὐδὲ εἷς ἐστιν (οὐ γὰρ ἰσχύουσι τοσοῦτον, ὥς᾽ ἐπιδιαβαίνειν ἡμῖν) οὔτ᾽ ὠφελεία τοσαύτη τὶς εἰ κατάσχοιεν. πλέον γὰρ ἂν ἐκ τῶν τελῶν δόκει προσφέρεσθαι νῦν, ἢ ὁ φόρος δύναται συντελεῖν ἀφαιρουμένης τῆς εἰς τὸ στρατιωτικὸν δαπάνης, τὸ φρουρῆσον καὶ φορολογῆσον τὴν νῆσον· πολὺ δ᾽ ἂν ἐπιγένοιτο τὸ ἄχρηστον ἐπὶ τῶν ἄλλων τῶν περὶ ταύτην νήσων. .i. *Nam & ad Principis officium non multum emolumenti conferet hujusmodi regionum & incolarum notitia, maximè si tales incolant insulas, quæ neque damnum afferre nobis, neque utilitatem poßint, quia nulla cum iis intercedant commercia; nam Britanniam occupare cum possent Romani, spreverunt, cum viderent, neq; ullum ab iis metum esse; non enim tantum iis est virium, ut in nostras ditiones impreßionem faciant, neque tantum utilitatis, si occuparent. Videtur enim nunc plus percipi ex vectigalibus, quam tributum pendere posset, detracto in militem, præsidio insulæ futurum, & stipendium exacturum, sumptu. Multumq; videbatur incommodi, ab aliis insulam circumiacentibus, oblatum iri.* L.2.f.115.

Populos Britanniam circumiacentes intelligit Germanos inferiores, seu Celtas, à Bononia ad Rhenum, de quibus supra Dio; atque inter eos, Britanniæ maximè vicinos, Morinos maritimos sive Transisanos, Menapios, &c. quos unâ aëris temperie, seu potius intemperie, cum Britannis uti, tradit idem Strabo : ἔπομβροι δ᾽ εἰσὶν οἱ ἀέρες μᾶλλον, ἢ νιφετώδεις· ἐν δὲ ταῖς αἰθρίαις ὁμίχλη κατέχει πολὺν χρόνον· ὥστε δι᾽ ἡμέρας ὅλης ἐπὶ τρεῖς μόνον, ἢ τέτταρας ὥρας τὰς περὶ τὴν μεσημβρίαν ὁρᾶσθαι τὸν ἥλιον. τοῦτο δὲ κἀν τοῖς Μορινοῖς συμβαίνει, καὶ τοῖς Μεναπίοις, καὶ ὅσοι τούτων πλησιόχωροι. .i. *Aër apud eos imbribus magis est quàm nivibus obnoxius, ac sereno etjam cœlo, caligo quædam multum temporis obtinet, ita ut toto die, non ultra tres, aut quatuor, quæ sunt circa meridiem, horas, conspici sol poßit; quod ipsum Morinis quoq; & Menapiis, & eorum vicinis contingit.* Vicini Menapiis sunt Grudii, Levaci, Pleumosii, aliique, Cæsari nominati; item Toxandri, qui Plinio Zelandi, & Batavi, ac Caninefates, ad ostia Rheni; quæ adeò propinqua Britanniæ Strabo, aliique existimârunt, ut crediderint ab iis Britanniam conspici posse, ut supra docuimus L.4.f.200.

Fol.6.7. capite primo. Post Strabonem Tacitus ita fines Britanniæ describit : *Britannia, insularum, quas Romana notitia complectitur, maxima spatio & cælo, in orientem Germaniæ, in occidentem Hispaniæ* (In vita Agricolæ.) *obtenditur : Gallis in meridiem etjam inspicitur : septemtrionalia ejus nullis contra terris, vasto atq; aperto mari pulsantur.* Vnde etjam colligitur, non alios fuisse populos Britanniam circumiacentes, à quibus Augustus metuebat sibi *multum incommodi oblatum iri*, ut loquitur Strabo, quàm Germanos, quibus ait Britanniam in oriente obtendi; nam ab Hispanis nullus erat metus, quod ii longissimè abessent, ut neque à Gallis, qui devicti erant. Germanorum verò nomine non intelligi Ultrarhenanos, sed inferiores, qui nunc Flandri, tempore Strabonis Menapii, & Morini maritimi, ex supradictis in confesso est.

Hosce verò populos cur timuerit Augustus, variæ sunt causæ: imprimis quod essent Galli, quos Livius appellat : *Inter* (Dec. 1. l. 10. f. 605.) *ferrum & arma natos, feroces cùm suopte ingenio, tum adversus populum Romanum.* Et Salustius fatetur in bello Catilinario : *Facundiâ* (Fol. 54.) *Græcos, gloriâ belli Gallos ante Romanos fuisse.* Et ipsi Galli à Romanis agrum petentes, apud Livium, se non Romanis tantùm, sed cæteris mortalibus præferunt : *Si negetur ager, coram iisdem Romanis dimicaturos, ut nuntiare domum possint, quantum Galli virtute cæteros Romanos præstarent.* Salustius hinc in bello Iugurthino : *Certavit populus Rom. cum finitimis de Principatu, cum Phyrro Rege Epirotarum de fama & gloria, cum Carthaginensibus de imperio, cum Gallis verò de vita semper.* Et alibi : *Per idem tempus adversus Gallos ab ducibus nostris Q. Cæpione & C. Manilio malè pugnatum, quo metu Italia omnis contremuerat, illiq;, & inde, usque ad nostram memoriam, Romani sic habuere : alia omnia virtuti suæ prona esse, cum Gallis, pro salute, non pro gloria, certare.* Iustinus : *Gallorum nomen, quod semper Romanos terruit.* (L. 38. f. 26.)

Altera causa est, quod non Galli tantùm fuerint, sed & Belgæ, de quibus Cæsar in principio, cum Galliæ populos enumerasset : *Horum omnium fortissimi sunt Belgæ.* Addit rationem : *Propterea quod à cultu, atque humanitate prouinciæ longissimè absunt, miniméque ad eos mercatores sæpe commeant, atque ea quæ ad effeminandos animos pertinent, important.* (Comm. de bello. Gall.) Strabo de Belgis hoc modo : Εἰσὶ μὲν οὖν μαχηταὶ πάντες τῇ φύσει, κρείττους δ' ἱππόται ἢ πεζοί· καὶ ἔστι Ῥωμαίοις τῆς ἱππείας ἀρίστη παρὰ τούτων· ἀεὶ δὲ οἱ προσβορώτεροι καὶ παρωκεανῖται, μαχεμώτεροι· τούτων δὲ τοὺς Βέλγας ἀρίστους φασὶν, εἰς πεντεκαίδεκα ἔθνη διῃρημένους, τὰ μεταξὺ τοῦ Ῥήνου καὶ τοῦ Λείγηρος παροικοῦντας τὸν Ὠκεανόν. i. (L. 4. f. 196.) *Galli omnes naturâ sunt pugnaces, equitatu tamen, quàm peditatu meliores : & optimam equitatus sui partem Romani ab his habent; quò magis ad septemtrionem & Oceanum vergunt, eò sunt bellicosiores; primam laudem Belgis tribuunt, divisis in XV gentes, quæ habitant inter Rhenum & Ligerim ad Oceanum.*

Tertia ratio adjungi potest, quod essent Nervii, ac Nerviorum

rum clientes, de quibus Cæſar ait *quòd maximè feri inter ipſos*, (.j. Belgas) *habeantur, longiſsimaq; abſint*, ad Oceanum videlicet, & ſeptemtrionem, ut ſupra Strabo, *qui eò ſunt bellicoſiores.* Sic de Mattiacis Tacitus : *Cætera ſimiles Batavis, niſi quod ipſo adhuc terræ ſolo & cœlo acrius animantur.* Vbi Lipſius : *Acrius*, inquit, *animantur, quia mari ac frigori propiores.* Unde plerique authores ortum putant Celtarum nomen, pro Gallis propriè maritimis, atque ad ſeptentrionem vergentibus; ex vernacula voce **Kelt**/ quod *frigidum* ſignificat, pro qua hodie uſitamus **Cout.**

Cóm. de bello Gall. l.2.n.4.

Lib. de moribus German.

Has itaque ob cauſas timens Auguſtus Celtas, ſive Germanos inferiores, videlicet *Morinos* ultraliſanos, qui hodie ſunt Dunkercani, Mardyquii, Bergenſes, Gravelingani, Burburgani, Audomarenſes, Ardrenſes, Caletani, Guinenſes; Item *Menapios*, hodie Caſſetanos, Furnenſes, Franconatenſes; *Pleumoſios* .j. Iprenſes, & Dixmudanos; *Centrones* .j. Cortracenſes; *Gordunos* .j. Gandenſes; *Grudios* .j. Brugenſes; *Levacos* .j. Hulſtanos, Axelanos &c. *Toxandros* .j. Zelandos: eos in avitâ libertate, & *propriis ab origine ſedibus* reliquit, terminoſque Romani Imperii conſtituit ad Fretum Britannicum, Bononiam ſeu Geſſoriacum portum: hinc Liſam amnem, à Teruana Morinorum urbe, Viroviacum uſque, quod nunc **Werbeken** appellatur: inde, relicto Liſâ, amne Centronibus & Gordunis; ſtratâ lapidibus viâ, quæ ſylvâ, quam poſtea Carbonariam appellârunt, prætexebâtur, limites contraxit, Tornacum & Bavacum uſque, viamque ad Tongros uſque continuavit, ut capite ſequenti pluribus oſtendetur. Hinc de Centronibus, Pleumoſiis, Grudiis, Gordunis, Levacis nulla ampliùs mentio apud Romanos, quòd illi eſſent extra terminos Romani Imperii, orbemque Romanum; uti neque de Morinis Tranſliſanis, nec de Menapiis Ciſſcaldinis, nec de Iccio portu apud eos vel verbum. Sic Virgilius, quando ſub Auguſto cecinit:

Extremiq; hominum Morini, Rhenuſq; bicornis; Æn. lib. 8.

Non intellexit niſi de Morinis Bononienſibus, Teruanenſibus, aliiſq; Ciſliſanis, ultra quos tamen erant populi ante nominati, ac præſertim Menapii, ultimi Galliarum à Cæſare & Strabone poſiti, ac Dioni quoque dicti τελευταῖοι .j. poſtremi, & velut in fine orbis conſtituti; de quo plura in principio hujus libri dicta ſunt, ubi & notatum à Virgilio Morinis Rhenum jungi, quòd tum incogniti adhuc eſſent Romanis ii populi, qui ad Scaldis & Moſæ oſtia habitabant.

Cap. 1. ſ. 5. 6. & 7.

Hoſce populos Auguſtus, ut reor, exiſtimavit ſufficienter à ſe domitos, ſi effeciſſet ut quieſcerent; ſic loquitur Cicero: *Nulla gens, quæ non aut ita ſubacta ſit, ut non exſtet; aut ita domita, ut quieſcat; aut ita pacata, ut victoriâ noſtrâ, imperioq; lætetur.* Quievit ferox hæc Celtarum, Germanorumque inferiorum natio, in limitibus ſibi ab Auguſto permiſſis, quod & ipſa noſſet, metueretque virtutem ac fortitudinem Romanorum, atq; ita mutuo

tuo utrimque metu ſeſe continuêre, pacatique ſunt. Sic Tacitus in initio de Germania: *A Sarmatis, Daciſq; mutuo metu, aut montibus ſeparatur.* In quem locum accommodè Lipſius hoc ex Thucydide adducit: Τὸ δὲ ἀντίπαλον δέος, μόνον πιστὸν ἐς ξυμμαχίαν. i. *Metus mutuus ex virium æqualitate ſolus firmus eſt ad ſocietatem.* Tacitus, agens de Batavis, qui pars Celtarum, ſeu Germanorum inferiorum fuêre, meminit eos antiquam habuiſſe cum Romanis ſocietatem: *Manet*, inquit, *honos, & antiquæ ſocietatis inſigne, nam nec tributis contemnuntur, nec publicanus atterit, exempti oneribus & collationibus, & tantùm in uſum præliorum ſepoſiti, velut tela atq; arma, reſervantur.*

Lib. de moribus German.

Priuſquam Druſus in Bataviam, vicinaque loca, Moſam & Rhenum inter, ad Oceanum, legiones Romanas induxit, erant Batavi liberi omnino, ut & Toxandri, Grudii, Menapii, &c. & ſocii atque amici Romanorum dicebantur; at poſtea ita conventum cum Druſo, ut amici quidem ac ſocii, imò & fratres Romanorum dicerentur; obnoxii tamen eſſent delectui, viroſq; cogerentur in militiam dare, quod Tacitus vocat proximum libertati, apud quem ſic Batavi: *Sibi non tributa, ſed virtutes, & viros indici, proximum id libertati.* De quo plura cap. V, & XV.

Hiſt. lib. 5. fol. 42. &c

At reliqui Germani inferiores ſive Celtæ, ad fretum Britannicum & Scaldim, nunquam fuerunt coacti Romanis militem ſubminiſtrare; ſed ſtipendio ab iis conducebatur, præſertim ad cuſtodiam corporis Imperatorum, ut hodierno die Helvetii, liberi alioquin; ſic Dio de Auguſto, poſt cladem Varianam: Ἐπειδὴ τε συχνοὶ ἐν τῇ Ῥώμῃ Γαλάται καὶ Κελτοὶ, οἱ μὲν ἄλλως ἐπιδημοῦντες, οἱ δὲ καὶ ἐν τῷ δορυφορικῷ στρατευόμενοι ἦσαν· ἐφοβήθη μή τι νεοχμώσωσι, καὶ τούτους μὲν ἐς νήσους τινὰς ἀπέστειλε, τοῖς δ' ἀόπλοις ἐκχωρῆσαι τῆς πόλεως προσέταξε. quod ita transfert Xylander: *Quia autem complures Galli pariter ac Germani Romæ obſervabantur, illi aliis ex negotiis perigrinantes, hi verò inter cuſtodes corporis: veritus ne quid hi novi moltrentur, in inſulas armatos amandavit, inermes urbe exire juſsit.* Manifeſtè Germanos hîc intelligi inferiores patet, tùm ex voce Κελτοὶ, quam ſupra Dio explicavit: tùm ex eo quòd, id temporis, populi ultra Rhenum, in Germania magna, hoſtes eſſent Romanorum.

Lib. 56.

Cap. 49. Meminit & Suetonius in Auguſto: *Certum numerum partim in urbis, partim in ſui cuſtodiam allegit, dimiſſâ Calagurritanorum manu, quam uſq; ad devictum Antonium, item Germanorum, quam uſque ad cladem Varianam, inter armigeros, circa ſe habuerat.* Factum id ab Auguſto in odium nominis Germanorum; nam, eâ clade auditâ, inquit Suetonius: *Adeo conſternatum ferunt, ut per continuos menſes, barbâ capilloq; ſubmiſſo, caput interdum foribus illideret, vociferans:* Quintili Vare, legiones redde. *Diemq; cladis quot annis mæſtum, habuerit & lugubrem.* At verò ſcientes Romani Imperatores, Auguſti ſucceſſores, fuiſſe Germanos, ultrarhenanos videlicet, è Germania magna, qui Varo cladem intulerant; eos verò, qui

In Aug. cap. 23.

qui custodiæ corporis Imp. adhibiti fuerant, Germanos inferiores, cis Rhenum, atque intra Galliam, eosdem ad custodiam corporis sui resumpsere; nam ita Tacitus de Tiberio : *Auditur magna pars Prætoriani equitis, & robora Germanorum, qui tum custodes Imperatori aderant.* Et Sueton. in Caligulæ morte : *Iacentem, contractisq́; membris clamitantem se vivere, cæteri vulneribus XXX confecerunt, nam signum erat omnium, repete. Quidam etjam per obscæna ferrum adegerunt. Ad primum tumultum lecticarii cum asseribus in auxilium concurrerunt, mox Germani corporis custodes, ac nonnullos ex percussoribus, quosdam etjam senatores innoxios interemerunt.* Sic & Iosephus antiquitatum Iudaicarum, agens de morte Caii Caligulæ : Πρώτους δὲ εἰς τοὺς Γερμανοὺς ἡ αἴσθησις ἀφίκετο τῆς Γαΐου τελευτῆς. δορυφόροι δὲ ἦσαν αὐτοὶ ὁμώνυμοι τῷ ἔθνει, ἀφ' οὗ κατείλεχαν τὸ Κελτικὸν τάγμα περιεχόμενοι αὐτοῦ. θυμῷ δὲ χρῆσθαι πάτριον ἐστὶν αὐτοῖς σπάνιον ἄτισιν ἑτέροις βαρβάρων, διὰ τὸ ἡσσόνως λογισμὸν ἐπιδέχεσθαι τῶν ποιουμένων, ῥωμαλέοι τε τοῖς σώμασιν, καὶ τῇ πρώτῃ ὁρμῇ συνιόντες τοῖς πολεμίοις, οὓν ἂν ὁρμίσωσι μεγάλα κατορθοῦντες. .j. Interprete Gelenio : *Primi autem Germani senserunt ejus interitum, cohors satellitum ex eâ gente lectorum, ad principis custodiam : homines naturâ iracundi, ut quivis alii barbari, quod plerumque, quid fiat, non intelligant, robusti corpore, & primos hostium impetus excipere soliti, & magnum ad victoriam momentum adferre, in quacumque partem incubuerint.* Habuit & Claudius Nero; de quo ita Tacitus in annalibus, post extinctum Claudium : *Nero egreditur ad cohortem, quæ more militiæ excubiis adest.* Idem alibi : *Equites peditesq́; permixti Germanis, quibus fidebat Princeps, quasi externis.* Item : *Cognitum id Neroni, excubiasque militares, quæ, ut conjugi Imperatoris solitum, & matri servabantur, & Germanos super eundem honorem custodes additos, digredi jubet.* De Sergio Galba sic quoque Suetonius cap. 12 : *Germanorum cohortem à Cæsaribus olim ad custodiam corporis institutam, multisq́; experimentis fidelissimam, dissoluit, ac sine ullo commodo remisit in patriam, quasi Cn. Dolabellæ, juxta cujus hortos tendebat, proniorem.* Vitellius deinde hujus generis cohortem recepit. Xiphilinus in epitome Dionis : Τοῖς Κελτοῖς τοῖς φρουροῦσιν αὐτὸν κακῶς ἀπήλλαξεν. .j. *Ac cum incidissent in Germanos custodes Vitellii miserè afflicti discedunt.*

Annal.l.1.
Cap.38.
L.19.c.1.
Lib.12.
Ibid.l.15.
Ibid.l.13.

Quamquam verò hi Germani societatem hanc cum Romanis inierint, ut ipsi quidem stipatores essent Imp. ac in patria suos sibi terminos retinerent, ab eo tempore, quo Augustus, rebus in Gallia compositis, inde in Hispaniam decessit, quod factum tradidimus supra anno V.C. 728. Reperio tamen anno sequenti 729. Romanos quosdam, qui Celtarum .j. Germanorum inferiorum limites introierant, à Celtis deletos fuisse, ac Vinicium, Romanorum præfectum, de iis vindictam sumpsisse; quam ob rem, & ob subactam Hispaniæ magnam partem, ferme Augusto triumphus est decretus. De hoc Dio scribit in hunc modum ad annum V.C. 729 : Ὑπὸ δὲ τὸν αὐτὸν τοῦτον χρόνον, Μάρκος L.54.f.589

 Οὐινίκιος

Οὐινίκιος Κελτῶν τινὰς μετελθών, ὅτι Ῥωμαίους ἄνδρας ἐς τὴν χώραν σφῶν κατὰ τὴν ἐπιμιξίαν ἐσελθόντας συλλαβόντες ἔφθειραν, τὸ ὄνομα καὶ αὐτὸς τὸ τοῦ αὐτοκράτορος τῷ Αὐγούστῳ ἔδωκε. καὶ ἐψηφίσθη μὲν που, καὶ τὰ ἐπινίκια αὐτῷ, καὶ ἐπὶ τούτοις, καὶ ἐπὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς τότε γενομένοις· ἐπεὶ δ' οὐκ ἠθέλησεν αὐτὰ πέμψαι, ἁψίς τε ἐν τοῖς Ἄλπεσι τροπαιοφόρος οἱ ᾠκοδομήθη, καὶ ἐξουσία ἐδόθη τοῦ τῇ πρώτῃ τοῦ ἔτους ἡμέρᾳ, καὶ τῷ τε στεφάνῳ, καὶ τῇ ἐσθῆτι τῇ νικητηρίᾳ ἀεὶ χρῆσθαι. Αὔγουστος μὲν ταῦτά τε ἐν τοῖς πολέμοις ἔπραξε, καὶ τὸ τοῦ Ἰανοῦ τεμένισμα ἀνοιχθὲν δι' αὐτοὺς ἔκλεισεν. .j. *Fere hoc ipso tempore M. Vinicius Germanos quosdam* (Inferiores videlicet, Celtas) *ultus, qui Romanos viros in ipsorum regionem, commercii gratiâ, ingressos obtruncaverant, ipse quoq; nomen Imp. Augusto paravit, triumphiq; ei propter hanc, aliasque res tum gestas, decreti sunt; quos cum recusasset, fornix trophæum ferens, in Alpibus ei positus est, dataq; potestas Calendis Ianuarii singulis corona & vestis triumphalis gestandæ. Augustus bellis ad hunc modum confectis, Iani templum quod propter hæc bella fuerat reseratum, clausit.*

Magnum existimarunt Romani, quod metu aliquo Celtas hosce compescuissent; iisq; rursus quiescentibus, Iani templum clausêre, quod fieri tum tantùm solebat, cum omnes toto orbe hostes subjugassent: scilicet eos qui intra orbis Romani terminos continebantur, intra quos nec erat Germania magna ultra Rhenum, neque Germania inferior secus Oceanum, ad fretum Britannicum usque; quæ, ut invia & inaccessa, incolis cum libertate permissa est.

Præter Salustium & Marcellinum, aliosq; supra citatos, notavit id etjam Dionysius Halicarnassæus, qui Romæ vixit sub Au-
L. 1. f. 7. gusto: Ἐγὼ (inquit) καταπλεύσας εἰς Ἰταλίαν, ἅμα τῷ καταλυθῆναι τὸν ἐμφύλιον πόλεμον ὑπὸ τοῦ Σεβαστοῦ Καίσαρος. .j. *Ego appulsus in Italiam, sub finem bellis civilibus jam jam impositum ab Augusto Cæsare.* Idem sic
Ibid. f. 3. de Roma: ἡ δὲ Ῥωμαίων πόλις ἁπάσης ἄρχει γῆς, ὅση μὴ ἀνέμβατος. .j. *At Romanorum civitas imperat per cæteras terræ plagas; quæ quidem inaccessæ non sunt.*

Anno ab V. C. 738. Augustus iterum in Galliam venit, in Sicambros, aliosq; Germanos transrhenanos, primum bellum gesturus, qui, transmisso Rheno, Germanos superiores cis Rhenum, Romanorum socios, infestabant, ac Lollium, Galliarum præfectum, qui equitatum Romanum in eos miserat, supera-
Fol. 610. rant. Verba Dionis sunt: ἐς τὴν Γαλατίαν Λουκίου τε Δομιτίου, καὶ Πουπλίου Σκιπίωνος ὑπατευόντων, ὥρμησε, πρόφασιν τοὺς πολέμους τοὺς κατ' ἐκεῖνο κινηθέντας λαβών. .j. *L. Domitio & Publio Pisone Coss. in Galliam profectus est, obtendens causam hujus profectionis, bella quæ ibi conturbata essent.* Et pau-
Fol. 611. lo post eodem an. 738: Συγαμβροί τε γὰρ, καὶ Οὐσιπέται τε, καὶ Τέγκτηροι τὸ μὲν πρῶτον ἐν τῇ σφετέρᾳ τινὰς αὐτῶν συλλαβόντες ἀνεσταύρωσαν, ἔπειτα δὲ καὶ τὸν Ῥῆνον διαβάντες, τήν τε Γερμανίαν καὶ τὴν Γαλατίαν ἐλεηλάτησαν, τό, τε ἱππικὸν τὸ τῶν Ῥωμαίων ἐπελθὸν σφίσιν ἐνήδρευσαν, καὶ φεύγουσιν αὐτοῖς ἐπισπόμενοι τῷ τε Λολλίῳ ἄρχοντι αὐτῆς ἐνέτυχον ἀνέλπιστοι, καὶ ἐνίκησαν καὶ ἐκεῖνον. Μαθὼν δὲ ταῦτα ὁ Αὔγουστος, ὥρμησε μὲν ἐπ' αὐτοὺς, οὐ μέντοι καὶ ἔργον τι πολέμου ἔσχεν.

χεν. οἱ γὰρ βάρβαροι, τόν τε Λόλλιον παρασκευαζόμενον, καὶ ἐκεῖνον στρατεύοντα πυθόμενοι ἔς τε τὴν ἑαυτῶν ἀνεχώρησαν, καὶ σπονδὰς ἐποιήσαντο ὁμήρους δόντες. .j. *Sicambri, Vſipetæ, & Tenchteri primos quoſdam, in ſuo territorio deprehenſos Romanorum, in crucem egerant; deinde, Rheno tranſmiſſo, ex Gallia prædas egerant, equitatum Romanorum, contra ſe miſſum, per inſidias circumvenerant, & à fugientibus uſque ad Lollium præfectum præter opinionem ſuam protracti, hunc quoque vicerant. Quibus cognitis, Auguſtus, adverſus eos expeditionem cum ſuſcepiſſet, bellum nullum gerendum habuit. Barbari enim, cum Lollium arma parare, Auguſtum exercitum adducere audirent, in ſuam terram regreſſi, obſidibus datis pacem acceperunt.* Hic etjam mutuo metu à bello ceſſatum; neque alia pax compoſita, quàm ut ſe quiſque intra ſuos terminos contineret, Romanus cis, Germanus ultra Rhenum. Id & Sicambri dudum ante, à tempore Cæſaris, voluêre, apud quem hoc modo legatis ejus reſpondent: *Populi Romani imperium Rhenum finire; ſi, ſe invito, Germanos in Galliam tranſire non æquum exiſtimaret, cur ſui quidquam eſſe imperii aut poteſtatis trans Rhenum poſtularet?* Comm. 4.

Circa hæc tempora cùm Auguſto etjam ſe conjunxiſſent legiones Druſi, quibus Rhetiam ſubegerat, conveniſſe eum exiſtimo cum Germanis inferioribus ad Rhenum, ac præſertim Batavis, ut amici & ſocii fierent Romanorum, mores patrios, ac linguam retinerent, nec niſi viros & arma ad militiam ſubminiſtrarent, quod Batavi præ terrore legionum Romanorum facilè admiſêre: Auguſtus quoque non gravatè conceſſit, ne eos haberet inimicos, & ut facilius in Germaniam magnam (quod intendebat) bellum transferret. Eâ initâ ſocietate, in eorum regione, ad Rhenum, Lugdunum uſque, adverſus impetum Germanorum, caſtra conſtruxit. Certè eâ, quæ poſtea Vetera appellata ſunt, eo loco, ubi nunc Santen oppidum, ab Auguſto conſtructa fuiſſe, docet Tacitus his verbis: *Fuit interim effugium legionibus in caſtra, quibus Veterum nomen.* Et aliquanto poſt: *Pars caſtrorum in collem leniter aſſurgens, pars æquo adibatur; quippe illis hibernis, obſideri, premiq; Germanias Auguſtus crediderat.* In quem locnm Cluverius poſita hæc caſtra auguratur: *L. Domitio, & P. Scipione Coſſ. anno ante natum IESVM XVI; quum, auditâ clade Lollianâ, ipſe ab urbe ad Rhenum, bellumq; Germanicum, adverſus Sigambros, Vſipetas, atq; Tenchteros profectus eſſet.* Item: *Nomen Veterum poſtea demum adepta videntur; ſub exitum tamen Auguſti .j. XXVII annis, poſtquam erecta, id jam nominis habuiſſe ex primo, annalium Taciti colligitur. Qui nunc oppidum Clivenſis Ducatus interpretantur Santen, hoc ut firmiſſimo utuntur argumento, quod antiquitatum Romanarum innumeræ hic eruuntur reliquiæ, majorique copiâ ſuperiori ævo erutæ fuerint.* Credo & armamentarium ab Auguſto & Druſo hoc tempore inchoatum, in quo octo legionibus, quæ ad ripam Rheni erant, arma ſubminiſtranda cuſtodiebantur, prope

Hiſt. lib. 4. fol. 400.

Germ. ant. l. 2. c. 18. f. 412.

locum Catwicum .j. Cattorum vicum postea appellatum, nunc 't Huys te Britten. De quo sic Cluverius, Lugdunum Batavorũ,
Ibid.l.2. c.36.f.486 & non procul ab eo, Rheni ostium, describens: *Hoc situ nunc antiquissimi rudera monumenti manent, prope vicum,* Catwijck op zee/ *æquoris fluctibus obruta; nec nisi recedente maris æstu, Euro litus nudante (quod perrarò accidit) spectanda se præbent. Vidi ipse, haud semel, maximam eorum partem. Pars etjam arenarum tumulis abscondita jacet. Annales Hollandiæ Brittenburgh, accolæ autem Hollandi hodie* het huys te Britten *indigitant, nomine obscuro, & abstrusæ originis &c.* Armamentarium illud, vetustate collapsum, Severus Imp. restauravit, unde lapis ex iisdem ruinis erutus, hanc habet inscriptionem apud eundem Cluverium, loco citato:

Fol.489. *IMP. CAES. L. SEPTIMIVS SEVERVS AVG. ET*
M. AVRELIVS ANTONINVS CAES. COH. XV.
VOL. ARMAMENTARIVM VETVSTATE
CONLAPSVM RESTITVERVNT SVB
VAL. PVDENTE LEG. AVG. PR. PR. CVRANTE
CAECIL. BATANE PRAE.

Fol.481. Vbi rursus Cluverius: *Si summa vetustas huic operi adscribenda sit, non Caligulæ, neq; Claudio, Imperatoribus, sed Druso Germanico, qui Augusto imperante* quinquaginta amplius, *ut auctor est Florus,* per Rheni ripam castella direxit, *structuram ejus attribuerim.* Idem de Lugduno castro, in colle sito, vel monte, qui vulgò *Dun*, hoc mo-
Fol.485. do: *Collis in hoc prædictus à Drusi militibus, sub Augusti Cæsaris principatu, congestus, nomenq; locus jam inde ab eo tempore sortitus sit, an verò sub quo alio postea Imperatore, difficile dispectu est. Lapides certè, ex quibus munimentum colli superstructum, eandem specie præ se ferunt vetustatem, quam munimentum in litore Oceani juxta ostium Rheni.*

Castellis itaque aliquot adversus Transrhenanos populos, per biennii spatium, extructis, Augustus è Gallia in Hispaniam, indeque Romam profectus est anno V.C. 741, relicto, in Ger-
Lib.54. fol.616. mania inferiore, Druso Meminit ejus Dio hoc modo: Ο᾽ γοῦν Αὔγουστος, ἐπειδὴ πάντα τά τε ἐν ταῖς Γαλατίαις, καὶ τὰ ἐν ταῖς Γερμανίαις, ταῖς τ᾽ Ἰβηρίαις. πολλὰ μὲν ἀναλώσας ὡς ἑκάστοις, πολλὰ δὲ καὶ παρ᾽ ἑτέρων λαβὼν τήν τε ἐλευθερίαν, καὶ τὴν πολιτείαν τοῖς μὲν δοὺς, τοὺς δ᾽ ἀφελόμενος, διῴκησε. τὸν μὲν Δροῦσον ἐν τῇ Γερμανίᾳ κατέλιπεν, αὐτὸς δὲ ἐς τὴν Ῥώμην ἐπί τε τοῦ Τιβερίου καὶ ἐπὶ Κοϊντιλίου Οὐάρου ὑπάτων ἀνεκομίσθη. .j. *Augustus rebus Gallicis, Germanicis, Hispanicisq; omnibus confectis, quum multos in singula sumptus fecisset, magnam ab aliis pecuniæ vim accepisset, libertatem ac jus civitatis aliis dedisset, aliis ademisset: Druso in Germania relicto, Romam reversus est Tiberio & Quintilio Varo Coss.* Germaniam hic inferiorem intelligi, patet ex eo, quod, absente Augusto, primum in Germanos transrhenanos bellum gesserit, quod primi moverant
Fol.622. Sicambri, teste Dione his verbis, anno V.C 743: τῶν τε γὰρ Συγάμβρων καὶ τῶν συμμάχων αὐτῶν, διά τε τὴν τοῦ Αὐγούστου ἀπουσίαν, καὶ διὰ τὸ τοὺς Γαλάτας μὴ ἐθελοδουλεῖν, πολεμωθέντων &c. *Cum Sicambri, eorumq; auxiliarii*

xiliarii, propter absentiam Augusti, ac quia videbant Gallos jugum servitutis gravatim ferre, bellum movissent &c. Et mox: ἐς τε τ͂ τ͂ Οὐσιπετ͂, κατὰ αὐτ͂ τ͂ τ͂ Παλαούων νῆσον διέβη· καὶ ἐπὶ τ͂ Συγαμβρίδα ἐκεῖθεν ἐπιπαρελθὼν, συχνὰ ἐπόρθησεν. ἐς τε τ͂ Ὠκεανὸν, διὰ τ͂ Ῥήνε, καταπλεύσας, τούς τε Φρισίους ᾠκειώσατο, καὶ ἐς τ͂ Χαυκίδα, διὰ τῆς λίμνης, ἐμβαλὼν &c. *In Usipetarum regionem, secundum insulam Batavorum, atque inde in Sicambrorum terram transgressus, magnam agri partem vastavit. Inde secundo Rheno in Oceanum devectus, Frisios subegit, ac per paludem in Chaucorum fines profectus &c.* Huc referendum, quod habet Suetonius in Augusto: *Suevos & Sicambros, dedentes se, traduxit in Galliam, atque in proximis Rheno agris collocavit, alias etjam nationes, malè quietas, ad obsequium redegit.* Ibidem.

Pergit Dio, anno deinde ab V.C. 743. de Druso: Ἔπειτε Κυΐντε Αἰλίε καὶ ἐπὶ Παύλε Φαβίε ὑπάτων. .j. *Q. Aelio* (Tuberone) *& Paulo Fabio* (Maximo) *Consulibus*, ἅμα δὲ τῷ ἦρι πρὸς τ͂ πόλεμον αὖθις ὥρμησε, καὶ τόν τε Ῥῆνον ἐπεραιώθη, καὶ τοὺς Οὐσιπέτας κατεστρέψατο· Τόν τε Λουπίαν ἔζευξε, καὶ ἐς τ͂ τῶν Συγάμβρων ἐνέβαλε, καὶ δι' αὐτῆς καὶ ἐς τ͂ Χερουσκίδα προσεχώρησε, μέχρι τ͂ Οὐισούργε. .j. *Initio veris rursus ad bellum profectus, Rhenum transiit, Usipetas subjugavit; Lupiaq́ fluminis ripis ponte junctis, in Sicambros irrupit, perq́ eos in Cheruscorum regionem usque ad Visurgim processit.* Anno V. C. 744. Iulio ac Fabio Max. Coss. quo Druso fratri etjam Tiberius se conjunxit adversus Chattos, moderante utrumque Augusto, qui in Lugdunensi Gallia plerumq; tum versabatur, bello etjam Germanico intentus. Dio in fine lib. 54: Τὰ δὲ τ͂ Χάττων ὁ Δρῦσος τὰ μὲν ἐκάκωσε, τὰ δὲ ἐχειρώσατο· καὶ μετὰ τοῦτο ἐς τε τ͂ Ῥώμην, σὺν τῷ Αὐγούστῳ, συνεκομίσθησαν (ἐν γὰρ τῇ Λουγδουνίδι τὰ πολλὰ οὕτως ἐγγύθεν τοῖς Κελτοῖς ἐφεδρεύων διέτριβε) καὶ ὅσα ἐπὶ ταῖς νίκαις ἐψήφιστο, ἢ καὶ ἄλλως καθήκοντα ἦν γενέσθαι, ἐπετέλεσαν. Ταῦτα μὲν ἐπί τε τῶ Ἰουλίε, καὶ ἐπὶ Φαβίε Μαξίμε ὑπάτων ἐγένετο. .j. *Chattos Drusus partim maleficiis infestavit, partim subegit. His peractis, Tiberius & Drusus cum Augusto, qui in Lugdunensi Gallia plerumq́ versabatur, haud procul à bello Germanico remotus, ejusque eventui intentus, Romam redierunt, ac ea quæ, victoriâ impetratâ, fieri leges jubent, aut aliàs convenit, peregerunt. Hæc acta Iulio & Fabio Maximo Consulibus.* Fol. 623. Fol. 625.

Anno sequenti V.C. 745. Drusus, se, & T. Quintio Consulibus, per Suevos & Cheruscos, ad Albim usq; perrexit; de quibus consule Dionem, redeuntemq; mors in via intercepit. Ad hæc bella gerenda Drusum octo legiones habuisse, patet ex hoc Taciti, circa principium Annal. de Augusto: *Germanicum, Druso ortum, octo apud Rhenum legionibus imposuit.* Hæ constabant ex centum millibus militum Romanorum, cum sociorum, ut Batavorum, Tungrorum, Vbiorum, Eduorum, Nerviorum, &c. auxiliis. Lipsius ad illud Taciti, loco citato: *Germanicus, in cujus manu tot legiones, immensa sociorum auxilia. Octo*, inquit, *ad Rhenum in ripa Galliæ, præcipuum, uno loco, imperii robur. Atq́ ea cum suis auxiliis & equitatu facilè ad C. M. militum accedebant.* Drusi victoriarum Fol. 4. Fol. 7.

adversus Germanos meminit, præ cæteris, Florus, qui & notat eum ideo Germanicum appellatam: *Germaniam quoque utinam vincere tanti non putaßet! magis turpiter amißa est, quàm gloriosè acquisita: sed quatenus sciebat patrem suum Cæsarem bis, trajecto ponte Rheni, quæsisse bellum, in illius honorem concupiit facere provinciam: & factum erat, si barbari tam vitia nostra quàm imperia ferre potuissent. Missus in eam provinciam Drusus primos domuit Vsipetes, inde Tencheros percurrit, & Cattos. Nam Marcomannorum spoliis insignibus quendam editum tumulum in trophæi modum excoluit. Inde validißimas nationes, Cheruscos, Suevos, & Sicambros pariter aggreßus est: qui, viginti centurionibus concrematis, hoc velut sacramento sumpserant bellum, adeò certa victoriæ spe, ut prædam in antecessum pactione dividerent. Cherusci equos, Suevi aurum & argentum, Sicambri captivos elegerant. Sed omnia retrorsum. Victor namque Drusus equos, pecora, torques eorum, ipsósq; prædâ divisit & vendidit. Præterea, in tutelam provinciarum, præsidia atq; custodias ubiq; disposuit. Per Mosam flumen, per Albim, per Visurgim, per Rheni quidem ripam quinquaginta amplius castella direxit, Bonnam* (al *Bononiam*) *& Geldubam cum pontibus junxit, claßibusq; firmavit: invium, atq; inaccessum in id tempus, Hercynium saltum patefecit. Ea deniq; in Germania pax erat, ut mutati homines, alia terra, cælum ipsum mitius molliúsq; solito videretur. Denique non per adulationem, sed ex meritis, defuncto ibi fortißimo juvene, ipsi, quod nunquam alteri, senatus cognomen ex provincia dedit.* Suetonius quoque in Claudio, de Druso: *Oceanum septemtrionalem primus Romanorum Ducum navigavit, transq; Rhenum foßas novi & immensi operis effecit, quæ nunc adhuc Drusianæ vocantur.* Ad hunc locum ita Cluverius: *Foßas Drusianas licet Suetonius plurali numero dixerit, tamen unam solam fuisse constat: itaq; rectius quoq; fossam Drusianam singulari numero appellavit Tacitus. At immensum sanè opus erat, utpote à pago Iseloort ad Doesburg oppidum, decem circiter millibus passuum extensum.* Taciti locus, quem innuit, hic est: *Iamq; claßis advenerat, cùm præmisso commeatu: & distributis in legiones ac socios navibus, fossam, cui Drusianæ nomen, ingressus, precatusq; Drusum Patrem, ut se, eadem ausum, libens placatusq; exemplo & memoriâ consiliorum atque operum juvaret.*

Lib.4.c.12

Fol.134.

De tribus Rheni alveis c.25.

Annal.l.2.

Quæ omnia, de Drusi gestis, ex hisce authoribus adferenda duxi, ut ex iis pateat, Drusum (quamquam adeò fortem atque terribilem, ut hodieque apud Belgas ejus nomen, den Droes/ in terrore sit) nihil movere ausum fuisse adversus Menapios & Toxandros, nunc Brabantos & Zelandos, qui ad Mosam & Helium Rheni ostium pertingebant; verùm eos, è consilio Augusti, in avita libertate & quiete permisisse. Facillimus enim, volenti Oceanum septemtrionalem navigare, fuisset ingressus in Helium, sive occidentale Rheni ostium, Vahale & Mosâ, ubi videlicet Rhenus Mosæ *immenso ore* (ut verbis Taciti utar) *in oceanum effunditur;* nisi vicinas illi ostio nationes timuisset,

nec

nec fuisset ei necessaria fossa Drusiana, quam supra Cluverius *immensum opus* appellavit. Lib.1.annal.

Neque certè aliam ob causam Drusus, ad Mosam etjam flumen, *Castella direxit*, atq; *custodias disposuit*, ut supra Florus, quàm ne Menapii atque Toxandri, sumptâ quâpiam belli occasione, Romanorum cohortes, illic incustoditas, & nec opinantes, invaderent: quod & ante me doctissimus Cluverius annotavit. *Superiore*, inquit, *Mosæ ripâ haud opus habuit* (Drusus videlicet castella dirigere) *omnibus ibi Gallis pacatis, & dicto audientibus. In inferiore autem amnis parte, contra feroces Menapiorum, Toxandrorumq; nationes, item contra Frisiorum vicinitatem, uti satis tuta provincia Belgica foret, adeoque ipsa nimia Batavorum animositas in officio uti contineretur, miles præsidiarius imponendus erat.* De tribus Rheni alveis c. 2. f. 17.

Quin etjam, ut adversus Toxandros Menapiosque magis tuta forent Bataviæ interiora, magnæ molis aggerem Drusus fieri mandavit ab altera illa Rheni parte, quà Galliam radit; cùm ut Rhenum intra Bataviam coërceret, tùm ut, si res ferret, aggere perrupto, eum in illam Galliæ partem effunderet, quà prædictis populis esset accessus. Verùm opus inchoatum præmatura ejus mors, cum aliis pluribus, interrupit; quod, sexaginta deinde tribus annis post, Paulinus Pompeius, sub Nerone Batavicæ insulæ præfectus, confecit, attestante id in suis annalibus Tacito, his verbis: *Paulinus Pompeius, L. Vetus, eâ tempestate, exercitui præerant. Ne tamen segnem militem attinerent, ille inchoatum, ante sexaginta annos, à Druso aggerem, coërcendo Rheno, absolvit.* Lib.13. Diruit hanc postea molem, dum Romanis rebellat, Batavus Civilis; quo de sic scribit idem Tacitus in historiis: *Quin & diruit molem à Druso Germanico factam, Rhenumq;, prono alveo in Galliam ruentem, disjectis quæ morabantur, effudit.* Lib. 5. Postea scilicet quàm Civilis, à Cereali fugatus, in eam se insulam contulisset, ut, effuso in Gallias Rheno, aditum Romanis, itemque Toxandris, & Menapiis, qui in hac rebellione Romanis, potiùs, quàm Batavis, favebant, præcluderet. De eo Cluverius hoc modo libro ante citato: *Hanc molem XIII. post annis, Civilis Batavus rebellans, postquam in insulam, ceu locum, contra Romanorum insecutionem tutum, concesserat, diruit, Rhenumq; in mediam insulam effudit: uti hac ratione duplex vallum, sive duplicem fossam, adversus Galliæ continentem, unde Romanorum vim atq; arma metuebat, haberet: Vahalim scilicet, & hunc novum Rheni alveum.* De tribus Rheni alveis c.6. Idem paulo post: *Novus autem ille alveus, in quem Civilis Rhenum effudit, haud dubiè is est, qui nunc Lecca, vulgò accolis* de Lecke/ *vocatur, & Culeburgum, Vianam, Schoonhoviam delatus, paulo infra, juxta pagum* Krimpen/ *Mosæ amni jungitur: quondam verò, quum solida etjam-dum humus certos fluminibus alveos præberet, infra Flardingam, in eundem confluebat.*

Porrò, durante rebellione Batavicâ, Toxandros nostros & Menapios, itemque Grudios, Gordunos, Morinos maritimos, aliosque,

liosque, ad fretum usque Britannicum, populos Germaniæ inferioris, viventes in libertate, ac societate Romanorum, existimo non tantùm non conjunxisse se Batavis; sed & auxiliares copias Romanis præbuisse, eorumq; cohortibus à Nerviis & Tongris, per Toxandriam campanam, vulgò nunc **de Kempen**/ ad inferiores Mosæ partes, liberum iter concessisse, eisque, qui à parte Romanorum erant, favisse: cujus rei mihi argumento est imprimis, quod Claudius Labeo, præfectus alæ Batavicæ, æmulus Civili, adversus eum sub se habuerit Nervios, Tongros, Beta-
L.2.c.21. sios, quos eosdem cum Advaticis facit Cluver. in Germ. antiqua.
Lib.4.fol. 400. Taciti verba sunt: *Præfectus alæ Batavorum, Claudius Labeo, oppidano certamine æmulus Civili, ne interfectus invidiam apud populares, vel, si retineretur, semina discordiæ præberet, in Frisios avehitur.* Et paullò
Fol.413. post: *Claudius Civilis, quem captum, & extra conventum* (socialem interpretatur Lipsius) *amandatum in Frisios diximus, corruptis custodibus perfûgit. Pollicitusq́, si præsidium daretur, iturum in Batavos, & potiorem civitatis partem ad societatem Romanam retracturum: acceptâ peditum, equitumq́ modicâ manu, nihil apud Batavos ausus, quosdam Nerviorum Betasiorumque in arma traxit, &, furtim magis, quàm*
Fol.416. *bello, Caninefates, Masacosque incursabat.* Et post pauca: *Civilis, societate Agrippinensium auctus, proximas civitates affectare, aut adversantibus bellum inferre statuit; occupatisq́ Sunicis, & juventute eorum per cohortes compositâ, quo minus ultra pergeret Claudius Labeo, Betasiorum, Tungrorumq́, & Nerviorum tumultuaria manu restitit.* Et mox: *Campanus ac Iuvenalis, ex primoribus Tungrorum, universam ei* (Civili) *gentem dedêre. Labeo, antequam circumveniretur, profûgit. Civilis Betasios quoque ac Nervios in fidem acceptos copiis suis adjunxit.* Profûgit Labeo haud dubiè ad Menapios, & Nervios inferiores seu maritimos, eaque loca, quæ Romani, ut avia, & inaccessa, reliquerant extra terminum imperii sui; quæ loca circumivisse Civilem tradit Tacitus, à superioribus videlicet Nerviis, Betasiis, ac Tongris, quos devicerat: non tamen ait intrasse,
Fol.418. neque Labeonem, quem Menapii receperant, invenisse: *Civilis,* inquit, *avia Belgarum circumibat, dum Claudium Labeonem capere aut exturbare nititur.* Altera ratio est, quòd à Civile, Batavorum duce, Tacitus tradat Menapios, Morinos, & Toxandros, ut ho-
Lib.4.hist. fol.403. stes habitos, & impetitos fuisse. Ita enim is: *Civilem immensum universa Germania* (ultrarhenana) *extollebat, societate nobilissimis obsidum firmatâ. Ille, ut cuiq́ proximum, vastari Vbios, Treverosq́, & aliâ manu Mosam amnem transire jubet, ut Menapios & Morinos, & extrema Galliarum quaterent. Actæ utrobiq́ prædæ. Vtrobique,* intellige, in Menapiis ad Mosam, & Toxandris ad extrema Galliarum, ubi nunc Vorna insula; Morinos enim attingere non poterant; fuisse verò extrema Galliarum ad Helium, seu occidentale Rheni ostium, inter Brielam nunc & Flardingam, patet ex hoc Dionis lib. 39: ὁ δὲ Ῥῆνος ἀναδίδωσι μὲν ἐκ τῶν Ἄλπεων τῶν Κελτιβήρων,

τιβήρων, ὀλίγον ἔξω τῆς Ῥαιτίας· προχωρῶν δὲ ἐπὶ δυσμῶν, ἐν ἀριστερᾷ μὲν τήν τε Γαλατίαν, καὶ τοὺς ἐποικοῦντας αὐτήν. ἐκ δεξιᾶς δὲ τοὺς Κελτοὺς ἀποτέμνεται, καὶ τελευτῶν ἐς τὸν Ὠκεανὸν ἐμβάλλει· οὗτος γὰρ ὁ ὅρος ἀφ' οὗ γε καὶ ἐς τὸ διάφορον τῆς ἐπικλήσεως ἀφίκοντο δεῦρο ἀεὶ νομίζεται. quod ita transfert Xylander: *Rhenus ex Alpibus Germaniæ, paulò ſupra Rhætos, oritur, inde verſus occidentem profluens, ad ſiniſtram Galliam, ejuſque incolas, ad dextram Germanos dividit, tandemq; in Oceanum exit. Hic enim limes, in hunc uſq; diem, earum regionum habetur, ab eo tempore, quo diverſa nomina adeptæ ſunt.* Adeò ut, quamquam & Toxandri, & Menapii, & Morini tranſliſani, itemque Grudii, aliique populi, apud Cęſarem, aliis authoribus incogniti, Germani inferiores, ob Germanicam linguam, appellati ſint, non deſinant eſſe Galliæ populi, & in extremis Galliarum ſiti. Strabo Galliam & Germaniam vocat διοριζομένην τῷ Ῥήνῳ ποταμῷ. .j. *Rheno flumine diviſam.* Lib. 4. Cæſar quoq; de Rheno: *Ubi Oceano appropinquavit, in plures diffluit partes, multis ingentibuſq; inſulis effectis.* Quas Zelandicas eſſe, & Toxandrorum ſedes in Gallia, alibi eſt demonſtratum. Lib. 4. C. 1. f. 5. 7.

Hoſce quoq; Toxandros & Menapios Romanis annonâ & commeatibus auxilio fuiſſe, ex hoc etjam Taciti manifeſtum eſt: *Civilem cupido inceſſit, navalem aciem oſtentandi. Complet quot biremium, quæq; ſimplici ordine agebantur. Adjecta ingens lintrium vis; tricenis quadrageniſq; armamenta liburnicis ſolita: & ſimul captæ lintres ſagulis verſicoloribus, haud indecorè pro velis juvabantur. Spatium velut æquoris captum, ubi Moſæ fluminis amnem Rhenus Oceano affundit. Cauſa inſtruendæ claſſis, ſuper inſitam genti vanitatem, ut eo terrore commeatus Galliâ aduentantes interciperet.* Lib. 5. hiſt. fol. 431. Equoris ſpatium intelligit, ubi Vahalis Moſæ jungitur, quo nomine Rhenus iſthic appellatur. Cæſar de Moſa: *Parte quadam Rheni receptâ, quæ appellatur Vahalis, inſulam efficit Batavorum.* Lib. 4. Supra Dordracum videlicet, ad Flartingam, quæ, ex caſtellis Druſi, urbes modò remanſerunt; eò, cum claſſe ſua, Vahale devectus fuerat Civilis, aut eo alveo in quem Rhenum effudit, de quo paulo ante. At contra, Cerialis Romanorum Dux, vanam hanc Civilis oſtentationem facilè diſſipavit, ſuam quoq; Moſâ flumine claſſem adducens, uſu remigum, & gubernatorum arte, potiorem, quos alios non fuiſſe exiſtimo, quàm Menapios & Toxandros, quòd Romanis tum adhuc ille tractus eſſet incognitus, & niſi peculiari horum populorum beneficio inacceſſus. Ejus meminit ita Tacitus loco ſupra citato: *Cerialis, miraculo magis, quàm metu direxit claſſem, uſu remigum, gubernatorum arte, navium magnitudine potiorem. Is flumine ſecundo, illi vento agebantur. Sic prævecti, tentato telorum jactu, dirimuntur. Civilis, nihil ultra auſus, trans Rhenum conceſſit. Cerialis inſulam Batavorum hoſtiliter populatus, agros, villaſq; Civilis intactos, notâ arte Ducum, ſinebat.* L. 5. f. 431.

Pari modo Romani antea, volentes è Britannia, adverſus Batavos, in Helium oſtium claſſem invehere, gubernatoribus,

remigi-

remigibuſque, uſi ſunt Morinis, Grudiis, Pleumoſiis, Menapiis, Toxandris, aliiſque, è Germania inferiore, ſibi populis auxiliaribus, paucis ei claſſi impoſitis Romanorum. Notatur id evi-
L.4.f.421. denter ex hoc Taciti loco, de eadem rebellione: *Circumſtiterat Civilem & alius metus, ne quarta decima legio, adjunctâ Britannicâ claſſe, afflictaret Batavos, quà Oceano ambiuntur, ſed legionem, terreſtri itinere, Fabius Priſcus legatus, in Nervios, Tungroſq; duxit. Eæque civitates in deditionem acceptæ. Claſſem ultro Caninefates aggreſſi ſunt, majorq; pars navium depreſſa, aut capta. Et Nerviorum multitudinem ſponte commotam, ut pro Romanis bellum capeſceret, iidem Caninefates fudêre.* Nerviorum hîc, uno eodemque tempore, duplex genus à Tacito refertur; aliud, quod à Romanis ad Civilem defecerat, atque urbes habebat, Tornacum videlicet ac Bagacum, à Fabio Priſco & quartadecima legione receptos. Aliud, quod, pagatim habitans, ſponte commotum, pro Romanis, sociis videlicet ſuis, militabat, operamque eis nauticam præſtabat in claſſe Britannica, cum Helium oſtium ingredi tentaret, captâ, aut depreſſâ à Caninefatibus, qui, ut ait Taci-
Lib.4.hiſt. f.398. tus: *Origine, linguâ, virtute, pares Batavis, partem inſulæ* Batavorum *colunt*, à quibus & ipſi Nervii cum claſſe fuſi ſunt. Hi Nervii alii eſſe non poſſunt, quàm Nervii maritimi, Grudii, videlicet Gorduni, Pleumoſii, Centrones, Levaci, Cæſari dicti Nerviorum clientes, quæ clientela tantummodo duravit, uſque dum Auguſtus Liſam conſtituit terminum imperii Romani, ac Morinos ciſliſanos à tranſliſanis, Nervioſque, à clientibus ſuis, & Mena-
Fol.5. piis ſeparavit. De quibus ea videnda quæ capite 1. ſuperiùs dicta ſunt.

Expeditio hæc Romanæ claſſis, è Britannia in Bataviam, malè ceſſit Romanis, eorumque auxiliaribus, quod ea antehac nunquam fuerit uſitata, ut neque è Batauia, aut oſtiis Rheni in Britanniam. Strabo: Τέτταρα δ' ἐστὶ διάρματα, οἷς χρῶνται συνήθως ἐπὶ
L.4.f.199. τὴν νῆσον ἐκ τῆς ἠπείρου, τὰ ἀπὸ τῶν ἐκβολῶν τῶν ποταμῶν τοῦ τε Ῥήνου, καὶ τοῦ Σηκοάνα, καὶ τοῦ Λείγηρος, καὶ τοῦ Γαρούνα. τοῖς δ' ἀπὸ τῶν περὶ τὸν Ῥῆνον ἀναγομένοις, οὐκ ἀπ' αὐτῶν τῶν ἐκβολῶν πλοῦς ἐστιν, ἀλλὰ ἀπὸ τῶν ὁμορούντων τοῖς Μεναπίοις Μορίνων· παρ' οἷς ἐστι καὶ τὸ Ἴτιον, ᾧ ἐχρήσατο ναυστάθμῳ Καῖσαρ ὁ θεὸς διαίρων εἰς νῆσον. .i. *Quatuor ſunt uſitati è continenti in inſulam trajectus, nimirum ab oſtiis fluminum Rheni, Sequanæ, Ligeris, & Garumnæ. Qui à Rheni partibus trajiciunt, non ex ipſo ſolvunt oſtio; ſed à Morinis, Menapiorum conterminis, apud quos eſt etiam Itium, quo navali uſus eſt Divus Cæſar in eam tranſmittens inſulam.* Ad verbum ait Strabo *nullam* eſſe *navigationem* ab oſtiis Rheni in
Fol.6.&7. Britanniam, quia verò, per ſummum errorem, ut ſupra notavimus, credidit Rheni oſtia adeò Britanniæ vicina, ut ex iis conſpici poſſit; exiſtimavit Itium portum contiguum eſſe inſulis Zelandicis, quas Rhenum efficere Cæſar eſt commentatus.

Poſt Cæſarem, cum Menapii, Morinique tranſliſani Itium portum,

portum (qui nunc Mardycke) occupâssent; à Rheno, omnia, terrestri itinere, Bononiam seu Gessoriacum usque, ducenda, vehendaq; fuerunt; neque alius fuit portus in Britanniam solvendi, quam Gessoriacus; teste Pomponio Mela, qui sub Claudio Imp. doctissimum suum libellum, de situ orbis, evulgavit, ubi de extremis Galliarum oris agens: *Pertinentq;*, ait, *ad ultimos Gallicarum gentium Morinos, nec portu, quem Gesoriacum vocant, quicquam habent notius.* Idem de Britanniâ per Claudium Imp. Romanis primùm apertâ: *Britannia qualis sit, qualesq; progeneret, mox certiora & magis explorata dicentur; quippe, tamdiu clausam, aperit ecce Principum Maximus, nec indomitarum modò ante se; verum ignotarum quoque gentium victor, qui propriarum rerum fidem, ut bello affectavit, ita triumpho declaraturus portat.* Principum Maximum Claudium Imp. intelligi patet, ex Tacito in vita Agricolæ, qui sic de Claudio apertè: *D. Iulius cum exercitu Britanniam ingressus quamquam prosperâ pugnâ terruerit incolas, ac litore potitus sit, potest videri ostendisse posteris, non tradidisse: mox bella civilia, & in remp. versa Principum arma, ac longa oblivio Britanniæ, etjam in pace. Consilium id D. Augustus vocabat, Tiberius præcipuè* (L. *præceptum* ut vult Lipsius) *Agitasse Cajum Cæsarem de intranda Britannia, satis constat, ni velox ingenio, nobilis pœnitentiâ, & ingentes adversus Germaniam conatus frustra fuissent. Divus Claudius, auctor operis, transvectis legionibus, auxiliisq; & assumpto in partem rerum Vespasiano, quod initium venturæ mox fortunæ fuit, domitæ gentes, capti Reges, & monstratus fatis Vespasianus. Consularium primus Aulus Plautius præpositus, ac subinde Ostorius Scapula, uterq; bello egregius, redactaq; paulatim in formam provinciæ proxima pars Britanniæ, additâ insuper veteranorum coloniâ. Quædam civitates Cogiduno Regi donatæ. Is ad nostram usq; memoriam fidissimus mansit, vetere, ac jam pridem receptâ populi Romani consuetudine, ut haberet instrumenta servitutis & Reges.* Meminit & Eutropius hoc modo: *Post hunc* (Cajum Caligulam) *Claudius fuit, patruus Caligulæ, Drusi (qui apud Moguntiam cum filio monumentum habet, cujus & Caligula nepos erat) frater. Hic mediè imperavit, multa gerens tranquillè atque moderatè, quædam crudeliter atq; insulsè. Britannis intulit bellum, quos nullus Romanorum, post Iulium Cæsarem, attigerat. Eâq; devictâ per Cnejum Sentium, & Aulum Plautium, illustres & nobiles viros, triumphum celebrem egit.* Suetonius tradit Claudium, terrestri itinere, Massiliâ Gessoriacum usque profectum, inde in Britanniam solvisse: *Expeditionem* (inquit in Claudio) *unam omnino suscepit, eamq; modicam. Cum decretis sibi à Senatu ornamentis triumphalibus, leviorem majestate principali titulum arbitraretur, velletque justi triumphi decus inde acquirere, Britanniam potissimum elegit, neque tentatam ulli post D. Iulium, & tunc tumultuantem ob non redditos transfugas. Huc cum Ostiâ navigaret, vehementi Circio, bis penè demersus est, prope Liguriam, juxtaque Stoechades insulas. Quare à Massilia Gessoriacum usq; pedestri itinere confecto,*

L.3.c.2.
L.3.c.6.
Fol.456.
Hist.Rom, lib.7.
In Claud. cap.17.

confecto, inde transmisit, ac sine ullo prælio, aut sanguine, inter paucissimos dies, parte insulæ in deditionem receptâ, sexto, quam profectus erat, mense, Romam rediit, triumphavitque maximo apparatu.

Iter ex Italia Gessoriacum usq; habes in itinerario Provinciarum:

A Mediolano per Alpes Cottias Viennam M.P. CCCC.VIIII.
Inde Durocortoro M.P. CCC XXXII. quæ faciunt leugas CCXXI.
Inde Gessoriaco M.P. CLXXIIII. quæ faciunt leugas CXVI. Vbi in fine:

Durocortoro	Reims.
Suessionas M.P. XXXVI.	Soisons.
Noviomago M.P. XXVII.	Noyons.
Ambianis M.P. XXXVII.	Amiens.
Pontibus M.P. XXXV.	Ponthieu.
Gessoriaco M.P. XXXVIIII.	Boulogne.
CLXXIIII.	

Ut ex eo clarum sit terminum Romani Imperii in Gallia ad mare, post Iulium Cæsarem, fuisse Gessoriacum; neque portum Iccium, unde Cæsar dixit commodissimum in Britanniam trajectum esse, post terminos imperii ab Augusto constitutos, ut supra diximus, Romanis amplius usitatum fuisse. Certè neque Plinius, qui historiam suam naturalem D. Vespasiano Cæsari inscripsit, meminit Itii portus, ac rectissimo ordine post Toxandros, Menapios & Morinos, collocat pagum Gessoriacensem & Oromansacos: *A Scalde* (inquit) *colunt extera Toxandri, pluribus nominibus, Menapii, Morini, Oromansaci, juncto pago, qui Gessoriacus vocatur.* Gessoriacum verò idem esse quod Bononiam, nunc *Boulogne*, ex eodem itinerario evincitur, quo iter terrestre, à Gessoriaco portu, Bavacum, atque inde Coloniam & ad Rhenum usque recensetur:

Vide portũ Iccium Chiffletii c.4.f.40.45

L.4.c.17.

A portu Gessoriacensi Bavacum usq; M.P. LXXXIII. sic:

Teruana M.P. XVIII.	Teruane.
Castello M.P. VIIII.	Arien. Aire.
Viroviacum M.P. XVI.	Werbeken. *Vervic.*
Tornacum M.P. XVI.	Doornijcke. *Tournay.*
Ponte Scaldis M.P. XII.	Escaut pont *seu* Códé.
Bagacum M.P. XII.	Bavay.
LXXXIII.	

Universum iter deinceps, ad Rhenum usque, & Coloniam, dabitur capite sequenti.

Eodem modo in libro provinciarum, sub Metropoli Rhemensi, inter civitates Galliæ, in Belgica secunda, post *civitatem Morinum*, quæ est Teruana, proximè recensetur, *civitas Bononiensium*; quæ alia esse non potest quam Gessoriacus portus: ut etjam capite sequenti ad oculum ostendetur.

Præterea quod Eumenius, in Panegyrico dicto Constantio Cæsari, ait ab eo captam atque *oppressam*, in *Gessoriacensibus muris, pira-*

rù, piraticam Carausii *factionem*; idem rhetor, in Panegyrico dicto Constantino Constantii filio, factum ait in Bononiensis oppidi litore; verba Panegyrici Constantio dicti, hæc sunt, ex editione Plantiniana Livinæi: *Statim itaq; Gallias tuas, Cæsar, veniendo vicisti. Siquidem illa celeritas, quâ omnes ortus atq; adventus tui nuncios prævertisti, cepit oppressam Geßoriacensibus muris, pertinacem tunc, errore misero Romanorum, piraticam factionem, atq; illis olim mari fretis alluentem, portas ademit &c.* Panegyrici verò, Constantino dicti, sonant hoc modo: *Dolemus quod Constantius exceßit à nobis, sed, dum te cernimus, illum exceßisse non credimus. Quamquam quid ego illum exceßisse dico, cujus immortalia facta vivunt, & in ore omnium hominum, oculisq; versantur? Quis enim, non dico reminiscitur, sed quis non adhuc quodammodo videt, quantis ille rebus auxerit ornaritq; rempublicam? Qui adscitus imperio, primo adventu suo, innumerabili hostium classe ferventem exclusit Oceanum, exercitum illum, qui Bononiensis opidi litus insederat, terrâ pariter ac mari sepsit &c.* Atque hinc est quod tabula Peutingeriana expresse ait, teste D. Chifletio: *Gessoriacum quod nunc Bononia.* Sic & Meyerus noster in annalibus Flandriæ ad annum 1307: *Hæc facta sunt Bononiæ, quæ nomine dicta est antiquo Gessoriacum, Morinorum navale, Marcellino inter veteres, memorata, pertinebatque antiquitus ad Comitatum Flandricum &c.* Marcellini locus hic est: *Notarius Bononiam mittitur, observaturus sollicitè, ne quisquam fretum Oceani transire permitteretur.* Et alibi: *Ad hæc prohibenda, si copiam dedißit fortuna prosperior, orbis extrema dux efficacißimus (Theodosius) petens, cum venisset ad Bononiæ littus, quod à spatio controverso terrarum angustiis reciproci distinguitur maris, attolli horrendis æstibus assueti, rursusq; sine ulla navigantium noxa, in speciem complanari camporum. Exinde transmeato lentius freto, defertur Rutupias, stationem exadverso tranquillam.*

Fol. 210. edit. anni 1599.

Fol. 192.

De portu Iccio c. 8. f. 58.

Lib. 27.

Porro, ut ad Claudium Imp. revertamur, adnotandum, ex Taciti loco, supra citato, eum non *legionibus* tantùm Romanis, è Gallia transvectis, Britanniam invasisse; sed & *auxiliis*, quæ alia non fuerunt quan Menapiorum, Toxandrorum, Grudiorum, Morinorum Translisanorum, & Nerviorum maritimorum, quibus Britannorum vada erant explorata: utpote qui maximè illi insulæ vicini, vnâ soli cœlique temperie, ut supra ex Strabone dictum, fruebantur. Tacitus, in vita Agricolæ, progressũ, quem fecit in Britannia, adscribit etjam copiis auxiliaribus vicinorum Britanniæ populorum; hoc modo: *Lectißimos auxiliarium, quibus nota vada, & patrius nandi usus, quo simul seque, & arma, & equos regunt, ita repente immisit, ut obstupefacti hostes, qui classem, qui naves, qui mare exspectabant, nihil arduum, aut invictum crediderint, sic ad bellum venientibus. Ita, potitâ pace, ac insulâ deditâ, clarus, ac magnus haberi Agricola.* Dio honorem hunc Celtis attribuit .j. Germanis omnibus inferioribus, qui à Rheni fluminis ostiis, ad usque fretum Britannicum Oceano prætenduntur.

Sup. f. 178.

Fol. 165.

Fol. 458.

vide supra f. 163. 165.

Q tur.

tur. Ejus verba ſunt, ubi de Claudio Imp. & Plautii in Britanniam expeditione agit: ὡς δ' ἐπὶ ποταμῷ τινὶ ἐγένοντο, ὃν οὐκ ᾤοντο οἱ Βάρβαροι δυνήσεσθαι τοὺς Ῥωμαίους ἄνευ γεφύρας διαβῆναι, καὶ διὰ τοῦτ' ἀμελέστερόν πως ἐπὶ τῆς ὄχθης αὐτοῦ τῆς κατ' ἀντιπέραν ηὐλίζοντο, πέμπει Κελτούς, οἷς ἔθος ἦν, καὶ διὰ τῶν ῥοωδεστάτων ῥᾳδίως αὐτοῖς ὅπλοις διανήχεσθαι. .i. *Ad fluvium quendam progreſſus eſt, quem quia, ſine ponte, non poſſe à Romanis tranſiri Barbari credebant, ſocordius in altera ejus parte caſtra habebant. Igitur Plautius Germanos miſit, ſolitos etjam rapidiſſima flumina facile in armis tranare.* Batavis id conſuetum quoq; fuiſſe, utpote Germanis etjam inferioribus, ſed qui cogebantur militare ſub Romanis, eiſq; viros & arma ſubminiſtrare, Adrianus Iunius, Grotius, Douza, aliique Batavii, abundè docuerunt; atque ideo potiſſimum tres Batavorum & duas Tongrorum cohortes in Britanniam tranſvectas legimus apud Tacitum ſupra cap. 5. Sed & Uſipios ſive Uſipetas, qui prope Batavorum inſulam, ultra Rhenum, habitabant, ut ſupra ex Dione oſtenſum, in Britanniam à Romanis miſſos Tacitus docet his verbis: *Eâdem æſtate, cohors Vſipiorum, per Germanias conſcripta, in Britanniam tranſmiſſa, magnum ac memorabile facinus auſa eſt. Occiſo centurione, ac militibus, qui ad tradendam diſciplinam immixti manipulis, exemplum, & rectores habebantur; tres Liburnicas adactis per vim gubernatoribus aſcendêre: & uno remigante, ſuſpectis duobus, eôque interfectis, non vulgato rumore, ut miraculum, provehebantur. Mox hâc atq; illà rapti, & cum pleriſq; Britannorum, ſua defenſantium, prœlio congreſſi, ac ſæpe victores, aliquando pulſi, eò ad extremum inopiæ venêre, ut infirmiſſimos ſuorum, mox ſorte ductos, veſcerentur, atque ita circumvecti Britanniam, amiſſis, per juſtitiam regendi, navibus, pro prædonibus habiti, primum à Suevis, mox à Friſiis, intercepti ſunt ac fuêre, quos, per commercia venumdatos, & in noſtram uſq; ripam mutatione ementium adductos, indicium tanti caſus illuſtravit.* Vſipios pleriq; interpretantur Zutphanienſes. *Suevi* verò ad quos Vſipii pervênere, priuſquã ad Friſios; an hîc intelligendi, qui ab Auguſto traducti è Germania tranſrhenana in Galliam, Flandriæ partem occuparunt, à quibus manſit **Sueveghem** pagus, & **Suevesſeele**; an verò Zelandi, qui nunc **Zeeuwen**, à mari, quod incolunt, appellantur, poſtea Salii à ſalo ac ſale, alibi erit dicendi locus. Nunc adnotandum tantummodò, ad hoc Taciti *Magnum memorabile facinus*. Lipſium ſcribere hoc modo: *Hodie rideamus, at olim hoc tanti fuit, quanti nunc penetraſſe Megallani ſinum, & orbem hunc circumdediſſe. Ambroſius l. 3.* Illud magnũ & inauſum navigantibus, atq; intentatum nautis, mare, quod Britannias frementi includit æquore, atque in ulteriora, & ipſis fabulis inacceſſa ſecreta ſe porrigit. *Hac autem circumvectione retecta Britannia, & inſula, bonâ fide, approbata.* Confirmat id Xiphilinus in epitome Dionis, hac ratione, in Tito: Κἂν τούτῳ, πολέμου αὖθις ἐν τῇ Βρεττανίᾳ γενομένου, τά τε τῶν ἐκεῖ πολεμίων Γναῖος Ἰούλιος Ἀγρικόλας πάντα κατέδραμε, καὶ πρῶτός γε Ῥωμαίων, ὧν ἡμεῖς ἴσμεν, ἔγνω τοῦθ' ὅτι ἡ Βρεττανία

L. 60. f. 779.

Vide ſup. f. 42.

Vide f. 172.

Fol. 225.

Βρεττανία περίῤῥυτόν ἐστι. στρατιῶται γάρ τινες στασιάσαντες, καὶ ἑκατοντάρχους χιλιάρχους τε φονεύσαντες, ἐς πλοῖα κατέφυγον· καὶ ἐξαναχθέντες περιέπλευσαν τὰ πρὸς ἑσπέραν αὐτῆς, ὥς που τό τε κῦμα καὶ ὁ ἄνεμος αὐτοὺς ἔφερε· καὶ ἔλαθον ἐκ τοῦ ἐπὶ θάτερα πρὸς τὰ στρατόπεδα τὰ ταύτῃ ὄντα προσσχόντες. κἀκ τούτου καὶ ἄλλους Ἀγρικόλας πειράσοντας τὸν περίπλουν πέμψας, ἔμαθε καὶ παρ' ἐκείνων ὅτι νῆσός ἐστιν. .i. *Eodem tempore alterum bellum extitit in Britannia; quo bello Cneus Iulius Agricola regionem hostium vastavit, primusq; omnium Romanorum, quod sciamus, Britanniam circumfusam ipse mari undique cognovit. Quum enim pauci milites, factâ seditione, interfectisque centurionibus, tribunisq; suis, ad naves confugissent, atq; inde soluissent, navigavêre eam partem Britanniæ, quæ spectat ad occidentem solem, ut fluctibus ventoq; ferebantur: quumq; id fecissent, atque ad altera castra Romanorum, quæ tum ibi erant, appulissent imprudentes, Agricola alios misit, qui navibus eundem cursum tenerent, ex quibus etjam insulam esse comperit.*

Quamquam verò detecta tum fuerit insula Romanis, nunquam tamen ex ea leguntur ausi fuisse classem educere, versus mare Germanicum, ad Helium, aut Flevum, Rheni ostia, licet, sedatâ Civilis rebellione, quietè jam Bataviam possiderent; quod vel ex superiore D. Ambrosii testimonio confirmatur, qui tempore Theodosii, sub quo scripsit, circa annum à Christo nato CCC. LXXX. *mare* illud appellat *inausum navigantibus, & nautis intentatum*; non aliam, absque dubitatione, ob causam, quàm quòd mare illud censeretur extra orbem Romanum, atque ad Morinos, Menapios, Grudios, Toxandros pertinere, quibus inito fœdere, terrâ, marique, libertas erat permissa. Atque hinc est, quòd Romani, mare illud, exterum, sive exterius appellarint; extra terminos videlicet orbis Romani. Iulius Cæsar apud Iulianum Imp: Πρῶτος ἐτόλμησα Ῥωμαίων ἐπιβῆναι τῆς ἐκτὸς θαλάσσης· καὶ τοῦτο ἦν ἴσως τὸ ἔργον θαυμαστόν. καί τι τὴν τόλμαν καὶ ταύτην ἄξιον θαυμάσαι· ἀλλὰ τὸ μεῖζόν μοι τὸ ἀποβῆναι τῆς νεὼς πρῶτον. .i. *Ego Romanorum primus exterius mare trajicere sum ausus, quod meum factum fortasse plurimum in se habet admirationis, decet enim tantam animi magnitudinem & fortitudinem admirari; sed illud multò præclarißimum, me, primum omnium, è navi desiliisse.* Sic apud Plinium loco superius citato: *A Scalde extera colunt Toxandri.* Festus: *Externus est alienæ terræ.* Sic & exteri & externi nobis dicuntur qui extra territorium nostrum habitant. Ovidius: In Cæsaribus f. 228.

Arcebatque suis externos finibus omnes. 4. Metam.

Virgilius: ———— *extera quærere regna,* 4. Æned.

Hinc extimus & extremus superlativè.

Virgilius: *Extremos hominum Morinos* &c.

Et Zosimus: *Ad extremos Germaniæ limites, quæ Gallica gens est.* &c. quæ vide cap. 6. Fol. 53.

Porro, quod supra diximus, Menapiis, Grudiis, Toxandris libertatem, inito fœdere, terrâ, marique, permissam esse, id inter

alias, eâ indubiè conditione factum à Romanis, ne populi illi, utpote re nauticâ præstantissimi, Gallica seu Britannica Romanorum littora infestarent; illudque tenuisse ad Gallieni usque tempora circa annum Christi 260, ex eo colligitur, quod nullus, è scriptoribus historiæ Romanæ, ejus contrarium evulgarit.

In Gallienis duob9 f. 1076.
L. 7. c. 22. f. 311. vers.

Gallienus, ut ait Trebellius Pollio, *natus abdomini & voluptatibus, dies, ac noctes, vino & stupris, perdidit orbem terrarum.* Sub eo, ut inquit Orosius, *Germani Alpibus, Rhetia, totaq; Italiâ penetratâ, Ravennam usque perveniunt; Alemanni, Gallias pervagantes, etjam in Italiam transeunt; Græcia, Macedonia, Pontus, Asia, Gothorum inundatione deletur; nam Dacia, trans Danubium, in perpetuum aufertur, Quadi & Sarmatæ Panonias depopulantur: Germani ulteriores abrasâ potiuntur Hispaniâ; Parthi Mesopotamiam auferunt, Syriamq; corrodunt. Extant adhuc per diversas provincias, in magnarum urbium ruinis, parvæ & pauperes ædes, signa miseriarum, & nominum indicia servantes. Ex quibus nos quoq;, in Hispaniâ, Tarraconem nostram, ad consolationem miseriæ recentis, ostendimus, &, ne quid fortè Romani corporis ab hac dilaceratione cessaret, conspirant intrinsecus tyranni, consurgunt bella civilia, funditur ubique plurimus sanguis Romanorum, Romanis, Barbarisq; sævientibus.* Principio *Germanos* intelligit ultrarhenanos, in Germania magna, & superiore versus Italiam; at *Germanos ulteriores*, nostros intelligit Morinos, Grudios, Gordunos, Menapios, Toxandros, etjam Batavos, & Frisios; quos omnes docuimus à Romanis Germanos, jam inde à temporibus primorum Imperatorum nuncupatos fuisse; qui ulteriores respectu Italiæ rectè dicuntur, atque à Strabone ultimi, ut Virgilio extremi, locis supra citatis. Bertius, in commentariis rerum Germanicarum,

Lib. 1. c. 8. f. 45.

hunc locum adducens, ad illud: *Germani ulteriores, Francos* inquit *intelligit qui ad Rheni ostia habitabant*, rectius dixisset: à Rheni ostiis ad fretum Britannicum, quos supra, ex Dione, didicimus appellatos *Germanos inferiores*, qui iidem cum ulterioribus, atq;

Cap 1 f. 8. & cap. 7. f. 60.

ultimis, & extremis: sic supra à Procopio, inter Rhenum & Armoricos (sub quibus & Bolonienses) statuitur gens barbara, antiquitus Germani, tunc Franci appellati. Zozimo quoque Bononia dicitur prima civitas Germaniæ inferioris solventi è Bri-

L. 6. f. 824.

tannia, ubi de Constantino Magno: Τὴν Βρεταννίαν καταλιπών, ἐλθὼν δὲ εἰς Βονωνίαν, πρώτη δὲ αὕτη πρὸς τῇ θαλάσσῃ κεῖται Γερμανίας οὖσα πόλις τῆς κάτω. .j. *Britanniâ relictâ, Bononiam venit, prima verò illa est mari*

Lib. 1.

adjacens Germaniæ inferioris civitas. Agathias item: Φράγκοι &c. εἶεν δ' ἂν οὗτοι οἱ πάλαι ὀνομαζόμενοι Γερμανοί. .j. *Franci* &c. *sunt autem hi, qui olim dicebantur Germani.* Suidas quoque: Φράγκοι Γερμανικοί, id est: *Franci Germanici, aut Germani, inferiores*, videlicet inter ostia Rheni, & fretum Britannicum, sive Armoricos. Aurelius Victor, adnotans etjam Romani Imperii devastationem sub Gallieno, quos Orosius Germanos ulteriores, apertè Francorum gentes nuncupat. Verba ejus sunt: *Licinius Gallienus, cùm à Gallia Ger-*

lia Germanos strenuè arceret, in Illyricum properans, descendit, ibi Ingebum, quem curantem Pannonios compertâ Valeriani clade, imperandi cupido incesserat, Mursiæ devicit: Moxq; Regallianum, qui receptis militibus, quos Mursina labes reliquos fecerat, bellum duplicaverat. His prosperè, ac supra vota, cedentibus, more hominum, secundis solutior, rem Romanam quasi naufragio dedit, cum Salonino filio, cui honorem Cæsaris contulerat; adeò uti Thraciam Gothi liberè progressi, Macedonas, Achæosq; & Asiæ finitima occuparent: Mesopotamiam Parthi: Orienti latrones seu mulier dominaretur: Alemannorum tunc equi Italiam: Francorum gentes, direptâ Galliâ, Hispaniam possiderent, vastato ac pœne direpto Tarraconensium oppido, nactisq; in tempore navigiis, pars in usq; Africam permearet: & amissa trans Istrum, quæ Traianus quæsierat. Ita, quasi ventis undiq; sævientibus, parvis maxima, ima summis, orbe toto, miscebantur. Simulq; Romam pestilentia grassabatur, quæ sæpe curis gravioribus atq; animi desperatione oritur. Inter hæc ipse, popinas, ganeasq; obiens, lenonum ac vinariorum amicitiis hærebat.

Expeditionem hanc Francorum navalem fuisse, ac litora tantum Galliæ direpta, ut & Hispaniæ potissimum, patet ex eo quod Orosius dicat *abrasâ potiuntur Hispaniâ*.j. velut radendo litora, abreptâ & spoliatâ; naves enim dicebantur litora radere, in quæ exscendebant ad spoliandum, ubi videlicet arena aut silices, non portus esset. Virgilius: 5. Æn.

Proxima Circeæ raduntur litora terræ.

Innuit quoque hunc Aurelii Victoris, & Orosii locum, Nazarius in Panegyrico dicto Constantino: *Franci, præter cæteros truces, quorum vis, cùm ad bella effervesceret, ultra ipsum Oceanum æstu furoris evecti, Hispaniarum etjam oras omnes infestas habebant; ij igitur, sub armis tuis, ita concidêre, ut deleri funditus possent, nisi divino instinctu, quo regis omnia, quos ipse afflixeras, conficiendos, filio reservasses.* Vbi Livinæus: *Gallieni Imperium notat*; adfertq; verba recitata ex P. Aurelio Victore. Nec verò mari tantùm Franci bellum in Romanos moverunt, sed & terrâ; unde apud Zonaram legitur, in vita Gallieni: *Gessit & cum Francis bellum.* Eorum videlicet Duce, Posthumo. Trebel. poll: *Contra Posthumum igitur Gallienus cum Aureolo & Claudio Duce, qui postea imperium obtinuit, Principe generis Constantini Cæsaris nostri, bellum incepit: & quum multis auxiliis Posthumus juvaretur, Celticis ac Francicis, in bellum cum Victorino processit, cum quo imperium participaverat. Victrix Gallieni pars fuit, pluribus præliis eventuum ratione decursis.* Vnde & Francos in triumphum duxit. Ibidem fol. 1071: *Ibant præterea gentes simulatæ, ut Gothi, Sarmatæ, Franci, Persæ: ita ut non minus quàm duceni singulis globis ducerentur. Hac pompâ homo ineptus eludere se credidit populum Romanum: sed, ut sunt Romanorum facetiæ, alius Posthumo favebat, alius Regilliano, alius Aureolo, aut Æmiliano, alius Saturnino, nam & ipse jam imperare dicebatur.* Certè Posthumum, post Gallienum, imperium obtinuisse, mox apparebit. Hos

Fol.163. Fol.105. In Gallienis duob. fol.1070.

Francos populos fuisse Germaniæ inferioris, eosdemque, quos Orosius vocat Germanos ulteriores, etjam asserit Scipio Dupleix, qui adnotat, ante hæc tempora, nullam, in historia Romana, Francorum mentionem fuisse; cujus verba operæ pretium Fol.525. visum est huc adferre: *Les bas Alemans (qu'Orose appelle ulterieurs, les plus esloingnes au regard de Rome)* &c. *Aurelius victor nomme ces derniers Alemans Francs ou François, & Zonare außy, & cest la premiere fois, que je trouve leurs nom dans l'histoire Romaine.*

Hoc tempore Franci Bataviam invasêre, militibus Romanis ex ea ejectis, quam Romani Imperatores Aurelianus & Probus recuperârunt; postquam, videlicet Galli in Imperatorem elegissent Posthumum, hominem Francum, oriundum ex inferiore Germania, quem Gallienus, more primorum Impera- Fol.169. torum supra recitato, filio suo Salonino custodem, ac postea transrhenano limiti Ducem, constituerat. Trebellius Pollio in Fol.1080. Posthumo: *Hic vir, in bello fortißimus, in pace constantißimus, in omni vita gravis, usque adeò, ut Saloninum filium suum eidem Gallienus, in Gallia positum, crederet, quasi custodi vitæ* &c. Siquidem eo munere, quo in aulis primorum Imp. functi sunt Germani, eodem etjam in aulis posteriorum Imp. functi sunt Franci, unus tantum mutato nomine populus. Hinc Marcellinus supra tradit C.7.f.56. *Constanti* Imp. *morituro solum adfuisse Laniogaisum Francum.* Et sub Ibid.f.57. Constantio: *Francorum multitudinem in palatio floruisse.* Meminit & *Francorum satellitum* sub Gratiano & Valentiniano Sulpitius C.3.f.67. Alexander. Sed & militaria officia, ac prima quidem, iis tradita L.4.f.774. docetur cap.7. fol. 56. Zosimus: Ἀρβογάστης ἐκ τῶν Φράγκων ὁρμώμενος ἔθνους. Βαύδωνι δὲ ὑποστρατηγεῖν ὑπὸ Γρατιανοῦ βασιλεύοντος τεταγμένος. i. *Arbogastes, oriundus è gente Francorum, quem secundum, à Baudone Duce, locum, Gratianus Imp. obtinere jusserat.* Sed & Baudonem fuis- L.4.f.757. se Francum, patet ex ipso Zosimo paulò ante: ὁ δὲ βασιλεὺς Γρατιανὸς οὐ μετρίως ἐπὶ τοῖς ἀγγελθεῖσι συνταραχθεὶς στρατιὰν ἀρκοῦσαν ἐξέπεμπε Βαύδωνι τῷ στρατηγῷ ταύτην παραδούς, ᾧ καὶ Ἀρβογάστην συνέπεμψεν, ἄμφω δὲ ἦσαν Φράγκοι τὸ γένος, εὔνοι τε σφόδρα Ῥωμαίοις, καὶ χρημάτων ὡς μάλιστα ἀδωρότατοι, καὶ περὶ τὰ πολέμια φρονήσει καὶ ἀλκῇ διαφέροντες. i. *Imperator Gratianus, harum rerum nuntio non parum perturbatus, satis magnas copias ablegat, Baudoni Duci traditas, cum quo & Arbogastem misit. Erant autem ambo natione Franci, amicißimis in Romanos animis, ab avaritia donisque capiendis, prorsus immunes, in bellicis rebus prudentiâ pariter, & robore præstantes.*

Porro ut ad Posthumum redeamus, de ejus virtute, ita Trebellius pergit post pauca: *Si quis sanè Posthumi meritum requirit, judicium de eo Valeriani, ex hac epistola, quam ille ad Gallos misit, intelliget: Transrhenani limitis Ducem, & Galliæ præsidem, Posthumum fecimus* &c. Idem ibidem: *Quum Galli vehementißimè Gallienum odissent, puerum autem* (Saloninum) *apud se imperare ferre non possent, eum, qui commissum regebat imperium, Imperatorem appellârunt, mißisque*

que militibus adolescentem interfecerunt. Quo interfecto, ab omni exercitu, & ab omnibus Gallis Posthumus gratanter acceptus, talem se prebuit per annos septem, ut Gallias instauraverit, quum Gallienus luxuriæ, & popinis vacaret, & amore barbaræ mulieris consenesceret. Gestum est tamen à Gallieno contra hunc bellum, tunc, cum sagittâ Gallienus est vulneratus. Hunc Posthumum apud Grudios, Menapios, Batavos, Sicambros, antea Germanos inferiores & Celtas, tum uno nomine Francos appellatos, ut plurimum consedisse, patet ex innumeris ejus numismatibus, quæ hisce in partibus reperiuntur; mihi certè ducenti & plures obvenerunt; in his sunt cum hac inscriptione: IMP. C. POSTVMVS P. F. AVG. ab alterâ parte: SALVS PROVINCIARVM. Vbi Rheni bicornis simulacrum humi cubat. De eo ita Zozimus: Ποστοῦμος ἀρχὴν ἐν Κελτοῖς στρατιωτῶν ἐμπεπιστευομένος εἰς τὸ νεωτερίζειν προήχθη, τοὺς συναποστάντας αὐτῷ στρατιώτας ἀναλαβὼν ἐπὶ τὴν Ἀγριππίναν ἤλαυνε πόλιν ἐπικειμένην τῷ Ῥήνῳ μεγίστην. κἀνταῦθα Σαλωνῖνον τὸν Γαλλιήνου παῖδα ἐπολιόρκει· καὶ εἰ μὴ παραδοθείη, τῆς πολιορκίας οὐκ ἔφασκεν ἀποστήσεσθαι. τῶν δὲ στρατιωτῶν ἀνάγκῃ τῆς πολιορκίας, αὐτόν τε καὶ τὸν παραλαβόντα τὴν τούτου φυλακὴν ἐκ τοῦ πατρὸς Σιλβανὸν παραδόντων ἀμφοτέρους ὁ Ποστοῦμος ἀνελὼν, αὐτὸς τῶν ἐν Κελτοῖς ἐπικρατεῖν εἶχε. .j. *Postumus, cui magisterium militum apud Celtas commissum fuerat, animum ad res novas adjecit, sumptisque secum militibus, qui cum ipso defecerant, Agrippinam contendit, urbem maximam ad Rhenum sitam, ubi Saloninum Gallieni filium obsedit, minatus obsidionem se minimè soluturum, nisi deditus ille sibi fuisset. Militibus obsidionis necessitate compulsis, ut & ipsum, & ipsius custodiæ præfectum à patre Silvanum traderent, utroque Posthumus interfecto, rem apud Celtas potitus est.* L.1.f.651. De eodem sic Occo ad ejus numismata: *Francos, qui, olim Sicambri, postea Menapii dicti, consederant ad eum locum quo mare Rhenus influit, sibi ascivit, atque imperium apud hos decennio possedit. Hæc tum pars Galliæ Belgica dicebatur, ubi Franci habitabant.* Hi deinde ab Aureliano Imperatore creato circa annum Christi CC.LXX. victi sunt, cum totam ferme Galliam ad suas partes traxissent. Vopiscus: *Francos irruentes, cum vagarentur per totam Galliam, sic afflixit, ut trecentos ex his captos, septingentis interemptis, sub corona vendiderit; unde iterum de eo facta est cantilena: Mille Francos, mille Sarmatas semel occidimus &c.* In Aureliano. Zonaras quoque: *Hic Gallias, plurimis annis à tyrannis occupatas, Imperio Romano recuperavit.* Tyrannos innuit, Posthumos duos, Lollianum, Victorinos, ac Tetricos, post quos cum imperium affectasset Proculus Francus, à Probo superatus est. Vopiscus: *Hunc tamen* (Proculum) *fugatum usq; in ultimas terras, & cupientem in Francorum auxilium venire, à quibus originem se trahere ipse dicebat, ipsis prodentibus Francis, quibus familiare est ridendo fidem frangere, vicit, & interemit.* In Proculo f.1175. Vltimas terras hic esse extremos hominum Morinos, & loca paludibus inaccessa, in quæ Proculum fugientem secutus est Probus, patet ex alio Vopisci loco de

Fol.1161. Probo Imperatore: *Enimverò quæ mundi pars est, quam ille non vincendo didicerit? Testes sunt Marmaridæ in Africa solo victi, testes Franci inviis strati paludibus, testes Germani, & Alemanni longè à Rheni submoti litoribus.* Manifestè notatur aliud bellum fuisse adversus Germanos & Alemannos, populos transrhenanos, qui Rheni litora infestabant, aliud verò adversus Francos qui extrema & maximè paludosa Galliæ loca inhabitabant, ad Scaldim videlicet, & ostia, atque insulas Rheni, ubi etjam victos postmodum à Constantio Francos supra docuimus ex Panegy-
C.6.f.50. rista.

Vtriusque Probi victoriæ & adversus Germanos transrhenanos, sive Alemannos, & adversus Francos meminit etjam Zo-
C.1.f.664. zimus: Ἐπεὶ δὲ ἐν Γερμανίᾳ πόλεσιν ἐνοχλουμέναις ἐκ τῶν περὶ τὸν Ῥῆνον βαρβάρων ἠναγκάζετο βοηθεῖν, αὐτὸς μὲν ὡς ἐπὶ Ῥῆνον ἤλαυνεν. .i. *Et quoniam civitatibus Germanicis, quæ à vicinis Rheno Barbaris infestabantur, necessariò subveniendum erat, Rhenum versus ipsemet cum exercitu movit.* Item: δευτέρα γέγονεν αὐτῷ μάχη πρὸς Φράγκους, οὓς διὰ τῶν στρατηγῶν κατὰ κράτος γεννικῶς, αὐτὸς Βουργούνδοις καὶ Βανδίλοις ἐμάχετο. .i. *Alterum contra Francos prælium pugnavit, quibus operâ Ducum strenuè victis,*
L.1.f.664. *ipse cum Burgundorum Vandilorumq; copiis dimicavit.* Subdit Zozimus: Φράγκων τῷ βασιλεῖ προελθόντων καὶ τυχόντων οἰκήσεως, μοῖρά τις ἀποστᾶσα πλοίων εὐπορήσασα τὴν Ἑλλάδα συνετάραξεν ἅπασαν, καὶ Σικελίᾳ προσχοῦσα καὶ τῇ Συρακουσίων προσμίξασα πόλει κατὰ ταύτην εἰργάσατο φόνον. ἤδη δὲ καὶ Λιβύῃ προσορμισθεῖσα καὶ ἀποκρουσθεῖσα δυνάμεως ἐκ Καρχηδόνος ἐπενεχθείσης, οἷά τε γέγονεν ἀπαθὴς ἐπανελθεῖν οἴκαδε. Πρόβου δὲ βασιλεύοντος καὶ τόδε συνέβη. .i. *Quum Franci ad Imperatorem accessissent, & ab eo sedes obtinuissent, pars eorum quædam defectionem molita, magnamq; navium copiam nacta, totam Græciam conturbavit. In Italiam quoq; delata, & urbem Siracusanam adorta, magnam in ea cladem edidit. Tandem cum & in Africam appulisset, ac rejecta fuisset, adductis Carthagine populis, nihilominus domum redire, nullum passa detrimentum, potuit. Hoc quoque Probo imperante contigit.*

Ex quibus colligo stratos in paludibus suis Francos, non tam ab ipso Probo, quam à Probi Ducibus, neque aliter superatos, quam factâ pace, qua novæ eis in Gallia sedes intra terminos ampliores assignatæ sunt; cumq; viderent se terrestri prælio Romanis prævalere non posse, rursum classem adornasse, quemadmodum Gallieni tempore, ad opima spolia & ingentes thesauros ab exteris Romanorum provinciis in patriam suam reportandum, prout hodiernâ die à Dunkerckanis, Zelandis, Hollandisq; olim etjam Francorum nomine appellatis, fieri videmus. Meminit & hujus expeditionis navalis Panegyricus Eumenius lo-
C.6.f.50. co superius à nobis allato; ex quo etjam docuimus & Bononiam sive Gessoriacum captum à Francis, & rursus ab altera parte Bataviam, itemque Britanniæ partem, Duce Carausio, homine Menapio, ac Franco, qui imperium quoque arripuerat; ve-

rum

rum à Romanis Imperatoribus Maximiliano, Diocletiano, Constantio, ac Constantino M. recuperata esse.

Quò referendum etjam quod ait Eumenius Panegyrico de reparandis scholis ad hos Imperatores conscripto : *Sub dextera tua, Domine Constanti, Bataviam, Britanniamq́, squallidum caput sylvis & fluctibus exerentem.* Fol.129. in fine. Sed & adnotandum ampliores sedes quas Francis intra terminos Romani soli in Gallia concesserat Probus, ab hisce Imperatoribus eis ablatas esse, coactosque continere intra proprios terminos, jam dudum ab Augusto Imp. eis assignatos .j. intra Oceanum, & Teruanam, Castellum Ariacum, Minariacum, Tornacum, Vogdoriacum, Peruiciacum, &c. de quibus capite sequenti. Hisce in locis ædificata pridem à Romanis castella, hi Imp. amplius munivere, reliquoque in Gallia populo Romano, hac ratione pacem pepereret. Laudat ob hoc factum Iulianus Constantium patrem Constantini M. & Maximianum patrem Faustæ, è qua Constantino Magno natus Constantius, cui Iulianus in Imperio successit, postquam exercitui Romano diu præfuisset. Ejus verba sunt : Τὰ δὲ ὑπὲρ τῶν πάππων Orat.1.f. 11. τῶν σῶν ἐστι μὲν τούτων νεώτερα, λαμπρὰ δὲ οὐ μεῖον ἐκείνων. ἔτυχον μὲν γὰρ ἄμφω τῆς ἀρχῆς δι' ἀρετὴν ἀξίω κριθέντε· γενομένω δὲ ἐπεὶ τῶν πραγμάτων οὕτω πρός τε ἀλλήλους εὐνοικῶς ἔσχον, καὶ πρὸς τὸν μεταδόντα τῆς βασιλείας εὐσεβῶς, ὥσθ' ὁ μὲν ὡμολόγει μηδὲν πώποτε τούτου κρεῖττον βεβουλεῦσθαι, πολλὰ καὶ ἄλλα σωτήρια τοῖς κοινοῖς ἐξευρών· οἱ δὲ τὴν μετ' ἀλλήλων κοινωνίαν μᾶλλον, ἢ τὴν τῶν ὅλων ἀρχὴν, εἴπερ οἷόν τε ἦν ἑκάστῳ περιγενομένην ἠγάπων. Οὕτω δὲ διακείμενοι τὰς ψυχὰς τῶν ἔργων ἔδρων τὰ κάλλιστα, σεβόμενοι μὲν μετὰ τὴν κρείττονα φύσιν τὸν τὴν ἀρχὴν αὐτοῖς παρασχόντα· τοῖς ὑπηκόοις δὲ ὁσίως καὶ φιλανθρώπως χρώμενοι· καὶ τοὺς βαρβάρους οὐκ ἐλαύνοντες μόνον πάλαι κατοικοῦντας, καὶ νεμομένους καθάπερ τὴν οἰκείαν ἀδεῶς τὰ ἡμέτερα· φρούρια δὲ ἐπιτειχίζοντες (τοῖς) πρὸς αὐτοὺς τοσαύτην εἰρήνην τοῖς ὑπηκόοις κατέστησαν, ὅσην οὐδὲ εὔξασθαι τότε ῥᾴδιον ἐδόκει. .j. *Iam quæ de avis tuis dici possunt, quamquam istis recentiora, non minùs tamen illis ad splendorem insignia sunt. Nam ambo pariter imperium obtinuerunt, cum eo digni propter virtutem habiti essent ; cumq́ ad rerum administrationem pervenissent, tantâ cùm erga se invicem benevolentiâ, tùm erga eum, à quo facti erant Imperii participes, pietate præditi fuerunt, ut & ille nihil unquam se consultius fecisse diceret, tametsi multa alia Reip. utilia ac salutaria reperisset ; & hi mutuam inter se societatem pluris, quàm universum imperium ad singulos, si fieri posset, translatum, facerent. Ac cùm animo ita comparati essent, pulcherrima facinora designarunt : secundùm Deum præcipuè illum observantes, à quo imperium acceperant, sibique subditos sanctè atq́ humaniter tractantes ; Barbaros verò, qui in agro nostro, perinde ut in proprio, jam pridem consederant, & habitabant, inde profligantes, & adversus eorum impetum castella munientes, tantam suis omnibus pacem pepererunt, quantam ne voto quidem assequi posse quispiam videretur.*

Hisce Imperatoribus morte sublatis, cum aliquot annis post, iterum Francorum armis res Romana, in Batavia, atq́; ad Rhenum

num labefactata esset, Claudius Iulianus terrâ marique strenuissimus ac potentissimus Imperator, industriâ suâ atque virtute eam in integrum restituit, Francis Saliis, qui Bataviam invaserant, devictis, aliisque, tam citra, quam ultra Rhenum pacatis. Is cum videret legiones Romanas ad Rhenum annonæ penuriâ laborare, qua tum abundabat Britannia, atque ob vires, ac sedes Francorum in Gallia ampliatas, judicaret longum fore, ac periculosum, è Britannia eam navibus devehere Bononiam, atque inde terrestri itinere Coloniam usque, quod antea factitarant, ut dictum; Romanorum primus ex Britannia in Helium ostium, classem Romanam frumento onustam invexit. Quod quam
C.7.f.61. 63. difficile factu existimarint Duces Romanorum, audiatur ipse Iulianus ad ea quæ superius ex Zosimo & Marcellino allata sunt:
Fol.513. Πλεῖστε δὲ scribit ad S.P. Atheniensem ἀνελήφθησαν τῶν πόλεων παμπληθεῖς ἀπὸ γῆς Βρετλαννίδος ναῦς ἀνήχθησαν. ἑξακοσίων νηῶν ἀνήγαγον στόλον· ὧν τὰς τετρακοσίας ἐν οὐδὲ ὅλοις μησὶ δέκα ναυπηγησάμενος πάσας εἰσήγαγον εἰς τὸν Ῥῆνον, ἔργον οὐ μικρὸν, διὰ τοὺς ἐπικειμένους, καὶ προσοικοῦντας πλησίον βαρβάρους. ὁ γοῦν Φλωρέντιος οὕτως ᾤετο τοῦτο ἀδύνατον, ὥστε ἀργυρίου δισχιλίας λίτρας ὑπέσχετο μισθὸν ἀποτίσειν τοῖς Βαρβάροις ὑπὲρ τῆς παρόδου· καὶ ὁ Κωνστάντιος ὑπὲρ τούτου μαθών· ἐκοινώσατο γὰρ αὐτῷ περὶ τῆς δόσεως, ἐπέστειλεν αὐτὸ πρός με, πρᾶξαι κελεύσας, εἰ μὴ παντάπασιν αἰσχρόν μοι φανείη· πῶς δὲ οὐκ ἦν αἰσχρὸν, ὅπου Κωνσταντίῳ τοιοῦτον ἐφάνη, λίαν εἰωθότι θεραπεύειν τοὺς Βαρβάρους· ἐδόθη μὲν αὐτοῖς οὐδέν· ἀλλ' ἐπ' αὐτοὺς στρατεύσας, ἀμυνόντων μοι, καὶ παρεστώτων θεῶν, ὑπεδεξάμην μὲν μοῖραν τοῦ Σαλίων ἔθνους, Χαμάβους δ' ἐξήλασα, πολλὰς βοῦς καὶ γύναια μετὰ παιδαρίων συλλαβών. οὕτω δὲ πάντας ἐφόβησα, καὶ παρασκεύασα καταπλῆξαι τὴν ἐμὴν ἔφοδον, ὥστε παραχρῆμα λαβεῖν ὁμήρους, καὶ τῇ σιτοπομπίᾳ παρασχεῖν ἀσφαλῆ κομιδήν. .i. *Pleraque urbes recreata, multa ex Britannia naves appulsæ. Cum sexcentarum itaque navium classe solvens, ex quibus quadringentas vix totis decem mensibus fabricaveram, omnibus sum in Rhenum invectus: quod propter ingruentes & vicinos Barbaros imprimis difficile videbatur. Sanè Florentius adeo fieri id posse desperaverat, ut de transitu cum Barbaris duobus argenti librarum millibus pacisceretur. Qua de re certior factus Constantius,* (Fl. Iulius, Constantini M. filius tertius) *nam cum eo ille communicaverat, mandavit mihi, id ut agerem, nisi omnino turpe esse judicarem. Hoc verò quid ni turpe foret, cum ejusmodi esse vel Constantio ipsi videretur, qui Barbaros obsequiis omnibus fovere, ac retinere consueverat? verum nihil in illos à nobis est impensum. Quin adversus eos exercitum movens, adspirantibus diis, Saliorum partem excepi: Chamauos expuli, infinita boum armenta, cum mulieribus, ac parvulis, in potestatem redegi, ita vero omnes exterrui, ac tantus illis excursionis meæ metus est injectus, ut statim obsides acceperim, & annonæ subvectionem tutam reddiderim.* Ex quo quidem loco nemini dubium esse potest, quin *ingruentes & vicini Barbari* inter Britanniam & ostium Rheni, iidem sint, quibus Eumenius *in ultimis Barbariæ littoribus, proprias ex origine sua sedes* statuit; quique Nazario dicuntur: *Per se ipsa potens natio, & post*

& post Romanam magnitudinem in terris secunda, in latere Galliarum, atq; in sinu suo se continens. Et alteri Panegyristæ: *Ex ultima Barbaria indigenæ populi.* Quibus notionibus Franci tum temporis intelligebantur, ut docuimus supra cap. VI. nunc vero appellantur Caletani, Gravelingani, Dunkerckani, Neoportuenses, Ostendani, Blanckebergani, Vlissingani, Middelburgenses, Scaldani, Goereani, Vornani, Brielenses, Gervlietani, toto videlicet litorali Flandriæ ac Zelandiæ tractu, ad Helium Rheni ostium, quod & ostium Mosæ appellatur. Vide f. 52. 53.

Hi populi, mutuo primum metu, deinde fœderibus initis, ac certo limite à Romanis separati, adeo illis terrori fuere, ut non tantùm solum patrium, & mare, quod eorum litora alluit, liberum eis permiserint, sed & amicitiam eorum & pacem sæpius mercede pacti sint. Iulianus appellat Francis famulari, nam quod ait: Κωνςαντίῳ λίαν εἰωθότι θεραπεύειν τοὺς βαρβάρους; ad verbum est: *Constantio admodum consueto famulari Barbaris.* Meminit & Claudianus in laudibus Stiliconis:

——————— *Ingentia quondam* L. 1. f. 231.
Nomina, crinigero flaventes vertice Reges,
Qui nec principibus donis, precibusque vocati Vide c. 9. f. 80.
Paruerant, jussi properant, segnique verentur
Offendisse morâ.

Et mox iterum:

Illi terribiles, quibus otia vendere semper
Mos fuit, & fœdâ pacem mercede pacisci;
Natis obsidibus pacem tam supplice vultu
Captivoq; rogant, quam si post terga revincti
Tarpeias pressis subeant cervicibus arces.

Non modo posteriorum temporum id fuisse, verum etiam priorum denotant hæc verba: *Semper mos fuit;* id quod Iulianus supra vocat παντάπασιν αἰσχρὸν .i. *Omnino turpe.* Ob quam turpitudinem caverunt sibi Romani scriptores, & præsertim Panegyristæ hac de re vel mutire, victoriam de barbaris latam subinde prædicantes, cum ære pacem ab eis, aut amicitiam, sibi comparassent; utiq; propositum fuit, Imperatores in os laudare; ideoque, ne quis, illius, quem in Deorum numerum eloquentiæ suæ vi attollere debebant, gloriæ nævus obduceretur, odiosam in similibus veritatem, veluti scyllam aliquam, aut Charybdim velis remisque fugiebant; neque debebat apud rerum Dominos dici, esse in Gallia homines liberos, & à Divino eorum, quos celebrabant, imperio, immunes. Candidè hæc & absque fuco tractat Salvianus Massiliensium Episcopus in suis de gubernatione Dei libris: *Vbi,* inquit, *sunt antiquæ Romanorum opes & dignitates? Fortissimi quondam Romani erant; nunc sine viribus. Terrebant Romani veteres; nos timemus: vectigalia illis solvebant populi barbarorum; nos vectigales barbaris sumus; vendunt nobis hostes lucis usuram;*

suram; tota admodum salus nostra commercium est. O infelicitates nostræ! ad quid devenimus? Et pro hoc gratias Barbaris agimus, à quibus nos ipsos pretio comparamus. Quid potest esse nobis vel abjectius vel miserius? Et vivere nos post ista credimus, quibus vita sic constat? Insuper etjam ridiculos nos facimus, aurum quod pendimus, munera vocamus; dicimus donum esse quod pretium est, & quidem pretium conditionis durissimæ ac miserrimæ. Tributum videlicet, quod Francis Romani pendebant, turpitudinem uti velarent, falsâ muneris vel doni appellatione proferebant; ita Spartianus in Adriano, id quod Romani Alanorum Regi pacis ergo annuè pensitabant, honestiore vocabulo stipendium nuncupavit: *Cum Rege* (inquit) *Alanorum* (alii Rojolanorum) *qui de imminutis stipendiis quærebatur, cognito negotio, pacem composuit.* In quem locum ita Casaubonus: *Vetus*, inquit, *malum in Romano imperio annuis muneribus gentium, Romanorum pacem redimere. Quod quid erat aliud quam probrosâ tributi pensione ad rebellandum animos illis facere? Exemplum à Domitiano primò, quantum memoriâ teneo, in rempublicam introductum. Nam illa pestis Decebalum Dacorum Regem cum armis vincere non posset, annui tributi pensitatione sibi eum placavit. Pernitiosissimum exemplum retinuere omnes deinceps Principes, in utroque imperio. De Triano & Adriano constat ex istis. Iterum Spartianus paulo post:* A plerisque Regibus pacem redemit. *Sed consuluerunt existimationi suæ Romani Imp. cum pensionem hanc annuam, quæ verum erat tributum, honestiore vocabulo stipendium nominarunt, aut munus. Herodianus* συντάξεις .j. *compositiones.* Tum citato superiore Salviani loco, pergit Casaubonus: *Hæc ille sanctissimus Episcopus, qui Theodosii & Valentiniani temporibus vivens, iniquo ferebat animo, Romanos Francis, quorum erat tum in Galliis recens imperium, tributa pendere. Sic narrat Procopius Iustinianum Imp. pacem Persarum pretio emisse, & velandæ ignominiæ, munus appellasse, aut fœdus, quod erat tributum; sed nominum, inquit, potius, quam rerum turpitudinem fugiunt mortales. Ipsa magni illius scriptoris verba apponam:* ὕστερον μέντοι τὸ ξυγκείμενον ἅπαν χρυσίον Ῥωμαῖοι Πέρσαις εὐθὺς ἔδοσαν, τοῦ μὴ δοκεῖν δασμοὺς ἀναπᾶν ἔτος αὐτοῖς ἀποφέρειν. Τὰ γὰρ αἰσχρὰ ὀνόματα, οὐ τὰ πράγματα, εἰώθασιν ἄνθρωποι ἐκ τοῦ ἐπὶ πλεῖστον αἰσχύνεσθαι. .j. *Novissimè tamen Romani Persis condictum omne aurum dederunt, ut ne viderentur quot annis tributum eis pendere; turpibus enim nominibus, non rebus, solent homines ut plurimum suffundi pudore.* Et mox: ὀνόματι τῷ δασμῷ τὰς σπονδὰς θέμενοι .j. *Nomini tributo fœdera statuentes. Indignatur & Synesius in oratione sua ad Arcadium audere Barbaros exigere à Romanis* μισθὸν εἰρήνης .j. *Mercedem pacis.* Atque hactenus quidem ex Casaubono ad explicandam, quam Iulianus Constantii turpitudinem fuisse meritò judicavit.

Quod vero addit, statim atque è Britannia in Bataviam appulit, excepisse eum Saliorum partem, inde planè colligitur, salios eosdem fuisse, qui nunc Zelandi, vulge **Zeeuwen**, quorum

pars

pars Vorna insula Helium Rheni ostium attingit, in quod postquam naves suas frumento onustas Iulianus introduxit, malè excepti sunt Salii, qui ejus ingressum conati fuerant impedire. Neque alii sunt Franci hi, & Salii, quam ii, qui vicinam sibi Bataviam ante Maximiani & Constantii tempora invasêre, de quibus supra cap. VI. ex Panegyrista, itemque ex Zosimo cap. Fol.45.
VII. Vnde mihi in mentem venit, Saliorum nomen eis à Romanis inditum, quod in salo, id est mari, habitarent, quemadmodum & ipsa vox insula latinè dicitur, quod in salo sit. Fol.61. Festus: *Insulæ dictæ propriè, quæ non junguntur communibus parietibus cum vicinis, circuituque publico aut privato junguntur; à similitudine videlicet earum terrarum, quæ fluminibus ac mari eminent, suntque in salo positæ.* Becmannus in originibus linguæ latinæ: *Insula quasi in salo .j. locus in mari eminens & habitabilis*, a videlicet mutato in v, prout à sal, salsus, insulsus formatur. Sed & ἅλς ἁλὸς Græcis, & sal salis Latinis, mare appellari, passim ex authoribus evincitur. Etymologicum magnum: ἅλς ἡ θάλασσα .j. mare. Phavorinus: ἅλς δύο σημαίνει· θηλυκῶς μὲν τὴν θάλασσαν, καὶ κλίνεται ἐν μόνοις τοῖς ἑνικοῖς, ἀρσενικῶς δὲ τὸ ἅλας, καὶ κλίνεται δι' ὅλου. .j. ad verbum: ἅλς *duo significat, femininè mare, & declinatur in solis singularibus, masculinè, verè, salem, & declinatur per totum.* Homerus Odyss. 1:

> Ἑξῆς δ' ἑζόμενοι πολιὴν ἅλα τύπτον ἐρετμοῖς· .j.
> *Ordine verò, sedentes canum mare quatiebant remis.*

Vnde & latinis sal pro mari. Virgil. 1. Æn. ad imitat. Homeri:

> *Vix è conspectu Siculæ telluris in altum*
> *Vela dabant læti, & spumas salis ære ruebant.*

.j. remis æratis. Turnebo navibus rostratis. Idem Virgilius alibi:

> *Mene salis placidi vultum, fluctusque quietos*
> *Ignorare putas?*

Lucretius lib. 1:

> ——————— *vesco sale saxa peresa.*

Catullus in carmine de nuptiis Pelei & Thetidos:

> *Ipsius ante pedes fluctus salis alludebant.*

Item: *Tum tremuli salis adversas procurrere in undas.*
Idem de Berecynthia:

> *Rapidum salem tulistis, truculentaque pelagi.*

Sed & sale dictum neutro genere in nominativo pro mari, ut adnotavit Priscianus, adferens hoc ex 4. Annal. Ennii:

> *Ceruleum spumat sale, confertâ rate pulsum.*

Hinc & postea salum pro mari. A sale itaque & salo pro mari rectè Salius, aut Salicus appellatus, qui in mari, aut terrâ, quam mare circumfluit, habitat. Eo modo quo Franci à Zee quod est mare, dixerunt Zeeuw, unde & Zelandi passim Zeeuwen .j. in mari degentes. Neq; terra Salica alia est, quam quæ hodieque Zeelandt appellatur .j. terra marina, nam landt Flandris est terra. Sic ab hoc, quod cavum est, factum Hol-landt in com-

 posito

posito, quod cavam terram denotat, qualem profundæ paludes, præaltis aggeribus circumseptæ, Hollandiæ speciem reddunt; cujus incola Hollander nominatus, ut à Zee-landt / Zeelander incola terræ marinæ, aut salicæ. Nec dubiũ, quin eodem modo, Francus, qui terram Francam, sive liberam colit (Vry-landt dictam à Vry, quod & Fry .j. liber, & landt) Vrylander, & Frylander sit dictus .j. terræ liberæ incola, atque inde per contractionem mirum in modum usitatam, Flander, & ex Vry-landen/ Vrylanderen/ Frylanderen/ Flanderen/ Vlaendren/ Vlaenderen/ unde antiquitus dictum numero multitudinis Flandræ; sed hoc jam scriptum est, & de Flandriæ etymo alibi plura. Illud etjam hoc loco adnotandum, pro iis qui terram salicam intelligunt salis progenitricem, ut tradunt omnes Zelandicarum rerum scriptores, fuisse in Zelandia singularem atque facillimam salis conficiendi rationem antiquitus, de qua ita Lemmius Zericzeanus Zelandus, libro de occultis naturæ miraculis 3. c. 9: *Decoquitur autem atque apparatur apud Zirixæos, compluresq́; Zelandiæ civitates æstivis mensibus, cum fervescit sol, cujus vi maximè salcescit Oceanus, candoris eximii sal, in frixoriis, patinisq́; capacioribus aquâ marinâ oppletis, subditis, accensisq́; glebis bituminosis, nostri* turf *vocant, quibus sensim ac paulo melius omnia perficiuntur in salinis, quam congestis sub cacabo lignorum sarmentis, ob flammam ex fornacis faucibus periculosè erumpentem.* Et paulo post: *Majores nostri olim salem confecerunt uberrimo sanè quæstu, non ex aqua marina solis ardore in salem concreta, atq́; indurata, quale ex Hispaniis ac Galliis ad nos perfertur, sed ex maritimis glebis exustis, atq́; in cinerem redactis, quem infusâ aquâ minutatim in salem reducebant splendidum, ac nitentem,* Zel oft Zilt *sout populares atque indigenæ denominant à glebis salsugine imbutis, unde id elicitur: Nec alio salis genere tota Belgica ad nostram usque memoriam usa est.* Hinc in archivis monasterii Nivellensis hoc legitur diploma teste Miræo in Notitia Ecclesiarum Belgii: *Zuendebaldus supernâ annuente clementiâ Rex* &c. *quasdam res* &c. *unanimitati fratrum seu sororum* &c. *in proprios usus delegavimus. Ipsæ autem res hæ sunt* &c. *villula Forest in pago Toxandriæ, in Frisia terra ad sal acquirendum, piscatio in Meremuda* &c. *Data VII Cal. Aug. anno octingentesimo nonagesimo septimo, indictione XV. anno vero tertio Zuendebolchi Regis. Actum in ipso Nivialensi monasterio.* In iisdem archivis diploma est Caroli Calvi Imp. apud eundem Miræum; ubi legitur: *Carolus, Dei gratia, Imp. Aug. Villulam Forest in Toxandro, in Frisia terram, & mancipia ad salem, piscatiam in Mervada. Data VII idus Iulii, Indict. X. anno XXXVIII. Regni Caroli gloriosissimi Imp. Aug. in Francia, & Imperii secundo, & in successione Lotharii Regis anno VIII. Actum Pontigone.* In quibus diplomatibus *Mervada*, seu *Meremuda*, est Mervve fluvius prope Dordrechtum; *pagus Toxandriæ* Brabantiæ pars, & Zelandiæ versus mare, itemque altera Brabantiæ pars mediterranea, quæ nunc

Cap. 4. f. 29.

C. 46. f. 79.

Not. eccl. c. 41. f. 68.

nunc Campinia appellatur, Frisia vero Zelandia etjam tum temporis dicta, ut supra ostensum c. 5. & amplius deinceps apparebit.

Porro hoc corollarii loco addendum, Romanos mortuo Cæsare universam Galliam liberam esse voluisse. Appianus de bellis civilibus postquam ait primâ vice Octavium Cæsarem & Antonium reconciliatos: ὅ τε νόμος ὁ περὶ τῆς κελτικῆς προὐγράφετο αὐτίκα· L.3.f.274. ed. H.Steph.
.j. *Ac mox de Gallia provincia lex promulgata est, &c.* Et post pauca: ἦσαν δ᾽ οἱ καὶ τὸ ἔθνος ἐλευθεροῦν ἡγεμονίας ἠξίουν· οὕτως ἐδεδοίκεσαν ἄγχου τὴν κελτικὴν οὖσαν. Quod ita transtulit Gelenius: *Nec deerant, qui censebant libertate donandam totam eam provinciam; tam formidolosa erat ejus vicinitas.* Certè Iulium Cæsarem id præscripsisse, idemque voluisse Augustum, perspicuum fit ex hoc ejusdem Appiani: Τήν τε γὰρ Κελτικὴν τὴν ἐκτὸς Ἄλπεων ἐδόκει Καῖσαρ ἀξιοῦντος αὐτόνομον L.5 de bel. Civ. f.347
ἀφιέναι, γνώμῃ τοῦ προτέρου Καίσαρος· .j. interprete Gelenio: *Nam & ulteriorem Galliam Cæsar postulabat liberam ex præscripto patris facere.* Eam videlicet quæ erat ultra Alpes, dictam Italis transalpinam.

CAP. XIX.

Auctoris sententia confirmata itinerario Augusti, & viis militaribus Romanorum in provincia Belgica, quarum tabula geographica exhibetur.

Dionysius Halicarnassæus, qui sub Augusto viginti annis Romæ vixit, inter maximè admiranda Romanorum opera, ponit viarum straturam, his verbis: ἔγωγ᾽ L.3.f.200.
οὖν ἐν τρισὶ τοῖς μεγαλοπρεπεστάτοις κατασκευάσμασι τῆς Ῥώμης, ἐξ ὧν μάλιστα τὸ τῆς ἡγεμονίας ἐμφαίνεται μέγιστον, τάς τε τῶν ὑδάτων ἀγωγὰς τίθεμαι, καὶ τὰς τῶν ὁδῶν στρώσεις, καὶ τὰς τῶν ὑπονόμων ἐργασίας, οὐ μόνον εἰς τὸ χρήσιμον τῆς κατασκευῆς τὴν διάνοιαν φέρων· ὑπὲρ οὗ κατὰ τὸ οἰκεῖον καιρὸν ἐρῶ· ἀλλὰ καὶ εἰς τὴν τῶν ἀναλωμάτων πολυτέλειαν· Id est: *Ego sanè in tribus magnificentissimis urbis Romæ structuris, ex quibus maximè apparet amplitudo imperii, pono aquæductus, viarum straturam, & cloacarum fabricam: reputans non solum utilitatem operum, de qua suo dicetur tempore, verum etjam impensarum magnitudinem.*

In viarum structura, quam & ornatu, & utilitate & impensis reliquis præfero, multum desudasse Cajum Gracchum scribit Plutarchus: ἐσπούδασε δὲ μάλιστα περὶ τὴν ὁδοποιΐαν, τῆς τε χρείας ἅμα In Gracchis.
καὶ τοῦ πρὸς χάριν καὶ κάλλος ἐπιμεληθείς. εὐθεῖαι γὰρ ἤγοντο διὰ τῶν χωρίων ἀτρεμεῖς·

ῥεμεῖς· καὶ τὸ μὲν ἐστόρνυτο πέτρᾳ ξεστῇ, τὸ δὲ ἄμμου χώμασιν ἀκτοῖς ἐπυκνοῦτο. πιμπλαμένων δὲ τῶν κοίλων, καὶ ζευγνυμένων γεφύραις, ὅσα χείμαρροι διέκοπτον ἢ φάραγγες, ὕψος δὲ τοῦ ἑκατέρωθεν ἴσον καὶ παράλληλον λαμβανόντων, ὁμαλὴν καὶ καλὴν ὄψιν εἶχε διόλου τὸ ἔργον· πρὸς δὲ τούτοις διαμετρήσας κατὰ μίλιον ὁδὸν πᾶν (τὸ δὲ μίλιον ὀκτὼ ϛαδίων ὀλίγον ἀποδεῖ) κίονας λιθίνους σημεῖα τοῦ μέτρου κατέστησεν. ἄλλους δὲ λίθους ἔλαττον ἀπέχοντας ἀλλήλων ἑκατέρωθεν τῆς ὁδοῦ διέθηκεν, ὡς εἴη ῥᾳδίως τοῖς ἵππους ἔχουσιν ἐπιβαίνειν ἐπ' αὐτῶν ἀναβολέως μὴ δεομένοις· .i. *Maximè vero diligentem circa viarum procurationem se præstitit, tum utilitatis causâ, tum etjam ornatus. Rectis quidem regionibus vias deduxit, & eas partim lapide incusso stravit, partim arenæ munivit aggeribus; iniqua adæquans, & quantum valles torrenteśque abrumpebant pontibus, æquali altitudine ac proclivitate conjungens, pulcherrimam operis speciem ostendit. Dimenso præterea viarum spatio, singulis miliariis (est autem miliarium paulo minus quam octo stadia) columnas lapideas spatii signa præferentes constituit. Alios insuper lapides parum inter se distantes ex utraq; viarum parte disposuit, ut ex illis faciliter & sine saltu in equos esset ascensus.* Hinc *lex Sempronia lata à Cajo Sempronio Graccho tribuno plebis, Q. Cecilio Metello Balearico & Tito Quintio Coss. anno* IↃCXXX. *ut viæ in Italia munirentur, struerentur, lapidibus milliaria discernentibus notarentur, pontibus instruerentur.* Vt est apud Rosinum

Antiq.l.8. cap.31.

Multis annis postea Pompejus Magnus eandem rem vehementer promovit, cujus ita meminit Plinius secundus in Panegyrico dicto Trajano Imp: *Nec verò civiliùs Pompejus quam parens noster, authoritate, consilio, fide, reclusit vias, portus patefecit, itinera terris, litoribus mare, litora mari reddidit: diversasq; gentes ita commercio miscuit, ut quod genitum esset usquam, id apud omnes natum esse videretur.* Inter fragmenta Salustii exstat epistola Pompei ex Hispania ad Senatum missa, unde hoc adfertur: *Hostes in cervicibus jam Italiæ agentes, ab Alpibus in Hispaniam summovi, per eas iter aliud atq; Hannibal, nobis oportunius patefeci.* Straturam viarum à Poenis accepisse Romanos tradit Isidorus: *Strata dicta quasi vulgi pedibus trita: Lucretius: Stratáque jam vulgi pedibus detrita viarum: Ipsa est & dilapidata, .i. lapidibus strata. Primum autem Poeni dicuntur lapidibus vias stravisse, postea Romani eas per omnem pœne orbem disposuerunt, propter rectitudinem itinerum, & ne plebs esset otiosa.* Viarum ab urbe Roma per totum orbem veteres sępe meminerunt. Cic. de prov. Consularibus: *via illa nostra quæ per Macedoniam est usq; ad Hellespontum militaris*, unde & Curatores dicti, de quibus hic plura dicendi locus non est. Illud sufficiat, neminem è Romanis hanc rem magis cordi habuisse quam Augustum Imp. qui cum universum orbem affectaret, urbem Romam perpetuis viis stratis, ita conjunxit reliquis universi orbis regionibus, ut totus orbis una quasi urbs diceretur, quare in medio fori Romani columnam constituit, miliarium aureum appellatam, unde reliqua per totum orbem miliaria, lapidibus, seu

L.8.c.31.

L.15.c.16.

ſeu columnellis elevatis dimenſa numerarentur. Rutilius itinerarii lib. primo ad urbem Romam:

Feciſti patriam diverſis gentibus unam &c.
Vrbem feciſti quod prius orbis erat.

Siquidem hac ratione, tamquam ſingula membra capiti, ita omnes orbis provinciæ, urbi Romæ adhærebant.

Miliarii aurei ab Auguſto Romæ conſtituti meminit Dio his verbis ad annum ab urbe condita 734: τότε δὲ αὐτός τε προστάτης τῶν περὶ τὴν Ῥώμην ὁδῶν αἱρεθεὶς, καὶ τὸ χρυσοῦν μίλιον κεκλημένον ἔστησε, καὶ ὁδοποιοὺς αὐταῖς ἐκ τῶν ἐστρατηγηκότων, ῥαβδούχοις δύο χρωμένους προσέταξε. L.54.f.608 .i. *Tunc autem ipſe, viarum, quæ ſunt circa Romam, curator conſtitutus, miliarium aureum, quod vocatur, fecit, quiq́; viis muniendis præeſſent, pretorios viros, qui binis lictoribus uterentur, deſignavit.* Plutarchus columnam auream vocat: καὶ διὰ τῆς Τιβερίου καλουμένης οἰκίας καταβὰς, ἐβάδιζεν εἰς ἀγορὰν, οὗ χρυσοῦς εἱστήκει κίων, εἰς ὃν αἱ τετμημέναι τῆς Ἰταλίας ὁδοὶ πᾶσαι τελευτῶσιν· In Galba. .i. *Deſcendenſque per ædes, quæ Tiberii vocantur, gradiebatur in forum, ubi ſtabat columna aurea, in quam inciſæ omnes Italiæ viæ finiunt.* Meminit Suetonius: *Præmonitis conſciis, ut ſe in foro, ſub æde Saturni, ad miliarium aureum operirentur.* In Othone. Item Tacitus hoc modo: *Per Tiberianam domum in Velabrum, inde ad miliarium aureum ſub ædem Saturni pergit.* L.1.hiſt. Lipſius in hunc locum interpretatur columnam ex auro; alii ex lapide inauratam intelligunt. Plinius ſimpliciter vocat miliarium, agens de urbe Roma: *Ipſa dividitur in regiones quatuordecim, compita earum CCLXV* L.3.c.5. *paſſ. ejuſdem ſpatii menſurâ currente à miliario, in capite Ro. fori ſtatuto, ad ſingulas portas, quæ ſunt hodie numero XXXVII.* In capite Lib.5.de .i. in medio Romani fori Lipſio interprete. Itaque in medio mag.Rom. mundi, ut vult Vitruvius, qui Romam mundi mediam facit: cap.2. *Cum ergo,* inquit, *ab natura rerum hæc ita ſunt in mundo collocata,* L.6.c.1. *ut omnes nationes immoderatis mixtionibus ſint diſparatæ, placuit, ut inter ſpatia totius orbis terrarum, regionumq́ue, medio mundi, Populus Romanus poſſideret fines.* Mundi videlicet, ſive orbis Romani ſub Auguſto, qui *intra terminos imperium coërcuit*, ut ex Tacito oſtenſum capite præcedenti; Fol.167. ita videlicet ut ab oriente Romani orbis terminus fuerit Euphrates; à meridie Nili catactæ, & deſerta Africæ; ab occidente Oceanus & Galliæ inacceſſa; à ſeptentrione Danubius & Rhenus. Ab hoc itaq; milliario viæ omnes, Italiæ primum, deinde reliqui orbis Romani incipiebant, in illudq́ue velut in centrum ſuum deſinebant.

Ut verò de aliis provinciis taceamus, Auguſtum anno V.C. 727, quando ex urbe in Gallias profectus eſt, ad exercitum in Britanniam transferendum, vias in Italia & Gallia refeciſſe, ac muniviſſe, author eſt Dio: ἐν μὲν γὰρ τῷ προειρημένῳ ἔτει τὰς ὁδοὺς L.53.f.585 τὰς ἔξω τοῦ τείχους δυσπορεύτους ὑπ' ἀμελείας ὁρῶν οὔσας, τὰς μὲν ἄλλας ἄλλοις ad an.VC τισὶ τῶν βουλευτῶν ἐπισκευάσαι τοῖς οἰκείοις τέλεσι προσέταξε· 727. τῆς δὲ δὴ Φλαμινίας αὐτὸς, ἐπειδήπερ ἐκστρατεύσειν δι' αὐτῆς ἔμελλεν, ἐπεμελήθη. καὶ ἡ μὲν εὐθὺς τότε

ἐγένετο, ᾗ διὰ τοῦτο καὶ εἰκόνες αὐτῷ ἐπ' ἁψίδων, ἔν τε τῇ τοῦ Τιβέριδος γεφύρᾳ, αἱ ἐν Ἀριμίνῳ ἐποιήθησαν· αἱ δ' ἄλλαι ὕστερον, εἴτ' οὖν πρὸς τοῦ δημοσίου (ἐπειδὴ μηδεὶς τῶν βουλευτῶν ἡδέως ἀνήλισκεν) εἴτε καὶ πρὸς τοῦ Αὐγούστου τὶς εἰπεῖν ἐθέλῃ, ἐπεσκευάσθησαν. οὐ γὰρ δύναμαι διακρῖναι τοὺς θησαυροὺς αὐτῶν, οὐδ' εἰ τὰ μάλιστα ὁ Αὔγουστος καὶ ἀνδριάντας τινὰς ἑαυτοῦ ἀργυροῦς πρός τε τῶν φίλων, καὶ πρὸς δήμων τινῶν γεγονότας, ἐς νόμισμα κατέκοψε, ὅ δὴ καὶ οἴκοθεν πάνθ' ὅσα γε καὶ ἔλεγε δαπανᾶν δοκεῖν .j. *Anno eo, quem supra demonstravimus, quum videret Augustus vias extra urbem aliquamdiu neglectas, difficilia itinera exibere, reliquas patrum quibusdam propriis sumptibus reficiendas mandavit: Flaminiam, quoniam eâ ducturus erat exercitum, ipse procuravit: estq; ea statim instaurata, ac ob id statuæ Augusti sunt supra aras in ponte Tiberis, ac Arimini positæ. Reliquæ viæ posteriori tempore refectæ, sive publicis (neq; enim Senatores libenter sumptus faciebant) sive ipsius Augusti sumptibus hoc factum quis dicere velit, neq; enim inter hujus & publicum ærarium quid interfuerit satis video: quamvis Augustus statuas nonnullas suas argenteas, ab amicis sibi & populis*
Cap. 30. *datas, in numisma conciderit, quò existimaretur ex suis facultatibus omnia, quæ præ se ferebat, impendere.* Suetonius quoq; in Augusto: *Quo antea facilius undiq; urbs adiretur, desumptâ sibi Flaminiâ viâ, Arimino tenus muniendâ, reliquas triumphalibus viris ex manubiali pe-*
Fol. 164. *cunia sternendas distribuit.* Pergit mox Dio: *Augustus his peractis cum exercitu ab urbe profectus est, ut in Britanniam bellum transferret, &c.* quæ supra data capite præcedenti.

Meminit viarum ex Italia Lugdunum usq; Strabo hoc mo-
Lib. 4. do: Τῶν δ' ὑπερβάσεων τῶν ἐκ τῆς Ἰταλίας εἰς τὴν ἔξω Κελτικὴν, καὶ τὴν προσάρκτιον, ἡ διὰ Σαλασσῶν ἐστὶν ἄγουσα ἐπὶ Λούγδουνον διττὴ δ' ἐστίν· ἡ μὲν ἁμαξεύεσθαι δυναμένη, διὰ μήκους πλείονος, ἡ διὰ τοῦ Κεντρώνων· ἡ δὲ ὀρθία καὶ στενὴ, σύντομος δὲ, ἡ διὰ τοῦ Ποινίνου .j. *Porro autem montanorum, ex Italia in Galliam ulteriorem & septemtrionalem, trajectuum, qui per Salassos est, Lugdunum ducit: est autem duplex, alter curribus etiam pervius, itinere longiore per Centrones, alter per Pæninas fauces brevior, sed idem acclivis & angustus.* Exstat & in Itinerario Augusti duplex via à Mediolano Viennam, atque inde Lugdunum, quod tantum M.P. XXII. Vienna distat; altera videlicet per Alpes Grajas, altera
Fol 177. per Alpes Cottias. Notavimus cap. præcedenti ex Dione, Augustum in Lugdunensi Gallia plerumq; versatum fuisse; sed & Strabo refert in tanto honore Augustum Lugduni fuisse, ut ei templum illic erectum sit: Αὐτὸ μὲν δὴ τὸ Λούγδουνον, ἐκτισμένον ὑπὸ λόφῳ
L.4.f,192. κατὰ τὴν συμβολὴν τοῦ τε Ἄραρος ποταμοῦ καὶ τοῦ Ῥοδανοῦ κατέχουσι Ῥωμαῖοι .j. *Lugdunum ergo sub colle conditum, ubi Arar in Rhodanum incidit, Romani obtinent.* Et mox: Τό τε ἱερὸν τὸ ἀναδειχθὲν ὑπὸ πάντων κοινῇ τῶν Γαλατῶν Καίσαρι τῷ Σεβαστῷ, πρὸ ταύτης ἵδρυται τῆς πόλεως, ἐπὶ τῇ συμβολῇ τῶν ποταμῶν .j. *Et templum ab omnibus communi sententiâ Gallis decretum Cæsari Augusto, ad hanc urbem ad concursum fluviorum est positum.*

Inter alia memorabilia quæ in hac urbe egit Augustus, est miliarium

milliarium hic etjam constitutum per Agrippam, unde quatuor viæ in universam Galliam ducebantur. Ejus Strabo facit mentionem, hoc modo: Τὸ δὲ Λούγδουνον ἐν μέσῳ τῆς χώρας ἐστίν, ὥσπερ ἀκρόπολις, διά τε τὰς συμβολὰς τῶν ποταμῶν, καὶ διὰ τὸ ἐγγὺς εἶναι πᾶσι τοῖς μέρεσι· Διόπερ καὶ Ἀγρίππας ἐντεῦθεν τὰς ὁδοὺς ἔτεμε· τὴν διὰ τῶν Κεμμένων ὀρῶν μέχρι Σαντώνων καὶ τῆς Ἀκουιτανίας· καὶ τὴν ἐπὶ τὸν Ῥῆνον· καὶ τρίτην τὴν ἐπὶ τὸν Ὠκεανόν, τὴν πρὸς Βελοακοῖς, καὶ Ἀμβιανοῖς· τετάρτη δ' ἐστὶν ἐπὶ τὴν Ναρβωνῖτιν, καὶ τὴν Μασσαλιῶτιν παραλίαν. i. *Lugdunum in medio Galliæ situm est, instar arcis, cum ob fluminum confluentes, tum quod omnibus partibus est propinquum. Itaq; etjam Agrippa hinc vias aperuit, unam per Cemmenos montes in Aquitaniam, & ad Santones usque: alteram ad Rhenum: tertiam ad Oceanum per Belloacos & Ambianos: quartam in Narbonensem Galliam & ad litus Massiliense.* L.4.circa finem.

In medio Galliæ cum ait Strabo, historicè loquitur, non geometricè, neque enim veteres scriptores ad lineam, omnia, ac regulam metiuntur.

Porro, ut antea diximus, in Italia Augustum vias reficiendas triumphalibus viris mandasse, quod hanc rem maximè cordi haberet; ita credendus, & in Gallia, jussu, aut rogatu Augusti, eandem provinciam Agrippa, vir planè consularis, & post Augustum Romanorum primus, suscepisse, atque ante annum ab urbe condita 728 forsan perfecisse. Nam eo anno sic lego apud Dionem: μετὰ δὲ δὴ τοῦτο αὐτός τε τὸ ὄγδοον σὺν τῷ Ταύρῳ τῷ Σταλιλίῳ ὑπάτευσε, καὶ ὁ Ἀγρίππας τὰ Σεπτὰ ὠνομασμένα καθιέρωσεν. ὁδὸν μὲν γὰρ οὐδεμίαν ἐπισκευάσειν ὑπέσχετο. i. *Anno sequenti, Augusto VIII, Statilio Tauro Consulibus, Agrippa, quia nullam viam sternendam susceperat, Septa dedicavit.* Est hic annus 728, V.C. ante Christum natum 25, quo, ex numismate Augusti argenteo, Occo tradit, pace populo Romano terrâ, marique partâ Ianum clausum fuisse. L.53.f.586

Erant hæc felicissima Romanis tempora, quæ ad annum urbis conditæ 752, qui fuit nati Christi, & amplius duraverunt; intra tot annos, nullo per totum orbem Romanum bello existente; nam præcedenti cap. ex Dione allata, de victis à Druso Sicambris, Chattis, Suevis, aliisq; Ultrarhenanis populis, circa an. V.C. 743, gesta sunt extra orbem Romanum, qui, ut supra diximus, à Septemtrione Rheno terminabatur. Quare ne otio populus, & miles torpesceret, vias hoc tempore per universum orbem Romanum reparatas, & munitas fuisse, planè existimo, atque hoc esse tempus quod designatur à Dione verbis supra citatis: *Reliquæ viæ posteriori tempore refectæ.* Fol.177. Fol.198.

Gruterus in inscriptionibus suis antiquis, hanc adfert positam Emeritæ in Hispania in ædibus Ferdinandi de Carra: Pap.149.

IMP. CÆS. DIVI. F. AVG. PON. MAX.
COS. XII. TRIBVNIC. POTEST. X. IMP. VIII.
ORBE. MARI. ET. TERRA. PACATO.
TEMPLO. IANI. CLVSO. ET. REP. PO.

ROM. OPTIM. LEGIB. SANCTISS.
INSTIT. REFORM. VIAM. SVPERI
ORVM. COSS. TEMPORE. INCHO.
ET. MVLTIS. LOCIS. INTERMIS
SAM. PRO. DIGNITATE. IMPERII
LATIOREM. LONGIOREMQ.
GADEIS. VSQVE. PERDVXIT
XXX.

.j. *Imperator Cæsar Divi filius Augustus Pontifex Maximus, Consul. XII Tribuniciæ potestatis X. Imperator VIII. orbe mari & terrâ pacato, templo Iani cluso, & republicâ Populi Romani, optimis legibus, sanctissimis institutis reformatâ, viam superiorum Consulum tempore inchoatam, & multis locis intermissam, pro dignitate imperii, latiorem, longioremq́, Gadeis usq́ perduxit.* Qui sequitur numerus XXX, nota est miliarium in lapide signatorum. Verum hîc aut erravit exscriptor, aut obliteratæ fuerunt literæ; omnino scriptum fuit: *TRIBVNIC. POTEST. XX. IMP. XIIII.* qui fuit annus V.C. 749, ante Christum natum 3, quando Augustus duodecimùm erat Consul, cum L. Sylla. Diversas Augusti inscriptiones lapidibus miliariis in Gallia, cum Consul esset duodecimùm, Imperator decimùm quartùm, vide apud Bergerium ex Peresio, L.4.c.14. §719. libro: *Histoire des grans chemins de l'Empire.*

Sed & in Germania ultrarhenana vias munitas fuisse tempore Augusti, aliisque regionibus extra orbem Romanorum acquisitis, Annal.l.1. ex hoc Taciti apparet, ubi de Druso, ob Germaniam ultrarhenanam armis subjugatam, dicto Germanico, loquitur, in hunc modum: *Germanicus expeditum exercitum in Chattos rapit, L. Apronio ad munitiones viarum, & fluviorum relicto.* Neque enim *plebs* tantum *ne esset otiosa*, ut supra diximus ex Isidoro, adhibe- Lib.39. batur viis reficiendis, sed & miles. Livius: *Consul pacem dedit finitimis, & quia, bello quieta ut esset provincia, effecerat, ne in otio militem haberet, viam à Bononia perduxit ad Aretium.* Ita apud Taci- L.1.annal. tum legiones adversus Tribunos suos exprobrant: *Duritiem operum, vallum, fossas, pabuli, materiæ, lignorum aggestus, & si quæ alia ex necessitate, aut adversus otium castrorum.* Rectè *adversus otium* quia ut idem Tacitus in vita Agricolæ: *Discordia laboratum est, cum assuetus expeditionibus miles otio lasciviret.* Cicero pro M. Fonteio prætore Galliarum, adnotat etjam populum ad viarum munitionem coactum fuisse, per prætores provinciarum: *Objectum est etjam, quæstum M. Fonteium, ex viarum munitione, fecisse, ut, aut ne cogeret munire, aut id quod munitum esset, ne improbraret.* Quidam etjam ad munitiones viarum condemnabantur. Suetonius in Cap.27. Caligula: *Multos honesti ordinis, deformatos prius stigmatum notis, ad metalla, & munitiones viarum, aut ad bestias condemnavit.* Sed & erant qui proprio sumptu reficiebant vias, & lapides, sive columnas è lapide, quibus miliarium numerus erat incisus, in viis collocari

collocari jubebant, nomine ſuo ad perpetuam memoriam iis etjam inſcripto. Onuphrius Panuinus in deſcriptione Romæ hanc adfert inſcriptionem :

L. APVLEIVS
C. F. ANI. NIGER
II VIR
CVRATOR VIARVM
STERNENDARVM
PEDVM DECEM
MILLIA VIAM
SVA PECVNIA FECIT.

HONORI. Item ibid.
IMP. CÆSARIS. DIVI. F.
AVGVSTI. PONT. MAXIM.
PATR. PATRIÆ. ET MVNICIP.
MAGISTRI AVGVSTALES
C EGNATIVS. M. L. GLYCO.
C EGNATIVS C. L. MVSICVS
C IVLIVS CÆSAR LISOCHRYSVS
Q FLORINVS Q. L. PRINCEPS
VIAM AVGVSTAM AB VIA
ANNIA EXTRA PORTAM AD
CERERIS SILICES STERNENDAM
CVRARVNT PECVNIA SVA
PRO LVDIS

De Agrippa genero Auguſti, quem ſupra diximus in Gallia viis muniendis ſe applicuiſſe ita ſcriptum reliquit Dio : Τῷ δ' ἑτέρῳ ἔτει ἀγορανόμος ὁ Ἀγρίππας ἑκὼν ἐγένετο· καὶ πάντα μὲν τὰ οἰκοδομήματα τὰ κοινά, πάσας δὲ τὰς ὁδοὺς, μηδὲν ἐκ τοῦ δημοσίου λαβὼν, ἐπεσκεύασε· .j. *Anno ſequenti* (ab V. C. 721.) *Agrippa ultro ædilis factus eſt, omniaque ædificia publica, omnes vias privatis impendiis refecit.* Sed & *ex manubiali pecunia* vias ſterni Auguſtum juſſiſſe ſupra ex Suetonio apparet, itemq; ex Dione *ſumptibus Patrum* .j. Senatus Romani, aut *ſumptibus publicis*. Siculus Flaccus libello de conditionibus agrorum : *Viarum omnium non eſt una & eadem conditio. Nam ſunt viæ publicæ Regales, quæ publicè muniuntur, & auctorum nomina obtinent, nam & Curatores accipiunt, & per redemptores, muniuntur. Sunt & vicinales viæ, quæ de publicis divertunt in agros, & ſæpe ad alteras publicas perveniunt; hæ muniuntur per pagos* .j. *per magiſtros pagorum, qui operas à poſſeſſoribus ad eas tuendas exigere ſoliti ſunt, aut, ut comperimus, unicuiq; poſſeſſori per ſingulos agros certa ſpatia aſſignantur, quæ ſuis impenſis tueantur.* Sic in L. ædiles FF. de via publ. & Itin. publ. reficiendo : *Conſtruat autem vias publicas unuſquiſque ſecundum propriam domum.* Idque ſine ulla dignitatis aut venerationis exceptione, adeo ut etjam poſterioribus temporibus

Fol. 199.
L. 49. f. 476.
Fol. 198.
Fol. 198.

poribus, Ecclesiæ, & Episcopi, ad id contribuere fuerint coacti. Cod. de sacr. Eccl: *Ad instructiones itinerum pontiumq́, etjam divinas domos & venerabiles Ecclesias, tam laudabili titulo libenter adscribimus.* Cod. Theod. de itinere muniendo lib. 3: *A viarum munitione nullus habeatur immunis.* Et lege 6: *Absit ut nos instructionem viæ publicæ, & pontium, stratarumq́ operam, titulis magnorum Principum dedicatam, inter sordida munera numeremus. Igitur ad instructiones, reparationesq́ itinerum, pontiumq́, nullum genus hominum, nulliusq́ dignitatis ac venerationis meritis cessare oportet* &c. *quam legem cunctarum provinciarum judicibus intimari conveniet, ut noverint, quæ viis publicis antiquitas tribuenda decrevit, sine ullius vel reverentiæ vel dignitatis exceptione præstanda.* Sed & sumptibus publicis Regales & militares vias Romanorum munitas fuisse omnino certum est, pacis præsertim tempore; quod à Trajano observatum fuisse adnotavit Dio l. 68, cujus textum latinum tantummodo adferam, Græco destitutus: *Plurimum in gerendis bellis pecuniæ impendebat; non minore tamen liberalitate, & impensâ segnius ac animo, ornamenta pacis amplexus est, complura, & valde necessaria ædificari curavit, ut portus, & ædes publicas, vias item munivit.* Quod multo magis locum habet in Augusto, qui cum maximè omnium intenderet in viarum munitionem, atq́; ex tributis & censu totius orbis, ingentem pecuniarum vim coaceruaret, parumq́; haberet, partâ orbi pace, in bellum ac milites insumendum; nullum dubium est, quin plurimum pecuniæ publicæ toto orbe impenderit viis muniendis. Κένσος, inquit Hisychius εἶδος νομίσματος, ἐπικεφάλαιον .j. *Census genus numismatis capitatio.* Est & in sacris literis *numisma census*, Et *Licetne censum dare Cæsari? &c.* E quibus collige nullum fuisse toto orbe hominis caput, quod non certam pecuniam Augusto pendere cogeretur. De Galliæ tributo ita Eutropius sub Iulio Cæsare: *Galliæ autem tributi nomine annuè imperavit sestertium CCCC.* Et Suetonius: *C. Cæsar CCCC HS in in annos singulos tributi nomine imposuit.* Lipsius de magnitudine Roman. libro 2. capite 3. ad hæc loca: *Audeo inquit, affirmare Suetonium atque Eutropium scripsisse* ∞ ∞ ∞ ∞ .j. *quater millies, ea summa decem milliones reddit.* Et mox: *Addo & ratio comprobat aucta hæc tributa, largiter, & vel in duplum, ab Augusto esse, nam ille censum per Gallias* instituit, opus novum & inadsuetum Gallis, *ut Claudius in oratione apud Senatum loquitur, & eâ ratione immensum auxit.* Pergit: *si solæ Ægyptus & Gallia ad XXX aut circiter milliones pependerunt: quid totus orbis reliquus? An non Syria & Asia tantum? Africa & Hispania? Græcia, & Illyricum! Insulæ omnes simul? Et multa omitto: & concipere summas vereor, sed supra centum quinquaginta milliones fuisse, animo hoc sentio, & ore etjam promo.* Bergier in libro suo des chemins de l'Empire cap. 13: *Il se trouve par le tesmoingnage d'Ammian Marcellin que du temps de l'Empereur Iulian, nos anciens Gaulois estoient taxez à 25 escus d'or par teste. La*quelle

Leg. 7.

L. 15. tit. 3.

Ex Bergier l. 1. c. 14. f. 41.

Lib. 6.

quelle imposition, comme estant au dela des bornes de toute raison, Iulian modera, la reduisant à sept escus, pendant l'hiver, qu'il passa en la ville de Paris. Que si la Gaule estoit autant peuplee, comme elle est maintenant, ou l'on compte quinze millions d'ames, elle pouvoit raporter aux Empereurs de Rome, avant Iulian, trois cens soixante & quinze millions d'or, & depuis cent cincq millions.

Habebat itaque Augustus & thesaurum locupletissimum, & tempus accommodatissimum, quo toto orbe jam pacato, *vias sternendas, marginandasque, elocaret,* quæ à miliario aureo Romæ in medio fori constituto inciperent, in illudque desinerent; ut ita facillimè Imperator, itemque Præsides, & Prætores, ab urbe Roma, provincias omnes adire, atque obire possent, ac Senatus Populusque Romanus è vestigio sciret, quid toto orbe ageretur; quare & variis intervallis nuntii, atque equi, & vehicula jussu Augusti disposita fuerunt. Suetonius in Augusto: *Ærarium militare cum vectigalibus novis constituit; & quò celerius, ac sub manum, annuntiari, cognoscique posset, quid in provincia quaque gereretur, juvenes primò modicis intervallis, per militares vias, dehinc vehicula disposuit; commodius id visum est, ut qui à loco eidem perferrent literas, interrogari quoque, si quid res exigerent, possent.* Ex Aristide authore Græco, hoc latinè adfertur à Bergerio: *Nihil Imp. Romano opus est imperium totum miserè pervagari, nec variis commeatibus singula stabilire, terram calcando, cum possit orbem totum commodissimè per epistolas regere, quæ mox ut scriptæ sunt, velocissimè tamquam ab avibus deferuntur.* Itemque hoc è Procopio: *Romani Imperatores, qui antea fuerant, modum excogitarunt, quo cuncta sibi quam celerrimè possent nuntiari: & ut scirent, quæ ubique inter hostes agerentur, & si qua in civitatibus seditio, vel quid aliud improvisum è præsidibus, vel aliud quommodocumque oriretur: & ut annua tributa velociter, & tutò transmitterentur; publicum ergo & celerem quendam ubique cursum hoc modo instituerant: viro expedito ad iter diei stationes constituerunt quandoque octo, quandoque pauciores, non tamen minus quinque, quod plurimum eveniebat. Quadraginta vero equi in singula mansione stabulabantur. Et ibidem Hippocomi ad curandos, quot, poterant, equos, erant destinati. Succedentibus vero sibi ad stationes probatissimis equis, qui eos agebant, decem ferme dierum iter vicissim conficiebant: agentes quomodo significavimus.* Ab hac mansione *maison* originem habere, & à positione equorum, cursui publico deputatorum, *poste*, & *post*, alibi erit ostendendi locus; verum non nuntiis tantum, sed & ipsos Imperatores, cum celeritate opus esset, equis, & vehiculis ita dispositis per vias militares, usos fuisse, colligitur ex hoc Claudii Mamertini in Panegyrico dicto Maximiniano, & Diocletiano: *Illum modo Syria viderat, jam Pannonia susceperat. Tu modo Galliæ oppida illustraveras, jam summas arces Monoeci Herculis præteribas. Ambo cum ad Orientem, occidentemque occupati putaremini, repente in medio Italiæ gremio apparuistis. Hos fructus capitis operum maximorum*

Cap.49.

L.4.c.4.

Bergier l.3.c.5.

In genethl.

maximorum .j. militarium viarum. Eâ commoditate factum, ut Tiberius nocte ac die bis mille passus confecerit, dum Lugduno Galliarum, jussu Augusti in Germaniam ad Drusum fratrem ægrotantem est profectus. Plinius : *Cujus rei admiratio, ita demum solida perveniet, si quis cogitet, nocte, ac die, longissimum iter vehiculis tribus Tiberium Neronem emensum, festinantem ad Drusum fratrem, ægrotantem in Germania, in eo fuerunt CC M passuum.* Id ita interpretatur Bergerius: *Tiberius Nero envoyé par Auguste en Allemagne, sur la nouvelle, qu'il reçeut, de la maladie de Drusus Germanicus, partant de la ville de Lyon, fit en vingt-quatre heures à l'ayde de trois chariots de relay, deux cens milles Italiques de chemin, qui vallent cent de nos lieues Françoises.* Ex Dione loco supra citato factum id colligitur anno V. C. 745 ante Christum natum 7.

Hist. nat. l. 7. c. 20. — L. 4. c. 5. — Fol. 177.

Sunt authores sacri qui adnotant, hoc nativitatis & mortis suæ tempus Christum elegisse, quo unus esset totius orbis Monarcha Romanorum Imp. Augustus, una urbs Roma cæterarum urbium Domina, & ab eâ viæ per totum orbem dispositæ, quò faciliùs adimpleri posset illud Psalmi : *In omnem terram exivit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum.* De quo sic D. Pontifex Leo sermone in festo S. Petri & Pauli : *Disposito namque divinitus operi maximè congruebat, ut cito pervios haberet populos prædicatio generalis, quos unius teneret regimen dignitatis.* Quo trahere pleriq; volunt illud Suetonii in Vespasiano : *Percrebuerat oriente toto, vetus & constans opinio, esse in fatis, ut eo tempore Iudæi profecti rerũ potirentur.* Ut nimirum intelligatur imperium Christi per D. Petrum in urbe Roma, aliosque toto orbe dispersos Apostolos & Christianos. Huc facit quod D. Leo adfert loco citato de utroq; Apostolo ad urbem Romam : *Isti sunt qui te ad hanc gloriam provexerunt, ut gens sancta, populus electus, civitas Sacerdotalis & Regia, per sacram B. Petri sedem, caput orbis effecta, latius præsideres religione divinâ, quam dominatione terrenâ.*

Psal. 18. — Serm. 1.

Hisce ita constitutis, cum Augusto, viarum toto orbe munitarum subsidio, orbis esset notissimus, dubium nemini esse potest, quin universus ab eo descriptus sit, tum ostentandæ gloriæ causâ, tum census in singula capita constituendi. Neque alium existimem auctorem fuisse cosmographiæ, quam ampliavit Ethicus, & Itinerarii, quod nunc Antonini Augusti nomine circumfertur, quam ipsum Augustum. Id vel ex ipsis Ethici verbis in principio apparet : *Lectionum pervigili curâ comperimus, Senatum Populumq; Romanum totius mundi Dominos, domitores orbis & præsules : qui cum quidquid subjacet cælo, penetrarent triumphis, omnem terram Oceani lymbo circumdatam invenerunt, atq; eam ne incognitam posteris reliquissent, subjugatum virtute suâ orbem totum, quà terra protenditur, proprio limite signarunt : & ne divinam eorum mentem omnium rerum magistram aliquid præteriret; quam vicerant, quadripartito cæli cardine investigarunt, & intellectu æthereo totum, quod ab Oceano*

oceano cingitur, tres partes esse dixerunt, Asiam, Europam, & Africam reputantes. Si tum demum cum orbem universum vicerunt, eum noluere ut incognitum posteris relinquere, certissimum est, factum id fuisse tempore Augusti, qui Romanorum primus totum orbem Imperio Romanorum subjecit. Pergit Ethicus paulo post: *Iulius Cæsar bissextilis rationis inventor, divinis humanisq; rebus singulariter instructus, cum consulatus sui fasces exigeret, ex Senatusconsulto censuit omnem orbem jam Romani nominis admetiri per prudentissimos viros, & omni philosophiæ munere decoratos. Ergo à Iulio Cæsare & M. Antonio Coss. orbis terrarum metiri cœpit, .j. à consulatu suprascripti, usq; ad consulatum Augusti tertium & Crassi, annis XXI, mensibus quinque, diebus octo. A Zenodoxo omnis oriens dimensus est, sicut inferius demonstratur. A Consulatu item Iulii Cæsaris, & M. Antonii usque in Consulatum Augusti decimum, annis XXIX, mensibus VIII, diebus X, à Theodoto Septemtrionalis pars dimensa est, ut evidenter ostenditur. A consulatu similiter Iulii Cæsaris, usque in consulatum Saturni & Cinnæ, à Polyclyto meridiana pars dimensa est annis XXXII, mense uno, diebus X, sic ut definita monstratur. Ac sic omnis orbis terræ intra annos XXXII à dimensoribus peragratus est, & de omni ejus continentia perlatum est ad Senatum.* Fuit Iul. Cæsar cum M. Antonio Consul anno V.C. 709. Augustus verò Cæsar III & M. Licinius Crassus Consules fuere anno V.C. 723. Augustus X & Cn. Piso Coss. fuere anno V.C. 730. & C. Sentius Saturninus & Q. Lucretius Cinna anno V.C. 734. Itaque corrigendus annorum numerus hac ratione: primo loco lege: *Annis XIIII.* Secundo loco: *Annis XXI.* Tertio loco: *Annis XXV.* Consulatus C. Sentii Saturnini meminit hoc modo Velleius Paterculus: *Præclarum excellentis viri factum C. Sentii Saturnini, circa ea tempora Consulis, ne fraudetur memoria. Aberat in ordinandis Asiæ, orientisque rebus Cæsar, circumferens terrarum orbi præsentiâ suâ pacis suæ bona* &c. Erat is annus Imperii Aug. 25. Lib. 2.

Porro ex verbis Ethici supra citatis, quidam authorem Itinerarii fecerunt Iulium Cæsarem, alii M. Antonium. Bergier libro jam sæpius citato: *Que Iules Cæsar en soit le premier auteur, on le peut conjecturer par plusieurs causes, dont l'une est, qu'il se trouve des itineraires, qui ne sont aultres en substance, que celuy, qui court souz le nom d'Antonin, & qui toutefois portent en leur intitulation Iules Cæsar pour auteur. Tel est celuy que Iean Cuspinian escrit avoir par devers soy, qui porte pour tiltre: Itinerarium Iulii Cæsaris.* Idem paulo post: *Le manuscrit qui vient de Monsi. Pithou, & qui est à present en la bibliotheque de feu Monsieur le President de Thou, porte ces mots pour tiltre escrits en lettres rouges: Incipit itinerarium Antonii Augusti. L'exemplaire de Simlerus portoit le mesme nom.* Verum terræ dimensio cum demum perfecta sit sub Augusto, Iulio Cæsare & Antonio defunctis, non potuit itinerarium illud, continens singularum urbium & locorum distantias, atq; mensuras L. 3. c. 6.

ſuras, ab alio deſcriptum fuiſſe, quam ab ipſo Auguſto. Cujus opinionis mecum eſt Bergerius ſupra citatus : *Comme doncq ce meſurage de terre aiant eſté commencé par Iules Cæſar, ne fut parachevé, que ſous Auguſte, il eſt à croire, qu'Auguſte, ſi curieux de faire paver des chemins par tout ſon Empire, n'aura pas eſté moins curieux à les faire deſcrire, & meſurer : veu que c'eſt bien choſe plus difficile, & de plus grand frais, de paver des chemins, que de les deſcrire ſur papier, quand ils ſont pavez.* L.3.c.6.

Qui Antoninum Imp. Itinerarii auctorem volunt, alii nominant Antoninum Pium, alii M. Aurelium Antoninum, alii Commodum Antoninum, alii Antoninum Caracallam; verum cum in eo legantur urbes Conſtantinopolis, Diocletianopolis, Conſtantia &c. aliaque poſteriorum Imperatorum munimenta; planè affirmo Iulium Cæſarem hujus operis primum jeciſſe fundamentum, Auguſtum illud perfeciſſe, ex Antoninis Imperatoribus aliquem, addidiſſe quæpiam de ſuo, ac demum Ethicum poſt Conſtantini M. tempora adjunctis recentium civitatum ac locorum nominibus, omnia in unum librum redegiſſe, quem in Coſmographiam & Itinerarium diviſit. Certè Ethicum Itinerarii quoque authorem agnoſcit Flodoardus in hiſtoria Rhemenſi, eidemque Coſmographiam adſcribit his verbis : *Vrbis autem noſtræ nomen* (videlicet Rhemenſis) *Durocortorum quondam dictum, Cæſaris adſtruitur hiſtoria, in qua libro 6. ſic legitur :* Vaſtatis regionibus exercitum Cæſar Durocortorum Remorum reducit, concilioque in eum locum Galliæ indicto, de conjuratione Senonum & Carnutum quæſtionem habere inſtituit. *Ethicus etjam in Coſmographia ſic memorat :* A Mediolano per Alpes Cottias Viennam M. P. CCCC. IX. Inde Durocortorum M. P. CCC. XXXIII. quæ fiunt leugæ CC. XXI. Et ibidem plura, quæ iiſdem planè verbis in Itinerario leguntur. L.1.c.1.

Auguſtum Imperatorem univerſam Italiam deſcripſiſſe conſtat ex Plinio, ubi de Italia : *Nunc ambitum ejus urbesq; enumerabimus; qua in re præfari neceſſarium eſt, autorem nos D. Auguſtum ſecuturos, deſcriptionemque ab eo factam Italiæ totius in regiones XI.* Et poſt pauca : *Alluente vero Sarno amne, ager Nucerinus eſt, & IX M. paſſuum à mari, ipſa Nuceria. Surrentum cum promontorio Minervæ, Sirenum quondam ſede, navigatione à Circeis duodeoctoginta M. paſſuum patet. Regio ea à Tiberi prima Italiæ ſervatur ex deſcriptione Auguſti.* Hiſt. natur. l.3.c.5

Sed & univerſum orbem ab Auguſto deſcriptum ex ſacris literis apparet. D. Lucas : *Factum eſt autem in diebus illis exiit edictum à Cæſare Auguſto, ut deſcriberetur univerſus orbis. Hæc deſcriptio prima facta eſt à Præſide Syriæ Cyrino, & ibant omnes ut profiterentur, ſinguli in ſuam civitatem, aſcendit autem & Ioſeph à Galilæa, de civitate Nazareth in Iudæam civitatem David, quæ vocatur Bethleem, eo quod eſſet de domo & familia David, ut profiteretur* Cap. 2.

cum

cum Maria sibi uxore prægnante. Siquidem, ut antea dictum, cum toto orbe summa pax esset, non provincias tantum omnes describi, ac censeri, jussit Augustus, sed & singulos homines professione coëgit esse Romanos, iisque censum imposuit. Orosius: *Anno ab urbe condita DCC LII, Cæsar Augustus ab oriente in occidentem, à septemtrione in meridiem, ac per totum Oceani circulum, cunctis gentibus unâ pace compositis, Iani portas tertiò ipse tunc clausit.* Et mox: *Igitur eo tempore, id est eo anno, quo firmissimam, verissimamque pacem ordinatione Dei Cæsar composuit, natus est Christus.* Item: *Eodem quoq; anno tunc primum idem Cæsar, quem his tantis mysteriis prædestinaverat Deus, censum agi singularum ubiq; provinciarum, & censeri omnes homines jussit, quando & Deus, homo videri, & esse, dignatus est. Tunc igitur natus est Christus, Romano censui statim adscriptus, ut natus est. Hæc est prima illa clarissimaque professio, quæ Cæsarem omnium Principem, Romanosque rerum Dominos, singillatim cunctorum hominum editâ adscriptione signavit, in qua se, & ipse, qui cunctos homines fecit, inveniri hominem, adscribique inter homines voluit.* Mox iterum de Christo: *Dicendus utique civis Romanus, census professione Romani.* Cum videlicet una urbs esset orbis, & omnium hominum patria una Roma. Vide locum Claudiani & Prudentii lib. 1. prodromo citatum, eaque quæ capite præcedenti allata sunt.

L.6.c.22.

Ibid.

Ibid.

C.11.f.87.

Meminit & Plinius universi orbis ab Augusti genero Agrippa populo Romano exhibiti: *Agrippam quidem in tanta viri diligentia, præterque in hoc opere cura, cum orbem terrarum urbi spectandum proponeret, cæcè errasse quis credat? Et cum eo D. Augustum?* Sed & depictas fuisse chartas geographicas universi orbis tempore Augusti, patet ex hoc Propertii, qui floruit sub Augusto:

L.3.c.2.

Noctibus hybernis castrensia pensa laboro,
Et Tyria in gladios vellera secta suos.
Et disco, qua parte fluat vincendus Araxis,
Quot sine aqua Parthus millia currat equus.
Cogor & è tabula pictos ediscere mundos,
Qualis & hæc docti sit positiva Dei.
Quæ tellus sit lenta gelu, quæ putris ab æstu?
Ventus in Italiam qui bene vela ferat.

L.4.eleg.3

Vitruvius Pollio qui libros suos de architectura scripsit ad Augustum Imp. meminit & descriptionis orbis terrarum, suo tempore factæ; cujus locum priusquam adferamus, operæ pretium videtur in hanc sententiam aliqua delibare ex ejus ad Aug. Imp. præfatione; initium hoc est: *Cum Divina mens Tua, & numen, Imp. Cæsar, imperio potiretur orbis terrarum, invictaque virtute cunctis hostibus stratis, triumpho, victoriâque tuâ, cives gloriarentur, & gentes omnes subactæ tuum spectarent nutum* &c. *hæc tibi scribere cœpi, quod animadverti multa te ædificasse, & nunc ædificare, reliquo quoque tempore & publicorum & privatorum ædificiorum pro amplitudine*

plitudine rerum geſtarum, ut poſteris memoriæ traderentur, curam habiturum. Is autor Auguſto coætaneus ita lib. 8. cap. 2: *Ego cum omnia maxima flumina in orbis terrarum deſcriptionibus ab ſeptemtrione videantur profluere &c.* Item ibidem paulo ante: *Hæc autem ſic fieri, teſtimonio poſſunt eſſe capita fluminum, quæ orbe terrarum chorographiis picta, itemq́ ſcripta, plurima, maximaque inveniuntur, egreſſa ab ſeptemtrione; primumq́ in India Ganges & Indus à Caucaſo monte oriuntur &c.* Chorographia eſt locorum peculiarium deſcriptio, aut regionum; geographia vero totius terræ, idem quod coſmographia, mundi deſcriptio, κόσμος *mundus*, γέα γῆ *terra*, χῶρα *locus, regio*, γραφὴ *ſcriptura*; ut ex eo appareat, non tantum totius coſmographiæ ſeu geographiæ tabulas extitiſſe, ſed & peculiarium regionum ſeu provinciarum; ut Italiæ, Hiſpaniæ, Galliæ &c. prout aliquid facile eſt addere inventis.

Tacitus inter alia ſcriptum reliquit, regna omnia & provincias, quæ erant ſub Imperio Romano breviter ab Auguſto fuiſſe deſcripta; ejus verba ſunt, ubi tradit Tiberio, poſt mortem Au-
L. 1. annal. guſti, à Senatu Imperium delatum: *Proferri libellum, recitariq́ juſſit. Opes publicæ continebantur, quantum civium, ſociorumq́ in armis: quot claſſes, regna, provinciæ, tributa, & vectigalia, & neceſſitates, ac largitiones, quæ cuncta ſuâ manu perſcripſerat Auguſtus.* Libellus ille
In Auguſto c. 28. à Suetonio *rationarium imperii* appellatur: *De reddenda republica bis cogitavit, primo poſt oppreſſum ſtatim Antonium, memor objectum ab eo ſibi ſæpius, quaſi per ipſum ſtaret, ne redderetur; ac rurſus tædio diuturnæ valetudinis, cum etjam, Magiſtratibus, ac Senatu domum accitis, rationarium imperii tradidit.* Et alibi *breviarium Imperii.* In Au-
Cap. ult. guſto etjam circa finem: *De tribus voluminibus, uno mandata de funere ſuo complexus eſt, altero indicem rerum à ſe geſtarum, quem vellet incîdi in æneis tabulis, quæ ante Mauſolæum ſtatuerentur, tertio breviarium totius imperii, quantum militum ſub ſignis ubiq́ eſſet, quantum pecuniæ in ærario, & fiſcis, & vectigaliorum reſiduis.*

Breviarii ſeu rationarii Imperii procul dubio pars fuit itinerarium provinciarum, cum ſupra clarè Tacitus ſcribat eo libello, & regna, & provincias, quæ ſub Romanis erant, contenta fuiſſe; peculiariter vero Itinerarium Galliæ, in quod, tum Auguſtus, quem frequenter Lugduni Galliarum fuiſſe ſupra ſcri-
Fol. 173. pſimus ex Dione; tum Agrippa, quem quatuor à Lugduno per
Fol. 199. totam Galliam vias aperuiſſe Strabo docuit, inſudarunt.

Agrippam certè univerſam Galliam fuiſſe dimenſum colli-
L. 4. c. 17. gitur ex his Plinii verbis: *Agrippa univerſarum Galliarum inter Rhenum & Pyreneum, atq́ Oceanum, ac montes Gebennam & Iuram, quibus Narbonenſem Galliam excludit, longitudinem CCCC XX M Paſſ. latitudinem CCC XIII computavit.* In deſcribendo vero univerſo orbe, Auguſtum Imp. M. Agrippæ generi ſui opera fuiſſe uſum,
Fol. 199. 107. jam ſæpius dictum eſt. Notat Vellejus Paterculus M. Agrippam auctorem aut ſaltem adjutorem Auguſto fuiſſe ad gubernandam

ſuam

ſuam fortunam lib. 2. fol. 152: *Raro eminentes viri non magnis adjutoribus ad gubernandam fortunam ſuam uſi ſunt, ut duo Scipiones duobus Læliis, quos per omnia æquaverunt ſibi: ut Divus Auguſtus M. Agrippâ.* Simile fere ac pluribus tradit Dio, ubi de morte Agrippæ, quæ incidit in annum ab. V. C. 742, ante Chriſtum natum anno decimo: Ἀγρίππας μὲν οὖν οὕτω μετήλλαξε τά τε ἄλλα ἄριστος τῶν καθ' ἑαυτὸν ἀνθρώπων διαφανῶς γενόμενος, καὶ τῇ τοῦ Αὐγούστου φιλίᾳ πρός τε τῷ αὐτῷ ἐκείνῳ καὶ πρὸς τὸ τῷ κοινῷ συμφορώτατον χρησάμενος. ὅσον τε γὰρ τοὺς ἄλλους ἀρετῇ καλεκράτει, τοσοῦτον ἐκείνου ἐθελοντὴς ἡττᾶτο· καὶ πᾶσαν αὐτῷ τὴν ἑαυτοῦ καὶ σοφίαν καὶ ἀνδρείαν ἐς τὰ λυσιτελέστατα παρέχων, πᾶσαν τὴν παρ' ἐκείνου καὶ τιμὴν καὶ δύναμιν ἐς τὸ τοὺς ἄλλους εὐεργετεῖν ἀνήλισκεν. L.54.f.620 .j. *Ille fuit Agrippæ vitæ exitus, viro citra controverſiam omnium ſuæ ætatis hominum optimo, amicitiaque Auguſti, ad ejus, reique publicæ ſummam utilitatem uſo. Quantùm enim alios virtute antiebat, tantùm ultro concedebat Auguſto: cui quum omnem ſuam ſapientiam ac fortitudinem cum ſummo ejus commodo utendam daret, honores ac potentiam, ab eo recepta, in bene merendum de aliis impendebat.* Auguſtum præterea toto orbe colonias Romanorum duxiſſe, patet ex tot præcipuis urbibus Auguſti nomine inſignitis. Ortelius in Theatro: *Auguſta Taurinorum Ptolomæo Italiæ urbs in Salaſſiis, Turino hodiè &c. ab Auguſto coloniam huc deductam eſt author Plinius.* Plinii hunc credo locum innuit, ubi de Tranſpadana regione: *Opida: Vibj forum, coloniæ ab* L.3.c.17. *Alpium radicibus, Auguſta Taurinorum; dein Salaſſorum Auguſta prætoria.* Sic in Gallia:

Auguſta Rauricorum.	*Augſt.*
Auguſta Nemetum.	*Spier.*
Auguſta Sueſſionum.	*Soiſons.*
Auguſta Trevirorum.	*Trier.*
Auguſta Viromanduorum.	*S. Quintin en Vermandois &c.*

Nunc itaque, poſito extra omnem dubitationem, Itinerarium Provinciarum, quod nomine Antonini circumfertur, eſſe ipſius Auguſti; quæ nam Romanorum viæ militares exſtiterint in Gallia, præſertim Belgica, cujus pars Flandria & vetus Francia fuerunt, examinemus.

Iter ex Italia Lugdunum Galliarum uſq; .j. *Lyons*, dedimus paulo ante, ex Strabone; item aliud ab urbe Lugduno per Bel- Fol.198. loacos & Ambianos ad Oceanum (Britannicum videlicet) ex eodem auctore. Tum ex Ethici coſmographia (quo nomine i- Fol.199. tinerarium noſtrum intelligit Flodoardus) meminimus viæ à Fol.186. Mediolano per Alpes Viennam, inde Durocortorum .j. Rhemos uſque. Pergit ibidem ita noſtrum Itinerarium: *Inde* (videlicet à Durocortoro) *Geſſoriaco M.P. CLXXIIII, quæ faciunt leugas CXVI. &c.* ut ſupra cap. XVIII. Fol.180.

Geſſoriacum idem eſſe quod Bononiam ſive Boloniam, Morinorum urbem, ſatis exiſtimo probatum cap. præcedenti, idem- Fol.181. que fuiſſe terminum orbis atque imperii Romani in Gallia ad

 fretum

fretum Britannicum, adeo ut ad ea loca ubi nunc Caletum, Gravelinga, Mardicca, seu portus Iccius Iulii Cæsaris, post Cæsarem nemo Romanorum penetrarit.

Romani orbis termini etjam fuerunt, Teruana, Castellum, Viroviacum, nunc ad Lisam, urbes, quemadmodum ex Itinere *à portu Gessoriacensi, Bavacum*, apparet, quod etjam allatum est capite præcedente. In Itinerario nostro mentio hæc fit : Fol.180.

Item à Teruana Tornacum M. P. XLVIIII.
Nemetacum M D XXII. Arras, Atzecht.
Tornacum M. P. XXVI. Tournay, Doornijc.
Item à Teruana Durocortorum M. P. XLVIIII.

Hanc esse *Teroane* urbem à Carolo V. Imp. dirutam apud omnes authores in confesso est.

Castelli quoque, quod postea Castellum Ariacum dictum, hodieque *Aire* urbs ad Lisam, præter locum antea citatum, meminit & Itinerarium hoc modo :

A Castello per compendium.
Tornacum usque M. P. XXVIII. sic :
Minariacum M. P. XI. Steeghers/ Esterre.
Tornacum M. P. XVII. Doornijc/ Tournay.
XXVIII.

Aliquando in eo errore fui cum cæteris, ut existimaverim *Castellum* hoc loco esse urbem nunc Cassellam aut Cassellum appellatam, in monte sitam; at aliter omnino me docuit Itinerarium citatum capite præcedente, ubi Castellum à Teruana tantum dicitur distare millibus passuum IX id est duobus communibus milliariis Germanicis & quarta parte miliarii; faciunt enim quatuor miliaria Italica seu Romana commune Germanicum unum, ut in superioribus cap. 7. docuimus, quæ distantia quadrat Castello Ariaco, non vero Cassello, quod plusquam quatuor miliaribus Germanicis Teruana distat, atque ita XXXII miliaribus Italicis. Videatur Ortelii Flandria, & quantum Ariacum, quantum Cassellum distet Teruanâ rectè examinetur. Videatur quoque an Teruanâ volens proficisci Tornacum iturus sit Cassellum, montemq; longiùs à viâ dissitum sit ascensurus, an non facilius Teruanâ Ariam contendet, hinc secus Lisam Viroviacum, & deinde Tornacum? Guichardinus ita de Aria in descriptione Artesiæ : *Aire est posée sur le fleuve Lis, qui passe dedans la ville à deux lieües de Teruane, la ville est bonne & forte, avec un chasteau de grande antiquité.* Miræus in notis ad diplomata Belgica : *Est Aria (quam Pipinus Francorum Rex, diplomate Malmundarii dato, vocat Ariacum castrum in Morinis.* Vnde videlicet Castellani Arienses; quo nomine diplomata Comitum Flandriæ posterioribus temporibus varii subsignarunt. In diplomate Theodoci Elsatii quod est in archivis S. Petri Gandensis anni 1163: *Signum Roberti Castellani Ariensis*; quæ Castellania hæreditario jure

Fol.181. — Fol.64. — En la descript. du pays bas. — Cap. 64. f. 127.

jure devenit ad D. Ioannem de S. Audomaro Dñm Morbecanum, ut est in familia Montmorencia D. Du Chesne, quem vide. Fol. 339.

Fieri potest Bononia, ac Teruana urbes fuerint, Aria vero tantum castrum aut castellum, in quo miles Romanus excubabat adversus Menapios, Pleumosios, Centrones, Morinos translisanos, quemadmodum in ripa Rheni, *Castra vetera* locus erat munitus, in quo pars legionis detinebatur adversus incursiones transrhenanorum, de quo paulo post. His adde Castellum hoc Itinerarii loco ab omnibus explicari castellum Morinorum; Cassellum vero urbem in monte sitam, Menapiorum fuisse patet ex veteri diplomate, quod est in archivis Ecclesiæ S. Petri Casletani, ubi legitur: *Cassel in pago Menapisco.* Quod Scrickius testatur, atque post eum amicus noster Ioannes Iacobus Chifletius in eruditissimo suo libello de portu Iccio. Ego certè, quantum memini, in antiquissimis diplomatibus pro Cassello urbe nondum reperi Castellum aut Casletum, prout nunc appellatur. Du Chesne in historia Ghisnensi ex arch. regiis Casellum scribit: *Ego Iohanna Comitissa Flandriæ & Hannoniæ. Notum facio &c. Dirui faciam fortericias de Valencenis, de Ypra &c. De Ypra, de Audenarda & de Casello. Actum Parisiis anno Domini MCCXIIII.* C. 8. f. 6. Prev. f. 475

Porro aliud argumentum, quo probetur Castellum esse Ariam sumi potest ex Itinerario antea allato ubi *Castello Viroviacum* proficiscenti dicitur iter esse *XVI M. passuum; & Viroviaco, Tornacum* etjam XVI. M. P. simul XXXII. Itaque nunc compendiosius iter indicat, passuum tantum XXVIII. Neque amplius Aria Minariaco .j Steeghers/ Esterre, distat, quam XI miliaribus Italicis .j. tribus fermè Germanicis, cum alioquin Cassellum urbs inde distet plus quam miliaribus quatuor. Minariaco Tornacum recta est distantia XVII. M. P. Italicorum .j. quatuor Germanicorum, & quartâ parte, nostratium vero, id est, Flandricorum miliarium ferme sex. Fol. 180.

Minariacum vero esse pontem Stegranum, vulgo *pont d'Esterre*, distantia nos docet, in Itinerario præscripta. Mereghem/ sive *Merville*, quamquam nomen non abludat Minariacum esse non potest, tum quod propius Ariaco Castello distet, tum quod constet posterioribus demum temporibus à S. Moronto Broili fundatore Meronti villam appellatam. Ioannes Iacobus Chifletius in portu Iccio: *Minariacum, quod primum Ætii terra in vita S. Vedasti, Stegria & Stegra dictum, vulgò Esterre. Ad ejus pontem in Lisa fluvio pertingit regia via vetus, ibique in ruderibus nummi veteres passim effodiuntur. Male Cluverius Minariacum collocat ad oppidum Merville, quod olim Minor ville, & S. Moronto Broilii cœnobii fundatore Meronti villa dicebatur.* Sanderus quoq; in Flandria illustrata, ubi de rebus Casletensibus: *Minariacum non esse vicum, qui hodierno die Mervilla dicitur, sed eo in loco fuisse, ubi nunc ex una parte Lisæ est Comitatus Stegrensis, ex altera finis Atrebatesii ad pontem Lisæ, qui* T. 2. f. 470.

ſæ, qui nunc dicitur pons Stegrenſis, notavit Hadrianus Scrieckius Senator Iprenſis, qui diu præturam geſsit Caſletanam & Stegrenſem. Tum verba Scrieckii hæc adferuntur à Sandero: *Mervilla, quæ à pleriſq; perperam Minor villa dicitur, primum Morandi villa dicta eſt à D. Morando, qui in eo loco, quondam ſylvæ Niepenſis angulo, omni ſanctimoniâ vixit, ſed nulla ibi unquam, quod memoriæ traditum ſit, antiquitatis veſtigia aut monumenta exſtiterunt, nec locus ita ſitus eſt, ut Minariacum antiquum eſſe potuerit, ad locum verò pontemq; Stegrenſem, omnia ſic concurrunt, ut non ſuperſit dubitandi argumentum.* Et poſt pauca: *Inſuper ad pontem Stegrenſem inſtauratum Liſæ, antiquiſsima rudera, multaque numiſmata Romana, diverſis temporibus eruta fuère. Decennio quo ibi præturam geſsi, bis mihi allata ſunt aliquot ænea Antonini, quædam etjam hac inſcriptione: DIVA FAVSTINA PIA, LVCILLA AVGVSTA. Vetuſtiora quædam Franciſcus Maeſterus germanus meus, nunc loci prætor, anno præterito 1608 ibidem reperta ſervat, alia alii. De Merville autem nihil ſimile auditu. Minariacum vero à Barbaris vaſtatum creditur, nec poſtea ſurrexiſſe, diviſis deinde agris pars in Stegram ceſsit, pars agrum dictum allodium Laleu.* Fauſtina cujus ſupra citatum numiſma, fuit uxor Antonini Pii, & alia ejuſdem nominis M. Aurelii Antonini philoſophi, Lucilla vero fuit M. Aurelii Antonini & Fauſtinæ filia, uxor Lucii Aurelii Veri, quem M. Aurelius ad imperium adſcivit. Cum vero aſſerat Scrieckius eo loco vetuſtiora numiſmata Romanorum reperta fuiſſe, evidens argumentum eſt, ante Antoninum Romanis Imperatoribus Minariacum cognitum fuiſſe; atque Itinerarium noſtrum eſſe multo antiquius Antoninis; idem ex eo etjam conſtat, quod Viroviaci .j. Verweken (cujus ſupra etjam mentio facta eſt ex Itinerario) D. Sanderus ſcribat repertum numiſma Iulii Cæſaris. De Viroviaci antiquitate ſic ille in Flan-
T.2.f.648. dria ſua illuſtrata: *Viſitur in oppidi medio ædificium inſignem loquens antiquitatem, operâ, formâ, famâ; fanum nunc D. Martini, olim deaſtri Martis, cujus ſtatuam ſtantis mediatim armati partem inhoneſtam (quæ res plurimis anſam dedit ſuſpicandi, non Martem, ſed Priapum repræſentari) exerentis ſpecie, vidiſſe ſe profeſsi ſunt viri fide digni, relictam haud dubiè à majoribus vetuſtatis monumento. Repertum deniq; anno 1514 numiſma Iulii, & non multo poſt plura Antoninorum, Georgio Halewino Cominienſi Dynaſtæ per Senatum oblata.* Cluverius de Viroviaco hæc notat: *Viroviacum nunc eſſe vicum eidem Legiæ amni oppoſitum, nomine vulgari Werveke, cùm nomen, tum ſitus produnt. Ipſe namq; Antoninus, dum compendioſum à Caſtello Tornacum uſque iter per Menariacum deſignat; eo ipſo illud per Viroviacum, cujus antea meminerat, longinquius eſſe indicat.*

Vt vero ad Caſtellum revertamur, ab eo ut in termino Romani Imperii ſito, incipit alterum Itinerarum Coloniam uſque, quod ita ſe habet:

A Caſtello coloniam M. P. CLXXII. ſic:

Menaria-

Menariacum M.P.XI.	Esterre, Steeghers.
Nemetacum M.P.XVIIII.	Arras, Atzecht.
Camaracum M.P.XIIII.	Cambray, Camerijck.
Bagacum M.P.XVIII.	Bavay.
Vogdoriacum M.P.XII.	Woudré
Geminiacum M.P.XVI.(X)	Gemblou.
Perviciacum M.P.VIII.(XXII)	Peruwez.
Advaticam Tong.M.P.XXII.(XIIII)	Tongren.
Coriovallum M.P.XVI.	Valckenburgh.
Iuliacum M.P.XVII.(XVIII)	Iuliers, Gulic.
Coloniam M.P.XVIIII.(XVIII)	Cuelen.
CLXXII.	

A Castello Minariacum XI millia passuum Italicorum ponit, ut supra, inde Nemetacum M P.XVIIII. quod Nemetacum à situ loci & secundũ Itinerarii distantiam,aliud esse non potest, quam Atrebatum, cujus urbis & regionis populi, Iulio Cæsari Atrebates sunt appellati. Supra etjam Teruanâ volenti proficisci Tornacum, Nemetacum fuit transeundum, distans Tornaco M. P. XXVII. Ital. .j. octo ferme Germ. & Teruana XXII. Ital. .j. Germanicis 5. cum dimidio, ut id quod nunc Atrebatum appellatur. Cluverius in Germ. antiqua : *Ex Itinerariis, notitia Imperii, & libello provinciarum, civitatumque Galliæ, perspicio, caput quidem gentis Atrebatium fuisse Arras, sed antiquo nomine dictum Nemetacum. Notitia Imperii : præfectus latorum Batavorum, Nemetacensium Atrebatu, Belgicæ secundæ.* Aubertus Miræus ad tabulam suam : *Nemetacum Arras, Cæsari Nemetocenna, caput Atrebatium.* Fol.210. Ibidem. L.2.c.26.

Sequitur in Itinerario nostro : *Cameracum ;* hodieque sic dictum, Flandricè **Camerijck**, Gallicè *Cambray*, distans Nemetaco sen Atrebato XIIII mil. Ital. .j. Germanicis III cum dimidio. De Bagaco seu Bavaco ita Miræus loco supra citato : *Vt olim Romæ, sic hodieq; Bavaci, quod est oppidum Hannoniæ Bavay, in medio foro columna milliaria exstat, ad quam viæ septem militares finiuntur, vel potius ordiuntur. In eodem oppido etjamnum visuntur muri ac ruinæ circi à Romanis structi formâ oblongâ, vulgo Chastel vocant. Circus iste in longitudine ad DCL pedes, & in latitudine ad trecentos L olim patuit : ut ex fundamentis ac ruderibus colligi datur. Sub ipso templo parochiali Bavacensi parietinæ velut cryptæ restant, quas thermarum reliquias esse, eruditi suspicantur. Extra oppidum visitur aquæductus insignis & amplus; qui facto olim initio ab ipso oppido, ultra Sabim fluvium, usque ad vicum Floriacum, vulgo Florisies, ad quatuor circiter milliaria extenditur. Muri ipsius aquæductus plerisq; locis adhuc sunt integri, & ab accolis Murs de Aydu nuncupantur. Ay nostris majoribus idem quod aqua, du, id est ductus. In dicto vico hodieque fons ipse fluit, & restant vetusta Romanorum ædificiorum rudera. Porro in oppido & agro Bavacensi plurima quotidie numismata, opera item figulina, aliaq; antiquitatis Romanæ monumenta eruuntur. Inter numis-*

mata

mata sunt ea frequentissima, quæ Posthumum Tyrannum exprimunt, utpote qui annis decem in Belgica resederit, res multas contra Francos irrumpentes præclarè gesserit, & annis septem imperium Galliarum tenuerit. Fuit autem Bavacum seu Bagacum olim urbs potens, ampla, ac splendida, ut ipsæ latentium, ac restantium operum moles loquuntur. Ex Ptolomæo certè constat Bavacum olim fuisse urbem primariam Nerviorum, ideoq; existimo Superiorem Nerviorum Episcopum (qui concilio Agrippinensi cum S. Servatio Tungrorum Episcopo anno 349 interfuit) non Tornaci, sed Bavaci resedisse, sedemq; Episcopalem Nerviorum Cameracum translatam fuisse, Bavaco à Francis primum, deinde à Wandalis & Hunnis, cum Belgicâ pæne universa, vastato. Hæc de Bavaco, Româ inquam Belgicâ hoc loco dixisse suffecerit. Franci, Bavacum & vicina Romanorum loca irrumpentes, tempore Gallieni, & Posthumi, & qui, primi Barbarorum, urbem eam vastarunt, qui nam alii potuerunt fuisse, quam modo dicti Flandri, & Brabanti?

Nos in Itinerario nostro pergamus: *Bavaco*, inquit, *Vogdoriacum M. P. XII.* .j. *Woudré.* Miræus: *Vogdoriacum sive Vogodoriacum, Waudré vicus, prope Binchium Hanoniæ oppidum.* Et Ortelius in thesauro: *Vogdoriacum Antonino Germaniæ inferioris urbs circa Binch Hannoniæ urbeculam videtur.* Cluverius de Vogdoriaco: *Vicus hodie est, in itinere inter oppida Bavay; & Gemblours, XI millibus à Bavay dissitus, vulgari vocabulo. Vodogoriacum esse judico: dici autem hodie Gaury, quasi Goriacum, prioribus duabus syllabis amissis, quod aliis quoq; locis accidit, sic in sequanorum finibus, vicus, veteri nomine Epomandurus nunc vocatur Mandure, sic Marcodurum Vbiorum nunc* Duren, *& id genus alia.* Waudry & Gaudry idem credo ut *garder,* warder/ *Guiliam,* Willem/ *Gauthier,* Woutier/ &c.

(Margin: Loco citato supra. — Germ. ant. l.2.c.22. f.432.)

Sequitur: *Vogdoriaco Geminiacum M. P. X. Geminiaco Perviciacum XXII. Inde Advaticam Tungrorum XIII.* Ortelius in thesauro: *Gemmelacum Sigeberto, vel ut ait: Gemblacum Brabantiæ oppidum, & Abbatia. Gemblours Teutones, Giblou Galli nominant, puto Geminiacum Antonini.* Cluverius de Bagaco: *Ab hoc* .j. Bagaco *ad Tongrorum Atvacam directum iter agitur per oppida Binche, Gemblours, Perwis, unde certum fit Gemblours esse Geminiacum, Perwis autem Perviciacum, &c.* Item: *Notitia Imperii milites habet Geminiacenses, haud dubiè ab hoc Geminiaco cognominatos. Idem locus Sigeberto appellatur Gemmelacum, & aliis Gemblacum, unde tandem factum Gemblours.* Idem adfert tabulam antiquam Itinerariam hoc modo:

(Margin: L.2.c.21. f.429.)

Bacaco Nervior.
Vogodorgiaco XII.
Geminico Vico XVI.
Pervaco XLIII.
Atvaca XVI.

In Itinerario vero legitur hac ratione:

Vogdoriacum M.P. XII.
Geminiacum M.P. X.

Perviciacum

Perviciacum M.P. XXII.
Advaticam Tongrorum M.P. XIIII.

Quæ postquam attulit Cluverius, addit: *In tabula utriusque loci nomina sunt vitiata, numeri autem in utroq; itinerario omnes corrupti, quippe à Bavay ad Gemblours millia passuum hodie numerantur circiter XL; hinc ad Perwis VI; & porro ad Tongeren XXX.*

Simlerus quoque hic errorem esse in numero adnotavit. Scolia ejus in Itinerarium: *Advaga Tongrorum, vel Advaca Tungrorum. Advacum Metropolis Tongrorum* Tongeren: *numerus passuum additus XIIII, longè justo minor esse videtur.* Itaque Itinerarium nostrum correxi eo modo, quo suprà, ut videlicet Geminiacum Vogdoriaco distet M. P. XII. illud Perviciaco VIII. atque hoc Advatica Tongrorum XXII. Miræus: *Perviciacum Pervez vicus Gallo-Brabantiæ, titulo Baroniæ clarus. Advatucum seu Advaga Tongrorum, Tongre.* Nomenclator geographicus ex Ortelio, aliisque collectus à Godefrido Iungermanno Lipsiense & cum notis in Cæsarem anno M. DC. VI. editus Francofurti: *Advatici, aliàs Atvatici, quorum metropolis Atvatica, ut apud Cæsarem, quamquam apud Ptolomæum* Ατȣάκȣτον *legitur, quæ olim civitas Tungrorum erat, ubi primum sedes Episcopalis fuit, translata deinde Trajectum Mosæ, hinc in vicum S. Lamberti, itaq; Advatici sunt Leodienses.* Advaticorum nomine magnam regionem Cæsaris tempore appellatam fuisse ex eo constat, quod pro Belgis adversus Romanos in bellum emiserint *XXIX millia* hominum, ut ipse Cæsar testatur lib. 2. cap. 4. Idem eodem libro: *Exspectari etjam ab his (Nerviis) Advaticorum copias, atque esse in itinere; mulieres, quiq; per ætatem ad pugnam inutiles viderentur, in eum locum conjecisse, quò propter paludes exercitui aditus non esset.* In Hollandiam videlicet, ut ea nunc appellatur, & Zelandiam. Eos varia oppida & castella habuisse, atque unam imprimis urbem magnam, atque munitam, tradit Cæsar his verbis, libro citato: *Advatici &c. ex itinere domum reverterunt: cunctis oppidis castellisq; desertis sua omnia in unum oppidum egregiè naturâ munitum contulerunt, quod cum ex omnibus in circuitu partibus altissimas rupes despectusq; haberet, una ex parte leviter acclivis aditus, in latitudinem non amplius CC pedum, relinquebatur, quem locum duplici altissimo muro munierant, tum magni ponderis saxa, & præacutas trabes in muro collocarant.* Tum de Advaticis devictis qui eruptionem fecerant: *Occisis ad hominum millibus IV, reliqui in oppidum rejecti sunt. Postridie ejus diei, refractis portis, quum jam defenderet nemo, atq; intromissis militibus nostris, sectionem ejus oppidi universam Cæsar vendidit; ab his qui emerant, capitum numerus ad eum relatus est millium LIII.* Quænam hæc urbs fuerit adeo ampla, ut intra muros suos continuerit quinquaginta septem hominum millia, videlicet occisorum in eruptione IV M. & venditorum LIII, disputant auctores. Goropius Becanus in Advaticis libro primo, vult fuisse ad montem Lombergh & Caf-

Fol. 213.

Comm. de bello Gall. Cap. 16.

Comm. de bello Gall. l. 2. c. 29.

Cap. 33.

Fol. 73.

& Gasbecam in Brabantia, alii ad Bellum montem, Beaumont ad Sabim fluvium in Hannonia; Cluverius ad locum Cæsaris citatum: *Hoc oppidum quodnam, aut qua tractu fuerit, haud equidem dispicere queo; magnum fuisse atque capax, patet ex eodem commentario paulo post, ubi Cæsar tradit millia capitum, cum id oppugnaretur, reperta inibi fuisse LIII.* Ab eodem Cluverio Advaticorum hi fines describuntur loco citato: *Magna pars Brabantiæ inter Geram, Demeram, ac Teneram amnes: Flandriæ exiguus tractus juxta dextram Teneræ ripam, ubi oppidum Dendermonde, item Hannoniæ pars, quà oppida Engien, Halle, Soignies, Braine le Comte, Escaussienes, & item Namurcensis Comitatus portio, Sabis lævæ ripæ adfixa.* Goropius vult Advaticam etjam Antuerpiam appellatam.

Germ.antiq.l.2.c.21. In Advat. l.1.

Certum est ad Tungros usque attigisse, unde Advatica Tungrorum dicta quæ nunc Tongren. Illud Cæsari, Eburonum Castellum dictum, contendit Cluverius: *Tungri*, inquit, *ab iis auctoribus qui Cæsaris tempestatem subsecuti sunt, in eisdem collocantur finibus, quos Cæsaris ævo, quinque illi populi tenuerunt*, videlicet *Eburones, Condrusi, Segni, Cerasi, & Pæmani.* Pergit Cluverius: *Nam & Ptolomæus, ut supra ostensum, Advaticum facit Tongrorum, Scaldem inter & Mosam, caput, & Antoninus Atvacam Tongrorum oppidum: quod Eburonum Cæsar memorat castellum.* Vide de Advatica & Tungris plura ante, hoc libro, capite nono.

L.2.c.20. f.421. Fol.81.

Pergit Itinerarium nostrum: *Advaticâ Tungrorum Coriovallum M.P. XVI.* Miræus: *Coriovallum Valkenburgh oppidum ditionis Limburgensis.* Cluverius l.2.c.19: *Coriovallium. Eundem locum nunc appellari Falkenburgh. iter ab Advaca Tungrorum ad Iuliacum & Agrippinensem Coloniam, hac viâ actum, apertè ostendit, item numerus millium XVI, qua Antoninus, & tabula, inter opida Atvacam & Coriovallium numerant. Sunt enim millia inter opida Tongeren & Falkenburg circiter XVII, sed & nomen hodiernum nonnihil ex antiquo vocabulo retinet, nam antiquitus dictum videtur Corwalgh & Corwalghen, ex quo, Romani, suo ore, ac linguâ formarunt Coriovallium, postea abjectâ primâ syllabâ Cor, & particula burg ad finem adpositâ, factum est Walghenburgh, & Valghenburgh; tandemque, uti nunc viget, corruptius Valckenburgh: quod jam Sigeberti ævum à prædatoriâ ave dictum putavit, quasi Falconis castrum, unde hodieque vocabulum illud Germanicum per F effertur: Falkenburgh; quod Gallis seu Wallonibus dicitur Faucmont.* Simlerus quoque in scoliis suis ad Itinerarium *Coriovallum* interpretatur *Falkenburgh.* Sic & Ortelius in thesauro, addens *Oppidum esse inter Iuliacum & Trajectum inferius.* Trajectum Mosæ intelligit nunc Maestricht, ubi Mosa fluvius, Advaticâ Tungrorum proficiscenti Coriovallum, erat ponte trajiciendus. Vnde vico primum, deinde urbi nomen.

Germ.antiq.f.419.

Sequitur in Itinerario: *Coriovallo Iuliacum M. P. XVII.* Miræus loco citato: *Iuliacum Gulic.* Ortelius in thesauro: *Iuliacum Marcellino & Antonino Germaniæ inferioris urbs, quam hodie Gulich vocamus,*

vocamus teste Divæo. Medio itinere est inter Coloniam Agrippinam, & Trajectum ad Mosam. Iulium vocat Witichindus corruptè. Cluverius : *Oppidum Iulich, quod esse Iuliacum, itineris tractus, simulque nomen produnt.* Et mox : *Romanum habuisse conditorem Iuliacum, nomen haud dubiè arguit, ac forte Iuliam Agrippinam Germanici filiam, Claudii uxorem, Neronis matrem, in Vbiorum oppido, quæ postea Colonia Agrippinensis dicta, genitam.* Germ. ant. l.2.c. 17.f.408.

Coloniâ verò Iuliacum distare etiam M. P. XVIII. indicatur Itinerario, utpote medio fere itinere situm inter Valkenburgum & Coloniam. De Coloniæ etymologia, sic Divæus in antiquitatibus Belgicis : *Vbii ætate Cæsaris veteriorem Rheni ripam obtinebant, at continuis, Suevorum, Vsipetum, Tenchterorumque infestationibus exagitati, cùm Rhenum migrarunt, imperante Augusto, transgressos Agrippa in fidem recepit, inque ea regione, quam Eburones dudum possederant, collocavit. Agrippina neptis Agrippæ, mater Neronis, Coloniâ eò deductâ, oppido eorum, Colonia Agrippinensi nomen dedit.* Cap.25. Tacitus libro de Germania : *Vbii quidem, quamquam Romana colonia esse meruerunt, ac libentius Agrippinenses, conditoris sui nomine, vocentur, origine non erubescunt.* Idem hist.l.4. *Infestiùs in Vbiis, quod gens Germanicæ originis, ejuratâ patriâ, Romanorum nomine Agrippinenses se vocarent.* Erat hæc Agrippina filia Germanici Cæsaris, filii Neronis Claudii Drusi Germanici, & Agrippinæ filiæ M. Vipsanii Agrippæ, ex Iulia filia Augusti, soror Cai Imp. uxor Claudii, mater Neronis. Vt ex hoc scemate apparet.

Augustus Cæsar.
Scribonia.

Iulia.
M. Vipsanius Agrippa.

Agrippina.
Cæsar Germanicus filius Neronis Claudii Drusi Germ.

Cajus Caligula Cæsar	*Agrippina.* *1. Domitius Ahenobarbus.* *2. Claudius Imp.* ex 1. *Nero Imp. adoptatus à Claudio.*	*Drusilla.*	*Livia.*

Quia verò M. Agrippa cum uxore sua Iulia, itemque Drusus, ac filius ejus Germanicus, cum uxore Agrippina, in oppido Ubiorum, quod nunc Colonia, diu se continuerunt, intenti bello Germanico; factum ut Agrippina illic prolem enixa sit,

Agrippinam quoque appellatam. Augustus certè, ut supra è Tacito attulimus: *Germanicum Druso ortum, octo apud Rhenum legionibus imposuit, adscirique per adoptionem à Tiberio jussit.* Sed & eundem Germanicum apud oppidum, & aram Vbiorum,
Ann.l.1. sedem frequentiùs habuisse, patet ex hoc Taciti: *Legati à senatu egressi jam ad aram Vbiorum Germanicum adeunt, duæ ibi legiones, prima & vigesima, veteranique nuper missi, sub vexillo hiemabant.* Aram hanc in Vbiorum oppido fuisse, aut prope illud, patet ex eo, quod præmittitur ibidem: *Primam, ac vigesimam legiones Cecina legatus in civitatem Vbiorum reduxit.* Lipsius in Tacitum
Fol.30. de ara Vbiorum: *Frequens hujus aræ mentio; vidi, qui vellet Bonnam nunc esse, ego vereor, ut propius abfuerit ab opido Vbiorum. Quidquid hodie sit, puto originem ei loco à veneratione Augusti, cui novo cœliti, ara illic, receptâ adulatione, exstructa, uti ara Lugduni.* Post pauca Tacitus eodem loco, & nati in castris Cai Caligulæ, & Agrippinæ, uxoris Germanici, gravidæ, meminit hoc modo: *Cur filium parvulum, cur gravidam conjugem, inter furentes, & omnis humani juris violatores, haberet? Illos saltem avo & reipublica rederet. Diu contatus, aspernantem uxorem, cum se Divo Augusto ortam, neque degenerem ad pericula testaretur, postremò uterum ejus, & communem filium, multo in fletu complexus, ut abiret, perpulit.* Item: *Ipsa insigni fœcunditate, præclarâ pudicitiâ; jam infans in castris genitus, in contubernio legionum eductus, quem militari vocabulo Caligulam appellabant, quia plerumque ad concilianda vulgi studia, eo tegmine pedum induebatur.* Vbi Lipsius: *Vulgi, militaris, scilicet, nam tribuni & centuriones, dignioresq; militum, veste, & habitu, erant à gregariis distincti; at caliga, tegmen vulgi.* Epitome Sexti Aur. Victoris: *Caligula imperavit annos quatuor. Iste filius Germanici, quia natus in exercitu fuerat, cognomentum calceamenti militaris, id est caligulæ, potitus est.* Athenæus lib. 4. Γάϊος δὲ ὁ αὐτοκράτωρ ὁ Καλλίκολα προσαγορευθεὶς διὰ τὸ ἐν στρατοπέδῳ γεννηθῆναι. .i. *Cajus verò Imperator cognomi-*
Fol.148. ed. Lugd. *natus Caligula, quia in exercitu, & castris, natus fuisset.* Ad Rhenum videlicet, ubi pater ejus Drusi filius, Germanici nomen acquisivit, post quem, Germanico, in Vbiorum oppido, etiam nata Agrippina mater Neronis.

Atque hisce satis sufficiat docuisse, quis terminus fuerit orbis Romani in Gallia Belgica, & quænam viæ militares, per urbes, & castella Romanorum, à Gessoriaco portu Coloniam usque.

Nunc videamus viam similiter militarem, ab Oceano, atque ostio Rheni, prope Lugdunum Batavorum, versus Coloniam, itemq; urbes, & castella Romanorum hisce locis sita. Docetur illud in itinerario nostro, hac ratione, uti suprà pro parte allatum:

Van Leyden *A Lugduno capite Germaniarum*
Tot Straßburgh. *Argentoratum M. P. CCCXXV.* sic:

Albimanis

	Ego corrigendum existimo:	
Albimanis M.P.X.	*Albinianis M.P.X.*	Alfen.
Trajecto M.P.XVII.	*Trajecto M.P.XVII.*	Vtrecht.
Maunaritio M.P.XV.	*Maunaritio M.P.XV.*	Maurich.
Carvone M.P.XXII.	*Grinnibus M.P.VIII.*	Rhenen.
Herenatio M.P.XII.	*Arenaco M.P.XII.*	Arhnem.
Burginatio M.P.VI.	*Burginatio M.P.XI.*	Cranenburgh.
Colonia Trajana M.P.V.	*Colonia Trajana M.P.V.*	Kelle.
Veteribus M.P.	*Veteribus M.P.XV.*	Santen.
Calone M.P.XVIII.	*Calone M.P.XIII.*	Calenhuusen.
Novesia M.P.XVIII.	*Novesio M.P.XIII.*	Nuys.
Colonia Agripp. M.P.XVI.	*Colonia Agripp. M.P.XVI.*	Ceulen.
Bonna M.P.XI.	*Bonna M.P.XI.*	Bon.
Antunaco M.P.XVII.	*Antennaco M.P.XVII.*	Andernach.
Confluentibus M.P.VIIII.	*Confluentibus M.P.VIIII.*	Cobelentz.
Vinco M.P.XVI.	*Bingio M.P.XXVI.*	Binghen.
Nouiomago M.P.XXXIV.	*Noviomago M.P.XXXIV.*	Numaghen.
Treviros M.P.XIII.	*Treviros M.P.XIII.*	Trier.
Diviodurum M.P.XXXIV.	*Dividuro M.P.XXXIV.*	Metz.
Ponte sarvix M.P.XXIV.	*Ponte Saravi M.P.XXIV.*	Sarbrug.
Argentorato M.P.XXII.	*Argentorato M.P.XXII.*	Strasburgh.
	CCC.XXV.	

Imprimis ponitur Lugdunum caput Germaniarum, hoc est initium, Germaniæ videlicet inferioris, & superioris, cis Rhenum, de quibus capite præcedenti egimus ex Dione. Iunius in Batavia sua: *Antoninus Lugdunum caput Germaniarum disertè nominat, caput pro initio sumendo.* Et Cluverius in Germania antiq: *Ad Iunii sententiam hic jam accedo; vocem caput pro initio accipiendam docentis, quia Lugdunum hoc fuerit initium Germaniarum, sic enim & in tabula, de Lugduno, ad Rhodani Ararisque confluentes:* Lugduno caput Galliarum, usque hic legas: *Quæ verba Marcellinus l.XV. de iisdem Confluentibus loquens sic explicat:* Qui locus exordium est Galliarum, exinde non millenis passibus, sed leucis itinera metiuntur. Hæc eò prolixiùs adfero, quia fuere, qui caput Germaniarum hoc loco præcipuam Germaniarum urbem sunt interpretati. Vide & cap. XVI. fol. 154. cap.17. l.2.c.36.

Hîc vero objicere quis posset, quo ratione Lugdunum initium Germaniarum dicatur, cum Germania inferior districtum omnem maritimum comprehendat, ad Oceanum usque, atque inter Lugdunum, & Oceanum, milliare, & amplius intersit, cumque Rhenus hic se in mare exoneret, cur non à portu initium sumatur, ut supra à portu Gessoriaco.

Cui respondebo, alveum Rheni hac parte non fuisse navigibilem, unde modicus sive exiguus appellatur. Plinius: *In Rheno ipso* &c. quæ vide antea hoc libro cap. 5. *Insulæ, quæ sternuntur inter Helium & Flevum. Ita appellantur ostia, in quæ effusus* L.4.c.12. fol.43.

 Rhenus

Rhenus à ſeptemtrione in lacus, ab occidente in amnem Moſæ, ſe ſpargit; medio inter hæc ore, modicum nomini ſuo cuſtodiens alveum. Tacitus quoque: *Rhenus uno alveo continuus, haud modicas inſulas circumveniens, apud principium agri Batavi, velut in duos amnes dividitur, ſervatque nomen, & violentiam curſus, quà Germaniam prævehitur, donit Oceano miſceatur.* Notat violentiam curſus ſiſti, ubi Oceano miſcetur; quòd eſt in medio alueo ſupra Lugdunum, eratque illud ſub Cæſare & Auguſto, antequam Druſus fuit in Batavia, alterum ex oſtiis Rheni; primum ſic deſcribit Tacitus loco citato, Helium Plinio appellatum: *Ad Gallicam ripam latior & placidior affluens, verſo cognomine Wahalem accolæ dicunt, moxque id quoque vocabulum mutat Moſa flumine, ejuſque immenſo ore eundem in Oceanum affunditur.* Ad Geerflitam videlicet, interque Graveſandam, & Brielam. Hæc duo oſtia Rheni, ad Gerflitam, & Lugdunum intellexit Virgilius, cum Rhenum appellavit bicornem. Tertii oſtii, quod Flevum appellat Plinius ſuprà, atq; ultra Flevum lacum ſtatuitur, auctor fuit Druſus, ut docuimus capite præcedenti, cum videlicet volens ingredi Oceanum Germanicum, ad Friſios, Cauchos, alioſque maritimos Germaniæ magnæ populos, edomandos, ad Helium oſtium, nihil attentare auſus eſt, ob vicinos Menapios, atque Toxandros. Quo tempore, ſi alterum oſtium, ſupra Lugdunum, ſatis capax fuiſſet, ac ſufficientem habuiſſet curſus violentiam, ad naves Romanorum in mare deferendas, non tanto labore foſſam illam, quam Druſianam appellarunt, effodi juſſiſſet, ad Iſalam uſque flumen, quà naves per Flevum lacum, in oſtium, à proximo lacu, atque inſula Flevum etiam appellatum, inveherentur. Flevi lacus & inſulæ, atque oſtii etiam meminit Pomponius Mela, quem ſupra docuimus ſcripſiſſe ſub Claudio, Imperatorum Romanorum quinto: is ita de ſitu orbis l. 3. c. 2. *Mox diu ſolidus, & certo alveo lapſus, haud procul à mari huc & illuc diſpergitur, ſed ad ſiniſtrum amnis, etiam tum, & donec effluat, Rhenus; ad dextrum primò anguſtus, & ſui ſimilis, poſt ripis longè ac latè recedentibus, jam non amnis, ſed ingens lacus, ubi campos implevit, Flevo dicitur: ejuſque nominis inſulam amplexus, fit iterum arctior, iterumque fluvius emittitur.* Ad hunc locum ita Cluverius de tribus Rheni alveis: *dextrum alueum eſſe Iſalam amnem, & lacum Suyderzee, extra controverſiam eſt, ſiniſtrum vero eſſe, qui Lugdunum fertur, ex eo liquet; quod amnem etiam tum eſſe, & Rhenum dici, donec in Oceanum effluat, author aſſeverat.* Tertium Rheni alveum, qui Vahalis dictus, omittit Mela, diſertè profitens, non agere ſe, niſi de Rheno, in quantum Rheni appellationem ſervat, prout etiam omittit Helium oſtium, velut, Vahali, aut Moſæ potius, quam Rheno adſcriptum. Ptolomæus apertè tria producit Rheni oſtia, in Galliæ Belgicæ ſitu:

[Margin notes: Annal. l. 2. — C. 9. fol. 72.]

Λουγόδεινον Βαταμῶν lege: Λουγόδουνον Βαταβῶν. i. *Lugodunum Batavorum.*

Φίνϐ τὸ δυσμικὸν σόμα : *Rheni Occidentale ostium.* Helium.
Τὸ μέσον σόμα : *Medium ostium.* Ad Lugdunum.
Τὸ ἀνατολικὸν σόμα : *Orientale ostium.* Flevum, utpote ad Orientem situm, respectu Helii.

Porro medium hoc Rheni ostium, qua ratione inefficax redditum, ac tandem planè obturatum sit colligitur ex Tacito, ubi de Civile Batavo Romanis rebellante: *Quin & diruit molem à Druso Germanico factam, Rhenumque prono alveo in Galliam ruentem, disjectis, quæ morabantur, effudit, sic velut abacto amne, tenuis alveus, insulam inter, Germanosque, continentium terrarum speciem fecerat.* Cui planè convenit illud Plinii supra citatum: *Medio inter hac ore modicum nomini suo custodiens alveum.* Civilis rebellio incidit prorsus in principium imperii Vespasiani, & Plinius Vespasiano opus suum inscripsit. Adnotandum tamen quod ad hunc locum adducit Cluverius: *Quamquā tenuis fuerit, modicusque hic amnus, ita, uti sæpe siccitate terræ exaruerit, tamen terminum perpetuò eum fuisse ab hac parte Romani imperii infra probabo. Postea tamen omnem cursus violentiam amisisse, experientiâ præsentis temporis manifestò docet. Quippe non, uti tunc, nunc etiam mari Oceano miscetur, sed tumulis arenarum quos vulgò de Duynen accolæ vocant, inter duos, haud procul Leyda urbe, maritimos vicos, qui vulgo Catwyck & Noortwyck appellantur, obstructo ostio retinetur.* Medio itaque Rheni ostio obturato, qui tempore Melæ, Plinii Taciti, Ptolomæi, post Drusum videlicet, tricornis dici poterat; rursus, ut ante Drusum, tempore Virgilii bicornis potuit appellari. Claudianus in laud. Stiliconis: *Impiger à primo descendens fluminis ortu* L.1.

Hist.l.5.

Germ.ant. l.2.c.31.

Ad bifidos tractus, & juncta paludibus ora
Fulmineum perstrinxit iter.

Bifidos tractus procul dubio intelligit alveum unum ad Helium ostium, alterum ad Flevum, *& juncta paludibus ora*.j. Ostia prædicta. Idem ubi de Alarici victoria:

Te Cimbrica Tethys
Divisum bifido consumit Rhene meatu.

Cimbrica Tethys .j. Mare Germanicum ad Helium & Flevum ostia. Sic & Ausonius de Rheno & Mosella junctis:

Alveus extendet geminus divortia ripis
Communesque vias diversa per ostia fundet. .j. Helium & Flevum.

Itaque medio Rheni ostio, adeo tenui & modico etiam effecto, ut navibus recipiendis aut emittendis ineptus fuerit, facilè credendum, nullam ibi oppidi structuram fuisse, unde Germania initium sumeret; quare rectè Itinerarium nostrum dixit: *A Lugduno capite Germaniarum.* Lugduni Batavorū meminit Ptolomæus loco supra citato, idemque est, quod hodie Leyden, omnium fermè calculo. Cluverii unius verba adferamus: *Nec par est, quemquam dubitare, Lugdunum, Antonino ac tabula, esse Leyden.*

 quan-

quando & nomen, & situs ad Rheni ripam, & intervallum XXVII. millium passuum quæ inter hoc & Trajectum ponit Antoninus, satis probè conveniunt. Et post pauca: *Nominis origo hæc fuisse videtur. Est mediâ ferme nunc in urbe insula, quam Rhenus efficit in duos alveos scissus, quorum sinister vetus appellatur Rhenus: dexter novus: media in insula .j. citra veterem alveum, Galliæ Germaniæque quondam terminum, collis est medioeriter editus, manibus mortalium, ut liquidò visentibus patet, adgestus, cui munimentũ superstrueretur; ab hoc colle urbẽ nomen traxisse colligo, vox quippe Duyn veteri Celtarum linguâ, collem significabat, sive montem, unde etiam eodem nomine, ad Rhodani Ararisque confluentes, urbs dicta.* Et mox: *Collis in hoc prædictus à Drusi militibus sub Augusti Cæsaris principatu congestus, nomenque jam inde ab eo tempore sortitus sit: an vero sub quo alio postea Imperatore, difficile dispectu est. Lapides certè ex quibus munimentum colli superstructum, eandem specie præ se ferunt vetustatem, quam munimentum in litore Oceani juxta ostium Rheni.*

Lugduno, inquit Itinerarium, *Albinianis M. P. X.* Simlerus ad hunc locum: *Lugdunum Germaniarum, Leyden. Albimanus vel Albinianis Alphen vel Alpen vicus.* Miræus quoque: *Albiniana Alphen vicus.* Cluverius: *Locus qui in tabula est Albamanis, & apud*
Germ. ant. l. 2. c. 36. *Antoninum Albinianis, sine dubio nunc est vicus Alphen, è cujus vocabulo antiquum verumque nomen fuisse, à doctis viris conjicitur Albiniana.* Ortelius in Thesauro: *Albimana vel Albiniana est apud Antoninum, Alphen vertit Simlerus; Hollandiæ vicus inter Lugdunum & Trajectum. Cohortis tertiæ Albinianæ meminit ex vetusto lapide Goltius. Albamana est in tabula Pentingerana.* Adr. Iunius in Bata-
Cap. 17. via: *Albinienorum quoque positus, quæ ad decem millia passuum, Lugduno dissidere autor Itinerarii ostendit, attestatur, clareq́ loquitur non aliam esse urbem. Is vero intervalli modus Hollandica (quæ Belgica sesqui alterâ proportione excedunt) milliaria bina constituit, expedito pediti circiter trium horarum spatio emetienda, quo loco castra fuisse Romana, Albiniana nomine, extra controversiæ aleam est, editiore in clivo, regione, templo, quod ibi visitur, sacrâ, quæ ante annos quinos vicenos reclusa inter effodiendum, lapidem quadratum retexit cum hac inscriptione: DADELART. D. IIII. NON. AVG. Ea vero ab Albino quopiam cohortis præfecto nomen sortita, nisi quis ad scripturæ periculum confugiens, Alpheniana (proximiore vocis origine cum vulgata nomenclatura) scribi debere contendat, ut nomen forte traxerint ab Alpheno Varo Batavorum ductore, cujus meminit Tacitus l. 18. his verbis:* Accessit recens auxilium, Varus Alphenus cum Batavis. Item: *Facilis deflexio est, aut transitus ab Albin ad Alfin, inde Alfen, vel meliore scripturâ Alphen.*

Albinianis Trajecto M. P. XVII. Simlerus: *Trajectum: Vtricht.* Miræus: *Trajectum Rheni: Vtrecht.* Ortelius: *Trajectum Antonino Germaniæ inferioris urbs &c. Lamberto Hortensio, & mihi, Vtrecht, videtur, Batavorum urbs Episcopalis est ad Rhenum.* Cluverius in Germ. anti-

antiqua : *Trajectum nunc esse Vtrecht, itidem nomen, situs, ac locorum intervalla, ostendunt, sunt quippe hinc ad vicum Maurick XV. millia passuum.* Idem : *de Antonio, item de Cæsare, quasi primis hujus urbis conditoribus, quæ Hortensius, ac Iunius, sine autoribus nugantur, ea ipsa manifestè produnt historias Cæsarianas neutrum satis perspexisse, nam in Batavorum fines neque Cæsarem, neque quemquam legatorum ejus cum milite penetrasse; alibi demonstravi.* Item : *Certè vox Trajectus à Romanis loco indita, nihil hic, nisi verum fluminis trajectum, seu transmissum indicat, nec hic solum, sed ubicumque oppidorum, pagorum, vicorumque nomina in trecht, sive drecht, seu Tricht terminata, reperias.* Sigebertus anno 697. ultrajectum vocat, verum out tricht locum appellatum fuisse, & latinè vetus Trajectum, alibi erit ostendendi locus. Ad distinctionem videlicet Trajecti ad Mosam, quod non adeo antiquum fuisse, quam Trajectum ad Rhenum, vel ex hoc itinerario patet, ubi quamquam Advaticâ Tongrorum Coriovallum proficiscenti, Mosa trajiciendus sit, nulla tamen mentio facta est Trajecti. L.2.c.36.

Trajecto &c. *Mauranitio M. P. XV.* Hoc Cluverius supra interpretatus est vicum *Maurich.* Simlerus : *Mauranitio Maurich.* sic & Ortelius. Miræus : *Manariacum, Maurich vicus ad Rhenum.*

Mauranitio &c. *Grinnibus M. P. VIII.* In Itin. legitur : *Carvone M. P. XXII.* Quod Simlerus interpretatur, Graafens an der Mafs, .j. Grave dicta, ad Mosam. Miræus : *Carvo Grave Cluverio, Reynecom aliis.* Cluverii hæc sunt : *Carvonem esse nunc, lævæ Mosæ amnis ripæ oppidum, Grave, cum nomen, & duo equa intervalla, quæ apud Antoninum, inter Arenatium & Carvonem, & inter hunc, & Mauranitium ponuntur, indicant; tum reliquorum, ejusdem itineris in tabula, locorum explicatio, confirmabit. Sed Carvo nihil ad Batavos pertinet, quia citra Mosam in Menapiorum finibus situs.* Verè nihil ad Batavos pertinet Carvo, si ea voce significetur urbs Grave, quod non existimo : nec ullo modo verosimile volentem proficisci Trajecto, aut ex vico Maurich, Arenacum .j. Arnhemium, Vahalim primò, deinde Mosam trajecturum, ad urbem Grave, indeque altero utriusque fluvii trajectu rediturum Arenacum, quod multo propius distat Manaritio, quam ipsa urbs Grave. Iter universum Lugduno Coloniam usque & ultra, fuit secus verum ac medium Rheni alveum, qui terminus fuit imperii Romani, à Germania magna separans Galliam; continuitque se populus Romanus intra Rhenum & Mosam, ut dictum capite præcedenti, cumque Mosa etjam limes esset inter Romanos & Menapios atque Taxandros, nullum fuit iter, quod Romanos duxerit in fines Menapiorum. Reposui itaque pro *Carvone M. P XXII. Grinnibus M. P VIII.* Prioribus numeris immutatis .j. Rhenen, situm inter Maurich & Arnhem. Ejus meminit Tacitus histor. inter loca in insulâ Batavorum: *Tantum belli superfuit, ut præsidia cohortium, alarum, legionum, modicis vicis quadripar-* Germ.ant. l.2.c.36. Lib.5.

dripartita Civilis invaderet; decimam Legionem Arenaci, secundam Batavoduri, & Grinnes, Vadamque, cohortium, alarumque castra. Et paulo post *Plus discriminis apud Grinnes, Vadamq; Vadam Civilis, Grinnes Classicus oppugnabat* &c. Castella hæc procul dubio intelligenda, quorum meminit Florus, ubi de Druso Germanico: *Per Rheni ripam quinquaginta amplius castella erexit.* Cluverius ad locum superiorem Taciti: *Nomina quatuor vicorum etjam nunc, quamvis inclinata, extant. Batavodurum dicitur Duer-stede, sive Wyck te Duerstede, primâ voce vici vocabulum servante. Grinnes abjectâ primâ litterâ appellatur Rhenen, Vada Wagheninghe, Arenacum Arnhem. In his unum Batavodurum veterem situm in insula obtinet, reliqua servatis, ut opinor, regionibus in ulteriorem ripam translata sunt. Ortelius nullâ habitâ veterum historiarum ratione, ut hodie invenit, sic in veteris, quod vocat, Belgii descriptione, in ulteriore ripa, cuncta collocavit. Eandem fuisse Iunio mentem, reliquisque omnibus video. At falluntur quam vehementissimè, quod cum ex authore nostro, tum ex aliis scriptoribus probare adnitar. Atque Batavodurum quod attinet: nulla ratio erat cur in ulteriore id collocaretur ripa, cum etjam nunc in citeriore conspiciatur, nec facile nomen id habere potuit, nisi in insula natum; Batavis ultra Rhenum in Germanico solo nihil obtinentibus.* Vide plura ibidem. Tum ad hoc Taciti, infra eodem libro, postquam Romani castra sua in insula receperant, Civile extra insulam in Germanicum solum fugato: *Cæsos Treveros, receptos Vbios, ereptam Batavis patriam.* &c. *En,* inquit, *quam apertè indicat, Batavos, ereptâ patriâ .j. insulâ, quam Cerealis hostiliter populatus est, trans Rhenum in Germaniam fugisse. Ergo cis Rhenum, id est in Insula, unde Batavi & Germani fugerant, Vada, Grinnibusque, Romanorum castra exstructa fuère.* Adr. Iunius: *Grinnes. Paret etjam hoc oppidum Trajectino Præsuli, Vetus revera, Tacito non indictum, apud quem libentius Rhenes, quam Grines, voce Romanis absonâ, legerim.* Item: *Situm habet ad Rhenum quarto à Trajecto miliari.* Miliare Germanicum intelligit magnum. Certè Isacius Pontanus in nupera Geldriæ descriptione, edita Harderwici anno 1639. à Trajecto ad Rhenum usque, ad wijc veteribus Batavodurum, recentioribus Durostadum, statuit iter quinque horarum, inde ad Maurick unius horæ, atque hinc ad Rhenen duarum horarum, cum dimidia, ut ex tabulæ dimensione comperies. Itaque rectè posuisse mihi videor à Maurinatio ad Grinnes M.P.VIII. *Grinnibus Arenacum M.P.XXII.* Siquidem ex eadem tabula comperies, inter Rhenum & Arnhem, esse spatium quinque horarum cum dimidia .j. quinque miliarium nostratium cum dimidio; unumquodque vero miliare Germanicum esse IV.M. passuum Italicorum, sæpius nunc est inculcatum. Arenacum esse Arnhem præter Cluverium supra citatum, asserunt omnes ferme historici rerum Batavicarum. Divæus certè in antiquitatibus Belgicis hoc modo: *Nominantur Batavorum oppida à Ptolomæo, Batavodurum*

L.4.c 36.

Germ ant. l.2.c.36.

De Batavia c.17.

vodurum, Lugdunum caput Germaniarum, Vetera, & legio trigesima Vlpia, Tacitus Batavoduri meminit, & Vadæ, & Geldubæ, Grinnium, Arenaci, & Veterum. Et mox: *Ex his Batavodurum omnes Dorestadum, Lugdunum* Leyden/ *Vadam* Wagheninghen, *Geldubam* Gelre/ *Grinnes* Renen/ *Arenacum* Arnhem *esse putant.* Ortelius in Thesauro: *Arenacum Tacito Germaniæ urbs, eaque in Gelriæ Ducatu, hodie Arnhem dicta, ut Divæus, & Rhenanus, tradunt.*

Pergit Itinerarium. *Arenacio M.P XII. Burginatio M.P.VI.* restituo *XI*, ut Cluverius infra, totidem enim M.P. Italicorum distat Arenaco Cranenburgh/ quod est Burginacium, teste Miræo, aliisque. Ortelius: *Burginatium Antonino Cliviæ urbs, Cranenburgh nomine, ut Simlero placet. Pro eadem habeo, cum ea quam idem Antoninus Burginatium vocat.* Cluverius idem putat in itinerario esse Burginatium, quod Marcellino Quadriburgum; sic enim ait: *Burginatium extra insulam fuisse, ex Marcellini quoque lib. XVIII. perspicitur, ubi hæc leguntur, de Iuliani prædicta expeditione, in Francos, citeriorem Rheni ripam obsidentes: Civitates occupatæ sunt septem: Castra Herculis, Quadriburgum, Trecesimæ, Novesio, Bonna, Antennacum, & Bingio. Ubi idem locus appellatur Quadriburgum; aut hoc certè vocabulum vitiosum, & voce Burginatium, nam eundem esse locum, ordo reliquorum indicat. Iulianus autem in insulam non transiit, sed hanc Salios tenere passus, ut patet ex Marcellino, ac Zosimo.*

In Thesauro.

Germ. ant. l.2. c.36.

Burginacio &c. *Coloniâ Trajana M.P.V.* Miræus: *Colonia Trajana Kille, vicus prope oppidum Clivense.* Cluverius: *Coloniam Trajanam esse vicum, nunc prope Clivos oppidum, nomine Kellen, supra in Gugernis docui.* Et mox: *Inter Kellen & Arnhem XVI. sunt millia passuum, unde conjicio in Itinerariis XI millia fuisse posita inter Arenatium & Burginatium, quæ librarius postea corrupit in VI. Burginatium igitur V millibus à Colonia Trajana, XI autem ab Arenatio dissitum, haud dubiè fuit extra Batavorum insulam, in læva Vahalis ripa, M passibus supra vicum Bimmen.* Idem l.2. cap. 18. *Est vicus hodie III. millibus & D passibus à Rheni divortio, intra mille passus à Clivio oppido situs, vulgari vocabulo Kellen, quod vocabulum à nomine Agrippinensis Coloniæ, quæ vulgo nunc Colen nuncupatum, & contractu Coln, haud multum discrepat. Vnde quemadmodum urbs Colen Agrippinensem, sic vicum Kellen Trajanam Coloniam indicare omnino ego judico.* Coloniam hanc Trajanam eandem esse, quæ Marcellino supra Trigesimæ appellatur, ex eo colligo, quod idem vicus alibi dicatur: *Castra Vlpia legionis trigesimæ.* In Itinerario nostro, titulo: *Per ripam Pannoniæ à Dauruno in Gallias, ad leg. 30.* Ex editione Simleri fol. 143.

Loco citato supra.

Nevensio leg. V. Ala. *L. Novesio.* Nuys.
Gelduba leg. IX. Ala.
Golone leg. IX. Ala.
Veteris leg XXI.
Castra Vlpia leg. XXX.

Burcina-

Burcinatio leg.VI. Ala.
Aranatio leg. X. Ala.

Et clarissimè Ptolomæus supra allatus cap.17. fol.154. quem ita
L.2.c.18. Germ.Antiqua. corrigit Cluverius : Τῆς δὲ παρὰ τὸν Ῥῆνον χώρας, ἡ μὲν ἀπὸ θαλάσσης μέχρι τοῦ Ὀβρίγγα ποταμοῦ καλεῖται Γερμανία ἡ κάτω· ἐν ᾗ πόλεις ἀπὸ δυσμῶν τοῦ Ῥήνου ποταμοῦ, τῶν μὲν Βαταβῶν μεσόγειος.

Βαταυόδουρον.
Εἶτα Τραϊανοῦ κολώνια.
Ἐν ᾗ λεγίων λ. Οὐλπία.
Ὑφ' ἣν οὐέτερα.
Εἶτα Ἀσκιβούργιον.
Εἶτα Νουαίσιον.
Εἶτα Ἀγριππινησίς.
Εἶτα Βῶννα.

.j. *Pars Regionis juxta Rhenum, quæ est à mari ad Obringum flumen, dicitur Germania inferior, in qua urbes ab occidua parte Rheni fluminis, Batavorum mediterranea.*

Batavodurum.
Dein Trajana Colonia.
In qua legio XXX. Vlpia.
Sub qua Vetera.
Dein Asciburgium.
Dein Novesium.
Dein Agrippinensis Colonia.
Dein Bonna.

Huc adde, inquit Cluverius, *quod Trajano nomen gentile fuit Vlpius, unde his castris legionis trigesima haud dubiè cognomen, nam Dio l.4. auctor est Trajanum duas constituisse novas legiones : unam, secundam Ægyptiam, alteram tricesimam Germanicam, quibus ex suo nomine nomina imposuit.* Ita videlicet, quotiescumque post Augustum ab Imperatoribus, nova castris, atque urbibus nomina imposita sunt, ab iisdem, itinerariis, ob æternam sui memoriam, interjici consueverunt.

Colonia Trajana &c. *Veteribus M. P.* nullo addito numero, ego addidi : XV. quod & Cluverio probatur, postquam hanc attulit veterem tabulam itinerariam ;
L.2.c.18.

Novesio.
Asciburgio XIIII.
Veteribus XIII.
Colon. Trajan. XL.
Burginatio V.
Arenatio VI.

Sic ait : *Apud Antoninum numerus millium, inter Vetera & Trajanam Coloniam, prorsus interiit ; tabula, ut ante dictum, habet millia XL; ingenti mendo, quum ipsum usque Arenatium à Veteribus XXX haud amplius numerentur millia.* Et mox : *In tabula archetypo non*

XL, sed

XL, sed XV millia passuum, scripta existimo, quia XVI sunt millia ab opido Santen ad dictum vicum. Librario ex facili natus est lapsus literam V in L subvertendi. Veterum meminit Ptolomæus suprà, nominis causam dedimus capite præcedenti, quod videlicet vetera essent Augusti castra, ante Drusi in has regiones adventum, constructa; Santen urbem Cluverius interpretatur loco præcitato. Miræus quoque: *Vetera Santa.* Ortelius: *Vetera* ὀυέτερα *Galliæ Belgicæ urbs apud Ptolomæum, Vetera etjam, & Vetera Castra, sunt Tacito, sexagesimo ab Ara Vbiorum lapide, legionem XXI. cognominat Antoninus,* (loco jam antea allato) *Santen Pighio & Pyramio.* Vide Stephanum Pighium Canonicum Santensem in Hercule prodicio, unde vox Santen. Miræus in fastis Belgicis 10. Octobris: *In Martyrologii Romani tabulis, VI idus Octobris, sic legitur:* In territorio Coloniæ Agrippinæ, SS. Victoris, & sociorum martyrum. *Vt porro quivis intelligat, quo loco S. Victor cum suis martyrio coronatus sit, notandum est, haud longè à Rheno fluvio in diocesi Coloniensi, Sanctense oppidum extare, quod à S. Victore ejusque sodalibus, eo loco passis, nomen accepit, unde in basilica olim Sanctensis vestibulo titulus iste, seu inscriptio legi solet:* ad Sanctos Martyres. *Fecerunt autem Martyrium, anno circiter 298, Maximiano imperante.* Pergit Itinerarium: In Thesau.

Veteribus &c. *Calone M. P. XVIII.* corrigo XXIII. malè enim exscriptor posuit V pro X. Teschemacher in annalibus Cliviensibus: *Calonem Calenhusen in Comitatu Moersensi pagum jam esse, nomen, & situs ratio ostendit.* Cluverius: *Calonem quem in priore Antonini itinere, incuria corrupit in Golonem, hodie esse vicum Kalenhuysen, duobus millibus passuum infra oppidum Ordinghen situm, nomen simulq; itineris ductus, indicant. A quibus longè aberrat Simlerus, qui vult esse oppidum nunc Gelre, & multo longiùs Lasius, qui interpretatur Clivium oppidum. Millia equidem XXVI. rectè inter Novesium, & Vetera, apud Antoninum notata sunt, sed malè in duo intervalla distributa. Sunt quippe à Novesio ad Calonem millia XII. & passus D, hinc verò ad Vetera, millia XXIII. & IↃ passus.* L. 2. c. 18.

Calone &c. *Novesio M. P. XVIII.* Hic V superfluum esse, docuimus suprà. Repone itaque M. P. XIII. Sed & male hic erat *Novesiæ*, & alibi *Novesio.* Ptolomæus Novæsium scripsit; exstat apud Tacitum sæpius Novesium, hist. l. 4. In rebellione Civilis: *Ingressis Novesium tertia decima legio conjungitur.* Et: *Impedimenta legionum cum imbelli turba Novesium missa.* Iterum: *Civilis Vetera circumsedit, Vocula Geldubam, atque inde Novesium concessit.* Item: *Legiones à Novesio, Bonnaque, in Treviros, traducta.* Divæus in antiq. Belg: *Novesium vulgo Nuys.* Ortelius in thesauro: *Novesium Tacito,* Νουήσιον *Ptolomæo, Germaniæ urbs,* Nuys, *ad Rhenum, infra Coloniam Agrippinam, Rhenanus interpretatur hanc Nivesium Ammiani & Novesium Antonini, ubi legio V. puto & Nivesium Gregorii Turonensis.* &c. Cluverius similiter, post loca Taciti C. 23. Germ. ant. l. 2. c. 17.

citi citata: *Ex quibus omnibus locis apparet, apud Antoninum quoque, pro Novesia & Novensio legendum omnino Novesio, quemadmodum in tabula. Marcellinus tamen lib. 18. habet Nivesium, & Gregorius Turonensis lib. 2. cap. 9. Nivisium, per i. quemadmodum Ausonius Nivo magnum apud Mosellam. Idem esse, quod nunc vulgari vocabulo dicitur* Neus, *& nunc etjam, ut olim, variantibus dialectis,* Nus, *&* Nuys, *vocabulum juxta ac situs indicant.*

Novesio &c. *Colonia Agrippina M.P.XVI.* Rectus est numerus, distat enim Novesium Coloniâ M.P. Germanicorum quatuor, Italicorum sedecim. Sed de Colonia Agrippina supra satis.

L.3.c.12. *Colonia &c. Bonna M.P.XI.* Meminit Florus de Druso: *Bonnam & Maguntiacum pontibus junxit, classibusque firmavit.* Tacitus hist. l. 4: *Scripsit Herennio Gallo Legionis primæ legato, qui Bonnam obtinebat, ut arceret transitu Batavos.* Ortelius in Thesauro: *Bonna Tacito & Antonino, item Ptolomæo* Βόννα, *Germaniæ urbs, ad Rhenum est, quæ etiamnum Bon vulgo dicitur. Col. Iulia Bonna habet Goltzius ex Augusti nummo.* Cluverius de Bonna: *Primam sui Originem Romanis debet Ducibus oppidum Bonnense. Primus autem Romanorum castra hîc fixisse videtur M. Vipsanius Agrippa; quum Vbios Rhenum ponte traduceret anno ante nativitatem Christi XXXV. Unde postea cæteri quoque Romanorum Duces, quoties bellum ad Rhenum gesserunt, castra eodem posuere loco, ut in gente, cujus fidem jam inde ab Iulii Cæsaris tempore, satis experti fuerant. Nec ipsum Agrippam, quum XVIII. post primam expeditionem C. Sentio & Q. Lucretio Coss. id est ante natum Christum anno XIX. contra Germanos (haud dubiè Sugambros & Cattos opido Bonnensi conterminos) Galliam infestantes, exercitum adduceret, ut auctor est Dio lib. 54. locum hunc castris locandis neglexisse, credibile est. Drusus certè VII. annis post, hiberna hic habuit, ponte Rhenum, classeque firmavit, circa annum, ante natum Christum XII. etenim à M. Messalæ, & P. Sulpitii consulatu, ad usque consulatum C. Censorini, & C. Asinii Galli, IV. annorum spatio, IV. in Germaniam expeditiones fecit, quartâ expeditione in eadem obiit.*

Germ ant. c.17.l.2.

Bonna &c. Antunaco M.P.XVII. Lego *Antenaco.* Ortelius in Thesauro: *Antenacum Ammiano, Antonacum habet liber notitiarum, Anturnacum legunt Antonini exemplaria. Germaniæ oppidum ad Rhenum,* Andernach *vulgo. Antonacense Castellum meminit Fortunatus lib. 10. in poëmate de navigio suo.* Eadem fere Cluverius, qui sic addit: *N. vero in eadem (voce Antennacum) rectius geminari indicat consonans, in ejusdem loci vocabulo Germanico* Andernach: *Castra hic militum ponit notitia imperii. Eodem usu fuisse locum, jam inde à Cæsaris bello Gallico, suprà è commentariis ejus demonstratum est, is enim, pontem hîc, ut refert comm. VI. super Rhenum exstruxit sublicium, quumque è Germania reverteretur,* Ne omninò metum reditus sui barbaris tolleret, atque ut eorum auxilia, *quæ Cisrhenanis contra Romanos misitabant,* tardaret; redu-

Germ.ant. l.2.c.14.

reducto exercitu, partem ultimam pontis, quæ ripas Vbiorum *in Germania* contingebat, in longitudinem pedum CC rescidit, atque in extremo ponte turrim tabulatorum quatuor constituit *in Treviris*, præsidiumque cohortium duodecim pontis tuendi causâ posuit, magnisque eum locum munitionibus firmavit. *Omnem deniq; pontem unà cum præsidio tunc fuisse sublatum, cum Cæsar milites è Gallia contra Pompeium abduceret, maximè credibile est. Mox vero, quum Octavio Augusto summâ rerum potiente Germani Galliam infestarent, legionesque ad Rhenum mitterentur, hic quoque, inter alia loca, munimentum ac præsidium fuit locatum.*

Antenaco &c. Confluentibus M. P. VIIII. Ortelius: *Confluentes Antonini, Cobelens est hodie, quod ex Ammiani verbis quoque luce clarius est, is enim dicit locum ita appellari, ubi amnis Mosella confunditur Rheno.* Cluverius: *Ad Rheni Mosellæque confluentes, oppidum hic nunc sternitur, celebre, ac præclarum, vulgari vocabulo Coblenz, quod antiquum, à Romanis impositum, nomen Confluentes, apertè prodit; solebant enim Romani ad confluentes amnium condita, ipsorum Confluentium vocabulo indigetare, unde etjamnum in Gallia ad sequanæ Matronæque confluentes, vicus est Conflens. Et eodem nomine oppidum ad sequanæ Matronæq; confluentes. Item in Burgundiæ comitatu, in confinio Lotharingiæ, ad Lantanæ, aliorumque duum amnium confluentes. A Germanis pejus id vocabulum vitiatum est in Coblenz, quo nomine, præter jam dictum oppidum ad Mosellæ Confluentes, aliud est in Helvetiorum agro ad Arolæ, Rhenique confluentes.* Et paulo post: *Ad Trevirorum Confluentes redeo. Nomen hoc una cum oppido haud dubiè à Druso huic loco, impositum, quippe cum is castris ad Rhenum, adversus Germaniam, loca idonea quæreret, quem magis idoneum reperire poterat, quam hunc ipsum? Quem ipsa natura, una ex parte Rheni, alterâ Mosellæ alveis, fluminibusque, tertiâ, monte opposito, munierat. Sub excessum Augusti jam oppidum fuisse, colligere licet è Plinii, historiæ Germanicæ, loco, supra è Suetonio citato; cujus verba de Caligula Imp. hæc sunt:* Ubi natus sit, incertum diversitas „tradentium facit. Cn. Lentulus Getulicus Tiburi genitum „scribit, Plinius secundus in Treveris vico Ambiatino, supra „Confluentes. *Non* fluminum *vocabulum, nec* castrorum, *nec* vici, *uti de Ambiatino, hic apponit, quia ipso Confluentium nomine oppidum erat satis notum, ad quod castra militum Romanorum, ut supra dictum.* In Thesau. Germ. ant. l. 2. c. 14.

Confluentibus &c. *Vinco M. P. XXVI.* Scribe *Bingio*, quo modo legitur apud Tacitum: *Tutor Treveris comitantibus vitato Maguntiaco Bingium concessit.* Ortelius in thesauro: *Bingium Germaniæ oppidum ad Rhenum, hodie Bing dicitur. Memoratur à Tacito, Marcellino, & Antonino. Qui & Vingium alio in loco legit.* Cluverius: *Primum est ad ipsum Vangionum limitem, Navam amnem, quà is Rheno redditur, Bingium, quod hodie nomen antiquum servans, vulgo vocatur Bing & Bingen.* Hist. l. 4. Germ. ant. l. 2. c. 14.

Bingio &c. Noviomago M.P.XXXIIII.

Intelligendum hic Noviomagum ad Mosellam, seu Noviomagum Trevirorum, vulgò Numagen; nam aliud est Noviomagum, vel Noviomagus Nemetum ad Rhenum .j. Spier; aliud Noviomagum Batavorum, Nimmeghem &c. Miræus ad hoc Itinerarium: *Confluentes* Coblents, *Bingium* Bingen, *Noviomagus ad Mosellam* Numagen. *Ausonio Nivomagus.* Ausonii locus est:

In Mosella

Vt tandem primis Belgarum conspicor oris.
Nivomagum, divi castra inclyta Constantini.
Purior hic campus aër. &c.

L.2.c.14. Cluverius ad hunc locum: *Noviomagus hodie quin sit vicus Numagen ad Mosellam, nemo sanæ mente dubitare potest, vocabulo, situ, & locorum intervallis consideratis.*

Noviomago &c. Treviros M. P. XIII. Trevirorum meminit Cæsar multis locis. Comm. 5. Belli Gallici, ubi de sylva Arduenna: *Quæ ingenti magnitudine per medios fines Trevirorum à flumine Rheno, ad initium Rhemorum pertinet.* Et Comm 6. *Per Arduennam sylvam, quæ est totius Galliæ maxima, atque à ripis Rheni, finibusque Trevirorum, ad Nervios pertinet.* Meminit & Tacitus, & Plinius; & Ptolomæus: Τρηβιροί. In Itinerario quoque dicitur urbs Trier Augusta Trevirorum. Ptolomæo quoque in Gallia Belgica: Αὐγοῦστα Τριβιρῶν .j. *Augusta Trevirorum.* Notissima urbs, & Roma Belgica, ut alibi ostendendum.

Treviros &c. Diviodurum M. P. XXXIIII. Vtrumque credo in ablativo scribendum fuisse. *Treviris, Divioduro*; cum reliqua sint in hoc casu. Ortelius: *Divodurum* Διουόδουρον *Tacito & Ptolomæo. Diviodurum etiam Antonino, Mediomatricum in Gallia Belgica urbs, Mets hodie, Rhenano.* Miræus: *Divodurum Mediomatricum, Mets.* In tabula Itineraria etjam legitur: *Divoduri Mediomatricorum.* Ptolomæus loco citato: Μεδιομάτρικες, ὧν πόλις Διουόδουρον. *Mediomatrices, quorum urbs Divodurum.* Cluverius: *Marcellinus Lib.15.*

Germ.ant. l.2.c.9. *Divodurum oppidum vocat Mediomatrices, totius gentis vocabulo, unde nunc etjam vitiato nomine dicitur Mets. Morem hunc eo ævo per omnem Galliam fuisse observatum, cum ex ipsius, tum ex aliorum, noto historiis, & itinerariis. Sic Tungrorum Atvatuca, Tungri, nunc Tongeren; sic Trevirorum Augusta, Treviri, nunc* Trier; *Ambianorum Samarobriga, Ambiani, nunc Amiens; Bellovacorum Cæsaromagus, Bellovaci, nunc Beauvais; Parisiorum Lutetia, Parisii, nunc* Parig; *Rhemorum Durocortorum, Rhemi, nunc Reims &c.*

Divioduro &c. Ponte sarvix M.P. XXIIII. Lege: *Ponte Saravi* à Saravo fluvio qui influit in Mosellam.

Ausonius in Mosella:

Innumeri quod te, diversa per ostia latè
Incurrunt amnes, &c.

Et post aliquot amnes enumeratos:

Naviger undisonâ dudum me mole Saravus

Tortâ

Tortâ veste vocat &c. Miræus: *Pons Saravi Sarbivius.* Cluverius loco supra citato: *Pons Saravi Kaufmans Saarbruck.* Ortelius: *Saravus fluvius prope Augustam Trevirorum in Mosellam erumpens, uti describitur ab Ausonio in sua Mosella, sar hodie dicitur, & sarra in antiquo lapide vocatur, qui castra sarræ habet. Hoc hodie oppidum in ejus ripa Sarpruc dictum. Sic Ios. Scaliger in Ausonium: Pons saruis apud Antoninum est.*

Ponte Saravi &c. Argentorato XXII. In libello Provinciarum ac civitatum Galliæ legitur: *Civitas Argentoratensium, Stratisburgh.* Ptolomæo Vangionum oppidum dicitur in Gallia:

Οὐαγγιόνων δὲ Βορβηλόμαγος.
Αργεντόρατον.
Λεγίων ἡ σεβαστή.
Vangionum vero Borbitomagus
Argentoratum.
Legio Octava Augusta.

Cluverius: *Aimoinus L.5. cap 25. Strasburgh. Esse id ejusdem originis cum Argentorato, haud equidem ego dubito; quum enim forte locus Germanis diceretur: An der argen straassen sive straatzen; Romani stridorem S. literæ & duritiem cumulatarum consonantium, ut in plerisque aliis, hîc abhorrentes, suo ore compositum vocabulum fecere Argentoratum. Quum autem id, quod primum erat vicus, in oppidum excrevit, Germani abjectis tribus prioribus vocibus, & adjecto in fine vocabulo Burgh, quod oppidum, seu locum septum munitumque significat, dixerunt* **Straatzburgh.** Et mox: *Non dubito quin hoc unum fuerit ex L amplius castellis illis, quæ Drusus apud Rheni ripam erexit.* Germ. ant. L.2.c.11. Exiguitas tabulæ nostræ Pontem Saravi, & Argentoratum non admisit, notata nihilominus est via, Divioduro Pontem Saravi, & inde Argentoratum.

Est & aliud iter in dicto Itin. Coloniâ Trajanâ, secus Mosam, Coriovallum usque, atq; inde Coloniam Agrippinam, hoc modo:

Item à Colonia Trajana Coloniam Agrippinam M. P. LXXXI. sic:

Ego sic corrigo:

Mediolano M.P.VIII.	*Mediolano M.P.VIII.*	**Moplandt.**
Sablonibus M.P.VIII.	*Sablonibus M.P.VIII.*	**Sambeke.**
Mederiacum M.P.X.	*Mederiaco M.P.X.*	**Mierle** Simlero.
Theudurum M.P.VIIII.	*Theuduro M.P.VIIII.*	**Tudder.**
Coriovallum M.P.VI.	*Coriovallo M.P.X.*	**Valckenburgh.**
Iuliacum M.P.XII.	*Iuliaco M.P.XVIII.*	**Gulick.**
Tiberiacum M.P.VIII.	*Tiberiaco M.P.VIII.*	**Berchem.**
Colonia Agripp. M.P.X.	*Colonia Agripp. M.P.X.*	**Ceulen.**

Coloniam Trajanam esse vicum **Kelle** supra demonstratum.

Mediolanum: Miræus interpretatur **Moplandt.** Vt & Cluverius *Mediolanum* inquit: *Hodie haud dubiè est vicus* **Moplandt,** *VI. circiter millibus passuum à vico Kellen dissitus.* L.2.c.18.

Sablones, inquit idem, *nunc vicum esse in't sand, vulgò dictum,* Ibidem.

prope opidum Stralen, nomen & itineris ductus indicant, sand quippe Germanis Sablones significat, unde in't sand, rectè interpreteris, in Sablonibus. Miræus quoque: *Sablones, Sambeke in't Sand, vicus.* Et ante hos Simlerus: *Sablonibus, Sambec vicus.*

In thesauro. *Mederiacum* inquit Ortelius: *Mierle vicus Simlero, infra Venlonam non longè à Mosa.* Miræus quoque: *Mederiacum Mierle.* At

L.2.c.18. Cluverius: *Inter Sablones & Theudurum, medio ferme itineris cursu, refertur Mederiacum, quæ intervallorum ratio, si ut proba observetur, Mederiacum nunc erit Geldriæ vicus Swalm rivulo cognomini appositus.* Ego, quia numeri luxati planè, & vitiati, de Mederiaco nihil sciri posse existimo, quod certum sit. Pergit Cluverius:

Theudurum quoq; nunc esse Iuliacensis ducatus vicum, seu oppidulum, Tudder, inter oppida Sittart, Neustad, Gangelt, itineris simul ac nominis ostendit ratio, sed hoc jam extra Gugernorum fines, in Hunnicorum agro. Ptolomæus mirus ubique Germaniarum turbator, utriusque loci vocabula, Μεδιολάνιον, & Τευδέριον, longo intervallo è citeriore Germania, in ulteriorem, ad infimas usque Vestfaliæ partes, ejecit. Ortelius: *Theudurum Germaniæ inferioris oppidum, Simlerus Theuderum vicum vocat prope Sittardum. Tudder vulgò vocatur.* Miræus: *Teudurum Tuddert municipium prope Sittardiam ditionis Iuliacensis oppidum.*

Coriovallum esse Valckenburgh suprà satis ostensum, ut & *Iuliacum* Gulic.

Tiberiacum, inquit Ortelius, *Antonino oppidum est inter Iuliacum & Coloniam Agrippinam; Bercheim opidulum est haud dubiè. Nomen antiquum retinet amissâ primâ syllabâ.* Miræus: *Tiberiacum Berchem, Ducatus Iuliacensis oppidum.* Cluverius Germ. ant:

L.2.c.17. *Tiberiacum hodie esse Berchem oppidum, itineris ductus, & nomen, simulque intervalla docent, nam ut inter Iuliacum & Tiberiacum majus habet intervallum Antoninus, quam inter Tiberiacum & Coloniam, sic inter Iulich & Berchem, sunt millia XI, & hinc Coloniam XIII. Nomen latinum è Germanico esse factum, non vero Germanicum è latino vitiatum, situs oppidi ad montem sive collem, fere persuadet. Berg quippe & Berch Germanis est idem, quod Latinis Mons & Collis.* Aliter, quantum ad etymum, Teschenmacherus: *Tiberiacum à Tiberio Imperatore nuncupatum, Berchem est.*

Recta est hujus distantia X miliarium Coloniam usque, &

Fol.213. Iuliaco Tiberiacum VIII, ut supra Iuliaco Coloniam XVIII; sic & Coriovallo Iuliacum XVIII M. P. quæ correxi ex tabula superiore, à Castello Morinorum Coloniam usque. Teuduro Coriovallum rectè etiam sunt M. P. X, nam Germanicorum milliarium unius cum dimidio est utriusq; intervallum. Præcedentia alibi erit inquirendi locus. Id certum habeo, fuisse illa omnia à Mediolano Coriovallum usque, castra à Druso ad Mosæ ripam exstructa, videlicet cis Mosam respectu Rheni, nam ultra Mosam erant Menapiorum fines, nec mihi persuaserit Cluverius Carvonem, quod interpretatur Graben, fuisse

castrum

castrum Romanorum ultra Mosam, si quod fuerit eo nomine appellatum fuit, procul dubio cis Mosam respectu Rheni, ut supra. Teschenmacherus: *De Carvone alios audire, quam hic quidquam dare malim. Cluverius paronymias potius vocabulorum quam antiquitates locorum scrutatus, apud Graviam oppidum quærit, sed ἀτόπως, quippe cis Mosam.* Ipse Cluverius loco antea citato Carvonem dixit nihil ad Batavos pertinere, quamvis sit in itinerario Romanorum. Idem l.2.c.16. apertè: *Omnia*, inquit, *Drusi castella in citerioribus fuisse amnium ripis certum est, sic quippe ratio fieri postulabat, uti custodiæ essent provinciis contra hostes trajicientes.* In ripa Rheni videlicet, adversus Germanos transrhenanos, in ripa Mosæ adversus Menapios & Toxandros; qui quamquam Romanorum hostes non essent, ut transrhenani, ac de terminis atque limitibus utriusque partis cum Augusto convenissent, ut ostensum capite præcedenti, erant tamen Romanis metuendi, ut qui, fide non servatâ, multum negotii Romanis facessere potuissent. Porro præter Coriovallum, Theudurum, Mederiacum, Sablones, Mediolanum, castella ad Mosam, nulla alia in antiquis auctoribus, totoque hoc itinerario reperi, ad Helium usque ostium, neque Cluverius in tabula Germaniæ cisrhenanæ, prout fuit inter Iulium Cæsarem & Trajanum, ulla ponit, toto tractu inter Vahalim & Mosam. Unde existimo Romanos inter Vahalim & Rhenum se continuisse, ut utroque flumine, & Vahale videlicet, & Mosâ, adversos Menapios, & Toxandros, tamquam duplici vallo muniti forent. Ptolomæus meminit Castelli Menapiorum ultra Mosam respectu Atvaticæ Tongrorum, in situ Galliæ Belgicæ; nam post Ἀτουάκουτον l. Ἀτουάτουκον. i. *Atvatucum*, statim subjungit: Εἶτα μετὰ τὸν Μόσαν ποταμὸν Μενάπιοι, καὶ πόλις αὐτῶν Κάστελλον. i. *Deinde post Mosam fluvium Menapii, & horum Civitas Castellum.* Tradit hoc Ptolomeus, Cæsarem & Strabonem secutus, quorum tempore Menapii, ad Rhenum usque, & ultra, protendebantur. Cæsaris verba sunt de bello Gallico: *Ad Rhenum pervenerunt* (Vsipetes & Tenchteri) *quas Regiones Menapii incolebant, & ad utramque ripam fluminis, agros, ædificia, vicosque habebant. Sed tantæ multitudinis adventu perterriti, ex his ædificiis, quæ trans flumen habuerant, demigrarunt.* Strabonis: Τελευταῖοι δὲ Μενάπιοι ut cap. 1. ubi hic locus malè Dioni est adscriptus.

Ann. Cliv. f. 30.

L. 2. c. 9.

Comm. 4.

Vide ante fol. 7.

Post Cæsarem vero, cum Augusto ita convenisse Menapios, ut eorum terminus ad orientem esset Mosa, ex eo apparet, quod Drusus omnem districtum inter Mosam & Rhenum occuparit, & in ipsa Mosæ ripa adversus Menapios castella erexerit, ut ostensum supra. Evidenter id docetur è Tacito in rebellione Civilis, ubi sic de Civile, postquam Romanos expulisset è Batavia: *Ille, ut cuique proximum, vastari Vbios, Trevirosque, & alia manu, Mosam amnem transire jubet, ut Menapios, & Morinos, & extrema Galliarum quaterent.* Batavis itaque trans Mosam fuere

Hist. l. 4.

Menapii, ad Morinos usque pertingentes. Atq; ideo rectè corrigens Ptolomæum Cluverius, Batavis trans Mosam, nobis vero cis Mosam docet fuisse Castellum Menapiorum : *Notare*, inquit, *jam liceat Ptolomæi immanem errorem, qui infra Nervios, inter Mosam, & Scaldim, quem ille Tabudam appellat, ad oceanum usq; unos posuit Tungros, & inter Mosam & Rhenum Menapios, cum oppido eorum Castello, quum tamen Castellum cis Mosam situm, & Menapii trans id flumen, jam inde ab Augusti principatu, nulli fuerint.* Et post pauca : *Hodie in læva Mosæ ripa vicus est, seu exiguum oppidum, cum arce, vulgo Kessel dicitur, quem antiquum esse Menapiorum castellum, nomen simul, ac situs in ripa, indicant.* Id castellum exstruxisse Menapios in sua ripa, adversus Romanos, circa id tempus, quo Drusus in altera ripa, sua castella eduxit adversus Menapios, omnino credibile est : quemadmodum in Flandria, adversus Romanorum castella : Teruanam, castellum Ariacum, Minariacum, Viroviacum ; in monte, unde ista prospiciebantur, castellum etjam condiderunt, Cassel hodieque appellatum. Neque enim Ptolomæus in opere suo de situ orbis, ea tantum loca profert quæ ad Romanos pertinebant, verum etjam quæ ad alias gentes; sic in Gallia Belgica habet etjam ἴτιον ἄκρον .j. *Itium promontorium*, quod nunc Watana, cum certissimum sit illud in districtu Morinorum fuisse. Ex hoc itaque, aliisq; castellis, ad lævam Mosæ ripam ædificatis, à tempore Gallieni, sub quo docuimus Menapios, Francorum .j. liberorum nomine assumpto, Romanis bellũ movisse, crediderim educta præsidia, quæ Romanorum castra in dextra Mosæ ripa, item secus Rhenum exstructa, occuparunt, sub Iuliano Imp. de quo sic Ammianus Marcellinus lib. 17. *Remos, Severus Magister equitum, per Agrippinam petens, & Iuliacum, Francorum validissimos cuneos, in sexcentis velitibus (ut postea claruit) vacua præsidiis loca vastantes, offendit; hac opportunitate in scelus audaciam erigente, quod Cæsare in Alemannorum secessibus occupato, nulloque vetante, expleri se posse prædarum opimitate sunt arbitrati : sed metu jam reversi exercitus, munimentis duobus, quæ olim exinanita sunt, occupatis, se quoad fieri poterat, tuebantur.* Munimenta hæc duo, Romanorum fuisse, ad dextram Mosæ ripam, fortasse Mediolanum, & Sablones, omnino credibile est. E quibus, ut Menapios, sive Francos, facilius expelleret, statuit Iulianus in ipsis Menapiorum finibus, expugnare prius Castellum Menapiorum, de quo supra ex Ptolomæo, in quod, vim suam omnem, atque arma contulerant, atque unde in Romanos frequentes fecerant excursus, ut eo superato, cætera facilius obtineret. De quo sic idem Marcellinus pergit : *Hac Iulianus rei novitate perculsus, & conjiciens, quorsum erumperet, si iisdem transisset intactis, retento milite, circumvallare disposuit Castellum, oppidum, quod Mosa fluvius præterlambit, & ad usque quartum & quinquagesimum diem, Decembri scilicet & Ianuario mense, obsidionales tractæ sunt moræ, de-*

Germ. antiq lib. 2. cap. 16.

Cap. præced.

Lib. 17.

re, destinatis Barbarorum animis incredibili pertinaciâ reluctatis. Tunc pertimescens solertissimus Cæsar, ne observatâ nocte illuni, barbari gelu vinctum amnem pervaderent, quotidie à sole in vesperam flexo, adusque lucis principium, lusoriis navibus, discurrentes flumen ultro citroque milites, ordinavit, ut crustis pruinarum diffractis, nullus, ad erumpendi copiam facilè perveniret. Hocque commento, inedia, & vigiliis, & desperatione postremâ, lassati, sponte se propriâ dediderunt, statimque ad comitatum Augusti sunt missi. Ad quos eximendos periculo, multitudo Francorum egressa, quum captos comperisset, & asportatos, nihil amplius ausa, repedavit ad sua castra; hisque perfectis, acturus hyemem revertit Parisios Cæsar. Ex quo Marcellini loco evidens fit, Francos in Castello Menapiorum obsessos fuisse, Romanisque sese dedere coactos, cum Iulianus, inter Rhenum & Mosam, regionem universam, & castra Romanorum omnia, duobus exceptis, recuperasset. Tum è castris suis, cis Mosam (quæ forte fuerunt Meghem, Ravesteyn, Grave) Francorum multitudinem egressam, conatam fuisse eos è potestate Romanorum eximere, qui sese dediderant in prædicto castello; quæ Francorum multitudo non alia fuit, quam Menapiorum, Toxandrorum, & qui iis vicini fuere, Saliorum; præsertim cum ultrarhenanis Francis, eo tempore, quo à legionibus Romanis regio inter Rhenum & Mosam detinebatur, ad hæc loca inter Scaldim & Mosam sita, nullus esset accessus. De Saliorum hoc tempore situ inter Scaldim & Mosam, prope Toxandros, sive Toxandriam .j. regionem Toxandrorum, qui sese etjam Iuliano dediderunt, ita paulo post eodem libro narrat Marcellinus: *Cæsar hyemem apud Parisios agens &c. opperiensq; Iulium mensem, unde sumunt Gallicani pracinctus exordia, diutius angebatur. Nec enim egredi poterat, antequam ex Aquitania æstatis remissione solutis frigoribus, & pruinis, veheretur annona.* Et mox: *Quibus paratis petit primos omnium Francos, quos consuetudo Salios appellavit, ausos olim in Romano solo, apud Toxandriam locum, habitacula sibi figere prælicenter.* Locum hunc Marcellini jam explicuimus supra cap. 1. & alibi, ubi docuimus Flandros, Zelandosque, primos omnium Francos fuisse, jam inde à temporibus Gallieni, atque adeo primæ Franciæ limites extitisse, à freto Britannico, ad Mosam usque, toto illo tractu, quo nullum Romanorum iter apparet. Lib. 17. Fol. 8.

Idem confirmant ea, quæ deinceps narrantur à Marcellino; Iulianum videlicet (volentem edomare Salios, Francorum partem in finibus Menapiorum, ac Toxandrorum, Bataviæ maximè vicinam, quæque castra sua habebat in leva Mosæ ripa, unde Batavos non oppugnarant tantum frequenter, sed & devicerant) Parisiis venisse Advaticam Tungrorum, quò eorum legati missi, pacem deprecantes; quam demum obtinuere, postquam Iulianus omnia eorum cis Mosam castella, superius denominata, atque universam Bataviam cepit. Verum ipsum Vide c. 6. f. 45. & c. 7. f. 59.

Lib. 17. Marcellinum audiamus: *Cui* (Iuliano) *quum Tungros venisset, occurrit legatio prædictorum, opinantium reperiri Imperatorem etjam tum in hibernis, pacem sub hac lege prætendens, ut quiescentes eos, tamquam in suis, nec lacesseret quisquam, nec vexaret. Hos legatos negotio plane digesto, oppositaque conditionum perplexitate, ut in iisdem tractibus moraturus, dum redeunt, muneratos absolvit. Dictoque citius secutus profectos, Severo Duce misso, per ripam subito, cunctos adgressus, tamquam fulminis turbo perculsit, jamque precantes potius, quam resistentes, in opportunam clementiæ partem effectu victoriæ flexo, dedentes se, cum opibus, liberisque, suscepit.* Et mox: *Cunctis igitur ex voto currentibus, studio pervigili properans modis omnibus utilitatem fundare provinciarum, munimenta tria, rectâ serie superciliis impositâ fluminis, subversa dudum obstinatione Barbaricâ, reparare pro tempore cogitabat, & ilico sunt instaurata, procinctu paulisper omisso.* Iuliani iter Parisiis Tungros, habes in tabula nostra itineraria, videlicet Samorabrigam, sive Ambianum, inde Camaraco, Bavaco, Vogdoriaco, Geminiaco, Peruiciaco, Advaticam Tongrorũ; quò ad eum Saliorum legati venêre, ex Zelandicis insulis, Mosæ vicinis, per Toxandriam campanam, nunc etiam de Kempen, appellatam. Hos, postquam Iulianus spe pacis dimisisset, per castellum Menapiorum, quod ante ceperat; facile reliqua eorum castra, ad lævam Mosæ ripam, expugnavit, atque Bataviam ingressus, munimenta Romanorum, in dextra Mosæ ripa, per Barbaros eversa, reparavit, studens utilitati provinciarum.

Ex quo colligitur, Iulianum provinciam Romanorum Bataviam recuperasse, Saliis partim in legiones assumptis, ut supra testatus est Zosimus, partim in avita libertate relictis. Post mortem vero Iuliani, qualiter & Salii, & reliqui Franci, omni metu excusso, Romanorum potentiã labefactarint, perruptis limitibus olim sibi ab Augusto constitutis, existimo sufficienter cap. 8. supra me demonstrasse. Quo etiam capite, cum doceatur, ex notit. provinciarum sub Honorio Imp. conscripta, Romanos totâ Bataviâ, vicinisque locis, ad Tungros usque, nullam civitatem habuisse, dubium non est, quin & Batavi, cum proximis sibi Francis, idem nomen assumpserint, ac Batavia, regioque omnis adjacens, rectè Francia tertia nnncnpari possit; unita videlicet, hinc cum Francia prima in Gallia Belgica, inde cum Francia secunda in Germania ultrarhenana. Cui amplissimo districtui cum præesset Pharamundus, regno veluti tum demum constituto, ac regni sede Dysburgi, primus meritò Francorum Rex est appellatus, reliquis neglectis, qui exiguæ regioni præfuêre. Et Clodio Pharamundi successor, coactis tot populorum viribus, limites suos in Romanorum provincias cupiens extendere, è regia sua, per primam Franciam Romanis contiguam, exploratores suos Tornacum, & Cameracum misit. De quibus, cum hactenus sufficienter mihi egisse videar, ad singula clariùs oculis sub-

C.7. f.59.


SEPTEMTRIO
MARE GERMANICVM
FRANCORVM PRIMÆ SEDES
Tamesis Ostium
Tanatos Insula
Rutupiæ portus
BRITANNIA
FRETVM BRITANNICVM
FRISII MINORES
FRISII MAIORES
SAXONES
BRVCTERI
CHAMAVI
CANINEFATES
BATAVORVM INSVLA
Batauodurum
Albinianæ
Traiectus Rheni
Nouiomagus
Burginatium
Colonia Traiana
ANSIVARII
VSIPII
FRANCIA
TENCTERI
SALII
TOXANDRI
RIPVARII
CAMPANI TOXANDRI
Vahalis fl.
Mosa fl.
SALIORVM FRANCICVM
FRANCI SALII aut MORINI
FRANCIA PRIMA
GRVDII
LEVACI
Gessoriacum
Bononia Seu Gessoriacum
Castellum Menapiorum
PLEVMOSII
GORDVNI
Scaldis fl.
Iccium Promontorium
Teruana
Castellum Morinorum
Minariacum
Cattorum mons
Lisa seu Legia fluuius
CENTRONES
FRANCIÆ
CARBONARIA
NERVII
Tornacum
ATREBATES
Nemetacum
Rupela fl.
ADVATICI
Aduatica
Tongrorum
TONGRI
EBVRONES
Cariovallium
Traiectum
Iuliacum
VBII
Colonia Agrippina
Bonna
Tiberiacum
Nouesium
Calo
Veteræ
Medariacum
Sablones
GERMANIA SECVNDA
ORIENS
CONDRVSI
BETASII
Geminiacum
Perusciacum
Vogdoriacum
Bauacum
Valentiana
Cameracum
Pons Scaldis
CARBONARIA SYLVA ROMANORVM
ARDVENNA SYLVA
Sabis fl.
Antennacum
Confluentes
Mosella fl.
Rhenus
Bingium
VANGIONES
TREVIRI
NEMETES
MEDIOMATRICES
TRIBOCCI
Ambianum Seu Samarobriga
Samara postea Somona fluuius
VIROMANDVI
Augusta Viromanduorum
Nouiomagum
Isara fl.
Compendium
SVESSIONES
Augusta Suessionum
Axona fl.
Durocortorum Remorum
REMI
Matrona fl.
Catalauni
Sequana fl.
Milliaria Germanica
Milliaria Italica
Incisum Brugis a Joe f. Jois De Mel Brug. cius manum Dirigente Oliuario Vredio J.C Brugen ao xpi 1647.
MERIDIES

lis subjicienda, chartam geographicam propono, quam benigne Lector, æqui bonique consulens, verum, ac veterem Francorum situm, contemplare.

CAP. XX.

Francorum patriam linguam eandem fuisse cum Flandrica nostrate.

GEntium originis nullum certius argumentum est linguâ, quæ si inter plures, quovis etiam locorum intervallo disjunctas nationes, una sit, eademque, unam quoque, ac eandem iis genuinam esse originem indubiè convincit. Adeo ut quamvis omnia literarum monumenta intercidissent: nemo etjam quicquam de Francocorum ortu memoriæ posteriorum scripto tradidisset: una eum lingua, certo certius, veroque verius, eloqueretur. Hancce veritatem deprehendet, mecumque pronunciabit, is, qui expensis primorum Francorum primis scriptis, Flandricam in iis, & nostrati simillimam dialectum leget. Id quod & Germanici, & Gallici authores agnovêre. Beatus Rhenanus in rebus Germanicis, postquam Francos asseruit origine transrhenanos versus oceanum, ubi nunc Westphali, & Frisii, prout supra cap. 14. f. 116. demonstratum, ubi ejus error est refutatus, scribit veterem Francorum linguam Germanicam fuisse; veruntamen eodem, quod affert, linguæ Germanicæ exemplo, elucet, non Germanicam superiorem, sed inferiorem, eamq; quæ nunc est Flandrica, linguam Francorum fuisse. Ejus verba sunt: *Veteres Francos, qui, transito Rheno, nobilissimum istud in Galliis regnum constituerunt, & per duas familias, priorem Merovingorum, posteriorem Carolingorum, non Galliam solùm, sed & Germaniam postea, non paucis sæculis rexere, Germanicâ usos fuisse linguâ, quùm innumera alia argumenta probant, tum verò manifestè convincit liber ille insignis Evangeliorum Francicè, hoc est germanicè, versus, quem nos nuper, dum Comitia Romani Imperii Carolus Cæsar celebraret apud Augustam Rhetiæ superioris, Fruxini in Vindelicis, quam hodie Frisingam appellant, in bibliotheca D. Corbiniani, obiter reperimus. Nam Livianarum decadum gratiâ fueramus illuc profecti. Ejus Codicis hic est titulus:* Liber Evangeliorum in Teodiscam linguam versus. *Constat autem ex rithmis totus. Atque, ut antiquitatem ejus tralationis non ignores, deprehendi librum exscriptum ab hinc annos ferme sexcentos, ut tum compositum credam, quùm Christo primùm Franci nomen dedêre. In fine enim ascriptum erat:* Waldo me fieri jussit. Sigefridus presbyter scripsi. Lib. 2. f. 112.

scripsi. *Numeratur autem inter Frisingenses Episcopos, Waldo, ni fallor, decimus. Habet ipsum opus elegantissimam præfationem, cujus hoc est initium nullâ literâ mutatâ :*

Nu uuil ich scriban unser heil
Evangeliono deil/
So wir nu hiar begunnon/
In Frenkisga zungon.

Qui germanicè callet, satis intelligit ista verba, nisi quod hodie paullò aliter scribimus & proferimus, non addentes alicubi tot vocales, alicubi plures adjicientes. Nec begunnen *verbum, pro incipere, familiare est omnibus Germanis*, hæc ille. Germanis incipere est anfahen, quis Flandricè callens, & qui Germanicè aliquando vel audivit, non judicabit hunc rythmum ad Germanicam inferiorem, adeoq; ad ipsam nostram Flandricam linguam, multo propius accedere, quam ad Germanicam superiorem ? Nunquid enim nos ita ;

Nu wil ick schrijven onser heil
Evangeliens deil
Soo wy nu hier begunnen
In Frankſche tonghen ?

Heil j. salus. Kilianus in etymologico Teutonico : Heyl salus. Item : Heyl j. heel, integer, salvus, sanus, &c. Heylen, heelen, sanare. Beginnen negat ipse Rhenanus omnibus Germanis esse familiare ; atqui Brugenses, Franconatesque, & plerique omnes Flandri litorales, hocce vocabulum vulgò, linguâ æquè ac stylo, exprimunt begunnen ; qui etjam id, quod ibi est Frenkisga, sua dialecto Franckſche, seu Frangſche pronuntiant, pro eo quod cæteri inferiores Germani dicunt Franſſche, eo modo, quo id, quod his est danſſen, illi dangſſen enuntiant. Sic vulgus Flandricum hangden, tangden, mangden, efferunt pro handen, tanden, manden, &c. Ita quoque Germani superiores, wol dicunt, pro quo Franci, ut & Flandri, wil; illis theil, quod hi deil; isti hie, quod Francis olim hiar, hodie hier. Du Tillet videtur agere de simili Evangeliorum libro, eâ linguâ conscripto, quam attulerunt Franci in Galliam, eamque deserte vocat *vieil bas Aleman* .j. veterem Germanicam inferiorem, seu Flandricam. Audi ejus verba : *En la librairie du Chapitre de Langres, il a un fort vieil livre des Concordances de quatre Evangiles, ayant en une page le latin, & en l'autre la traduction en vieil bas Aleman, que les anciens François apporterent en la Gaule par eux conquise.* Charron hist. vult Francos veteri Gallicâ linguâ locutos, quam cap. 2. docuimus eandem fuisse cum Flandrica, idque docet ex veteribus Regum Franciæ nominibus, quorum pleraq; composita, postremum compositi membrum habent *mondus*, seu cum litera *u*, pronuntiatione ut *o*, *mundus*, à mund, & mond, quod Flandris os buccamve sonat ; illa sunt : Pharamundus,

Recueil des Roys de France fol. 3.

Des Gaulois f. 610.

Ramun-

Ramundus, Ramundus, Sigiſmundus, Roſemundus, &c. ubi mundus quaſi per o ſcriptum more noſtro pronuntiatur. *Pharamundus* ſonat os pulchrum: **Fraymond**, Italis, Hiſpaniſq; *Bocca bella. Raymundus*, & *Ramundus*, & **Ramond**, os conſilii; **Raed** conſilium eſt. *Roſemundus*, **Roſemond**, os roſeum, ῥοδόστομος. *Sigiſmundus*, **Seghenmond**, os ſacratum, ſignatum, benedictum: **Seghen** ſignum, **ſeghenen** ſigno munire, benedicere, &c. Alia poſterius compoſiti membrum, formant in ricus, à **ric** vetere quoq; gallica lingua, quod hodiernâ *riche*, divitem denotat, nobis hodie **rijc**: unde eſt: Hilpericus, **Hulperic**/ **Helperic** .j. auxilii dives; **hulpe** auxilium, **helpen** auxiliari, quod Fortunatus fortem adjutorem interpretatur; idem ſonat Chilpericus, intenſâ adſpiratione, vel quia Regum nominibus præfixum C. quo veteres Franci **Coning** .j. Regem ſignificabant, poſtea cum reliquo nomine coaluit, ut ex vocibus: Hildericus, Lodovæus, Lotharius, præfixa dignitatis Regiæ nota C. effecit Childericus, Clodovæus, Clotharius, &c. Sic Herricus: Dominus dives; **Herr** Dominus. Henricus dives Gallinarum; **Henrijc**. Hildericus; Huldericus dives ſuffragiorum, **hulden** .j. ſuffragio, eligere. Sigericus, **Segenric**, dives benedictionis. Diedericus, Theodoricus, Teudericus; dives Dei; **Diet** enim, *Teuth*, itemque *Theod*. Deum Francis ſignificabat. **Daderick** facinorum dives, **daden** .j. facinora, **Frederic** pacis dives, **vrede** pax. Hæc & ſimilia nomina, Iulius Cæſar à quibuſdam dicitur terminaſſe in x, ut Domnorix, Ambiorix, Orgentorix, Gaſtorix, Luitorix, Vindorix, &c. perperam forte ex manuſcriptis, X græcâ literâ, in Romanorum X mutata, propter ſimilitudinem. A vero enim non deviat, quod veteres Franci ejuſmodi nomina, in hanc tenuem K deſinentia, adſpiratius extulerint, & pro **ric** **rich** dixerint, cujus rei ſi non fidem faciunt, ſaltem argumentum ſuppeditant caſus obliqui, quos Cæſar, per eam, quæ literæ K, ſive C, media eſt, itemque adſpiratæ X .j. ch. nimirum g, inflectit, hoc modo, ut voci AmbioriX in generandi caſu faciat Ambiorigis, tenui c verſa in mediam g. &c. Alia Francorum nomina deſinebant in marus, quod pro varietate dialectus aliis aliter ſonuit: ut Godomarus, Godomerus, Godomirus; item Marcomirus, Rhicomerus, Chlodomerus, & Clodomirus, &c. marus autem, merus, & mirus, ſignificat auguſtum, ſive augmentatorem: quaſi à majorando .j. à majus faciendio, & augendo, ſicut Auguſtus, quem titulum Germani inferiores ſuperioreſq; vernaculè efferunt, hi quidem **mehrer**, illi **meerder**, **meerer**, à **mehren**, **meeren**, majorare, augere, ita ſemper Auguſtus, Cæſarũ titulus, à ſuperioribus redditur **Altzeit mehrer**, ab inferioribus **Altijdt meerder**, **meerer**, &c. Marcomirus eſt **Markemeerer** .j. ampliator limitum. Lodomirus & præfixo C Clodomerus, Luidomerus, augmentans populum, *leodes* .j. populi. Richomerus, augens regnum, quod **rijck** Flandris. Godomarus,

Lib. 9.

domarus, Gomarus, augens bonum, sive auctor bonorum, goed bonum. Alia finiuntur in Baldus, vel baudus, quod audacem denotat, ut Lodobaldus, Clodobaldus, audax in populum. Theobaldus, Dietbaldus, Diepoldus audax in Deum, Gundibaldus audax ob favorem, gunnen favere. Bald etjam Francis fuit celer, velox, facilis, &c. Vide plura apud Charron. Quibus adde frequentissima in bertus desinentia, quod dignum significat, nobis weerd, ut Hildebertus, Huldeweerd .j. dignus suffragiis, vel corona. Theobertus, Tietbertus, Deo dignus. Heribertus intensiùs Cherebertus, pro quo & Charibertus, & Haribertus, dignus dominio. Sigebertus dignus benedictione. Dagobertus Dagenweerdt, dignus qui multos dies vivat. His & similia sexcenta occurrunt in veteribus monumentis, quorum plura recenset, & interpretatur Charron, qui tum deinde ita subjungit: *Les François, & leurs Roys, (tels que Ascaric, Ragaise, Mellobaudus, Theodomer, & autres mentionnées dans les histoires Romaines) ayans esté tous cognus en Gaule, sans qu on puisse dire, qu'ils y fussent venus d'Alemagne; puis les etymologies de tous les noms, de nos anciens Roys François, se retrouvans plutost Gauloises, qu Alemandes, comme il a esté remoustré cy devant, au contraire de ce, que les modernes Alemans nous en ont voulu faire croire; & le langage general des François ayant aussi tousiours esté pris (comme est encores) pour les Gaulois, & jamais pour l'Alemans. Quelle apparence il y auroit il, que les François eussent esté Alemans, ny autres, que vrays naturels Gaulois? Et quelle apparence encores d'attribuer plustost l'origine du peuple François, à des nations estrangeres, entre lesquelles aucun ancien historien n'a fait mention d'eux; plutost qu'aux Gaulois, parmy lesquels le nom de Franc & libre s'est tousiours consecutivement retrouvé, depuis la premiere cognoissance, qu'on a jamais eüe des François jusques à present? Ioint que tant s'en faut, qu'il y ait aussi apparence, que les Alemans se soient jamais acquis le surnom de François, pour la conservation de leur franchise & liberté; qu'au contraire Corneille Tacite tesmoigne, quils portoient si patiemment leur servitude, que pour payer le tribut aux Romains, ils ne donnoient pas seulement du cuir, comme les Frisons, ains leurs bœufs mesmes, leurs terres, & finalement les corps de leurs femmes, & enfans en servitude: ce qui ne se trouvera pour jamais, avoir esté fait par aucuns Gaulois, & est totalement indigne, & contraire, tant au nom, qu'a la ligne & faction des anciens François.* Bodinus certe ipsam vocem *Franc* nullo modo vult esse Germanicam, sed Gallicam antiquam, dum in sua methodo historiarum sic ait: *Hæ Francorum origines, hæc initia fuerunt, nomen verò ipsum planè Celticum est, Germanis inusitatum, ut ab illis accepi. Est autem Francus linguâ Gallicâ (non latinâ, aut Græcâ, multò minus Hebraicâ) nihil aliud, quam liber, & immunis.* Flandris hodieque *Franc*, vel *Vranc*, pro libero, & immuni, usitatum esse, alibi ostensum: & antea cap. 2. docuimus Gallicam veterem, & hodiernam

Cap.91. f.610.

Cap.9. f. 364.

diernam

diernam Flandricam, eandem esse linguam. Charron præterea in historia universali, Legem salicam (quam Germanico idiomate conscriptam, ii tradidere, qui à Germanis Francos volunt oriundos) vetere Gallicâ linguâ constare asserit, eâ nimirum, quę cum Flandrica, sive Germanica inferiore, una est. Ita enim is: *Il se trouve en ladite Loy Salique, plusieurs mots, qu'on ne peut dire avoir esté autres, que vrais Gaulois latinisez; qui servent de preuve indubitable, qu'elle avoit esté premierement escrite en langue Gauloise, ou, du moins, mise en latin par les Gaulois, qui ne sçavoient pas bien tourner tout ce, qui estoit de leur naturel langage, en bon latin; tesmoing le titre 7. du liure de ladicte Loy Salique, auquel est faict mention de Sparuarium, pour un espreuuier.* Purum putum Brugense est **Sparrewaere** pro hac volucre; Brabantis **Sperwer**. Require ibidem ex lege Salica plura, quæ cum lingua Flandrica coincidunt. Sed illa, ut & alia, aliunde ex veterum Francorum diplomatibus, & scriptis, deprompta, in alphabeticam seriem digesta, quæ cum Flandrica lingua omnino consonant, neq; ullam cum Latina (unde hodierna Gallica oriunda) communionem habent, hîc Lectori exhibemus. Ibid.f.588

A.

Allode, *Allodes*, seu *Allodium*, & simplici l. *Alode*, *Alodes*, *Alodium*, ortum volunt à Leod, Leud, quod populum, & subditum significat, de quo vide in Leodes. Stephanus Paschier in disquisitionibus Francicis: *Ceste diction d'Aleud prit, selon mon jugement, sa premiere source d'vn ancien mot François, Leud, qui signifioit un subject.* Et paulo post: *De ce mot vient que nos anciens Roys de France, faisans es Gaules le département general des terres, appellerent celles estre tenues en alleud, qui devoient cens, & redevance. Estant à mon jugement cet alleud la pension, que l'on payoit pour recognoissance des heritages en signe de subjection.* Item: *De ceste diction alleud est venu, ce que nous appellons lotir, pour partager une chose, qui est en censive, & lot, pour part, & portion.* Imo potius à veteri Francico & Flandrico **Lot**.j. portio, sors, & **aenlot** seu **anlot** .j. portio, quæ mihi sorte ex hæreditate devenit, ortum est vetus *allot*, ob liquidarum commutabilitatem, seu *alot*, atque inde *Allode*, *Alode*, &c. hodieq; Brugis dicimus **loten**, bona sorte dividere, & **aenloten**, sorte allicui adjicere hæreditatem, unde **mijn aenlot**, pars quæ mihi sorte obtigit. Hinc quod quis sibi emptione, aut labore comparauerat, non dicebatur alodes. Marculphus in formulis: *Tam de alode, quam de comparato;* ut *alodes* sit hæreditas paterna, *comparatum* quod sibi quis acquisivit. Omnis vero hæreditas apud quascunque ferme nationes olim sorte dividebatur. Servius in Virgilii 1. Æneid: *Iupiter, & Neptunus, & Dis pater, Saturni & Ops filii, cum de mundi positione certamen inirent, placuit, ut imperium sorte dividerent, ita effectum*

L.1.c.15. fol.129.

L.1.c.7.

X est

est, ut cælum Iupiter, maria Neptunus, Dis pater inferos sortirentur. Quod ideo finxerunt Poëtæ, Græci, & Latini, quia gentes primò regna hoc modo partiebantur. Diodorus Siculus lib. 5. cap. 9. tradit Ethæoclem & Polynicem regnum Thebarum sortis arbitrio commisisse. Vnde Statius l. 1. Theb.

——— Iam sorte cadebat
Dilatus Polynicis honor.

L.1.c.1. Vellejus Paterculus: *Lydus & Tyrrhenus fratres cum regnarent in Lydia, sterilitate frugum compulsi, sortiti sunt, uter cum parte multitudinis decederet patria, sors Tyrrhenum contigit.* Sic & apud Plutarchum in Eumene, Alexandri successores, sorte regna dividunt; & apud Persas teste Orosio: *Darius, Cyro apud Scythas interfecto, post aliquantum intervallum, sorte regnum adeptus est.* Apud Romanos etjam pleraque omnia per sortitionem fiebant, & judices, & provinciæ sorte adjiciebantur. Erat & sortium usus in familia erciscunda. ff. Fam. erciscundæ, leg. si quæ sunt: *Si omnes iisdem ex partibus hæredes sint, nec inter eos conveniat, apud quem potius esse debeant, sortiri eos oportet.* Hinc & sors pro hæreditate, & patrimonio, & *consortes fratres,* qui simul hæreditatem sortiuntur. ff. *de excus. tut.* l. *si is.* Vbi in Glossa: *Consortes .j. quibus idem patrimonium, vel hæreditas, cõmuniter obvenit, nam sors etjam patrimonium significat, teste Sexto Pompeio Festo.* Festi verba sunt: *Sors, & patrimonium significat, unde consortes dicimus; & Dei responsum; & quod cuique accidit in sortiendo.* Sortiendi mos etjam fuit apud Gothos; unde in legibus Wisigothorum: *Sortis Gothicæ.* Item: *Si vineam aut domum quis in consortis terra construxerit.* Et ibidem §. 7. *Si vineam, in aliena terra quis plantaverit, in qua sortem non habet.* Sic & apud Wandalos; unde sortes Wandalicæ apud Vict. Vticensem de persecutione Wandalorum l. 3. pro quo Procopius lib. 1. Wand. ait κλῆροι Βανδίλων. Idem Francis usitatum fuisse, docet lex Ripuariorum tit. 60. § 5. *Quod si extra marcham, in sortem alterius fuerit ingressus, judicium comprehensum compellatur adimplere.* Vbi Lindenbrogius: *Sors, id est, hæredium, vel territorium, quod sortibus ductis obvenit.* Eadem lex loco citato § 2. *Si quis consortem suum quantulumcumq; superpriserit, cum XV solidis restituat.* Lindenbrogius exponit gallicè: *Surprendre son compagnon.* Credendum Francos sortes misisse more veterum Germanorum, de quo ita Tacitus de moribus Germanorum: *Sortium consuetudo simplex, virgam frugiferæ arbori decisam, in surculos amputant, eosque notis quibusdam discretos, super candidam vestem, temere ac fortuito, spargunt. Mox si publicè consulatur, Sacerdos civitatis, si privatim, ipse pater familiæ, precatus Deos, cælumq; suspiciens, ter singulos tollit, sublatos, secũdum impressam antè notam, interpretatur.* Idem habet Adamus in hist. Eccles. cap. 6. apud Lindenbrogium in voce *teni.* .j. sortes, quod videlicet virgam vimineam præciderent. In legibus Fris. tit. 14: *Tali de virga præcisa, quos tenos vocant.*

Marginal notes: L.2.c.8. (beside "dunt; & apud Persas"); L.10.tit.2. (beside "sus in familia erciscunda"); L.27.tit. 1.leg.31. (beside "tatem sortiuntur"); L.10.t.2. §.1. (beside "etjam fuit apud Gothos"); Tit. 61. (beside "Idem habet Adamus").

vocant. Et alibi: *Faciat suam sortem .j. tenum.* Nobis hodie etjam teen est virga viminia. Etym. Kiliani: Teen, teene, *vimen*; Item: teen .j. bantroede, *vitile, lentum vimen.* Teenbosch, *virgetũ, salicetum.* Est in legibus Salicis tit. de alode, ubi §. 6: *De terra vero Salica, in mulierem nulla portio hæreditatis transit, sed hoc virilis sexus acquirit, hoc est, filii in ipsa hæreditate succedunt.* Marculphus in formulis: *Villas sitas in pago illo, quas, aut munere regio, aut de alode parentum, vel undecumque, ad præsens tenere videtur.* Binomius ad cap. 2. lib. 1. in notis: *Proprietas duplex: alia quippe alode, seu, hæreditas, proprium paternum, aut maternum erat; alia non à parentibus accepta, sed labore & parsimonia cujusque comparata, ex comparato, aut ex conquisitu, dicebatur.* Subjungit Binomius: *Sed postea & res comparatas alodii nomine vocaverunt, eoq́; perventum, ut alodia liberi juris prædia, quæ nec fidem, nec pensitationem deberent, generaliter dicta sint, ad feudi differentiam, quo sensu alodii vocabulum, adhuc hodie, jure nostro usurpatur.* Idem ad locum Marculphi supra citatum ex cap. 12. sic de vocis hujus etymo tradit: *Rhenanus, & Vadianus arbitrantur alodii vocem inde natam, quod ea bona familiis velut coagmentata, & conjuncta essent, à Germanica voce* anlodt. *Tentari posset ab alia germanica voce originem ducere* Ald, *quæ vetus, antiquumq́; declarat, auctore Aventino in glossario; quæ notatio ad hæreditatis nomen, & paternam terram, proximè accedit.* Prateus in lexico Martinii: *Allodium* alle leude *.j. universa proles, quæ nimirum habebat illa pleno jure patrimonii, ut eo nomine, nulla, neq́; gratia, neq́; merces, neque opera deberetur.* Allodio opponitur feudum, quod proprium non est, neque liberi juris, sed fidem atque homagium debet, aut censum; unde nobis Leen, id est concessum. L.1.c.12. Fol.435. Fol.472.

Allodiarius, qui allodium tenet, ut feudatarius, qui feudum.

Anetha in leg. Salica tit. 7. §. 5. avis est domestica, aquatica, quę Francis olim anet, nunc nobis etjamnum ant appellatur, & vulgo ant-vogel, aut ang-vogel. Verba legis sunt, titulo de furtis avium f. 318. apud Lindenbrogium: *Si quis anserem domesticum, aut anetham furaverit, CXX den. qui faciunt sol III. culp. jud. exc. cap. & dil.* Germani Ent appellant, & Entvoghel, quos sequuntur Brabanti. Anethapich, inde, in leg. Bojorum accipiter, qui anates mordet; ut ibidem: Ganshapich, qui anseres, seu aucas. & : Cranhapich, qui *grues*; picken est rostro mordete. Vox gallica vetus, unde potius crediderim ortum esse Latinum anas anatis, quam à nando. Tit. 20. cap. 1.

Austria est pars orientalis, pro Oostria, ab Oost, oriens. Vide Neustria.

B.

Bajulus .j. tutor, administrator, ex veteri Gallico Bael. Unde & hodie nobis usitatum Bailliu, Baeliu. Etymologicum Kiliani: Bael *vetus Flandricum* .j. *præfectus, administrator, & tutela, administratio tutelæ. Gallicum vetus* Bail .j. *tutela. Balio Ital. altor, nu-*

tritius, quem nos Vooght *vocamus.* Idem: Baeliu, Baelliu, Bailliu, *Flandr. Holl. Zeland. nomarcha, diæcetes, præpositus, prætor, prætor peregrinus, qui jus dicit inter peregrinos, & ruri causas audit, vulgo Balivus, Ballivus. Gall. Bailli, Baillif, Baillife Angl. satelles, stator, &c.* Vita Ludovici Pii: *Carolus Rex filium suum Ludovicum Regem, regnaturum in Aquitania misit, præponens illi Bajulum Arnoldum, aliosque ministros ordinabiliter, decenterque constituens tutelæ puerili*

L.3.c.34. *congruos.* Flod. hist. Rhemensis: *Vt Carolus unum ex his regibus sibi adoptet in filium, & sub manu boni, & strenui Bajuli, ad hoc eum*

Tom. 1. f.185.ep. 11. *nutriri faciat.* Hincmarus: *Domino Carolo Imperatori glorioso Hincmarus Episcopus* &c. *Istis juvenibus fidelibus filiis vestris, Regibus nostris, maturos ac prudentes, atque sobrios Bajulos, singulis constituite, qui oderunt avaritiam, & eos verbo, & exemplo, justitiam diligere, doceant,*

Sap.1.1. Psal.10.6. *secundum scripturam dicentem: Diligite justitiam, qui judicatis terram, quoniam qui diligit iniquitatem, odit animam suam.* Græcis recentioribus etjam usitata vox in ista significatione; unde Moscopulus: Παιδαγωγὸς, καὶ παιδοτρίβης, ὁ λεγόμενος βάϊυλος .j. *Pædagogus, aut pædotriba, qui dicitur Bajulus.* Idem scholiastes Sophoclis in Ajacem. Cedrenus: Θεοδόσιος ὁ βασιλεὺς Ἀντίοχον πραιπόσιτον, καὶ πατρίκιον, τὸν βάϊυλον αὐτοῦ, Παπᾶν ἐποίησεν. j. *Theodosius Imp Antiochum præpositum, & patritium, & pædagogum suum, Pontificem creavit.* Hinc in officiis aulæ Constantinopolitanæ apud Codinum: μέγας βάϊυλος .j. *Magnus Bajulus, dictus est ille, qui Imperatoris filios instituebat.* Vide Meursium in Glossario Græco-barbaro. Apud Curopalatem, de officialibus palatii Constantini, lego fol. 18. ὁ τοῦ μεγάλου βαϊούλου τόπος ἀνεπίγνωστος ἦν .j. *Ignotus fuit Bajuli magni locus.* Vbi Iulius Pacius: *Bajulos recentiores Græci vocant παιδοκόμους, qui puerorum curam gerunt. Bajulus itaque magnus est, qui Imperatorem infantem quasi gestavit ulnis, educavitque, & instituit inde à pueritia ipsius; synechdochicè sumptâ appellatione à prima illa cura, quæ ad infantes adhiberi solet.* Lupus Abbas Ferrariensis ad Regem Carolum in epistola 64 (perperam alii 54:) *Non admittantur à vobis monitores, quos Bajulos vulgus appellat, ne gloriam vestram, inter se, ipsi partiantur* .j. Ne si quid præclari Rex fecerit, Bajuli, & monitores illi, glorientur, à sua monitione, & consilio, factum

Fol.187. esse; ideoque se extollant. Id ipsum monet Hincmarus supra loco citato: *Ipsi autem Bajuli magno jure providere debent, ne su-*

L.6.ep.23. *per socios suos se extollant* &c. Vbi paulo post: *Si Gregorius admonet nutritores filiorum Imperatoris Græcorum, ut ea illis loquantur, quæ eorum mentes in charitate, circa se invicem, & erga subjectos, in magnitudine conjungant, ne, si quid odii inter se pueri conceperint in aperto, postea erumpat. Verba, inquiens, nutrientium, aut lac erunt, si bona sunt, aut venenum, si mala.* Postea translata hæc vox ad officia publica, ac præsertim prætorum, primò rurensium, deinde quoque urbanorum, quorum erat rudem populum instituere, admonere, corrigere, cumq; non obedirent, in judicium trahere, &

æ,& condemnatum à judice punire. Freder. Imp. in constitutionibus Siculis tit. 59. §. 2: *Bajulationes committant viris fidelibus, & opinionis electæ, prudentioribus & generosioribus, ac ditioribus, prout locorum conditio ministrabit, qui sint de demanio nostro tantum &c. In parvis autem civitatibus, locis & municipiis, in quorum singulis Bajulus unus, Iudex, atq; notarius, sunt necessarii* &c. Idem tit. 58. §. 3: *Iustitiarios, Camerarios, Castellanos & Bajulos, esse volumus sollicitos & devotos, ut ubi necesse fuerit pro commodis curiæ nostræ, ac per dictum de secretis, & quæstorum magistros, vel officiales alios, extiterint requisiti consilium, & auxilium, eisdem debeant impartiri.* Sic **Voogdt** à tutela ad Magistratus translatum. *Baillivus* nunc passim dicitur in hac significatione pro bajulus, & baillivia pro bajulatione, quod deducunt à veteri Francico *Bail*, aut *Baille*, quam vocem supra Kilianus dixit esse veterem Gallicam & Flandricam. Spelmannus in Balia, Balivia: *Gallis perinde dicitur justitiam significare, nec tantum simplicem, sed quam tutelarem vocant, juxta id Bouteleriı, & Loisæ:* Baillie est un vieil mot François, qui „signifie protection. Martinius in etymologico: *Baillivus nomen officii est, quod in sermonem latinum transiit* &c. *In vetere Flandrica lingua,* **Bael**, *est præfectus* &c. Subjungit: *Puto autem dici à βάλλειν committere, tradere; unde & Gallicum bailler ortum agnoscit H. Stephanus in Thesauro.* Lib. 1.

Bajulo propriè est bajuli aut bajulæ officium præsto, infantem ulnis gesto. Terent. Adelph: *Quem ego modo puerum tantillum in manibus gestavi meis.* Et alibi: *Quem ego parvulum gestavi.* Postea ad alia translatum, ut & *Bajulus* pro eo qui mercedis gratia quid portat; sic & literarum & mandatorum bajulus. Auctor vitæ Ludovici Pii: *Hujus legationis Bajulus fuit Theodorus.* Platina in Gregor. XI: *Genuensis & Venetus Bajulus.* Gregoræ lib. 4: μπάϊυλος. Vide Meursium loco citato. Hodie etjamnum apud Brugenses tabellarii suum habent Baillivum, cujus est, literas, quas ipsi aliunde in urbem adferunt, totâ urbe distribuere.

Bannus, Bannum; Francis perinde, ac nobis, **Ban**. Propriè signat edictum, civile videlicet, & militare; ad civile pertinet hoc ex cap. Caroli & Ludovici: *Ut pontes publici, qui per bannum fieri solebant, anno præsenti, in omni loco restaurentur.* Ad militare bannum spectat quod affert Chronicon Frodoardi: *Rodolphus interea de Burgundia revertitur in Franciam; &, ut se ad bellum, contra Nordmannos præpararent, Francis banno denuntiat.* Hinc est *bannire*, Flandris, **bannen**, edicere. Carolus Calvus: *Sed & de istis rapinis* &c. *ab hoc die, & deinceps, de Dei banno, & de nostro verbo bannimus, ut nemo hoc amplius præsumat.* Nisi velimus id intelligere pro anathemate, seu excommunicatione Ecclesiastica, quæ Flandris etjam **Ban** dicitur. Decretum Childeberti: *Bannimus, ut unusquisque Iudex, latronem, ut audierit, ligare faciat.* Ita

Lib. 4. tit. 60. Lindebrog.

an. 925.

Capit. tit. 16. cap. 6. fol. 240.

Cap.8. ad leg.Sal. quoque nuptiarum denuntiationes publicæ, *banna*, seu *banni* vocantur. Pœna etjam, seu mulcta violati banni, & ipsa *bannum* dicitur. Capitula Caroli Magni: *Si quis infra regnum rapinam*
L.6.c.96. *fecerit* &c. *legibus componat, & insuper bannum nostrum, id est LX solidos persolvat.* Item Ludovici Imp. additiones ad cap. Caroli Magni: *De his, qui sine consensu Episcopi presbyteros in Ecclesia constituunt* &c. *tunc nos decernamus, utrum nobis placeat, ut illum ban-*
L.5.c.27: *num persolvat.* Gregorius Turonensis de Chilperico: *Rex de pauperibus & junioribus Ecclesiæ, vel basilicæ, bannos jussit exigi, pro eo quod in exercitu non ambulassent.* Hîc *bannus* est pœna vel mulcta eorum, qui ad militiam citati, non paruerant.

Bannire enim etjam citare significat, ac præsertim ad mili-
v. Speelmann. tiam. Gregorius Turonensis: *Jussu Sigeberti omnes leudes Austrasiorum in exercitu gradiendum banniti sunt.* Item Marculphus: *Jubemus omnes pagenses vestros* &c. *bannire, & locus congruus per ci-*
L.1.form. 40. *vitates, vicos, & castella congregare facietis.* Milites hac ratione citati *banniti* dicebantur, quales hodie sunt, quos vocamus **de ben- de van Ordonnantie**. Qui *banniti* .i. citati, tenentur militatum venire. In Gallia quoque istiusmodi nobilium citatio *Ban* dicitur; unde videtur esse *ban, & arriereban.* Vide mox *Heribannum.* Quia verò etjam qui edicta violant, exilio mulctantur, eaque pœna per alterum edictum publicatur, *bannum* etjam Flandris, Francisque **ban**, pro relegatione & confiscatione capitur. Epistola ad Carolum Calvum apud Hincmarum tom. 2. f.317: *In bannum, quod in lingua latina, proscriptio confiscando, vocatur, est missum.* Item ex LL. Longob: *Rebus omnibus in bannum missis.* Hinc in capitulis Caroli Calvi est *Forbannire* proscribere, & forbannitus latro .i. foras missus, proscriptus; nobis **verbannen, uytbannen**. Vide plura ad leges terræ Francæ sub initium capitis vigesimi tertii.

Barca, Barcus, Barga. Flandris **Barke**, & **Barge** pro navi. Leg.
tit.44.§.9. Salic: *Si quis hominem ingenuum de barco abbatiderit.* Abbo in obsidione Parisiensi:

Lib.2. ——— *Barcas per flumina raptant.*

Hist. Fr. t. 3.fol.25. Annales Bertiniani ad an. 876. apud Du Chesne: *Normanni cum centum circiter navibus magnis, quas nostrates bargas vocant, XVI Kal. Octob. Sequanam introierunt.* Epistola Comitis S. Pauli de capta Constantinopoli apud Godefridum Monachum, an. 1203: *Vasa navigio apta, 200 numero fuerunt, præter naviculas, & bargas.*

Bauga. vide *Brunus.*

Tit.38.§. 18. *Beinberga.* Leg. ripuar: *Beinbergas bonas pro VI. sol. tribuat.*
Mir. Cod. donat.c. 1.f.96. In testamento S. Everardi: *Primogenitus* &c. *habeat* &c. *beinbergas duas* &c. *Tertius Adalardus* &c. *Beinbergas duas.* In hunc locum Miræus: *Bemberga seu Beinberga significat tegumentum tibiæ,*
Fol.97. *voce, ni fallor, Germanica.* A **bein** videlicet, & **been**, quod tibiam, & **berghen** quod tegere significat.

*Biscopheshei*m

Biſcopheſheim.j. domus Epiſcopi. In teſtamento S. Remigii. Apud Miræum: *Quibus etjam Berna ex Epiſcopio, quæ peculiaris prædeceſſoribus eſſe ſolebat, cum duabus villis, quas Ludovicus à me ſacro baptiſmatis fonte ſuſceptus, amore nominis mei, Biſcofeſheim ſuâ linguâ vocatis, mihi tradidit.* Vbi ipſe Miræus: *Biſchofesheim* .j. Epiſcopi domus. Heim vel Hem veteribus Flandris domus. Cod.don. cap.1.

Bivangium apud Baldericum in Chronico Cameracenſi: *Vt nulla majorum minorumque perſona, in bivangio prædicti foreſti, niſi cum licentia præfati Epiſcopi Rothardi, ejuſq; ſucceſſorum, venari præſumat.* Vbi Colvenerius: .*j. Spatium, intervallum, Teutonicè* bebanc. Traditiones Fuldenſes lib. 1. num. 32: *Vnam houbam, & unum ambitum, quem nos* bifang *appellamus.* L.1.c.108.

Bracco. Apud Marculf. M. S. ex Bibliotheca Regis Galliæ in formulis: parabolæ: *Latrat bracco, ſed non ut canis.* Idem planè canis genus quod noſtratibus Bracke. Eſt & in legibus Friſiorum tit. 4. §. 3. tit. de ſervo aut jumento alieno occiſo: *Canem acceptoritium, vel bracconem parvum, quem barmbraccum vocant IIII ſol. componat.* Vbi nota barm olim parvum ſignificaſſe, unde nobis remanſit barmhertigh, propriè μικρόψυχος .j. parvi animi, quamvis nunc miſericordem interpretemur, ut notat Lindenbrogius, apud quem eſt ex Gloſſario vetere: *Liciſca, Bracco.* Vide Lindenb. §. 57.

Brachile. Leg. Sal. tit. XXIX: *Si quis mulieri brachile furaverit* CXX den. qui fac. ſol. III. c. jud. Nobis bracelet, eſt brachii ornamentum. Pro quo brachile in hac lege, alioquin Plinio latinè dicitur brachiale.

Brevis eodem modo, & *breve* Francis, ſubſtantivè, pro epiſtola, aut ſcedula, in qua quid ſummariè notatum, non aliud eſt, quam noſtrum brief. Lupus Epiſcopus epiſt. 80: *Breves etjam, quos de facultate monaſterii veſtri mittere debuiſtis.* D. Hieronymus epiſt. 5: *Libros quos me non habere, brevis ſubditus, docebit.* Cod. de Conven. fiſci debit. lib. 10. tit. 2. lib. 5: *Inter chartulas confiſcati, brevis quidam aſſeveratur juventus, qui nomina continebat debitorum, ſive contractuum.* Vbi Gloſſa: *Brevis .j. ſcedula, ſeu quaternus.* Vide Cuere-brief, terræ Francæ. Femininè poſuit Carolus Magnus in capitulis anni DCCCXIII: *De rebus, quæ Hildegardæ Reginæ traditæ fuerunt, volumus, ut fiant deſcriptæ breves, & ipſæ breves ad nos fiant adductæ.* *Breve* frequentius neutro genere uſitatum, unde Flavius Vopiſ. in Aurelio: *Breve nominum conſcripſit.* Vt & recentioribus Græcis βρεβίον. Iulianus in epiſtola ad commune Iudæorum: Πλείονα δὲ τούτων ἔμαθον εὑρὼν τὰ βρεβία τὰ καθ' ὑμῶν φυλαττόμενα .j. *Plura vero horum edoctus, poſtquam invenit brevia ab ipſis obſervata.* Βριβίον ſcripſit Euſebius, quo modo fere noſtrates pronuntiant, in hiſtoria Eccleſiaſtica: ἅπασι τοῖς προειρημένοις κατὰ τὸ βριβίον τὸ πρὸς σὲ παρὰ Ὁσίου ἀποσταλὲν ταῦτα τὰ γράμματα διαδοθῆναι κέλευσον. Quod ita transfert Chriſtophorſonus: *Omnibus qui in ſceda, à te ab Oſio miſſa, ante ſcripti ſunt, has pecunias diſpertiri jubeto.* Poſtea cap. 23. Lib. 10. cap. 6.

jubeto. Fieri potest ut Galli, Franci, & Germani à Romanorum lingua, breve scriptum, brief appellarint, postea tamen ab eorum brief Romani, & Græci, fecerunt, breve, & βριβίον, aut βρεβίον. Spelmannus in Glossario, ad hanc vocem: *Claruit vocabuli usus à tertio post Christum sæculo, in imperio primum, mox in Ecclesia. Hîc breve Apostolicum, quod à Romana Ecclesia: Illîc Imperatorum, quod emanat à Cæsare, nuncupatur.* Kilianus in etymolog: Brief *littera, tabellæ, sceda, epistola, epistolium. Sax. breve. Ital. breve, vulgo breve, brevis.* Breve *inquit Vitus Amerpachius in suis annotationibus in Constitutiones Caroli Magni:* Quo vocabulo adhuc utuntur „ Pontifices Romani, puto Germanicum esse, ac significare li- „ teras.

Breve Francis aliud fuit testatum, aliud sigillatum; sigillatum erant literæ emptionis aut cessionis, quibus Comitis, aut parium, aut testium sigillum appendebat. De testato sic Spelmannus: *Transferebant sæpe olim prædia absq; charta, sub vicinorum, partiumq; curiæ testimonio. Mos igitur fuit in futuram memoriam, rem scedulæ cõmittere, adjunctis testium nominibus, quam inde breve testatum vocabant: utpote nullius sigillo, sed testium authoritate validum.*

L.3.c.21. *Breviculus.* Inde dim. briefken. Flodoardus hist. Rhem: *Subscribendum tibi breviculum, ita se habentem* &c.

Brevigerulus, in historia Australi sub initium, Brief-dragher.

Inbreviare inde .j. inscribere, in brevia referre. Synodus Suessionensis anni DCCCLIII actione 7. cap. 1: *Ecclesiæ quoq; luminaria, & ornatum debitum ordinent, & thesaurum, ac vestimenta, seu libros diligenter inbrevient, & breves nobis repertent, inbrevient quid unusquisq; ecclesiarum prælatus, quando prælationem Ecclesiæ suscepit, ibi invenerit, & quid modo exinde ibi minus sit, vel quid, & quantum sit superadditum; numerum etjam Canonicorum, & Monachorum, sive Sanctimonialium uniuscujusq; loci describant* &c.

Cap.1. *Inbreviatus* inde, id est inscriptus. Hincmarus adversus nepotem: *Habebas inbreviatos, quot infantes sine baptismate, & quot homines sine communione inde obierint.*

Inbreviator quoque .j. inscriptor. In documento de examinatione Willeberti Episcopi Catalaunensis: *Inbreviator sive descriptor stipendiorum regalium.*

Brunus .j. fuscus; nobis bruyn. Turpinus in vita Caroli Magni: *Erat Carolus capillis brunis, facie rubeus.* Ab hoc colore videtur dicta *Brunia* veteribus Francis pro lorica. Lib. 3. Capitularium Caroli, & Ludovici, cap. 15. de armatura in hostem habenda: *Qui bruniam habens, eam secum non tulerit, omne beneficium cum brunia pariter perdat.* Et cap. sequenti de negotiatoribus: *Vt arma & brunias non ducant ad venum dandas.* Item in appendice 2. Capitularii 3. §. 5: *Vt bauga & bruniæ non dentur negotiatoribus. Baugam* Papias *armillam* interpretatur, alii *arcum*, qui nobis boghe. Vide Spelmannum.

Buccus

Buccus pro hirco, qui Flandris **Buc**. Legis Salicæ tit. 5. §.3: *Si quis buccum furaverit, DC denariis, qui faciunt sol XV. culp. jud.* Meminit & Lindenbrogius ad legem Salicam, & Spelmannus in glossario, à quibus adfertur ex Gregorio Turonense: *Buccus olidus*; quod nobis est: **stinckenden Buc.**

Bunnarium, & Bunnuarium j. jugerum, **bunner**, & **bunder**, ut **winner**, **winder**, &c. Capitula Hincmari sub Carolo Calvo in Conc. Galliæ: *Si habeat mansum habentem bunnuaria duodecim.* T.3.f.623. Leges Longobardorum 3. tit. 1. leg. 46: *Mansus cum bunuariis.* Diploma Lotharii Imp: *Si Ecclesia sit constructa, quæ necessaria sit, & nihil dotis habuerit, volumus, ut secundum jussionem Domini, ac genitoris nostri, unus mansus cum XII bunnariis, de terra arabili, ibi detur.* Spelm. in Gloss. Chronicon Cameracense ad annum 885: *De terra arabili bunnuaria XXXIII.* L.1.c.52.

Bunnuariarius inde, qui bunnuarium terræ possidet. In formulis Marculphi, & constitutione Caroli Crassi, teste Lindenbrogio ad leges Salicas.

Burgensis j. civis, ex vulgari **burgher**, **borgher**, propriè, qui in burgo habitat, burgi incola. Vide **Burgh** supra, hoc libro. Goffridus Abbas: *Burgenses, quorum mercede conducitur, secum adducat.* C.2.f.19. L.1.ep.17. *Burgarii* quoque Isidoro lib.9. cap.4. *à Burgis dicti.*

Butis, seu *Buttis*, apud Marculphum in formulis: parabolæ: *Lege, & perlecta, in pectore repone, sin autem non vis, in butte recondе.* Vide Spelm. Vas significat quod nobis **boot**, **boote**. Etymologicon Kiliani Teutonicum: **Boot**, vetus, id est, **tonne**, cadus. A similitudine postea pro scapha. Idem: **Botte**, **butte**, dolium, orca, cupa. **Bottelrie** promptuarium, cella vinaria. Glossæ Latino-græcæ veteres: βούτις, *cuva* βυτίον, *cupella.* Non aliunde quam à veteri Gallico **Boot**, **Boote**, **Butte**.

Butto quoque ejusdem originis. Anastasius in Leone III: *In venerabili monasterio Sancti Saba, fecit buttonem argenteum, cum canistro suo*; & in Leone IV: *Buttonem de argento purissimo*, vulgo ex **silver boote**, **ofte schupte**.

Butica quoque. Papias: *Obba genus vasis, butica.*

Buticula inde diminitivum, ex quo:

Buticularius j. pincerna, præfectus cellæ, in qua vasa vinaria. Ep.3.c.16. Hincmarus: *Sacrum palatium per hos ministros disponebatur: per Camerarium videlicet, & Comitem Palatii, Senescalcum, Buticularium, & Comitem Stabuli.* Carolus Magnus append 3. cap. 2: *Odo buticularius de foreste sua interrogandus est.* **Bottelier**, promus condus est.

Butina quoq; adfertur ex Leg. Ripuariorum tit. 60. in eadem §.4. significatione. Meurs. Gloss. Græco-barb: βούτινον, *butina, lagena, Gallicum, bouteille.*

Camba

C.

Camba est officina coctoria cerevisiæ, à **Kam**, quod exolevit. Kilianus: **Kam, Kamme**, *vetus* .j. **Brauwerye**. Idem: **Kammer** .j. **Brauwer. Kammers-strate** .j. **Brauwers-strate. Kam-stoc**, *tridens cerevisiarius*. Diploma Macharii & conjugis ejus Gondradæ anni 885, in Chronico Cameracensi, lib. 1. cap. 52: *In alio loco, in villa Haidis, mansum dominicatum, cum castitius, & arboreto, super fluvium Sclevum, ad quem aspiciunt, de terra arabili, bunnaria XXXIII. de prato, bun. IX. de sylva, bun. C. mansi serviles sex; est ibi camba I.* Et paulo post: *Mansi serviles IV. est ibi camba I.* In fine: *Actum Cameraco civitate, ante altare S. Mariæ id. Aprilis anno Dominicæ incarnationis DCCCLXXXV. indict. VII. & anno XXXV regni Domini nostri Karoli Regis, & in successu Lotharii Regis V. Ego Ioannes Episcopus hanc donationem relegi, & propriâ manu firmavi. Signum Macharii & uxoris ejus Gundradæ, qui hanc donationem, pariter cum precaria, fieri, vel firmari, rogaverunt.* In eodem Chronico est diploma Caroli Simplicis, continens immunitates Ecclesiæ Cameracensis; ubi inter alia legitur: *Cum terris cultis, & incultis, pratis, aquis, aquarumve decursibus, molendinis, cambis, sylvis* &c. Ad vocem Camba, in superiori diplomate Macharii, ita notat Colvenerius: *Camba Teutonicè* **Cam**, *quòd significat officinam coctoriam cerevisiæ. Legitur item hæc dictio Camba, & Cambarius, in vita manuscripta S. Mauronti, quæ est in libro argenteo collegiatæ Ecclesiæ B. Amati Duacensis oppidi. Iacobus Meyerus in annalibus Flandriæ anno 956. ex Chronicis monasteriorum citat hæc verba: Cum molis duabus, & cambis duabus. Eugenius Papa III. in litteris Romæ datis anno 1152. ad Godescalcum Atrebatensem Episcopum, loquens de privilegio Henniacensibus dato, sic ait: Molendinum aliud cum duobus furnis, & camba. In litteris Philippi Elsatii Flandriæ Comitis, datis Duaci anno 1188. de iisdem dicitur. Concessa etjam eis, ut liceat in perpetuum furnos & cambas facere, & etjam molendinaria caballaria, salvo jure meo. Deniq; in litteris Philippi Regis Francorum datis anno 1196. quæ ad verbum interseruntur litteris Philippi etjam Francorum Regis, pronepotis ejusdem, filii videlicet S. Ludovici, datis Parisiis anno 1280. (extant in archivis scabinorum Henniacensium) sic legitur: de unaquaq; Camba, quæ sita est in curtillo de renta, duas culpas cervisiæ, de unoquoq; brassino.* Pro *culpas* legendum *cupas*.

L. 1. c. 66.

Balderic. Chron. Camerac. f. 439.

Cambarius inde dictus cerevisiæ coctor, **Kammer** olim, nunc **Brauwer**. Historia Guinensis apud Du Chesne in historia Guinensi: *Quidam cerevisiæ brasiator, vel cambarius, ubi rustici homines, & incompositi, ad bibendum* &c. *convenire solebant.*

Preuv. fol. 142.

Camera .j. cubiculum, nobis **Camer**. Carolus Magnus hac voce utitur apud Monachum Sangallensem, referente Du Chesne, de rebus Caroli Magni lib. 2. ubi duos juvenes, Carolus, ita alloquitur: *Ad cameram meam servire debitis.* Est & in capitulis

Caroli

Caroli Calvi: *Accipiant per manus suas de camera nostra, ad opus uniuscujusq; monetarii, de mero argento, cum pensa, libras quinque &c. pensam argenti, quam ex camera nostra accepit &c. & cum ipsa, pensa cum qua argentum acceperat, unusquisque monetarius in nostra camera reddat.* Intelligitur hic Camera computuum, Reken-camer, vulgo: *Chambre des comptes.* Lipsius innuit vocem esse nostratem, id est, veterem Gallicam, unde Romani, & Itali eam sumpserint, ad illud Taciti lib. 3. hist: *Quin & barbari contentius vagabantur, fabricatis repente navibus, quas cameras vocant, arctis lateribus, latâ aluo, sine vinculo æris, aut ferri, connexâ.* Vbi sic disserit: *Nostrasne hæc vox? Certè etjam hodie, cubilia tecta, & clausa, cameras vocamus, & ab ea similitudine, prisci, opinor, has naves.* Alioquin & χαμάρα Græcum est, pro fornice, & tecto, instar fornicis, & *Camera* veteribus Latinis. *Camerus* item, & *Camurus*, pro curvus; quibus omnibus primam originem dedit Hebraïcum Kamar, quod est claudere, cingere, ut alibi ostendemus. Edict. Pisten. c. 104 fol. 308. Fol. 381.

Campus, Francis duellum dictum, quod hodieque Flandris Camp. Baldericus in Chronico Cameracensi, titulo: *De homine per advocatiam S. Vedasti in campo sustentato. In Dirniensi territorio, quendam ex familia S. Vedasti hominem, mali rapinatores, alienæ substantiolæ inhiantes, pravis insimulationibus adorti sunt, & ob hoc suum advocatum in jus quærentes, ipsum quidem hominem ad singulare certamen, quod rusticè dicimus campum, provocaverunt. Qui advocatum suum adfuturum pollicitus, intra hujus legis definiendæ terminum, sumptâ perâ, cnm baculo, ad cœnobium viri Dei pergere festinavit* &c. In capitulis Caroli Magni lib. 4. cap. 23: *Quod si ambæ partes testium ita inter se dissenserint, ut nullatenus una pars alteri cedere velit, eligantur duo ex ipsis, id est, ex utraque parte unus, qui cum fustibus, & scuto, in campo decertent* &c. *& campioni, qui victus fuerit*, &c. *& in sæculari quidem causa, hujusmodi testium diversitas campo comprobetur.* Pitheus in glossario suo, ad hunc locum, hoc adfert ex testamento Caroli Magni: *Nec unquam pro tali causa cujuslibet generis pugna, vel campus, ad examinationem judicetur.* Item ex Burchardo: *Duo eligantur ad pugnam, & cum duello litem decernant, & cujus campio ceciderit, perdat.* Ibidem Pitheus adfert ex diplomate Roberti Regis: *Legem duelli, quod vulgò campus dicitur.* Vulgò, inquit, quod antea rusticè .j. Barbarè, Flandricè, Francicè, non Latinè, aut Romanè. Leges Longob. lib. 2. tit. 55. leg. 29: *Quibuscumque per legem propter aliquam contentionem pugna fuerit judicata, præter de infidelitate, cum fustibus, & scutis pugnent, sicut in capitulari dominico prius constitutum est &c.* Francorum hunc morem fuisse, patet ex authore anonymo, de vita, & actibus Ludovici Pii an. 831. in hist. Francorum: *Affuit etjam Bernardus, qui modo prædicto, fugiendo se salvans, diu in finibus Hispaniæ exulaverat. Is ergo Imperatorem adiens, modum se purgandi ab eo quærebat, more Francis solito, scilicet crimen objicienti semet objicere* Lib. 1. c. 10. Du Chesn. t. 2. f. 308.

objicere volens, armisq; impacta diluere; sed cum accusator, licet quasitus, deesset, cessantibus armis, purgatio facta est juramentis. Erat vero hic sæcularium mos, non Ecclesiasticorum, aut Monachorum, qui calidi ferri, aut aquæ judicio se purgabant; ut est in Haimerici Vicecomitis Toarcii, cum Theodorico S. Albini Abbate, controversia, apud Sirmondum, in notis ad epistolas Goffridi

Ad. ep. 39. fol. 63. Abbatis : *Factum est, ut hanc ob causam peteret Toarcium, Vicecomitem adiret, paratus, aut calidi ferri judicio, secundum legem Monachorum; aut scuto, & baculo, juxta legem secularium defendere, nunquam in Abbatia S. Albini fuisse istam, & injustè exigi, consuetudinem; utrum fieret horum, Vicecomitis est judicio relictum; cumq; ille duellum potius elegisset, obtulit Abbas hominem Sancti Albini, qui & sacramentum faceret, & sacramento fidem brachio daret* &c. Ibidem sunt Hamelini Redonum Episcopi literæ, de controversia Mainguenoii, & Ivonis, duelloque inter eos commisso; hoc initio: *Ego Hamelinus, Dei gratia, Redonensis Episcopus* &c. *Iudicatum est inter illos duellum. Acceptum est ab utraque parte, & laudatum judicium. Cumq; die constituto ventum esset in campum, & post facta juramenta, pugiles, hinc, & inde, fortiter, & viriliter dimicarent, in prato Episcopi, juxta fluvium Isolam, præsentibus nobis, & Comite Conano* &c. *& fere omni clero, & populo Redonensi, tractatum est de concordia, & convenit, & placuit, ut Manguenoius terram suam quietam teneret, & poßideret, & Ivoni daret quinquaginta solidos* &c. Ibidem est & Stephani pro Comite Engolismensi, & Guilielmi pro malificâ duellum, ex veteri historia Comitum, atq; Antistitum En-

Notæ Godef. Abb. fol. 65. golismensium : *Dum malefica mulier non confiteretur, judicio Dei commissum est, ut quod verum latebat, per duellum duorum virorum inter se pugnantium, data victoria, probaretur. Factis ergo sacramentis feria secunda primæ hebdomadæ Paßionis, decertaverunt diu, multumque, extra civitatem in insula Carantoni fluminis, scilicet, missus Comitis Stephanus, & defensor malificæ Guilielmus, cum baculis, & scutis. Defensor enim malificæ erat ipso die maleficatus à quibusdam incantatoribus, & quibusdam potionibus herbarum initiatus. Sed Stephanus de solius Domini vero judicio confidens, victor, sine sui corporis damno, fuit. Alter toto corpore conquassato, suo nimium sanguine coopertus, victus stetit in pedibus, ab hora tertia, usq; ad horam nonam. Cùm se movere jam non posset, clypeo, & baculo, evomuit quædam malefica, quæ gustaverat: semivivus aliorum manibus deportatur, & longo tempore languens decubuit, incantatores verò ejus, de longe stantes, qui & quædam præcantamina dicebant, mox territi fugerunt. Stephanus vero latus, & exiliens eâdem horâ cucurrit Deo gratias referre, ad tumulum Sancti Eparchii, ubi prædictâ nocte pervigil excubaverat. Deinde reversus est, equitans in civitate, ut se reficeret. Malefica verò multis tormentis ignorante Comite mox excruciata, nec sic confessa est : sed à tribus mulieribus, quæ cum ea interfuerant maleficiis, convicta est testimoniis. Comes tamen ei pepercit, & vitam conceßit.* Spelmannus quoque in glossario,

in glossario, ad vocem *campus*, adfert formulam campi, seu duelli Anglici, inter Henricum Nailerum, & Gregorium Thornum: *pro manerio, & terris quibusdam in insulâ Hartia.* Vbi inter alia: *In diem pugnæ addictum, quadrata arena, campo Totillensi (qui Westmonasterio vicinus est) instruitur, virgas, in quolibet latere, viginti unam continens, duplicique repagulo, ad concludendos pugiles, & excludendam turbam circumcincta, &c.* Et paulò post: *Mane, quo pugnandum erat, Nailerus indutus diploide, & femoralibus laxioribus tramosericis, coloris omnino Martii, galero è bysso, ut loquuntur, villotico, fasciâ, & plumâ, sanguineis, exornato, præcinentibusque lituis & tympanis, Londinum minaciter spatiatur. Præferebatur ei è summitate gladii manica ferrea, quam à Thorno projectam sustulerat, & à satellite regio, druncus, seu fustis teres, quo peragendum erat duellum (ad mensuram ulnæ, cornuque munitum in extremitate) unà cum scuto è duriori corio. Hoc ingreditur, &c.* Iperius in Chron. Abbatum Bertiniensium, sub Abb. Odberto 34, ita ait, in eo libro, qui asservatur apud Teruanenses Canonicos, Ipris: *Secundum miraculum fuit, de duello, in villa, nostra, Calmont, quod pugil noster, Abbatem nostrum, aut ejus nuntium præstolans horâ duelli; vidit duas columbas niveas, directo volatu, à partibus Sithiensis climatis, adventare, circulumque duelli circumvolare; pugil noster hac visione lætificatus, in Deo, sanctoque Bertino, spem suam ponens, surrexit, à lapide, super quem sedebat, magnanimiter scutum vibrans, & fulminans, terram pedibus, & lapidem baculo feriens; de lapide sanguis emanavit; hoc iterum signo confortatus, duellum intrat, hostem potenter aggreditur, & statim superat, & sic victor, Ecclesiæ causam saluat.* Quæ idcirco adduxi, at ostendam duellum Francorum, quo lites terminabantur, non factum gladio, & pugione, ut existimârunt, sed fuste tantùm, & scuto; neque morte alterius rem decisam fuisse, sed victoriâ; sufficiebat enim alterum adeò cæsum, ut sese diutius defendere non posset, & campo excederet, aut ultrò manus daret; sæpè etiam duello inito, & nondum perfecto, res componebatur; alioquin sufficiebat campum obtinuisse. Chronicon Flodoardi, anno 923: *Campum obtinuerunt, spoliaque ab iis direpta sunt.* Nobis est: Het veldt behouden. In causis tamen majoribus, ac potissimùm criminalibus, ut læsæ Majestatis, &c. non nego, aut lanceâ, aut gladio, duellum peractum fuisse. Gregor. Turon. Hist. Franc: *Anno igitur XV. Childeberti regis, qui est Gunthramni nonus atque vicesimus, dum ipse Gunthramnus Rex, per Vosacum sylvam, venationem exerceret, vestigia occisi bubali deprehendit; cumque custodem sylvæ arctiùs destringeret, quis hæc, in regali sylva, gerere præsumpsisset, Chundonem cubicularium regis prodidit. Quo hæc loquente, jussit eum apprehendi, & Cabillonem compactum in vinculis duci, cumque uterque in præsentiâ regis intenderent, & Chundo diceret, nunquam à se hæc præsumpta, quæ objiciebantur, rex campum dijudicat: tunc cubicularius ille, dato nepote pro se, qui hoc certamen adiret, in campo uterque steterunt, jactatque puer ille lanceam*

Fol. 79.

Lib. 10. cap. 10.

super custodem sylvæ, pedem ejus transfigit: moxq; resupinus ruit, &c. Apud Danos, aliosque Septentrionales plurimus fuit duellorum usus. Frotho Magnus Daniæ rex, quem Wormius, in monumentis Danicis, scribit, tempore nati Christi, regnâsse, inter cæteras leges hanc edidit, ut est apud Saxonem Grammaticum: *Ut de qualibet controversia ferro decerneretur: speciosius viribus quam verbis confligendum existimans. Quod si alter dimicantium relato pede præ notati orbis gyrum excederet, perinde ac victus causæ detrimentum reciperet. Sin autem quavis de re pugilem popularis impeteret, ipsum armatus exciperet, cubitali dumtaxat stipite pugnaturum.* Ibidem Wormius ex Iona rerum Islandicarum lib. 1. cap. 9: *Qui humum cruore prior tinxisset, victus censebatur.*

L. 1. c. 10.

Capulare .j. scindere, incidere, resecare. Flandricè est **kap**, incîdo, **kappen** incîdere. Kilianus in Etymologico Teutonico: **kappen, hacken**, *conscindere, incîdere, resecare. Ang. Chippe.* Ibidem: **kapmes**, *culter concisorius*, **kapper**, *concisor*. Leg. Sal. tit. 17. §. 4: *Si quis aristatonem super hominem mortuum capulaverit, de unoquoq; DC. den. qui faciunt sol. XV. culp. jud.* Glossarium Goldasti: *Aristato tegmentum super tumulo, vel feretro, missum.* Ibid. tit. 18. §. 4: *Si quis concisam, vel sepem alterius capulaverit.* Tit. 29. ibid. §: *Si quis arborem, post annum, quam fuerit signata, capulare præsumpserit.* Tit. 36. §. 1. *Si quis tres virgas, cum quibus sepes superligata est, &c. capulaverit.* Idem in lege Ripuaria, tit. 43. §. 1. Adfert & Lindenbrogius ex legibus Burgundicis: *Capulare mulieri crines.* Ex Alemannicis: *Capulare caudam.* Ex Longobardicis: *Capulare vestes, capulare linguam.* Et: *nasus ei capuletur.* Item, ex Hincmaro, contra Hincmarum Landunensem: *Delatori, aut lingua capuletur, aut convicto, caput amputetur.* Flandricè hæc diceremus, **kappen, af kappen**; unde & Gallicum, *Couper*. *Capulatura* .j. incisio.

Camus, pro cerevisia, fuit vetus Francicum **Cam**. Vide *Camba*. Priscus Sophista in excerptis Historiæ Gothicæ: ἐκομίζοντο δ' οἱ ἑπόμενοι ἡμῖν ὑπήρεται, κέγχρον, καὶ τὸ ἐκ κριθῶν χορηγούμενον πόμα, κάμον οἱ βάρβαροι καλοῦσιν αὐτό .j. *Ministri qui nos sequebantur, advehebant nobis cenchrum, potionem ex hordeo præbentes, quam Barbari vocant camum.* Legitur 17 ff. de tritico, vino, vel oleo, legatis. lib. 9: *Si quis vinum legaverit, omne continetur, quod ex vinea natum, vinum permansit, &c. simili modo, nec camum, nec cervisia continebitur, nec hydromeli.*

Carrus, carruca, nobis **Carre**, vehiculum. Leg. Salicæ tit. 27. §. 7: *Si quis aliquid de campo alieno furaverit, exinde in carro, aut per caballum duxerit.* Ibid. tit. de caballis furatis: *Si quis caballum qui carrucam trahit, furaverit.* Leg. Ripuariæ: *Si quis per messem alienam, cum carro, vel cum carruca transierit, XV. sol. mulctetur.*

Tit. 4. §. 1.
Tit. 44.

Carrare, inde est, carrum agere. Adfertur è leg. Sal: *Si ipse vinum in carro carraverit, & ad domum suam duxerit, & discargaverit.*

Carralia opera, inde quoq; dicta, quæ carris peraguntur. Capitula

tula Caroli Magni: *Tria opera carralia licet fieri in die dominico; hostilia carra, vel victualia, vel angana, & si fortè necesse erit corpus cujuslibet duci ad sepulchrum.* Lib. 1. cap. 81.

Carropera, sunt opera, quæ carro fiunt, ut manopera, quæ manu, Capit. Car. Calvi: *Vt illi coloni, tam fiscales, quam & Ecclesiastici, qui sicut in polypticis continetur, & ipsi non denegant, carropera, & manopera, ex antiqua consuetudine debent; & margilam, & alia quæq; carricare, quæ illis non placent, renuunt.* Item mox: *Quidquid eis carricare præcipitur, de opera carroperæ, quando illam facere debent, sine ulla difficultate carricent.* Vbi Sirmondus: *Carropera, & manopera, duplex genus servitutis. Carropera, sunt, quas tit. 23. c. 14. carricaturas dixit, cum carri, vecturaq; opera debetur; manopera, servitium manuale dicitur.* Et mox in Polyptico S. Remigii: *Facient carropera de annona, aut vino, in leugis XII; sin autem, dabunt denarios XII. & alio loco: carroperis, & manoperas, inter totos circulos 50.* Itaq; carropus, & carropera, in recto singulari latino: *Opus operis, & opera operæ.* Edict. Pistens. fol. 289.

Carruca, in leg. Salicis, & Ripuariis suprà, idem quod carrus, aut carrum; sed & Carrica, quod vulgò Karreken, unde

Carricare, carrum, aut carricam vehere, &

Carricatura vectio, in cap. Caroli Calvi suprà: *In carricaturis, & paraveredis, exigendis, gravare.* Kiliano quoq; in Etymologico: Karren est *vehere, vectare carro.*

Carrucarius item, qui carrum, & carrucam, vehit, Karrevoerder, Karreman, Karredrijver.

Carga videtur ipsum onus, quod est in carro, quasi in carrum actum, aut potiùs, ut *ga* sit vocis productio; capitur pro quolibet onere, atque onerosa administratione, unde hodiernum *charge* Gallis, Hispanis *cargo*, Italis *carica.* Etymum hoc innuit lex Salica: *Si fœnum ad domum suam in carrum duxerit, & discargaverit DCCC. den. qui fac. sol. XLV. culp. jud &c.* Tit. 29. §. 21.

Cargare: itaq; propriè est, in carrum agere, onus carrui imponere, unde, *discargare*, onus impositum deponere, *decharger.*

Castaldus, vide *Gastaldus.*

Catal, Francica vox vetus, pro re mobili, propriè pro ea bonorum parte, quæ in animalibus consistit, à quorum capite, ipsa res, *capital* Romanis dicta: unde Franci per abbreviationem dixerunt *catal.* Spelmannus: *Primi regionum incolæ, quibus rarior esset, auri, & pretioris supellectilis usus, opes ex animalium copia dijudicabant; hinc & Græcis κεφάλαιον, unde illud tribuni Act. Apost. 22. ἐγὼ πολλοῦ κεφαλαίου τὴν πολιτείαν ταύτην ἐκτησάμην. Ego multo capitali civitatem istam consecutus sum.* Fragm. LL. Æthestani; *Imprimis reddant de meo proprio decimas Deo, tam in viventi capitali, quam in mortuis fructibus terræ.* In lege Salica tit. 10. §. 1: *Si quis animal, aut caballum, vel quodlibet pecus, in messe sua invenerit, penitus eum lædere non debet.* E §. 2: *Quod si fecerit, & confessus fuerit, capitale in locum restituat, ipsum verò debile, quod percussit, ad se recipiat.* Hinc in omni-

 bus

bus fermè clausulis legum Salicarum: *excepto capitali & dilatura, id est, excepto ipso animali, quod furto ablatum est, & damno, quod ortum è restitutione dilata.* Nec de animalibus tantùm, quæ caput habent, sed & de aliis rebus; ut de arbore &c. unde factum, ut pro quavis re, capital, aut capitale, dictum reperiatur. A *catal, catallum* Franci Latinè fecerunt, pro eo, quod nos, vulgò Catepl, dicimus. Brito Armoricus Philippidos

Lib. 1.

Tamquam servorum, res, & catalla, suorum.

In Hist. Ingulphus: *Istum Kenulphum si quis vexaverit Anglus,*

Rex condemno mihi cuncta catalla sua.

Hinc jus melioris catalli, quod domino debetur, subditi coloni morte. Indice des droicts par François Ragueau; *Droict du meillieur cattel: Hainau, chap 83. Qui est deu au Seigneur au trespas de quelqu'un, ou pour la condition de sa personne, ou pour la condition du lieu: & peut proceder de rachapt de servage. In Flandria, terra Franca, quæ Balfarti, & melioris catalli oneribus, liberata, à Ioanna Byzantina. Iacob. Marchantius de rebus Fland.* Vbi legendum: *Margareta.* Alias jus dicitur optimi catalli, vulgò, Het beste hooft. Kilianus in Etymologico: Kateylen, Kateelen, *bona mobilia, suppellex, res, facultates, vulgò catalla, catallum;* Anglicè Catalles; Het beste catepl, Flandricè, *pretiosissimum pecus domesticum, aut aliud ornamentum, vulgò melius catallum, & optimum caput, Anglicè* Cataple, cattel .j. *pecus.* In annalibus Belgicis Ægidii de Roya, ex editione Francisci Swertii, sic lego ad annum MCCLII: *Hoc anno, Margareta Comitissa Flandriæ, quitat omnibus viris, & mulieribus, de quibus singulis, in morte, mediam partē bonorum consuevit recipere, pro tribus denariis, de viris, & pro uno, de mulieribus; & pro meliore catallo, quod relinquerent, hoc est, pecore meliore de domo, vel aliud aliquod ornamentum. Sic datum, & approbatū, à Guidone Comite Flandriæ mense Aprili. Theuce Halvehave.* Pro quo lege: Teutonicè Halve have; nam Have, idem quod catallum. Kilianus: Have, *facultates, opes, divitiæ, pecunia, suppellex, bona mobilia, peculium, substantia.* Vnde eidem: Haveloos, inops. Meyerus

In Annal. anno 1252 de Margareta: *Eodem anno, servos, & ancillas, à quibus morientibus dimidium bonorum mobilium Comites accipiebant, totâ Flandriâ manumisit.* Idem anno 1260: *Eodem anno, abolitum à principe, genus quoddam tributi, quod nostrate linguâ:* halve have, *appellabant, hoc est, dimidium bonorum mobilium (alii mense Iulio anno LXI) gaudentibus plurimum, tàm nobilitate, quàm aliis, tali se onere liberatos.* Referendum hoc ad annum 1252. Et ad servos tantùm, atq; ancillas pertinere, convincit autenticum Margaretæ diploma, quod, è Flandriæ archivis, ipsemet exscripsi, in hæc verba: *Nos Margareta, Flandriæ & Hannoniæ Comitissa, notum facimus, tàm præsentibus, quàm futuris. Quod nos intuitu pietatis, & ut Dominus à servitute peccati nos liberet, & tradat perpetuæ libertati, omnes servos, & ancillas totius terræ Flandriæ, manentes, ad præsens, in eadem terra, vel in ejus appendentiis, sub nostra propria justicia, & non aliena, vel in*

futurum

futurum mansuros, de quibus medietatem omnium catallorum, tam viri, quam mulieris, habebamus, vel habere debebamus, in morte cujuslibet ipsorum emancipamus, & pro nobis, & pro successoribus nostris Comitibus, tradimus libertati, quamdiu remanebunt in locis supradictis. Tali modo, quod ipsi, & hæredes sui, qui essent nostri servi futuri, nobis, & hæredibus nostris, Comitibus Flandriæ, pro medietate omnium catallorum suorum, quam de ipsis, & eorum hæredibus, futuris servis, habebamus, & habere debebamus, in morte cujuslibet ipsorum. Nec non & pro servitiis, & angariis plurimis, quæ exigebantur ab eis, occasione servitutis, nobis, & hæredibus nostris Comitibus Flandriæ solvere tenebuntur, vir tres denarios, mulier unum denarium, in festo beati Remigii, quolibet anno, quamdiu vixerint. Et etiam in morte cuiuslibet morientis. Melius catallum appellamus in hac parte, non domum, vel armentum, sed pecus melius de domo, vel aliud melius ornamentum. Servos autem, & ancillas, quos in dicta terra nostra Flandriæ, vel in ejus appendentiis, extra nostram justitiam propriam, ac demaniam, manere contigerit: tanquam servos nostros, in vita, & in morte, prosequemur, ubicunque manserint, sicut prius. Vt autem supradicta robur obtineant perpetuæ firmitatis, appensione sigilli nostri præsens scriptum fecimus roborari. Ego vero Guido, Comes Flandriæ, filius antedictæ nobilis dñæ Margaretæ, Flandriæ & Hannoniæ Comitissæ, factum ipsius Dominæ matris meæ (provt superiùs est expressum) laudo, & approbo, & sigilli mei munimine confirmo. Datum anno Domini, millesimo, centesimo, quinquagesimo secundo, mense Aprili.

Idem est in primo edictorum Flandricorum libro, at satis vitiosum; quod eò libentius hîc correctum edidi, ut unusquisque videat, nostrates semper liberos fuisse, ac nunquam subfuisse legibus Imp. Romanorum, Constantini videlicet, ejusq; successorum, qui Christianos omnes servos libertate donârunt. De quo sic Marchantius; postquam meminit optimi capitis, sive catalli, à Margareta servis remissi, fol. 239: *Flandriæ Occiduæ maxima pars, iampridem exempta est per Principum indulgentiam. Quas servitutes forsitan eruditi vindictâ ferient, & ex hac tractatione manumittent, propter Constantini Magni, ejusque successorum edicta, servos Christianos pileo donantium. Sed meminerint illi, multis post seculis, non solummodo Caroli Magni, Ludovici Pii, Lothariique Cæsarum, ac Gulielmi, & Friderici, Neapolis Siciliæque Regum, de servis & ancillis constitutiones, at etiam Paparum Alexandrini, Vrbani, Innocentii, tertiorum, de coniugiis servorum, decreta extare. Videntur autem desiisse à Friderici, quem diximus, qui etiam Cæsar fuit, iuraq; Feudorum condidit, & anno* 1250 *obiit, temporibus. Nam Bartolus, qui anno* 1404. *claruit, servitutes Christianorum docet sua ætate fuisse antiquatas. Negari tamen non potest, hujus Margaritæ, Bartolo coævæ, tempestate, plurimos superfuisse, retinentes libertinæ conditionis, respectusq; erga veteres patronos, & quibusdam oneribus (ceu maiorum servitutis testibus) obnoxios: inter quæ haud minimum erat, quòd testamenti factio-*

Fol. 797.

ti factionem non haberent; sed absque prole decedentibus, in assem, aut frequentiùs semissem hæreditatis, hi succedebant, quibus ius erat patronatus: quod demum Principum nostrorum indulgentiâ remissum, aut minoribus oneribus redemptum fuit. Tempore Caroli Magni legimus tota Flandria tot servos fuisse, ut inter se adversus Dominos conjurârint, quod ostensum suprà; Francos quoque plurimos habuisse servos, patet ex titulis Leg. Sal. 11. *De Servis furatis.* Tit. 13. *De Furtis servorum.* Tit. 28. *de libertis dimissis.* Tit. 37. *de homicidiis servorum, &c.*

Cap. 4. fol. 27.

Cativus, seu *cadivus* .j. *malus*, nobis **Catijf**; Marculphus in formulis, cap. 2. fol. 148. *Vendidi servum juris mei, aut ancillam, nomine illam, non furem, non fugitivum, neq; cadiuum, sed mente & corpore sanum.* Vbi Bignomius: .j. *malum, improbum. Idioma Italicum integrum retinet cattivo, unde & nostris chetif.* Imo potiùs à vetere Gallico **catijf**.

Lib. 1. cap. 64.

Cauculator. Carolus Magnus in capitulis: *Ideo præcipimus, ut nec cauculatores, & incantatores, nec tempestarii, vel obligatores fiant; & ubicunque sint, emendentur, vel damnentur.* A **kokelaer**, quod significat histrionem, joculatorem, præstigiatorem, Zelandis & Hollandis, nobis **Guychelaer**. Kilianus in Etymologico Teutonico: **Kokelen** .j. **Guychelen**, *histrionem agere.* Idẽm; **Guycheler**, **Kokeler**, *ludius, ludio, gesticulator, histrio, mimus, agyrta, chironomus, cybisteter, petaurista, circulator, ventilator, joculator. Vulgò cocloarius, coclarius, cauculator, gauculator.* Item; **Guycheler**, **Toverer**, *præstigiator, saccularius:* inde putem **kokel-latijn**, oratio malè latina, quali circulatores, & cauculatores uti solent; non ut alii, **koken latijn**, quali in culina utuntur coqui. *Coclearius* idem quod cauculator est apud Carolum Magnum in capitulis: Item in Concilio Chalcedonensi: *ut coclearii, malefici, incantatores, & incantatrices fieri non sinantur.*

L. 1. c. 21.

Tom. 3. sub initiũ.

Chrenecruda, inquit Glossarium Goldasti: **Groen crud**, *viridis herba*, ut chrenecruda jactare super aliquem dicatur pauper, qui ditiorem cognatum pro redemptione sui provocat, nam vulgò dicimus de eo, qui negligenter rem domesticam gerit, **Er komt auf keinen gruenen zwey oder wasen.** In leg. Salic. de chrenocruda. Vbi inter alia: *debet cum sinistra manu de illa terra ultra suas scapulas jactare,* dextrâ videlicet tenens cespitem, cum viridi herba, atq; inde arreptam terram jactans *sinistrâ. V. Werpire.*

Tit. 61.

Clenodia dicuntur, quæ luxus sunt, non necessitatis. Chronicon Vltrajectinum Hedæ in Godefrido: *Nitebantur clenodia sua violenter abstrahere.* **Klein**, **Kleen** parvum, **nood**, necessitas. Kilianus: *quasi dicas*, **Kleyn-noode** .j. *parum necessaria.*

Tom. 2. Concil. Gallic. fol. 157.

Clocca .j. Campana: nobis **Clocke**. Capitula Caroli Magni: *Vt cloccæ non baptisentur.* Onomasticum Latino-saxonicum apud Spelmannum: *cloca* .j. **Belle**, *campana: item: clocarium, campanile.*

Cofia pro capitis tegumento apud Fortunatum in vita S. Radegundis: *camisias, manicas, cofias.* Vulgò **Coife** apud Brugenses est cri-

est crinium receptaculum: item, capitis tegumentum è serico. *Coipha*, & *Cophia*, idem. Matthæus Paris ad annum 1256. *Voluit ligamenta suæ coiphæ solvere, ut palam monstraret tonsuram se habere Clericalem.* Glossæ veteres in Iuvenalem. *Reticulum, vocatur receptaculum crinium, quod vulgò cuphiam dicimus.* Papias: *cidaris, mitra, tiara, pileus Sacerdotalis, cuffia.* Brugenses cuphiam etjam Huyve appellant.

Cogcio idem ferè quod Cauculator. Sangaleñ Monachus in gestis Caroli Magni, lib. 2. *quidam cogcio derisus, insulsus, & insaniens, lanea tantùm, & femoralibus indutus.* Fortè propriè coqui, aut culinæ sectator, quod & nobis est Cockijn, à Coq coquus, unde & Gallis hodieque remansit *coquin*.

Cogilus pro sphæra, seu globo, nobis Coghel. Leges Ripuariæ tit. 38. apud Comitem Nuenarium in Hist. Francor. du Chesne: *spatam cum cogilo*, ubi Nuenarius interpretatur *capulum*. Kiliani Etym: Koghel, *capulus gladii, cogilum in legibus Ripuar. Francorum.* Idem: Koghel, Keughel, Kughel, *globus, sphæra: vulgò cogilum.* Tom. 1. fol. 177.

Colpus pro ictu, nobis Clop, metathesi Colp, item Cop, Cap, unde Gallicum *coup*; Cloppen, Coppen, Cappen est percutere, ferire. leg. Salicæ: *Si quis ingenuus, ingenuum cum fuste percusserit, & sanguis tamen non exierit, usq; ad tres colpos.* Formulæ veteres Marculphi tit. 29. *Cum armis suis super me venit, & colpos super me misit.* Item: *tales colpos ei dedi, pro quibus ipse mortuus est.* Tit. 20. §. 7.

Colpo etjam pro parte abrupta, seu abscissa, Hoveden in Richardo .j. sub anno 1194: 40. *grossos longos colpones de dominica candela Regis.* Vide & supra *capulare*.

Contrada. Odericus in peregrinatione sua: *In hac contrada utuntur homines navigio* &c. Est & apud Petrum de Vineis, & Matthæum Paris aliquoties: ex vernaculo Contreye. Kilianus: Contreye, *regio, tractus, plaga.*

Conucula .j. colus, Gallis hodiernis *quenouille*, ex veteri Gallico Quene .j. uxor, materfamilias, Item anus, quo & nostrates utuntur; erat verò matrumfamilias proprium nere, unde & nendi instrumentum, Queneke, Quenouelle. Etym. Kiliani: Quene, *vetus, uxor, materfamilias. Quenum seu Quena veteribus Teutonibus dicitur uxor, sive materfamilias, teste Otfrido Weissenburgeñ S. Galli Monacho.* Leg. Rip. *Quod si ingenua Ripuaria, servum Ripuarium secuta fuerit, & parentes ejus hoc contradicere voluerint, offeratur ei à Rege, seu à Comite, spata, & conucula; quod si spatham acceperit, servum interficiat; si autem conuculam, in servitio perseveret.* Spelmannus adfert ex Glossario Latino Theotisco: *colus, cunchla.* Tit. 60. §. 20.

Coqua navicula, quod & coga, & cogo, vulgò Flandris Cogh, Cogghe, Coggken: Guilielmus Nangius in Gestis Philippi Regis: *Quicquid igitur Saracenis de exercitu, & equis eorum, erat necessarium, galearum, & coquarum vehicula, civitas ministrabat.* Matthæus Westmonasteriensis ad annum Dom. 1066. *Venit adhoc in Angliam*

gliam (Rex Noricorum) *trecentis cogonibus advectus, ut eam subjicere conaretur.* Etymologicum Kiliani: **Cogge, Coghschip**, *celox.*

Cotarus, & dimin. *Cotarellus*, dicitur, tugurioli, aut casulæ habitator, pauper, vilis. A vernaculo **Kot, Kote**, tuguriolum, latibulum, antrum, ex veteri consuetudine. Ovid. 1. Metam:

Domus antra fuerunt.

Iuven. Sat. 6:

——— *cum frigida parvas*
Præberet spelunca domos.

Tacitus de moribus Germ. *Solent & subterraneos specus aperire &c. suffugium hiemi.* Rigordus de gestis Philippi Aug: *Ricardus comes Pictavensis multitudinem cotarellorum ad castellum Radulphi pro succursu miserat. Erant*, inquit Spelmannus, *homines viliores (Gallis Cotereaux & Costereaux) qui sub Anglo militantes, Francis admodum infesti erant.* Ibidem & *Cotarius*, nobis **Cotjonghen**, & *Cotmannus*; & *Cotagium*, & *Cota*, pro tuguriolo.

Cratare .j. Scabere, scalpere; nobis **Cratten, Cretten, Cratsen, Crabben, Crabbelen, Crauwen**, voces per onomatopœam. Leg. Burg. tit. 3. §. 44 *Si quis alium unguibus crataverit, ut non sanguis, sed humor aquosus decurrat.* Kilianus **Kratsen** .j. **Kretsen**, *scabere.* Item: **Kretsen** .j. **Kratsen** *scabere.* Item: **Kretser** *Flandris* **Ruymstock**. *baculus rasorius bombarda.*

Tit. 6. §. 3. *Curtis* Francis veteribus hortum significavit. Leg. Salic. *Canem domesticum domus, sive curtis, qui in die ligari solet.* Form. veteres fol. 267. *In curtibus, vel villis ipsius monasterii.* Petrus Beneventus apud Spelmannum, & Lindenbrogium: *Curtis vulgare est Gallicorum, sicut mansus Italicorum.* Origo est vetus *gard* seu *gaerd*, quod & nobis hortum significavit, atque remansit in **Wijngaerd**: .j. hortus vineis, **Bogaerd**, hortus arboribus consitus, pro **Boomgaerd**. Kiliani Etymologicum: **Gaerde, Gaerd** *German. Sax. Fris. Sicamb. Hortus pomarius. Brabantis hæc vox usitatior in compositis, quàm in simplici, ut* **Boomgaerd, Roosegaerd**. Spelmannus in Glossario: *Curtis pro horto, à* **Garden** .j. hortus, Anglis, Saxonibus, &c. Quod hodiernis etiam Gallis remansit in *Iardin*; ut & à Curtis, *Court.* Plerique existimârunt, à Latino Cors, Cortis; seu Cohors, Cohortis, ortum; quod Varroni significat aream, propè domum, in qua aluntur alites. Ego ipsum Cors potiùs existimo, origine Gallicam vocem esse, quod etyma videantur adduci remotiora.

Lib. 4. Varro de L. Lat: *Quod circa eum locum pecus coërceretur, aut à* χοῦρθυς, *aut à* χόρτος, *quod gramen significat.* Verus Gallicum, ac Francicum, **Gard, Gaerd, Garden, Gardin**, originem habet à **Gaeren, gaderen**, quod est colligere, congregare, quia ex horto fructus colliguntur. Vnde & **Gaerden**, & **Waerden** custodire, quod collecta & conquisita custodienda sint; & solent hortis adhiberi custodes; **Gaerd** inde & **Gard** custodia, præsidium, cohors prætoria, unde & Cors, Cortis; seu Cohors, Cohortis, pro militum

litum, seu vigilum turma, quæ postea ad certum numerum constricta est. Neq; placet quod etjam habet Varro de Ling. Lat: *Cohors, quod ut in villa, ex pluribus tectis conjungitur, ac quiddam sit unum, sic ex manipulis pluribus copulatur cohors.* Cluver. Germaniæ antiquæ de voce Germ. Gard; Anglica Garden .j. *hortus*, ait Slavorum linguâ etjam dici, Gozod, Hozod, Grad, Hrad, & Harad. Adjungens: *Quin Latinorum etiam hortus ex eodem fonte proflaxisse videtur, quantùm enim discrimen inter* Horod, *&* Hort? *admodum exiguum. Germanorum certè* Gard, *cum Slavorum* Harad, *sive* Garad, & Gorad, *eandem habet originem.* Et mox de Gallico Court: *Gallis, & Anglis* Court, *quam satis ineptè Galli deducunt à Latina voce cohors, sine ulla probabili ratione. Et ipsam Celticam esse, nihilq; aliud antiquitùs significâsse, quàm quod* Gard, Hof, *&* Tuyn; *id est, locum conseptum, munitum &c. maximè credibile est.* Gallis hodiernis ex veteri Gallico Gard, remansit *Garde*, pro custodia; & *Gardien, Guardien*, pro custode: nostrates Gardiaen vocant. Spelmannus: *Curtis, pro area, circa ædes.* Leo Marf. Caff. lib. 1. cap. 36: *Domum unam novam, cum curte, & ædificiis.* Item pro habitaculo rustico. Idem author lib. 1. cap. 1: *Turtullus Patricius 18 patrimonii sui curtes S. Benedicto concesserat.* Idem Leo lib. 1. cap. 36: *Obtulit B. Benedicto curtem suam, quæ dicitur Fara Maroni, cum omnibus pertinentiis suis.* Vnde apud Gallos hodie plurima prædia in *Court* desinunt, atq; integri pagi, quibus majus aliquod prædium originem dedit.

Lib. 4.

Lib. 1. c. 13.

Curtis quoq; pro aulâ, & palatio Principis, tum à magna area quæ solet esse circa palatium; tum quod ibi soleat esse militum, excubitorum, aut stipatorum cohors. Iornandes de rebus Geticis, cap. 4: *Area verò curtis ingenti ambitu cingebatur, ut amplitudo ipsa regiam aulam ostenderet.* Asser. Menevensis in vita Alfredi: *In curte Regis nutriti.* Hodie quoque Galli dicunt, *la Court*, pro aulâ. *Curtis regia* apud Astulphum regem, in legibus Longobardorum: *Ipsa venerabilia loca componere debebant, sicut curtis regia exigere videtur.* Est in legibus Bojorum, & *curtis Ducis*, & *curtis Nobilium*; vide Lindenbrogium.

Lib. 1. tit. 2. §. 9.

Curtillum, parva curtis; & *curtilagium*, locus curti adjunctus, ubi herbæ leguntur Spelman.

Cupla ex nostro Coppel, Copple, Gallis hodie *couple*. In capitulis Caroli Magni: *Vt Abbates, & Abbatissæ cuplas non habeant, nec falcones, nec accipitres, nec joculatores.* Vbi jaculatores legendum pro rei subjectæ materia. Cæterum venatici canes copulantur, quod nos Coppelen dicimus. Non malè alii hic *Coplas* legunt.

Concil. Gall. tit. 2. fol. 117.

Custumia, Costumia, Costuma, Costume. Chronicon Cameracense: Forma fidelitatis quam Walterus Episcopo promisit: *Fidelitatem, sicut tibi promisi, attendam, & postpositis Karlensibus custumiis, talem honorem tibi observabo, qualem Lotharienses milites Dominus suis, & Episcopus.* Necrologium Trecense apud Meurs. in Glossario Græco

Barbaro:

Barbaro: *Dedit Ecclesiæ, tempore, quo vivebat, pro anniversario suo faciendo coustumas, quas habebat apud Polliacum.* Recentiores Græci κȣςούμιν etiam dixerunt, inde & κȣςούμιον, ut est apud eundem Meursium. Glossæ Græco-barbaræ: κȣκούθης ἢ κȣκοόςȣμ☉· .j. *qui malus moribus est.*

Costumarius, ad consuetudinem pertinens, ut vectigal coustumarium, quod è vetere consuetudine penditur.

Costumarium pro libro consuetudinum, substantivè. *La coustumiere de France* &c.

D

Dardus, arundo, & ex arundine factum telum, aut sagitta: vetus Gallicum, fuit Dard, à Daren, seu Darren, quod est arere; nunc Dorren; ad imitationem Latinorum, quibus ab areo etiam

Lib. 5. Æneid. est arundo, quod & pro telo capitur. Virgil:

Namq; volans liquidis in nubibus arsit arundo.

Lib. 6. Metam. Ovid: *Inq; cor hamatâ percussit arundine Ditem.*

Abbo de obsidione Lutetiæ:

Lib. 1. *At turris nocturna gemit dardis tenebrata.*

Et inferiùs eodem libro:

Arce ruit, dardumq; ferens, castella petivit.

Kilianus in Etym. Teuton: Daren, Darren, *Germ.* .j. Dorren, *arefieri, arescere, & arefacere,* Gal. *tarir.* Item: Dare, *Saxon. Fris.* Ast, *Vstrina.* Et: Darnste, Dornste, *hypocaustum.* Hinc & Darinck, *nigra quædam viscosa gleba, qua ignis fovetur, apud Flandros Septemtrionales, & Zelandos.* Kilianus.

Drappus, .j. pannus, & vestis è panno; vetus Gallicum fuit Drap, unde & Brugis hodie Drappieren, pannum efficere; Drappiers, textores, & confectores panni; Galli hodierni quoque vocem *Drap*, reservârunt. Capitula Caroli Calvi in Edicto Pistensi, anni 863: *Cum drappis, & calceamentis depannatis.* Vbi Sirmondus: *Drappos, inquit, depannatos, vestes usu detritas, & derosas.* Marculphus in formulis: *Argento, auro, fabricaturis, drappis, vesti-*

Lib. 1. c. 12. *mentis, &c.* Item: *Fabricaturas in solidis tantis, drappos.*

Drapa & Drappa quoq; dicitur, in ep. Salomonis Regis Brittanniæ Armoricæ, ad Adrianum II. Papam, in Hist. Brittan. lib. 2.

Lib. 2. c. 16. cap. 22. *30 camisias, & 30 drapas laneas, variis coloribus tinctas.*

Drappalia quoque in Formulis solennibus 125: *Aurum, argentum, drappalia, exinde tulissent.* Etymol. Kiliani: Drapen, *Holland. Fris.* .j. Passen. Item: Drapier, Drapenier, lanarius, lanifex, &c.

Drudus, & *Drudis*, pro fideli; nobis Trouw, Getrouw, olim Drut,

Tit. 23. cap. 4. Draut, Druyd. In capitulis Caroli Calvi, epistola Episcoporum, ad Lud. Regem, anni 818: *Sine adjutorio uxoris, ac filiorum, & sine solatio, & comitatu drudorum, atq; vassorum.* Auctor vitæ S. Vdalrici: *Drudes suos donis congruis sibi complacere satagebat* .j. *fideles suos, ses feaux.* Etym. Kiliani: Drud, Draud, Druyt .j. Trouw, Getrouw; *fidelis, fidus.* Druyt, ende Vriendt, *vetus Flandricum, Fidelis*

delis, & amicus. Druthe, inde Francis ſponſa dicta, quæ fidem dedit futuro marito. Leg. Salic. tit. 14. §. 10: *Si quis puellam, quæ druthe ducitur ad maritum, &c. aſſalierit, &c. VIII. den. qui fac. ſol. CC culpab. jud.* Ita in editione Baſilienſi; alibi legitur, Druchte. A veteri drut, druyd, trud, truyd, .j. fidelis, originem habent nomina propria: Trudo, Trude, Truye; & in compoſito, Gertrudis; Hildrudis, Hildetrudis; Waltrudis, Waldetrudis; Engheltrudis, &c. de quibus alibi: Dru, & Tru, fuit fides, nunc Trouw, Trouwe; & Truwen, nunc Trouwen, fidem uxori, aut marito dare.

Drunghus .j. globus populi, & concurſus, nobis Drongh, à Dringhen .j. concurre, comprimere, imprimere. Vopiſcus agens de Francis, & Germanis, à Probo devictis: *Omnium gentium drungos, uſque ad quinquagenarios homines, ante triumphum duxit.* Vegetius: *Scire dux debet, contra quos drungos, id eſt, globos hoſtium, quos equites, oporteat ponere.* Alii legunt hoc loco *drumos*, quaſi à Græco δρέμω curro, unde δρόμος, *curſus, concurſus.* Brugenſibus Drammen, etjam eſt *concurrere*, idem quod Dringhen; Droom, concurſus, conſtipatio, globus hominum. Anglis etjam *Drenges*, & *Drengi* ſunt ſtiparii, vaſſalli, ſatellites. Spelmannus in Gloſſario: *Fortè quoq; drenges, ſatellites, & ſtipatores ſignificet, juxta Teutonicum* Drangh, *&* Gedrangh *.j. ſtipatio, compreſſura, &c. unde etjam drengus, pro globo.* In Probo. Lib. 3.

Drungarius. Drungi præfectus, chiliarcha, centurio, globi militaris præfectus, Græcis recentioribus etjam δρουγγάριος. De cujus etymo varii varia. Spelmannus in Gloſſario ad vocem *drongarius*: hodie *throng* dicimus, pro confertâ multitudine, & appoſitè rem expoſuit Vegetius, cùm dixerit, *drungos*; id eſt, *globos*, Germanicumq; eſſe Vopiſcus intimat, cùm vocabulo utitur, de Germanis tractans, quorum agmina Tacitus ſæpè *globos* vocat.

Durpilum .j. limen, veſtibulum, Durpel, Dorpel. *Leg. Salic:* Tit. 61. *Poſtea intrare debet caſam ſuam, & ſtare in dorpilo*; hoc eſt, *in liminari.* In formulis apud Lindenbr: *Conſignavit, tradidit, & veſtivit, & per durpilum, & feſtucam, ſibi foris exitum alienum, vel ſpoliatum in omnibus eſſe dixit, & omnia werpivit.* Tit. 155.

E.

Ewa, vetus Francica vox, pro lege, in eadem ſignificatione proavis etjam noſtris uſitata. Sirmondus in notis ad capitula Caroli Calvi, in actis Synodi Cariſiacæ, ubi quædam capitula referuntur Caroli Magni, & Ludovici Pii Imper: id, quod eſt ibi: *Secundùm legem eam illi. Non eſt dubium,* inquit, *quin ita legendum ſit, ut editum eſt à Pitheo, in capitularibus, lib. 3. cap. 65:* Secundùm legem, & ewam. *Nam & hoc prorſus modo capitulum idem recitatur in legibus Longobardorum, lib. 1. tit. 14. leg. 9. & in additione 11. lib. 5. cap. 34. vox eadem uſurpatur.* Leg. Salic. tit. 29. editio- Fol. 156.

editione Heroldi, *Landewa* .j. Land-recht, Landt-wet. Lindenbr. Glossar. Latino-theotiscum: *Lex, Ewa.* Ger. Vossius de vitiis linguarum, fol. 198. lib. 2. cap. 5. *Ewa, Lex; ut est in Glossario Latino-theotisco, quo apud Magnum Florentiæ Ducem usus fuit Clarissimus Lindenbrogius. Sic in Cantico Canticorum,* παραφραστικῶς *veteri linguâ Franciâ reddito, ante annos penè sexcentos, accepit Willeranus Abbas. Verba ejus sic sonant, non quidem in codice, curâ, optimi, & doctissimi Merulæ edito; sed in vetustissimis nostris membranis:* Wir ne wollen nieth vergezzan, das din gnada dines Evangelii snozer is, danne din sarphi dero ewo. *Quæ Belgicè sic reddas:* Wy en willen niet vergeten, dat de genade uwes Evangelii soeter is, dan de serpe smaeck der Wet. Euwe *vocem, pro* lege *usurpant leges Alemannicæ, Boicæ, Longobardicæ; item Capitularia Caroli Magni: unde & olim landewa, quod nunc* land-recht.

Cap. 1. vers. 4.

F.

Faida, pro inimicitia. Synodus apud compendium sub Pipino Rege: *Si qui, propter faidam, fugiunt in aliam patriam:* Capitulum Pistacense sub Carolo Calvo, anno 869: *Vt ipsa faida, secundùm constitutionem Avi, & Patris nostri, legaliter pacificetur, aut juxta leges, secundùm quas in aliis regionibus quilibet vivunt, sedetur.* In capitulis Caroli Magni, avi ejus, ita legitur: *Si quis aliquâ necessitate cogente, homicidium commisit, comes, à cujus ministerio res perpetrata est, & compositionem solvere, & faidam, per Sacramentum pacificare faciat.* Item: *De faidis pacandis, de homicidiis prohibendis.* Non aliud est hisce locis faida, quàm nostrum Veete .j. *inimicitia.* Kilianus in Etymologico Teutonico: Veete, Veede, Veyde, Vied. *Odium, simultas, &c. vulgò feida, faida.* Item: *faidam vocabant Franci simultatem apertam, quâ unus aliquis, uni, vel pluribus, bellum denuntiat. Hinc faidosus .j. hostis publicus, qui faidam exercet, in lege Salica Francorum. B. Rhen. Ang.* Foe, *hostis, inimicus;* & Foeth, feeuwd, *inimicitiæ dicuntur. Faida, id est, inimicitia capitalis in capitulari Car. Magni.* Apud eundem Kilianum legitur: Veeten, Veeden, *odium gerere, inimicitias gerere, exercere simultates &c.* Sed & Franci dixerunt: *Faidam portare, faidam gerere,* ut & nostrates: Veete draghen. In capitulis Caroli Calvi apud Sylvacum, anno 853: *Et si latro ibi occisus fuerit, qui eum occiderit, leudem inde non solvat, & nullus illi inde faidam portare præsumat.* In legibus ab Edmundo Rege latis, anno Christi, 944. apud Spelmannum: *Cum interfecti cognatus faidam gerito.* Ibi Spelmannus: *De qualibet inimicitia faida non dicitur, at de capitali illa apud Germanos, Barbarosq; Aquilonares populos, exorsa: qui privatas imicitias per totam cognationem diffundentes, gentiles eas fecerunt, & mortiferas. Tacitus in moribus Germanorum:* ,, Suscipere, *inquit,* tam ini- ,, micitias, seu patris, seu propinqui, quam amicitias necesse est. *Rectè quidem necesse, cum homicidia, non judicis sententiâ, sed dextrâ, & furore*

& furore consanguineorum interfecti, pœnas pro arbitrio deposcentium, luerentur. Convellitur interea pax ubiq; publica, & cædes funestißimæ indies perpetrantur, nec cohibere valuit Principis supercilium, nisi pluribus legibus, plurium sæculorum vigore subrepentibus; sic quod nunquam potentia, tandem evincit prudentia. Leges ejusmodi crebras, habes inter Salicas, Longobardicas, Francicas, aliasq; exoticas antiquas, etjam in capitulis Caroli, & Ludovici.

Faidosus, qui cum aliquo est in faida, aut qui alteri portat faidam, **Die vemandt veete draeght.** Carolus Magnus cap. 6: *Si faidosus quis sit, discutiatur quis ex duobus contrarius sit, ut pacati fiant, & distringantur ad pacem, etjamsi noluerint.* Lex Frisiorum certis locis inducias præscripsit, in additione, tit. 1: *Homo faidosus pacem habeat in Ecclesia, in domo sua, ad Ecclesiam eundo, de Ecclesia redeundo, ad placitum eundo, de placito redeundo.*

Fallire, est à nostrate, **Faelen**, & **Faillieren**, quamquam hæ possint esse ex Latinorum *fallo*. Leg. Salic. tit. 29. fol. 551: *Si quis voluerit alterum occidere, & colpus ei fallierit, vel cum sagitta toxicata eum percutere voluerit, & ei ictus fallierit, &c. Vulgò hodieq;*, **Den slagh is gefaelt.** Item: **'tis faulte**; unde & hodie Gallis *faillir*, & *faulte*. Kilianus: **Faute**, erratum. Item: **Fauten**, id est, **faelen**. Item: **Fael**, erratum; *dicitur* **Fael**, *quasi dicas*, **Val**, *lapsus*. Item: **Feyl feylen**; **Fael, faelen.**

Fano, est sudarium, mappula, linteolum. Alcuinus de divinis officiis, cap. de singulis vestibus: *Sudarium quod ad tergendum sudorem in manu gestari mos est, quod usitato nomine fanonem vocamus.* Papias: *fano, operimentum quoddam.* Glossar. Latino-theotisc: *Linteolus, fano.* Lex Alem. tit. 84: *Levent illam terram presente Comite, & commendent in sua manu, ille involvat in fanone.* In sacris, ejus præsertim usus. Missale vetus, apud Lindenbrog. pag. 52: *Calicem cum fanone circundatum.* Vox fuit vetus, **Fane**, seu **Vane**, pro linteolo, deinde pro lineo, ac quolibet vexillo, nobis hodie **Vane.**

Filtrum, filtrus, & *feltrum*, pannus crassior, ex pilis propriè coactus, non textus; vestis coactilis, puta galerum, & pallii genus, ad excutiendum pluvias, & ejusmodi. Diploma Caroli Magni apud Goldastum, Num. 58: *Accepimus ad taxatum; hoc est, auro, & argento, sol. 70, & cavallos, cum saumas, & rufias, & filtros, cum stradura sua, ad nostrum iter ad Romam ambulandum.* Regula S. Benedicti, fol. 129: *Chlamidas, sive de ruscia, sive de panno, sive de feltro.* Ita Spelmannus, qui adnotat Saxonicè, **Filt** dici; Anglicè, **Felt**. Planè vox est nostras, **Vilt, Vilten-hoet**, *galerus ex feltro.* Kilianus in Etymologico: **Vilt** *pannus coactilis, vestis coacta, &c. vulgò feltrum.* Idem: **Vilt, Vilten-mantel**, *penula coactilis.*

Flasco .j. lagena. Flodoardus de S. Remigio, & Ludovico Pio: *Cui vir quoq; Sanctus, ut pridem fecerat, vas, quod vulgò flasconem vocant, vini à se benedicti plenum dedit: hoc idem, quod antea man-* Lib. 1. cap. 15.

tea mandans, ut eò usq; ad bellum produceret, donec sibi, suisq; quibus exinde dare vellet, hoc vinum de prædicto flascone non deficeret. In quem locum Colvenerius: *Vtitur voce flasconis, B. Gregorius, lib. 2. Dialog. cap. 18.* Gallis, *Flascon:* Italis, *Fiascone:* Nobis, **Flassche, Flessche.**

In Scoliis fol. 145.

Foderum, vide *fodrum* .i. pabulum, equorum præsertim. Nostratibus hodieque, **Voeder.** A **Voeden**, *nutrire*, formatur, **Voederen**, quod est, pascere, alimoniam præbere, contractè, **Voeren**, & specialiter equos, & animalia pascere. Carolus Magnus in capitulis anni 830: *Vt nullus audeat in nocte negotiari, excepta vivanda, & fodro, quod iter agentibus necessaria sint.* Item, in cap. Car. Calvi, anno 853, ad Sylvac. edit: *Vt missi in illorum missaticis curam habeant, ne homines nostri, aut alii quilibet vicinos suos majores, vel minores, tempore æstatis, quando marescalcos eorum, ad fodrum dirigunt, vicinos majores, vel minores deprædentur.* In capitulis Hincmari, anni 877: *Neq; ducatis homines superfluè, per quos illos gravetis, in cibo, & potu, & fodro ad caballos.* Ita quando equites extra castra pabulum procedunt, id nobis, **Voederen**, dicitur, unde *fodrare:* Gallis: *Aller au fourage. Foderum* præterea, capitur pro annona, & nutrimento militari. Auctor vitæ Ludovici Pii: *Inhibuit, à plebeis ulteriùs annonas militares, quas vulgò foderum vocant, dari.* Nam **Voeden**, & **Voederen**, generaliter est, *nutrire.* Otto Frising. de gestis Frederici I. lib. 2. cap. 13: *Mos enim antiquus, ex quo Imperium Romanum, ad Francos derivatum est, ad nostra usq; deductus tempora, ut quotiescunq; Reges Italiam ingredi destinaverint, gnaros quoslibet, de familiaribus suis præmittant; qui singulas civitates, seu oppida peragrando, ea quæ ad fisci regalem spectant, quæ ab accolis,* fodrum *dicuntur, exquirant.* Poëta item Ligurinus, Lib. 8.

> *Id quoq; quod* fodrum *vulgari nomine dicunt,*
> *Et capitolitium certo sub tempore censum,*
> *Hæc Ligures sacro tribuerunt omnia fisco.*

Ex his corrigendus textus, diplomatis, de pace Constantiæ, inter Imperatorem Fredericum, & filium ejus, Henricum, quod Feudorum libris addi solet, post Institutiones, & Codicis librum 12, atque Authentica. Vbi legitur fol. 189, editionis Lugdunensis, anni 1518: *Nobis autem intrantibus Lombardiam, fodrum consuetum, & regale, quæ solent, & debent, præstabunt.* Vbi manifestò legendum *fodrum*; quod Glossatores hactenus non intellexerunt.

Foderare, contractè *fodrare*, & *forrare*, unde

Fodratura, est suffultura panni, & subductitia pellis, à nostrate **Voederen**, & contractè **Voeren**, farcire panno, aut pelle, subducere, & suffulcire. Concilium Constantiense, Sess. 36. cap. ult. de vita & honestate Clericorum: *Vestes etjam fissas retro, & in lateribus, cum fodraturis, ultra oram excedentibus, etjam cum fissuris deferunt.* Nobis est **Voederinge**, & **Voeringe**.

Furatura,

Furatura, pro foderatura, & suffultura; nam quod nos Voeren, alii Dueren.

Fodrarius, qui fodrum, seu annonam militarem exigit, Gallis vulgò *Fourier*, nobis Voederaer. Hincmarus ad Carolum Regem, anno 859: *Mittite homines secundùm consuetudines prædecessorum vestrorum, qui in longiùs pergant, propter fodrarios, & curam de pace suscipiant.*

Forrari, apud Matthæum Parisiensem, est pabulatum ire, anno 1242: *Quidam de Francis discurrebant, emolumentis victualium intendentes, quod vulgariter* forrari *dicitur.* Kilianus: Foragie, *pabulum:* Forrier, *designator hospitiorum:* Forrieren, *collocare apud hospitem.*

Foraticum est telonium, quod Princeps exigit ob vecturam, sicut *rotaticum*, quod de quaque rota; *pontaticum*, quod de ponte transeundo. Diploma Dagoberti, in antiquitatibus S. Dionisii: *Præcipimus deniq;, &c. ut nullo unquam impedimento, pars S. Dionisii, habeat ex parte nostra, & vestra, neq; intra ipsa civitate Parisius, neq; ad foras in ipso pago, thelonios, vel navigios, portaticos, rivaticos, rotaticos, foraticos, &c.* Apud Spelmannum, formulæ veteres, incerti auctoris, Marculpho annexæ: *Nec missus noster nulla telonea, nec nullas venditas, nec rodaticum, nec foraticum, nec pontaticum in nullo exactare non præsumatis.* Et mox: confirmatio Pipini de eodem: *Thelonum, vel foraticum, vel rotaticum, vel pontaticum, &c. exigere.* Perperam id à foragio quidam formant, aut à fodro; est enim à vernaculo nostro Voer .j. *vectura;* Voeren, *vehere.* Lib. 3. cap. 3. fol. 656.

Forbannum, est proscriptio, exilium. Capit. Caroli Magni, & Ludovici Pii, lib. 3. cap. 50. apud Lindenbrogium: *Vt comes qui latronem in forbannum miserit, vicinus suis, & aliis comitibus notum faciat, eundem latronem à se esse forbannitum, ut illi eum non recipiant.* Fol. 181.

Forbannitus .j. prolegatus, proscriptus: *Exul est*, inquit Gerardus Vossius, *à verbo* forbannire, *quod est apud* Petrum de Vineis, lib. 5. pag. 107. *Propter contumaciam forbannivimus eum in persona, & rebus. Conflatum verbum ex aliis duobus, prior pars est Italicum, fuori, vel Latinum foris, unde Italicum illud, quod itidem extra significat. Altera pars est bannire, itaq;, & integrius foris bannitus dicitur. Prius illud habes in Legibus Longobardicis, lib. 1. tit. 25. Leg. 62.* de latrone forbannito: *Si liber homo susceperit eum, 15. solidus componat, & servus 120 percussionibus vapulet. Similiter in Leg. Salicis, Ripuariis, &c: Item, in capitularibus Caroli Magni,* ut lib. 5. cap. 131. cujus titulus: De toloneis forbannitis. Spelmannus in glossario suo: *Forbannitus*, inquit, *vox Longobardica, ab Italico fore, & Latino foris, extra, & bannitus, edictus, proscriptus.* Ego hæc pace doctissimorum Virorum potiùs deduxerim, à veteri Francico, vel Gallico, *for*, pro quo nunc dicimus, Ver, ut forbannitus non Lib. 2. de Vit. Serm. fol. 205. Idem in Capit Carol. & Ludov. lib. 3. fol. 181.

tus non aliud sit, quàm **Verbannen**, quod ante me notavit Kilianus in Etymologico suo Teutonico, ubi legitur: **Verban**, anathema, execratio, & exilium, proscriptum. *Item:* **Verbannen**, *execrari, anathemate ferire, arcere, sacris relegare, exterminare, proscribere, &c:* **Verbannen**, *execratus, & relegatus, exul, proscriptus, forbannitus* .j. *exilio damnatus: in legibus Ripuariis Francorum.* Habet verò *for* illud, ut & nostrum **Ver**, vim augmentativam in pejus; ut plus, & pejus sit: *forbannire*, quàm *bannire*; & **Verbannen**, quàm **Bannen**.

Forbatudus, aut *forbatutus*, non ut idem Vossius loco citato: *Qui prior percussit*, ex Germanico **For**, sive **Voor** .j. *ante*; & Gallico *batre*, sive Latino *batuere* .j. *ferire, percutere*; sed à veteri Gallico *for*, nobis **Ver**, quod valde significat, & *batuere*, unde & nostrates **Bateren**, ut *forbatutus* sit idem, quod Flandris hodie **Verslaghen** .j. ita percussus, ut humi jaceat, ac pro cæso habeatur. Etymolog. Kiliani: **Verslaen, ter aerden slaen**; *sternere.* Item: *percellere, mentem concutere, consternare; unde* **Verslaghen**, *cæsus, occisus, prostratus, & attonitus, consternatus*, &c. In legibus Ripuariis, tit. 77: *De homine forbatudo.* In decreto Childeberti Regis, cap. 4: *Iudex loci illius solacio* (sodalitio fortè) *collecto, ipsum raptorem occidat, & jaceat forbatutus.* In formulis veteribus cum Marculpho editis à Bignonio: *Et ego hodie ipsum facio infra damnum, & forbatudum infra noctes 60, sicut lex est, & nostra consuetudo.* Legem hîc Ripuariam intelligit, de quâ supra, tit. 77. At, pro *infra damnum*, lege *fordanum*, de quo inferius.

Fol. 145.

Forconsiliare, in capitulis Caroli Calvi, tit. 26. fol. 229. est malè conciliare, prodere; quod nostrates ad verbum dicunt, **Verraden**; nam **Raden** est *consilium dare*, & *conciliare.* In Sacramento Ludovici Regis: *Neq; in Regno illorum illos forconsiliabo.* Sic in conventu apud Marsnam, fol. 71: *Vt tanta, Domino cooperante, in te vera caritatis benignitas, ab hinc, in ante, maneat de corde puro, & conscientiâ bonâ, & fide non fictâ, sine dolo, & simulatione, ut nemo suo pari suum regem, aut suos fideles, vel quod ad salutem, sive prosperitatem, ac honorem regium pertinet, discupiat, aut forconciliet, aut per occultos susurrones libenter composita mendacia, seu detractiones acceptet.* In quæ loca, sic doctissimus Sirmondus in Notis, fol. 57: *Vt foris facere hominem homini dicebant, in quem ille forfactum committeret, sic vitam, vel honorem alteri, aut alterum in vita, vel in honore, forconciliare, qui malo consilio in illius vitam, vel honorem, machinaretur.* In AnnalibusFrancicis, ab anno 708, ad 990, incerti authoris, à Pithœo editis, anno 860, in Sacramento Ludovici Regis ita legitur: *Sincero auxilio adjutor ero, ad regnum illorum continendum, &, nec in vita, nec in membris, neq; in regno illorum eos fors conciliabo.* Ex hac scriptione putavit Ger. Vossius, ortam etjam hanc vocem, à foris,

In capit. Car. Calvi.

Lib. 4. de vit. serm. fol. 686.

orcon-

forconsiliare, inquit, *igitur sit consilium dare, foris speciosum, intus noxium; hoc est, sinistra agitare consilia, de vitâ alicui, aut honore eripiendo. Ac firmat hanc sententiam, quod in libris nonnullis sit: forsconsiliare.* Benè adnotavit M. Nicod in Dictionario suo Gallico-latino: *For est une diction, laquelle en composition quelque fois signifie hors, comme, forclorre, elle se raporte à la preposition Latine,* foris, *comme on appelle forbourgs, ce qui est hors l'enclos d'une ville, &c. Aucune fois mal, comme forconseiller, forfaire.* In qua postrema significatione etymum Gallicos scriptores ignorâsse, non est mirandum; cùm, ut plurimum nostræ linguæ, ac veteris Gallicæ, nulla iis notitia sit, quæ sola causa est, cur hactenus originem suam ignorarint. Spelmannum ad id non reflexisse, miror, cùm ejus vocis plurimus sit usus in lingua Anglica, quæ ex veteri Gallica, Francica, Saxonica, Flandrica, Germanica, conflata est. Dictionarium Anglo-latinum Rideri: **Forbid** .j. *veto, prohibeo;* nobis, **Verbieden**. Item: **Forgotten**, *oblitus*, **Vergheten**. Et: **Forsaken**, *desero*, **Versaecken**, &c. In veteri Glossario Anglo-saxonico D. de Laet M. S. apud D. Marcum Zuerium Boxhornium, Lugduni Batavorum (quod vehementer optarem excudi, ad linguæ nostratis elucidationem) **For** illud frequentissimè occurrit, pro eo quod dicimus **Ver**: **Forloren**, & **Forluran**, *perditus*, nobis **Verlooren**. **Forloope**, *transgredior*, Psal. 17, nobis **Verloopen**. **Forlaede**, *seduco*, nobis **Verleeden**, **Verleyden**. **Forlaeten**, *deserere*, nobis **Verlaeten**. **Forsweiran**, *pejerare*, **Versweren**. Vnde in legib. Bojor. tit. 17. cap. 2: *Injustè territorium meum alteri firmâsti* .j. *furswirotos*. Vide Lindenbr. ad furswirotos. In eodem Glossario D. de Laet: **Forraeden**, in fœdere Eduardi 12, *prodere, decipere;* nobis **Verraeden**. Item: **Forswijgan**, *tacere*, **Verswijghen**. Ad quorum imitationem Franci latinisantes, fecerunt: *forconciliare*, ut & *forfacere*, & alia, de quibus mox.

Fordannus quoque est in form. solemn. 116. apud Spelmannum: *Ego hodie ipsum facio fordannum, & forbatudum infra noctes* 42. Quod ipse derivat à *Germanico* **For**, *vel potius Anglo-saxonico, quod est*, ante, *vel* præ, *&* **Dannen**, *convertere, præterire, scilicet, qui insultum primus fecit in alium.* Sic ferè etjam Gerardus Vossius, lib. 2. fol. 206: *Ego* fordannum, *ut & supra*, forbatudum, *interpretor*, **Verdaen**, *&* **Verslaeghen**, *cui, videlicet, malè factum est, quiq; graviter læsus, & percussus est, atq; in humum dejectus.* Etymologicon Kiliani: **Verdoen**, *perdere, consumere.* Item: **Verdoen** .j. **Dooden**, *occidere, interficere;* unde **Verdaen**, *perditus, cæsus, occisus.*

Foresta, forestis, & forestum; id est, saltus, sylva, nemus. Vernaculum fuit **Forest**, sive **Foreest**, vocabulum à Romanorum *foris* mutuatum, quod *foris* .j. extra urbem esset, & loca frequentata. Ineptiunt, qui à *foris*, & *restare* deducunt, vel quia *foris est*. Capitula Caroli Calvi, anno 877: *In quibus ex nostris palatiis, filius noster, si necessitas non fuerit morari, vel in quibus forestibus ve-* Tit. 43. cap. 32. fol. 440.

 nationem

nationem exercere non debeat. Carisiacus penitus cum forestibus excipitur. In hunc locum, Sirmondus citat ex epistola Frotarii, hæc verba: *Interfeci in vestris forestibus, lupos 240. interfeci, dico, quia, me jubente, & ingenuante, capti fuerunt.* Item, ex Everhardo Popponi Comiti scribente: *Convicti de quodam furto, quod commiserunt, furando feramina, in foreste Dominica.* Capitula Caroli Magni: *De forestibus noviter institutis, ut quicunque illas habet, dimittat.* Et hîc Pithœus è pragmatica *Theodeberti*, citat sequentia: *Has omnes piscationes, quæ sunt, & fieri possunt, in utraque parte fluminis, sicut nos tenemus, & nostra forestis est, tradimus ad ipsum locum.* Sed & Sirmondus ad locum præcitatum Caroli Calvi, ex Caroli Magni, de triplici lege, cap. 18. adducit hæc: *De forestibus, ut forestarii benè illas defendant, simul custodiant, bestias & pisces, &c.* Ex hisce colligo, forestis nomine, dicta etjam fuisse, loca, non sylvis tantùm obsita, sed & ea, quæ aquis erant irrigua; atque ita videtur intelligendum diploma Ludovici Germaniæ Regis, quo Theodorico Comiti dat: *Forestum Wasdam, in eodem Comitatu, cum pratis, aquis, terrisque aratoriis, exitibus, & regressibus, cumque rebus pertinentibus ad prædictum forestum.* Recitat hoc diploma, ex archetypo, in archivis Egmondanis reperto, Douza, in Annalibus Hollandiæ; ubi argumentis, haud obscuris, evincit *Wasdam*, ibi dici, quæ hodie est Wasia; verò autem similius est, Wasiam tum temporis aquosiorem fuisse, quàm nemorosam, de quo alibi plura. Stephanus quoque Paschier, in disquisitionibus Franciæ, ex diplomate quodam Caroli Calvi, adfert: *Forestum piscium.* Et ex altero: *Forestum aquarum.* Du Tillet, fol. 211: *Les Gouverneurs, & Gardiens de Flandres, avant Baudoüin, surnommé Bras-de-fer, estoient officiers muables, à volontè des Rois de France: encore qu'aucuns fils ayent succedé és offices de leurs peres, pour estre heritiers de leur vertu, & se nommoient forestiers: non que leur charge fust seulement sur la terre, estant lors pleine de la forest charbonniere; mais la garde de la mer, leur estoit commise. Faut pour ce entendre, que le mot forest, vieux bas Alemand, convenoit aussi bien aux eauës, que bois, signifiant deffens. Y a au tiltre de la fondation de l'Abbaie de Sainct Germain de Prez, pres Paris, faite par le Roy Childebert, qu'il donne à celle Abbaye, son domaine d'Iscy, avec sa pescherie de Vanues, & autres, qui sont en la rieviere de Seine, depuis le pont de la Cité, jusqu'au Ru de Sevre, entrant en la dicte riviere, telles que le dict Roy les tenoit, & que sa forest estoit. En deux tiltres de l'eglise S. Denis en France, le Roy Charles le Chauve donna à la dicte eglise par l'un, la Seigneurie de Charnoche, en Thierache, avec la forest, de pescher en la riviere de Sere, dedans les limites exprimez. Par l'aultre, donna la Seigneurie de Rueil, & la forest d'eauë, depuis la rivire de Savre, jusques au lieu designé. En l'Abbaye saincte Benigne de Dijon y a tiltre, par lequel ledit Chauve y donne sa forest, de poissons de la riviere d'Ousche, és limites declarez des les*

Lib. 3. cap. 42.

Lib. 5. fol. 226.

En son Recueil.

temps des Empereurs, Diocletian, & Maximian, (ainsi qu'Eutrope recite.) A foreste dicti sunt

Forestarii, qui forestibus cum jurisdictione præerant, saltuum, sylvarumq; custodes, ut supra ex Carolo Magno apparet. Hincmarus de transla tione S. Remigii apud Baronium, anno 840: *Tempore Ludovici imperatoris, duo, tresve forestarii invaserunt partem de sylva, quam in saltu Vosagi S. Remigius in vita sua pretio comparaverat.* De forestariis Flandriæ, quæ commenti sunt nostrorum annalium Scriptores, fabulas esse, nos alibi ostendemus; & fortasse vocem hanc esse, à nostro **Voor** .j. *ante*, unde **Voorste**, **Vorste**, **Vorst** .j. *anterior*, *primus*; estque vocabulum dignitatis, *Principemq́* notat; ut & **Vorster**, *Dux*, *Princeps* dicitur, & *Præfectus*. Etymolog. Kiliani: **Forest**, *saltus*, *vulgò foresta*. Item: **Forestier**, **Forestwachter**, *saltuarius*, *saltuum custos*, *sylvæ præfectus*, *vulgò forestarius*, *quamquam* **Forestier**, **Forster**, *sive* **Vorster**, *præfectus dici posset*. Fol. 909.

Afforestare, in sylvam convertere.

Deafforestare, quod in sylvam conversum erat, excidere, aut alteri usui applicare. Apud Matth. Paris.

Forfacere, ut supra *forconciliare*, factum à Francis latisantibus ex *for* Francico, & Latino, *facere*, ad imitationem vernaculi, **Verwercken**, quod est malè facere, malè operari, atque ita mulctam incurrere. Glossarium Anglo-saxicum D. De Laet: **Forwyrchan**, *LL. Edgari Polit. 2. Belg. vet:* **Verwercken**, *incurrere mulctam*. Etymologicum Kiliani: **Verwercken**, *delinquere*, *peccare*. Item: **Verwercken**. *vetus*, *incurrere mulctam*, *aut pœnam*. Item: **Verwercken sijn leen** .j. **verbeuren**. Item: **Verwercken sijnen vriendt** .j. *opere*, *sive facto offendere amicum*, *malè mereri de amico*, *&c*. Spelmannus in suo Glossario: *Forisfacere*, *est rem suam ex delicto amittere*, *& sibi quasi extraneam facere*; quasi à *foris* vox deducenda sit, ut plerique tradunt authores, eum sequuti; scribit idem Spelmannus: *Forisfactus, pro reo mortis, seu rei capitalis. Hinc in LL. Ripuar. tit. 77: De vita forisfactum interficere, est eum interficere, cui ex legis sententia vita erat adimenda.* Item: *Forisfactura*, *crimen*, *delictum*, *transgreßio*. *Forisfacturæ pro multis*. Vide ibidem loca varia ab eo allata, quibus nullo modo legendum puto, *forisfacere*, *forisfactum*, aut *forisfactura*; sed *forfacere*, *forfactum*, *forfactura*: unde Gallis hodieque, *forfaire*, *forfaict*, *forfaicture*; de quibus suprà dictionarium Gallico-latinum Nicod. Anglis quoque dicitur: **Forfet**, *mulcta*, *mulctare*; quod vide in dictionario Rideri. Ex legibus Longobardicis, lib. 3. tit. 33. hoc adfert idem Spelmannus: *De rebus forfactis, quæ per diversos Comitatus sunt, volumus, ut ad palatium pertineant, transacto anno, & die.* Lib. 3. tit. 33.

Forjudicare, .j. abjudicare, condemnare, possessione exuere, reum agere, adjudicare mulctæ, sive supplicio: unde *forjudi-*

 catio,

catio, condemnatio, & *forjudicatus*, *condemnatus*; non *forisjudicare*, aut *forisjudicatus*, tanquam à *foris*. Constitutiones Neapolitanæ apud Spelm: *Forjudicari bannitus debebit per justiciarium, &c.* Et apud Ger. Vossium, fol. 687 in iisdem constitutionibus, eodem titulo: *Bannitus, aut forjudicatus.* Et tit. 6: *Forjudicatorum bona, veluti damnatorum, fisci nostri commodis applicari.* Ibid: *Ante bannum edictum, & forjudicationem emissam.* Ex veteri *for*, & nunc Ver. Etjamnum hodie dicitur **Verwijsen**; *damnare, adjudicare mulcta, supplicio, &c.* Item: **Veroordeelen**, *damnare, condemnare*, Galli hodieque, *forjuger*, quod ferè exponunt: *maljuger, & condamner à tort.*

Lib. 2. tit. 3.

Forlegani, *mœchi*, & *scortatores*. LL. Frisiorum, de *forleganis*, seu *farlegonis*. Glossarium Anglo-saxonicum, D. de Laet: *Forlicgan, adulterari, & fornicari*, **Verliggen** .j. malè jacere in lecto, aliquam violare, opprimere, unde mansit adhuc nostratibus, at in alia significatione: **Een verleghen kindt**, puer oppressus in lecto.

Francus .j. liber, ut pluribus dictum hoc libro, ac nominatim, cap. 6. fol. 44. Etymologicum Teuton. Kiliani: **Franck**, id est, **Vranck**, *liber*. Brugenses prorsus liberum nominare solent, **Vry, en Vranck**. *Francum, .j. terra franca*, **het Vrye**.

Fredus, & *Fredum*, sæpiùs occurrit in lege Salica, tit. 14: *Si verò puella, quæ trahitur, in verbo regis fuerit, propter fredum IID. den. qui faciunt 62. solid. cogatur persolvere.* Raptor videlicet puellæ. Tit. 26. *Si quis puer, infra duodecim annos aliquam culpam commiserit, fredus ei non requiratur.* Tit. 52: *Si fredus antea de ipsa causa non fuerit datus, duas partes ille, cujus causa est, ad se revocet, & Grafio tertiam partem obtineat.* Tit. 55. *Fredus Grafioni solvatur.* Item in lege Ripuaria, tit. 46: *Quod quadrupedes faciunt, fredus exinde non exigitur.* Ibidem tit. 70. *Si quis homo à ligno, seu aliquolibet manu factili fuerit interfectus, non solvatur, nisi fortè quis auctorem interfectionis, in usus proprios adsumserit, tunc absq; fredo culpabilis judicetur.* Ibidem tit. 89; *Hoc quoque jubemus, ut judices supra nominati, sive fiscales, de quacumquelibet causa, freda non exigant, priusquam facinus componatur.* Item: *Fredum autem non illi judici tribuat, cui culpam commisit, sed illi qui solutionem recipit, tertiam partem coram testibus fisco tribuat, ut pax perpetua stabilis permaneat.* Marculphus in formulis: *Ad causas audiendas, aut freda undiq; exigendum.* Vbi sic Bignomius: *In quibusdam causis, quæ legibus expressæ erant, præter compositionem, & fisco fredum solvebatur, quo nihil frequentius in veteribus legibus, &c. Litis enim expensæ nondum usu receptæ erant. Fredum verò, Ioachimus Vadianus, & Amerbachius à Germanica voce*, **Frid**, *deducunt, quasi dicas violatæ pacis pœnam, paci namq; observandæ, & ne quis eam infringere audeat, multis ab annis Germani student, legibusq; obligantur.* Ita scribunt, qui Francos oriundos volunt à Germanis Trans-rhenanis, cùm hæc ipsa Francorum vox satis innuat, eos esse Germanos Cis-rhenanos

§. 9. §. 2. §. 2. §. 1. §. 1. Lib. 1. cap. 3.

rhenanos, quibus pax non Frid, sed Frede dicitur, aut Vrede. Gerardus Vossius de vitiis sermonis, lib. 2. cap. 6. fol. 207: *Freda, vel fredum, propriè est pax, quæ Germanis Frid, Belgis Vrede, μεταληπτικῶς verò accipitur, pro transactione ad pacem impetrandam; hoc est, pro mulcta, quæ penditur Regi, sive fisco, ut quis sic consequeretur pacem apud Regem.* Sic superius è lege Ripuaria: *Vt pax perpetua stabilis permaneat.* Adfert Lindenbrogius ex Glossario veteri: *Fredum regalis compositio pacis.* Notat hunc morem Tacitus: *Levioribus delictis, pro modo pœnarum, equorum, pecorumq; numero, convicti multantur, pars multæ Regi, vel civitati, pars ipsi, qui vindicatur, vel propinquis ejus exsolvitur.* Gregor. Turonens. de miraculis S. Martini: *Affirmavit rex quosdam ex his, qui absoluti fuerunt, ad se venisse, compositionemq; fisco debitam, quam illi fredum vocant, à se indultam.* Vbi Spelmannus tres memorat compositiones fuisse: *Quarum tertiam*, ut ait, *referebat Rex propter pacem violatam, quæ hic fredum dicitur.* Et paulò post: *Debebatur Regi fredum violatæ pacis nomine, licèt armis non ageretur, nam delictum penè omne, contra normam regiminis, pacem dicitur violare.* Est & in capitulis Caroli Magni: *Omnia debita, quæ ad partem Regis solvi debent, solidis XII. denariorum solvantur, exceptâ fredâ, quæ in lege Salica conscripta est, illa eodem solido, quo cæteræ compositiones solvi debent, componatur.* Item, in diplomate Ludovici Pii, quod refert Baldericus in chronico Cameracensi: *Nullus judex publicus, &c. freda de quibuslibet causis exigere, &c. præsumat.* Item, Arnulphi Regis, anni 894: *Nullus judex, &c. ad causas exigendas, ad freda, vel mansiones, vel paratas faciendas, &c. ingredi audeat.* Item, Caroli Simplicis: *Et circum ista loca, quantùm unius leugæ tetenderit, spatium, neq; comes, neq; ulla judiciaria potestas, freda exigendi potestatem habeat.* Item, Othonis Imperatoris anni 947: *Vt nullus comes, &c. illic potestatem habeat, aut mallum tenendi, vel bannum, vel freda exigendi.* De morib. German.

Friscinga, friskinga, vel potiùs *frislinga*, voces in antiquis Francorum chartis frequentatæ. Cap. Caroli Magni: *Abbati, comiti, atq; ministeriali nostro unicuiq; dentur quotidie panes triginta, friscingæ duæ, de potu modii duæ, porcellus unus, pulli tres.* In hunc locum Pithœus: *Friscingæ, Tolosanis fresingues. Canon, 13 Synod. Ticinensis Episcopi diœces. Rhemor. & Rothomag. ad S. Ludouin Regem: Qui illorum pecora, vel friscinkas, vel quæcunq; illorum sunt, non prædentur. Hincmarus Clero, & plebi Tornacensi:* „ Exigendo denarios, aut „ verres, seu friskingas. *In veteri diplomate.* Friscingas, ovinas. *Frischlinos etjam nuncupant Rheni accolæ porcos, qui nondum pervenerunt ad justum incrementium.* Capitula Caroli Calvi, apud Tolosanam Civitatem: *Episcopi à Presbyteris accipiant friscingam, sex valentem denarios, aut sex pro ea denarios, & non amplius exigant.* Vbi Sirmondus: *Fruskingæ dicebantur, non porcelli, ab his enim distinguuntur, lib. 4. cap. 73. sed porcellis majores, nondum tamen justi* Lib. 4. cap. 73. Fol. 40.

incrementi, quod alii jam docuerunt. Pithœus videlicet supra. Brugensibus; etjamnum Frisch, tam de homine, quam de animali, dicitur .j. vegetus, vividus, vigorosus, unde substantivum Frischelingh, Frischelingh. Sicut à Jongh .j. juvenis, adjectivè, fit Jonghelingh substantivè, juvenis. Vt videlicet, Frischlingh sit, qui est in juvenili ætate, nondum tamen adulta. Franci applicuerunt vocem istam porco majoris incrementi, quàm ut porcellus appellaretur, minoris tamen, ut porcus. Vnde credo vocem *frischlinga*, & *friscinga* profluxisse.

G.

Gantus, vide *Wantus*.

Garantia, vide *Warantia*.

Gasindus, pro domestico, & qui est de familia. Pithœus in notis ad capit. Car. Magni, citat Marculphum in libro formularum, de formula Regii mundeburdii, unde affert hæc: *Cognoscat Magnitudo Vestra, quòd nos Apostolico, ac venerabili Viro, &c. cum omnibus rebus suis, aut gasindis, vel amicis, juxta ejus petitionem, &c. sub sermone tuitionis nostræ, visi fuimus recepisse.* Hinc *gasindium* in leg. Longobard: *Si aliquid in gasindio Ducis, aut privatorum hominum obsequio, donum, vel munus conquisiverit.* Spelmannus *gasindium* exponit, *familia*, nobis Gesinde, Huysgesinde, Huysgesin. Familia, domus. Vnde, Vader, Moeder, Soone des huysghesins, sunt, *mater, pater, filiusfamilias.*

Gastus, veteribus Francis fuit vir externus, quique hospitio excipitur, vulgò nobis Gast; unde quatuor Proceres, qui legem Salicam condidère, *Gasti* nomine, appellati sunt. Vide quæ mox dicenda capite sequente.

Gastaldus, seu *Castaldus*, propriè aulæ præfectus, sive procurator rerum exterarum, aut peregrinarum; ut hospitum, unde nomen, Gasthalder .j. hospitem penes se retinens, & convivio excipiens; nam & Halden, nobis olim fuit, quod nunc Hauden, Houden, tenere, retinere; postea ad aulam translatum, & aulæ præfectum. Carolus Magnus in donatione I. Paulino, apud Baronium: *Omnibus Episcopis, Abbatibus, Ducibus, Comitibus, Gastaldis, vel omnibus fidelibus nostris, præsentibus, & futuris.* Vnde Gerardus Vossius in appendice: Vet. Gloss: *Castaldus, comes; verum Gastaldus, comite est minor.*

Ad annũ Christi 802.

Fol. 804.

Gelda, gilda, gildonia, collecta dicitur, & exactio, in Cap. Caroli Magni, anno 883: *Volumus, ut Presbyteri, & Ministri Comitis, villanis præcipiant, ne collectam faciant, quam vulgò geldam vocant, contra illos, qui aliquid rapuerunt.* Hinc est, *gildonia*, & *gildonium*, vox frequens in Francorum legibus. Carolus Magnus: *Gildonia invicem conjurantibus, ut nemo præsumat facere.* Hincmarus Rhemensis: *Vt de collectis, quas gildonias, vel confratrias vulgò vocant.* Hæ, Gallis *confreries*, nobis dicuntur Gilden. Est

autem

autem vox nostras, *Gelda*, & *gilda*. Item **Gilden**, à nostro **Geldt**; quo non simpliciter pecuniam significamus, verùm etjam redditum, seu exactionem; unde **Beeste-geldt, Hooft-geldt, Hoorengeldt, Schauw-geldt, Huys-geldt**, &c. exactio dicitur in cornua, bestias, ædes, capita, & caminos indicta; nobis utique **Gelden**; & quibusdam, **Gilden**, est debere, debitorem esse. Item luere, solvere, pendere; unde **Vergelden**, est rependere. Vide suo loco *Widrigildus*.

Gilda: item, confraternitas à pecuniæ communione, **Gilde**.

Congildones .j. **Gildebroeders**, confratres ejusdem gildæ.

Gualdum, pro nemore. Chronicon Cassinense: *Cellam de Gentiana, cum gualdo, terris, &c.* Ex nostrate veteri, **Walt, Gualt**, nunc **Waut, Wout**. Lib. 1. cap. 59.

Grafio, graphio, gravio, & grafius, graphius; item, *graffio, graffius*, est vernaculum nostrum, **Grave**. In leg. Salic: *Si quis Legatum per superbiam, aut virtutem, à Gravione tulerit*. Item: *Si ipse cui testatum est, noluerit venire, &c. Ipse secundùm legem, qua diximus, testatus est, tunc ipse qui testavit, super fortunam suam ponat, & roget Gravionem, ut accedat ad locum, & ipsum inde expellat*. Item: *Ille cujus fides facta est, ambulet ad Gravionem loci illius, in cujus pago manet, accipiatq; fistucam, & dicat*: Tu Gravio, rogo te; homo ille, qui mihi fidem fecit, quem legitimè habeo admallatum? &c. *Tunc Gravio roget septem Ratimburgios* (in margine est: Scabinios) &c. Item: *Si Gravio invitatus fuerit, & non venerit, &c.* Item: *Si quis Gravionem ad res alienas tollendum invitaverit*. Item: *Fredus exinde solvatur Gravioni, quantùm de ipsa causa, si convictus fuisset*. Item: *Si quis Gravionem occiderit, XXIVM. den. qui faciunt solid. DC. culpabilis judicetur*. In lege item Ripuaria: *De eo qui Grafionem interfecerit. Si quis judicem fiscalem, ad res alienatas injustè tollendas, antequam, aut ad strudem, admallatum habuerit, invitare præsumserit, L. solidis mulctetur*. Item: *De eo, qui Grafionem interfecerit. Si quis judicem fiscalem, quem comitem vocant, interfecerit, DC. solidis mulctetur*. Item: *Si quis Gravionem, ad res alienas injustè tollendas, invitaverit, XLV. solid. componat, & similem restituat*. Vide plura in libro præcedente, ubi Graviones à scriptionis munere sic appellatos esse, pluribus demonstratur. Tit. 35. §. 5. Tit. 48. §. 1. Tit. 53. §. 3. Ibid. §. 4. Tit. 54. §. 1. Tit. 56. §. 1. Tit. 57. §. 1. Tit. 53. §. 1. Tit 55. Tit. 86. §. 1.

Graphia, etjam pro comitatu, sive districtu universo, cui præsidet Graphio, sive comes. Formulæ veteres, Marculpho annexæ: *Terram, quam apud hominem illum concambiavit, quæ est in pago illo, in graphia illa, &c.*

Guarda, vide *Warda*.

Guerpire, vide *Werpire*.

Guerra, vide *Werra*.

Haja,

H.

Haja, pro sepimento, tam militari, quam alio quolibet, & generaliter pro clausura. Cap. Caroli Calvi: *Volumus, & expresse mandamus, ut quicunq; istis temporibus castella, & firmitates, & hajas, sine nostro verbo fecerint, Kalendis Augusti, omnes tales firmitates disfactas habeant, quia vicini, & circummanentes exinde multas deprædationes, & impedimenta sustinent.* In quem locum Sirmondus: *Haja, nobis sunt, sepes qualibet, olim, ut nunc apparet, pro militari vallo, & munitione usurpatæ.* Munsterus, & Beat. Rhenanus, *Hagas* vocant, circulos, quibus Avari stationes suas circumvallabant. Vide *Ringus* infrà; nobis olim etjam *haja*, pro quo nunc Haghe .j. *sepes*, qualibus nunc urbes quædam obvallatæ, & circumseptæ conspiciuntur, è spina potissimùm alba consitis. Sic olim *sepes*, vulgò, Een Hage, Thuyn, *urbem Iprensem, ab hostium incursu liberavit, adjutrice Deiparâ*, cui inde nomen, Onse Vrauwe van Thuyne.

Edictum Pistacens. cap. 1.

Halsberga. In testamento S. Everardi, apud Miræum, in Cod. donationum: *Tertius Adalardus, &c. habeat, &c. helmum, cum halsberga.* In quem locum Miræus; *Halsberga fortè colli tegmentum, vocabulo Teutonico: Halſ-berg, veteri linguâ Francicâ, idem quod*, quirasse, *composita vox, ex Hals, quod collum, & Berghen, quod tegere significat, & custodire, itemq; munire.*

Cap. 21, fol. 96. Ibid. fol. 97.

Harpa. Lib. 7. carm. 8. Fortunatus.

Romanusq; lyra, plaudet tibi Barbarus harpa.

Nobis Harpe. Inde *Harpare*, *Harpâ ludere*, *Harpator*. Vide Lindenbrogium.

Helmus, pro galea. Leg. Ripuar: *Helmum, cum directo, pro sex solidis tribuat.* In testamento S. Everardi, apud Miræum, cod. donat: *Primogenitus, &c. habeat, &c. helmum unum, &c. Secundus, &c. helmum unum, &c. Tertius Adalardus, &c. helmum, cum halsberga.* Vox est nostra, Helme, Gallis inde *heaulme*. Unde Guilhelm, Willem, *Guillheaulme .j. Flava galea, aut flavi coloris.*

Tit. 38. §. 17. Cap. 21. fol. 96.

Heribannum, heribannus. Vox composita ex Her, sive Heir .j. exercitus, & bannum, ut sit bannum militare. In capitulis Car. Magni, sic: *De heribanno velimus, ut missi nostri fideliter exactare debeant, absq; ullius personæ gratia, &c. ut de homine habente libras sex in auro, argento, &c. accipiant legitimum heribannum.* Item in cap. Caroli Calvi: *Et qui de talibus hostem dimiserint, heribannum juxta discretionem, quo in progenitorum nostrorum libro tertio capitulorum, cap. 14. continetur, persolvant.* Ex hisce locis videre est, heribannum, fuisse mulctam, quam luebat, is, qui ad hostem (id est, exercitum) vocatus, non venerat. Clariùs autem liquet ex iis, quæ Sirmondus in notis, ad cap. Caroli Magni, ex cap. Bononiensibus ita repræsentat: *Quicunq; liber homo inventus fuerit, anno præsente, cum seniore suo, in hoste non fuisse, plenum heribannum persolvere cogatur.* Itemque, ex Euchardi epist. 22: *Et ideo, non videtur mihi*

Lib. 1. cap. 14. Cap. 27. fol. 324. Fol. 77.

detur mihi justum esse, ut heribannum solvere debeant, qui non alicubi fuerint, nisi ubi ipse Imperator præcepit. Gregorius Turonens. hanc mulctam, bannum vocat: *Chilpericus* (inquiens) *Rex de pauperibus, & junioribus ecclesiæ, vel basilicæ bannos exigi jussit, pro eo, quòd in exercitu non ambulâssent. Non enim erat consuetudo, ut hi exsolverent publicam functionem.* Erat ea mulcta 60 solidor. ut patet ex capit. Caroli Magni, sic statuentis: *Quicunq; liber homo, in hostem bannitus fuerit, & venire contempserit, plenum heribannum, id est, solidos 60 persolvat.* Spelmannus: *in hostem bannitum*, intelligit: *heribannitum.* Idemque *heribannum exponit, hostis* .j. exercitus, *adnuntiationem.* Et illo Caroli Calvi capitulo: *Quando necessitas nobis advenerit, ut hostem nostrum adnuntiemus, usq; constituta loca.* Videtur itaq; sicut bannus primariè significat, omne edictum; secundariè autem, etjam violati edicti mulctam: ita quoque, heribannus primò significare, publicam exercitûs adnuntiationem, seu ad exercitum citationem: ac deinde pœnam, adesse negligentibus, irrogatam. Quæ vox etjam extensa reperitur, ad conjectum, sive tributum, quod ad alendum exercitum pendere jubebantur. Chronicon de gestis Francorum, apud du Chesne: *Anno Dñi. 869, Karolus cum Northmannis, in quatuor millium libris argenti, ad pensam eorum paciscitur: &, indictâ per regnum suum collectione, ad idem exsolvendum tributum, de unoquoq; manso ingenuili exiguuntur sex denarii, &c. Sed, & à presbyteris, secundùm quod unusquisq; habuit, vectigal. Et herbanni de omnibus Francis accipiuntur.* Is, qui hoc tributum colligebat, *heribannator* vocatur. In capitulis Caroli Magni: *Qui heribannum solvere debent, conjectum faciant ad heribannatorem.* De herbanni, seu heribanni vocabuli origine, Comes Nuenarius ita sentit, apud du Chesne: *Herbannus, mulcta, quæ Domino, id est, Principi debetur.* Sed perperam existimans, nimirum idem esse, cum eo, quod est in leg. Longobard. *bannum dominicum*; ab **Heer**, nimirum, *dominus*, & *bannum*, edictum, seu mulcta. Apud nos verò, vetus, & frequentissima vox est, **Her**, sive **Heir**, pro exercitu, & multitudine, militum præsertim. Vnde **Heirczacht**, exercitus potentia, **Heirschare**, exercitus turba, turmæ militares, **Heirstzate**, & **Heirbaene**, via, quâ tendit exercitus, via militaris. Et, de quibus mox agemus, *Heriberga*, & *Herislits*, & *Heristall.* Vide etjam superiùs *bannum.*

Lib. 5. cap. 27.

Lib. 3. cap. 67.

Fol. 346.

Edict. Pist. cap. 3. fol. 300.

Hist. Franc. tom. 2. fol. 526.

Hist. Franc. tom. 1. fol. 175.

Heriberga, Heribergum, pro caupona, seu diversorio est, in cap. Caroli Calvi: *Et heribergum nostrum, quod præterito anno hîc fieri jussimus, &c. Et nunc istud heribergum, non sine labore, & dispendio fidelium nostrorum, fieri fecimus: volumus, & expressé mandamus, ut sicuti nec in nostro palatio, ita nec in nostro heribergo, aliquis alius, sine nostra jussione manere præsumat, &c.* Hinc est, *heribergare*, in capit. Caroli Magni: *Vt non per aliquam occasionem, nec pro wacta, nec pro heribergare, nec pro alio banno, heribannum comes exactare præsumat.* Vbi Pithœus: Wileranus Abbas, in paraphrasi Cant. Salomonis: *Sicut tabernacula Cedar. Transfert Franciçè:* Thou hereberga Cedar.

Edict. Pist. cap. 37.

Lib. 3. cap. 68.

Heribergare, herberger. Nobis Herbergen. Ex præcedentibus videtur emicare, quòd primitus heribergium fuerit receptaculum, seu diversorium militare, vel castrense; atq; ita formatum ab Heir, .j. exercitus, & Bergen, quod est, excipere, in tutum recipere, operire: ac deinde, pro quovis hospitio usurpari cœperit. Ab *heribergare*, siquidem est *heribergagium*, quod Sirmondus in capit. Caroli Calvi ait esse: *In litteris S. Ludovici Regis, quibus*
Fol. 80. *Cormellas, villam à procuratione regia, & heribergagio, seu gista liberam esse declarat.* Itaq; ut *Mallobergium*, diversorium est habendo mallo, ita *Herbergium* tractando exercitui. Vide *Mallobergium.*

Herislita, Herislitum, & *Herislitz,* vox è Teutonico facta, reperitur in capit. Caroli Magni; ubi & significatio aperitur: *Quicunq; absq; licentia, vel permissione Principis, de hoste reversus fuerit, quod factum Franci herslitz dicunt, volumus, antiqua constitutio, id est, capitalis sententia, erga illum puniendum custodiatur.* Veteres annales, apud du Chesne, de Dasilone, ejus criminis reo, ad annum 789: *Tunc Rex congregans Synodum, &c. & ipsa Synodus, juxta linguam suam, herisliz, judicaverunt eum ad mortem.* Alii item annales, quos Theodulpho Pithœus adscribit, ibidem de eodem: *Qui ad eandem Synodum congregati fuerunt, reminiscentes priorum malorum ejus, & quomodo Dominum Regem, in exercitu delinquens, & ibi, quod Theodiscâ linguâ,* Herisclit *dicitur, visi sunt judicâsse, eundem Tassilonem ad mortem.* Pithœus ad capit. Caroli Magni, locumque supra relatum, dicit se in quibusdam exemplaribus ita scriptum invenisse: *Si quis contumax adeò, aut superbus fuerit, ut dimisso exercitu, absq; jussu, & licentia Regis, domum revertatur, &, quod nos Theodiscâ linguâ dicimus,* Ericliz *fecerit, ipse ut reus Majestatis tuæ periculum* (Pithœus legit: *Vitæ periculum) incurrat; & res ejus fisco socientur.* Et sanè quidem Tassilonis pœna intra vitæ amittendæ periculum stetit; sequitur enim apud Theodulphum: *Sed dum omnes unâ voce acclamarent, capitali eum ferire sententiâ, Dominus Carolus, piissimus Rex, motus misericordiâ, ob amorem Dei, & quia consanguineus ejus erat, obtinuit ab ipsis, Dei, & suis fidelibus, ut non moriretur.* Addit Pithœus: *Nec tamen malè,* herisclitz *dicetur, quasi sit exercitûs scissio.* Lotharius Imperator: *Sit bannum rescissum.* Quod Theotiscâ linguâ *herscliz* vocatur, inde *escleche,* & *esclechement de fief.* Sclit fuit olim fissura, scissura, Sclissen, scindere, inde Sclijten, & ob asperitatem, omisso c, Slijten, lacerare, Sletß, linteum lacerum. Kilian: Heirsclitß, Germ. Sax. *Exercitûs scissio, flagitium desertionis exercitûs.* Vnde non malè quis, ab Heyr, in genitivo Heyrß, & Laeten, Lieten. j *deserere, deducat.*

Heristallum, Heristellum, & *haristallum,* locus castrorum. Pithœus in vita Caroli Magni: *Novembrio mense mediante, ad hibernandum cum exercitu, Saxoniam intravit, positisq; castris apud Wiseram fluvium, locum castrorum heristellum vocari jussit.* Adelmus in annalibus Reg. Franc. de Carolo Magno: *Castrisq; super Wiseram positis*

Marginalia: Lib. 5. cap. 70. — Hist. Fran. tom. 2. fol. 16. — Ibid. fol 35. — Fol. 44. — Part. 2. fol. 46. — Cap. 797.

positis consedit, & locum castrorum heristallum vocari jussit, qui locus ab incolis usq; in præsens ita nominatur. Du Chesne ex annalibus Francorum Tilianis ad annum 797, de eodem: *Sequenti tempore verni resedit Saxones, fecitq; ædificia magna super fluvium Wiseram, in loco qui vocatur Haristello.* Item ex aliis annalibus Tilianis: *Rex collecto exercitu, de Heristelli, ad locum qui Minda dicitur, perrexit.* Annales Fuldenses anni 798: *Carolus cum exercitu hiemavit in Haristallio.* Id quod in annalibus, & vita ejus, apud du Chesne plurimis locis occurrit, nec uspiam, quam ibi frequentiùs Carolus hiemâsse legitur; unde factum, ut locus in villam evaserit, & *Haristallum, Heristallum,* &c. titulo villæ fuerit nuncupatus. Annal. Francor. apud du Chesne, ad annum 778: *Et celebravit clementissimus Rex natalem Domini in villa quæ dicitur Haristallio, & Pascha similiter.* Idem iisdem verbis habetur ibidem, ad annum 783, ut &, ob exstructum inibi palatium, idem locus etjam aulæ nomen sit adeptus; ita vocat apud du Chesne Monachus Paderbornensis, in vita Caroli Magni annal. lib. 1.

Hist. Fran. tom. 2. fol. 10.

Ibid. fol. 18.

Ibid. fol. 538.

Ibid. fol. 33.

Ibid. fol. 142.

——Tum Gallica rursus ad arva
Regrediens, hiemis tempus transegit in aula,
Nomen Heristalli dederat cui Barbara lingua.

Kilianus in Nomenclatura urbium, pagorum, &c. Herstel, Harstal, *Haristallum, Heristellum, Harstallum, Herestallum,* pagus haud procul Leodio. Est evidenter à nostro Heir, quod exercitum, & Stal, quod stationem, aut stabulum significat, unde Stallen; item, Stellen, .j. *collocare, stabulare.* Vide *stallum.* Annales Bertiniani apud du Chesne, in hist. Franc. ad annum 874: *Conloquutio eorum* (Ludovici videlicet, & Caroli) *secus Mosam, apud Heristallum, circa calendas Decembris fuit, de qua conlatione Carolus, per monasterium S. Quintini rediens, nativitatem Domini Compendii celebravit.* Meminit & Heristallii in Saxonia Chronicon vetus Moisiacensis cœnobii, apud du Chesne hist. Francor. ad annum 797: *Post aliquot hebdomadas iterum intravit in Saxoniam, & ibi habitavit ipsâ hieme, & fecit sedem suam juxta locum, ubi Temella fuit Wisara, quem etjam Heristall appellavit, eo quòd ex exercitu suo fuerant constructæ ipsæ mansiones, ubi habitabant.* Itaq; duæ mansiones *Heristall* dictæ, alia propè Leodium ad Mosam, alia in Saxonia.

Tit. 3. fol. 246.

Tit. 3. fol. 142.

Hranne, in leg. Salic. tit. 2. §. 1: *Si quis porcum lactentem furaverit, de hranne prima, aut de mediana, &c.* Item: *Si verò in tertia hranne furaverit, &c.* .j. ex prima cavea, secunda, tertia, cui porcelli includebantur, ut fierent pinguiores, quam nos hodieque *renne* appellamus, Kilianus in Etymolog: Renne van haesen of conijnen, *leporarium, cunicularium.* Item: Renne, Vogelrenne Flandricè, *cavea.* Germani hanc vocem non agnoscunt; Lindenbrogius Gallicum ait fuisse *ran: Vnde Campanis solens locutio; Mettre les porcs en ran,* Gallicum scilicet vetus, quod idem cum Flandrico, & Francico, ut sæpiùs ostensum.

Hortare, vide *ortare*.

Hosa, pro caliga, seu ocrea, nobis etjamnum Hose, Hoose. Re-
Hist. Fran. tom. 2. fol. 125. peritur apud Monachum Sangallensem, de rebus bellicis Caroli Magni, per du Chesne; ubi de Carolo Magno, inter venandum, ab apro in tibia percusso, ita pergit: *Cumq; ad obsequium Domini, cuncti hosas suas vellent extrahere, ille prohibuit dicens:* Sic affectus ad Hildegardam venire debeo, &c. *Reversus est domum, advocatâq; Reginâ, ostendit ocreas disruptas.* Gerva-
Tom. 3. sius Tilberiensis apud du Chesne, in histor. Franc. fol. 371: *Robertum nomine Curtam hosam, ducem Normannorum*, ita videlicet à brevioribus caligis appellatum.

Houva, vel *Hova*, prædium significat, & curtim, nobis Hoeve, & Hof. Traditiones Fuldenses, apud Bignomium, ad formulas
Lib. 11. Marculphi: *hovas serviles.* Item: *Vnam hovam, cum omnibus ad eam pertinentibus.* Eodem libro: *Trado servum unum, cum sua hova. HovaWart, canis qui curtim Domini sui custodit.* Inquit Lindenbr: Hove, *sive* Hof, *curtis, aula*, Wart *custos.* Vide Bivangium.

Hurda, & *Hurditium*, est crates viminia, nobis Hurde. Bri-
Lib. 1. to Philippidos:

> *Mangellorum tormentis saxa rotantur,*
> *Ictibus aßiduis hurditia fracta recedunt.*

Lib. 7. Item:

> *Et quæ reddebant tutos hurditia muros.*

Lib. 1. *Hurdare*, hinc, hurdâ contegere, munire. Idem Brito:

> *Hurdari turres, & propugnacula, muros*
> *Subter fulciri, facit.*

I.

Impotus .j. alteri arbori insitus, ab Inpoten, quod *inserere*, Ingepot, *insitus*. Etymologicum Kiliani: Poote, Pote, *insitum, surculus, calamus*, unde Poten, .j. surculum terræ, aut arbori
Tit. 29. §. 8. infigere, idem Inpoten. In lege Salica, ubi de furtis in horto: *Si quis impotos de melario, aut de pirario tulerit, CXX. denarios, qui faciunt solidos tres, culpabilis judicetur.*

L.

LandWere, in capit. Caroli Calvi: *Et volumus, ut cujuscumq; nostrûm homo, in cujuscumq; regno sit, cum seniore suo in hostem, vel aliis suis utilitatibus, pergat, nisi talis regni invasio, quam* Landwere *dicunt, quod absit, acciderit; ut omnis populus illius regni, ad eam repellendam communiter pergat.* Sirmondus in hunc locum: *Vox hæc in usu etjamnum Alemannis, qua regionis fines significant, sive hinc igitur originem arcessas, quod in fines incurratur, sive aliud etymum fingas, dubium non est, publicum, & communem belli motum designari.* Nostras omnino vox est, vel à Land, id est, regio, & Werre, bellum. Vt ejusmodi bellum regioni illatum designetur, cui

tur, cui resistendo totus populus pergere debeat, quemadmodum **Landt-dagh**, dicuntur comitia principum, & superiorum totius regionis, aut regni: vel à **Werren**, **Warren**, quod est, intricare, turbare, ut intestina regionis dissentio, velut intricatio, intelligatur: vel à **Weiren**, quod est, arcere, defendere, unde **Weire**, defensio, ut per hoc vocabulum universalis patriæ, contra invasionem, defensio denotetur.

Laxare, pro eo, quod nobis est **Laeten**, Germanis **Lassen**, pro quo Galli nunc *laisser*. Gregor Turonensis: *Sibi cæsariem ad crescendum laxare*. Gallicè, *laisser croistre*; Germanicè, **Wachsen lassen**; nobis, **Laeten wassen** Nos autem Germanorum ss, per t efferre frequenter, non eget ostensione. Lib. 2. cap. 41.

Lidus, *Liudus*, & *Luidus*, pro homine aliquo ex plebe, est in lege Salicâ: *Si quis homo ingenuus lidum alienum exspoliaverit.* Tit. 38. §. 6. Iterumque: *Si quis puer regius, vel lidus ingenuam fœminam traxerit, de vitâ componat.* Tit. 14. §. 6. *Leudi* quoque, *Leodes*, & *Leudes*, pro urbe, & populis dicuntur. Diploma Dagoberti apud Miræum, in diplom. Belg: *Vt hoc nostræ auctoritatis præceptum, pleniorem in Dei nomine obtineat vigorem, &c. id manu propriâ, cum Liudis nostris subter firmavimus.* Lib. 2. cap. 2. fol. 244. Huic voci correspondet hodieque diplomatibus Principum præmitti solita: **Onse luyden vanden Raedt**, &c. Gallicè, *Nos gens*, &c. quod sæpius in diplomatibus, quæ in sigillis comitum exhibemus, occurrit. Habet & hanc vocem Fredegarius non semel. In chronico de Pipino Rege: *Chunibertum Comitem Britonum, cum reliquis Comitibus, & Leudibus suis, ad ipsum remissagium capiendum mittens, &c.* Cap. ult. fol. 165. Item: *Rex Pipinus in quatuor partes Comites scaritos, & Leudos suos ad perquirendum gnarosarum transmisit.* Item apud Gregorium Turonensem: *Sed ille* (Theodebertus) *muneribus placatis, à Leodibus suis defensatus est, & in regno stabilitus.* Lib. 3. cap. 23. Item in pactione inter Gunthramnum, Childebertum, & Brunichildem, quam refert ipse Gregorius: *Similiter convenit, ut secundùm pactiones inter Dominum Gunthramnum, & bonæ memoriæ, Dominum Sygebertum initas, Leudes illi, qui Domino Gunthramno, post transitum Domini Clotarii, Sacramenta primitùs præbuerunt; & si postea convincantur, se in parte alia tradidisse, de locis, ubi commanere videntur, convenit, ut debeant removeri, &c.* Lib. 9. cap. 20. fol. 201. Et post pauca: *Similiter convenit, ut nullus alterius Leudes, nec sollicitet, nec venientes excipiat, &c. facta pactio sub die IV. Kalend. Decembris, anno XVI. Gunthramni Regis, Domini Childeberti verò, XVII. anno.* Ibid. fol. 202. Idem alibi de Gunthramno conquerente, sibi differri susceptionem Chilperici baptizandi: *Veni igitur, & ecce absconditur, nec ostenditur mihi. Vnde quantùm intelligo, nihil est quod promittitur, sed, ut credo, alicujus ex leudibus nostris sit filius, nam si de stirpe nostra fuisset, ad me utiq; fuisset deportatus.* Lib. 8. cap. Ita etiam de Gunthramno Aimoinus: *Fuit Gunthramnus in bonitate præcipuus, Leudibus suis benevolus, gentibus externis pacatus.* Lib. 3. cap. 80. Spel-

In Glossar. fol. 434. *tus*. Spelmannus ex appendice Gregorii Turonensis cap. 36: *Dagobertus universos Leudes suos, quos regebat in Austria, jubet in exercitu promovere.* Item ex cap. 58: *Tanto timore pontifices, proceres in Burgundia, ceu & cæteros Leudes adventus Dagoberti concusserat.* Et mox: *Cum Anconas civitatem venisset, tanta in universis Leudibus, tàm sublimioribus, quàm pauperibus, judicabat justitiâ, &c.* Item ex cap. 1. de eodem: *Cum sacerdotibus utiq; sacerdotis instar se ostendebat; & cum Leudis erat aptissimus.* Nostras ea est vox plurali tantùm numero usitata, nobis enim **Lieden**, & **Luyden** qui dicuntur, ejusdem sunt notionis, cum Leodibus, & Leudibus supra citatis. Ex hac voce composita fuit altera vox *Austreleudi*, populos Orientales denotans, occurritque in annalibus MS. perantiquis, apud du Chesne in historia Francorum, sub annum 775: *Ibi omnes Austreleudi Saxoniam venientes, cum Hassione dederunt obsides, quod placuit, &c.* liq; ipsi, mox ibidem *Austrasii* nominantur. Ex alio codice MSS. afferuntur *Nortliudi*, populi Septentrionales, & non obscurè ibidem illi ipsi, alio vocabulo Nordmanni dicti sunt. Commemorantur ibi sub annum 699, hoc modo: *Sed in ipso Pascha tempore Nordleudi, trans Albim sedentes, seditione commotâ, legatos regios, qui tunc ad justitias faciendas apud eos conversabantur, comprehendunt*, &c. Et mox: *Nortleudi contra Suchonem, Ducem Abodritorum, & Eburisum legatum nostrum, commisso prælio, acie victi sunt.* Dicuntur & *Nortleudi* in veter. annalibus Francorum, ibidem ad annum 779: *Multi de Nortleudis baptizati sunt, in loco qui dicitur Arahim.* Idem est apud Monachum Engolismensem, ibidem. **Noort**, nobis *Septentrionem* significat, **Oost**, *Orientem.* Vide Neustria. Est & alia vox composita ex hac voce *Lidus*, quæ est, *Etlidi*, exstatque in aliis vetustis annalibus MSS. quorum ibidem affert fragmenta du Chesne, ubi sub annum 780, de Carolo Magno sic narratur: *Saxones omnes tradiderunt se illi, & omnium accepit obsides, tàm ingenuos, quàm Etlidos.* Hos manifestissimè Germani etjamnum, **Ettelleut**; nos, **Edellieden**, & **Edelluyden**, pronuntiamus: **Adel**, *nobilitas;* **Edel**, *nobilis.* Præterea, ab his *Leodibus*, *Leodium*, pro eo quod hominium dicitur, unde urbi Leodiensi nomen esse, vult Iosephus Scaliger in notitiâ Galliæ, apud du Chesne, in hist. Franc. Script. ita enim ibi habetur: *Atuaticum est urbs Tungrorum, quæ hodie* **Tongren** *dicitur; quùm à Barbaris vastata esset, Episcopatus translatus fuit in Trajectum Mosæ, vulgò* **Maestricht**; *sed & illâ quoq; urbe à Normannis incensâ, Episcopatus in vicum S. Lamberti traductus, qui hodie* Leodium *dicitur, id est, hominium, quia esset de hominio, & feudo Episcopi Tungrensis,* à *Leod, Leud, Luid,* quod subditum, & subjectum significat, quique ad hominium tenetur.

Tom. 2. fol. 2. — Ibid. fol. 18. — Ibid. fol. 31, & 73. — Tom. 1. fol. 39.

Lib. 7. poemat. *Liedus*, pro cantilena, est apud Fortunatum poëtam in præconio Lupi, præstantissimi militiæ ducis; ad quem ita canit.

Nos tibi

Nos tibi versiculos, dent barbara carmina Liedos.
Nostrum hoc est, & è nostro **Lied**.

Lista, limbus, fimbria, ora, Flandris **Liste**; Leo Marsicanus, in chronico Casinensi: *Obtulit Benedicto tunicam, cum lista aurea.* Lib. 1. cap. 21.

Litus, & *Lito*, putârunt quidam idem esse, quod *Lidus*, seu *Liedus*, *Leodes*, populus; at *Litus* Francis colonus dictus, qui nec dominus, nec servus. Tit. 14. §. 6: *Si verò puer regis, vel litus ingenuam fœminam traxerit, de vita componat.* Leg. Longob. lib. 3. tit. 20: Imper. Carolus: *Aldiones, vel Aldiæ, eâ lege vivunt in Italia, in servitute dominorum suorum, quâ fiscolini, vel liti vivunt in Francia.* Albertus stadensis apud Lindenbrog: *Plures autem se iis dediderunt proprios, & qui ab eis vivere sunt permissi litones sunt ab eodem vocabulo nuncupati. Inde litones in provincia Saxonum sunt exorti.* Ii Saxonibus *lassi* dicti, à **Lassen**, quod Saxonibus est permittere, relinquere, nobis **Laeten**, in imperfecto **Lieten**, unde liti posterioribus Francis, ab hominibus Ecclesiasticis, ac dominis, in agris suis vivere permissi, ad terram excolendam, sub annua præstatione. Eos Franci veteres **Laeten** dixerunt, quod & Franconatibus nostris, hodieq; in usu est. Vnde **Proost-laeten**, **Canoninck-laeten**, **Siseel-laeten**, quod eos, quamquam sub alterius jurisdictione, Franci in districtu suo vivere permiserint; sub dominio, videlicet Præpositi, **Proost-laeten**; Canonicorum, **Canoninck-laeten**; Domini Siseelensis, **Siseel-laeten**. Romani hos non litos, sed ab ipsa originali voce **laeten**, laetos dixerunt, quò facit hoc Eumenii Panegyristæ: *Tuo, Maximiliane Auguste, nutu, Nerviorum, & Trevirorum arva jacentia, laetus postliminio, & receptus in leges Francus, excoluit*: de quo, vide ante, fol. 52. Errârunt hactenus, qui hoc loco diphthongum pronuntiavere, uti notitia Imper. Occidentis in Provincia Belgica, fol. 180, & 181: *Præfectus lætorum Teutonicianorum.* Vbi Pancirolius: *Ex lætis Galliæ populis, lætos milites extractos fuisse diximus. Teutoniciani verò, sunt nuncupati, quia Teutonicis mixti erant, ut & sequentes læti Batavi, & alii hujusmodi. Rosinus scribit, Valentinianum maximam juvenum multitudinem, tum de Barbaris Rhetiæ accolis, tum de subjectarum Imperio Romano gentium agricolis, collegisse, & numeris militaribus adscripsisse.* Vide quæ ante diximus, cap. 18. fol. 168, 169, 176, 177. Ita & Præfectus lætorum Batavorum, & lætorum Francorum, item lætorum Nerviorum, aliarumque Galliæ Belgicæ Provinciarum, quibus ante Romanorum adventum, vox **laeten**, pro similibus colonis in usu erat.

In leg. Salic.

Lib. 4.

Lobium, pro solario, pergula. Godefridus Monachus in annalibus 1208: *Cum meridiano tempore, omnibus recedentibus solus in quadam lobio, cum Episcopo Spirensi, &c. remansisset.* Vetus est Brugense **Loove**, propriè pro pergula, seu loco frondibus cooperto, nam **Loove**, frons, folium dicitur, atque inde etjam

umbraculum frondium. Poſtea etjam pro porticu, & loco quem galeriam vocamus. Deinde, & pro compluvio, & projecto, ſeu projectura, unde Brugenſes etjam **Porder**. Nomenclator Adr. Iunii, cap. 52. de partibus ædificiorum: *Compluvium Vitr. tabulatum, plutei in modum, devexum in unam partem, ædificiis applicitum, cujuſmodi ea ſunt, de quibus datatim pilâ luditur, &c. Belgicè* **Leube**. Item: *Compluvium erectum, Belg.* **Opgaende leube**. Idem eodem capite: *Projectura Vitr. ſupercilium, vel prominentia, pars etjam ad arcenda in deſtillicidia, quod velut prejiciantur, propellanturq́ extra parietis normam, Belg.* **Voordack**. Kilianus Etymol. Teutonico: **Loove**, id eſt, **Loof**, *frons, folium.* Item: **Loove**, *umbraculum frondium,* & **Loove**, *projecta, projectum, compluvium, &c. vulgò* lobia. Item: **Loove, pand**, *porticus.* Idem: **Leube**, id eſt, **Loove**. Chronic. Flandr. de Bald. Ferreo, fol. 6: **Hy ſtichte te Brugghe den Burgh, ende het Caſteelken van Loove.** Nunc etjamnum **de Loove**, eſt ædificium, olim porticûs, quò è Burgo ſe conferebant, pluviarum, aut ſolis vitandi causâ quæ nunc in domum eſt converſa, ſtructâ ſolummodo ante eam projecturâ. *Lobium* etjam *Logium* dixerunt, quod & vulgò Brugenſes, **de Loge**. Hiſtoria Ardenſis apud du Cheſne Guin. fol. 161:
Preuves. *Item à domo in logium, quod bene, & procedente ratione, nomen accepit. Ibi enim ſedere in deliciis ſolebant, ad colloquendum à λόγῳ, quod eſt ſermo, derivatum, item de logio in oratorium, ſive capellam.*

M.

Mallus, Mallum, & Malum, pro congregatione judicum, ex veteri Flandrico **Mael**, in eadem ſignificatione. Vide quæ
Tit. 11. §. 1. capite ſequenti dicenda. In lege Salica, ſub initium: *Si quis ad mallum legibus Dominicis mannitus fuerit, & non venerit, &c.*
Lib. 4. cap. 31. Aimoinus, anno tertio regni Clodovei II, &c: *Ante paucos ſanè dies obitûs Egani, Ermenfredus quidam, qui ejus duxerat filiam, Arnulphum Comitem, apud Albiodorum vicum, in mallo interfecit.* Capit. Caroli Magni: *Si quis cauſam judicatam repetere*
Lib. 3. cap. 31. *præſumpſerit in mallo, ibiq́ teſtibus convictus fuerit, &c.* Item: *Si*
Ibid. cap 45. *quis ad mallum legibus manitus fuerit, & non venerit, &c.* Item:
Lib. 7. cap. 96. *Vt ad mallum venire nemo tardet, unum circa æſtatem, & alterum circa autumnum; ad aliud verò, ſi neceſſitatis fuerit, vel ſi denuntiatio Regis urgeat, vocatus, venire nemo tardet.* Item: *Vt nullus*
Lib. 2. cap. 22. *ad mallum, vel ad placitum infra patriam arma, id eſt, ſcutum, &*
Tit. 9. cap. 7. fol. 89. *lanceam portet.* Cap. item Caroli Calvi, in Synodo Sneſſionenſi: *Ne malla vel placita, in exitibus, & atriis Eccleſiarum, & Presbyterorum manſionibus, neq́ in dominicis, vel feſtivis diebus tenere præſumant; ſed Comites convenientem ſtationem ad mallum tenendum*
Ibid. cap. 8. fol. 90. *conſtituant.* Item: *Ne à quarta feria, ante initium quadrageſimæ, nec in ipſa quarta feria, uſq́ poſt octavas Paſchæ, mallum, vel placitum publicum,*

publicum, nisi de concordia, & pacificatione discordantium, tenere præsumat. Edictum item Carisiacense: *Hanc autem nostram constitutionem de præsenti tempore, &c. & in Palatio nostro, & in civitatibus, & in mallis, atq; in placitis, seu in mercatis relegi, adcognitari, & observari mandamus.* Item in capitulis ad Carisiacum: *Volumus, ut secundùm capitula Avi, & Patris nostri, & nostra, mallus neq; in Ecclesia, neq; in porticibus, aut atrio Ecclesiæ, &c. habeatur, &c. domus verò, sicut in capitulis Avi, & Patris nostri continetur, à Comite, in loco, ubi mallum tenere debet, construatur, &c.* Item, ibidem in edicto Pistensi: *Vt collimitanei, & vicini Comites, in una die, si fieri potest, mallum non teneant, maximè post octavam Paschæ, propter Francos homines, & advocatos, qui ad utraq; malla non possunt concurrere.* Item ibidem, capitulis, quæ apud Attiniacum, Carolus, & Lotharius colloquentes, missis suis ad exsequendum dederunt, ita subscribitur: *Anno incarnationis Domini, DCCCLIV. V. nonas Iulias, in mallo Remis, isti juraverunt, quod juratam habuissent fidelitatem. Isti juraverunt antiquitus;* Teudacrius, Amalricus, Rotboldus, &c. *Isti juraverunt fidelitatem;* Goderamnus, Dodilo, Sigebertus, &c. Vita S. Walerici, apud du Chesne, Tit. 1. Hist. Franc. fol. 561: *Advenientes verò, ad quendam locum Ambianensium, perveniunt Walimago, ubi quidam Comes nomine Sigobardus, juxta morem sæculi, concioni præsidebat, quod rustici mallum vocant, & cum ibidem, ut solet adesse, mallis gestis, justa, vel injusta sententia, unicuiq; manifestatur, contigit ut quidam reus, ob meritum quidem reatus sui, morte damnatus in equuleo jam esset suspensus, &c.*

Tit. 28. fol. 257. Tit. 39. cap. 12. fol. 399. Tit. 31. cap. 32. fol. 330. Tit. 13. fol. 117.

Mallare, verbum à voce mallus. Capit. Caroli Calvi: *Missi autem nostri colonos, & servos pauperes cujuslibet potestatis, non mallent, nec bannum francilem solvere cogant; sed advocatus eorum, non cum aliqua nova adinventione, sed quia de sua advocatione coloni, vel servi, contra bannum nostrum, bonum denarium, id est, merum, & benè pensantem, rejecerint, sicut lex est, malletur.* Et inde Tit. 9. Edict. Carisiac. fol. 244.

Mallatio. Ibidem: *Aliqui missi, &c. quasdam adinventiones, quod multùm Dominus detestatur, & in mallatione, & in exactione intromittunt.* Et inde ulteriùs Ibid. fol. 254.

Admallare, in lege Salica: *Qui enim admallat, & ille qui admallatur.* Item in leg. Ripuar: *Quod eum ad strudem legitimam admallatum habeat.* *Mallare*, & *admallare*, est ad mallum citare. Marculphi formulæ, lib. 1. cap. 21: *Omnes causas, quas in palatio, nostro admallandum, prosequendumq; recipere deberet.* Tit. 59. Tit. 2. §. 3.

Hamallus, quasi admallus .j. ad mallum, sive ad jus, unà cum alio vocatus. In lege Salicâ, tit. 49: *Ista omnia, ubi suus hamallus est, super quem res primitus cognita fuerit.* Id est, qui simul ad mallum venire, unàque comparere debet.

Mallobergium, & *Malbergium*, pro loco, ubi mallum teneri solet. Est in legibus Salicis, tit. 56: *Sagibarones in singulis mallo-* Tit. 56.

bergiis .j. plebs, qua ad unum mallum convenire solet, plus quam tres esse non debent. Item tit. 60. ubi sic, &c. *Si quis Rathimburgii legem voluerit dicere, in mallobergio residentes, cùm, causam inter duos discusserint, debet eis, qui causam requirit dicere: „ Date nobis legem Salicam.* Brugis nostris, Burgo (quod castrum fuit, & primorum Flandriæ Grafionum, sive Comitum sedes) adhæret locus, ab omni vetustate, atque etjamnum dictus: **De plaetse mallebergh**, quod primi Franci dixerunt: *Placitum mallobergium*; placitum enim illorum, nostrum esse **Plaetse**, suo loco ostendetur. *Mallobergium* autem, dicitur à *Mallus*, & **Bergh**, quod non semper montem significat, sed & receptaculum, à tegendo, & occulendo, quod vernaculè etjam dicimus **Bergen**. Vide *Heribergium* supra. Constitutiones Caroli Calvi in capitulis: *Comes convenientem locum consideret, & inveniat, ubi stationem ad mallum tenendum constituat.* Vt & antè Carolus Magnus, titulo: de mallo publico: *Vt in locis, ubi mallos publicos habere solent, tectum tale constituatur, quod in hiberno, & in æstate observatum esse possit.* Propriè itaque mallobergium, quod sub tecto habebatur, quia verò sereno tempore, populus tecta relinquebat; factum, ut mallobergium dictum, mallum omne publicum, ad quod plebs conveniebat. Gerardus Vossius de vitiis sermonum: *Mallobergium, pro plebe, ad unum solita mallum convenire.* Ex legibus supra citatis, rathimburgium dicebatur, cùm in burgo, sive castro, placitum, aut mallum fieret; at mallobergium cùm in publica area, sub dio, aut si pluat, sub tecto. In veteri cora, sive consuetudine Brugensi, quam confirmavit Philippus Elsatius, Comes Flandriæ, sic lego, titulo: *De causis universis: De omnibus verò aliis causis, ad Comitem pertinentibus, Brugis in castello, vel ante castellum, placita tenebunt, in præsentia Comitis, vel illius, quem in loco suo, ad justitiam tenendam instituerit.* Est autem Mallobergium nostrum burgo vicinum, ac domui Graphionis, sive Comitis proximum, ut sequenti capite pluribus ostendetur. Quidam **Plaetse Malleбergh** interpretati sunt, *plateam Malberti*, cùm tamen **Plaetse**, nobis nullo modo sit platea, quæ quod strata lapidibus, tracto à Romanis vocabulo, nobis appellatur **Strate**; sed area est **Plaetse**, sive locus amplus, apertus, & patens, subinde in orbem, subinde in triangulum, quadrangulum, &c. sic: **Huyvetters plaetse, S. Jans plaetse, Biscayers plaetse, S. Martens plaetse, Anckers plaetse**, &c. Malberti verò nomen hactenus est inauditum.

Tit. 60. | Tit. 9. cap. 7. | Lib. 3. cap. 58. | Lib. 2. cap. 12. fol. 240.

Mancare, pro mutilare. Carolus Magnus in divisione imperii, apud du Chesne, hist. Franc: *Vt nullius eorum, &c. quemlibet, &c. aut occidere, aut membris mancare, aut excæcare, aut invitum tondere faciat.* Nobis **Manck**, est defectuosus in membris. Item: **Mancken, Mincken**, mutilare, & mutilum esse. Ab hoc veteri Gallico, magis crediderim Latinis dictum, *mancus*, quam velut

Tit. 2. fol. 90.

manu

manu ancus, aut *manu carens*, neque enim ad manum tantùm, ſed & ad pedes, atque alia membra refertur.

Mannus, pro viro, manſit in vocibus Normannus, Marcomannus, Cenomannus, &c. Man, nobis vir eſt.

Mannire, aut *Manire*, pro citare, frequens eſt in lege Salica, ubi in ipſo principio: *Ille autem, qui alium mannit, cum teſtibus ad domum illius ambulare debet, & ſic eum mannire debet, aut uxorem ejus, vel quemcunq; de familia illius, ut ei faciant notum, quomodo (ex juſsione legis) ab illo mannitus eſt; nam ſi in dominica, ac in baſcia, fuerit occupatus, manniri non poteſt, ſi verò intra pagum, in ſua ratione fuerit, poteſt manniri, ſicut ſuperius dictum eſt.* Ita enim ſuprà ſtatutum erat: *Si quis ad mallum legibus dominicis mannitus fuerit, &c.* Eſt etjam in capitulis Caroli Magni: *Vt ſæpius non fiant manniti ad placita.* Item: *Si quis ad mallum legibus manitus fuerit, &c. prima manitio ſuper noctes ſeptem.* Item: *Si quis de ſtatu ſuo, id eſt, de libertate, vel de hæreditate compellendus eſt, juxta legis conſtitutionem manniatur: de cæteris verò cauſis, unde quis rationem eſt redditurus, non manniatur, ſed per Comitem banniatur. Et ſi poſt unam, & alteram Comitis admonitionem, aliquis ad mallum venire noluerit, rebus ejus in bannum miſsis, venire, & juſtitiam facere, compellatur.* Eſt & in capitulis Caroli Calvi: *Et quia non habent domos, ad quas ſecundùm legem manniri, & banniri poſſunt, dicunt, quod de mannitione, vel bannitione, legibus comprobari, & legaliter judicari non poſſunt.* Sirmondus in hunc locum, affert ex Hincmari Laudunenſis, ad Hincmarum Rhemenſem, epiſtolis, hæc: *Anſgarius regiâ poteſtate ipſas obtinuit, non advocato meo ad mallum, ut publicæ ſe leges habent, pro rebus ipſis mannito.* Nobis, item & Germanis eſt Maenen, *monere*, & propriè debitum exigere; cui reſpondet, quod ſuprà, non uno loco, manire ſimplici l. Maeninghe, nobis eſt monitio, mannitio: Hincmarus Rhemenſium Epiſcopus, propiùs ad nos accedens, manninas vocat, quod nos Maeningen. Ejus verba refert ex epiſtola ad Epiſcopos Franc. Pithœus, in notis ad cap. Caroli Magni: *Comites, & Vicarii plurima placita conſtituant, & ſi ibi non venerint, compoſitionem ejus exſoluere faciant, & quia prius per manninas veniebant, excogitaverunt quidam, ut per bannos venirent ad placita, quaſi propterea melius eſſet, ne ipſas manninas alterutrum ſolverent: hoc ideo facientes, ut ipſi bannum acciperent.*

Tit. 1. §. 3.
Tit. 1. §. 1.
Lib. 2. cap. 121.
Lib. 3. cap. 45.
Lib. 4. cap. 25.
Tit. 3. cap. 6.
Fol. 70.
Fol. 52.

Marca .j. limes. Leg. Ripuar: *Si quis extra marcam, in ſortem alterius fuerit ingreſſus, judicium comprehenſum compellatur adimplere.* Cap. Caroli Calvi: *Quia verò longum eſt iſtos ad præſentiam Regis adducere, vel periculoſum eſt, longius eos à marca abducere, Dominus Rex commendabit ſuo Marchioni, qualiter eos diſtringat, atq; caſtiget.* Agit de Barcinonenſibus, qui limitem habebant Pyrenæum. Ordinavit locum Carolus Magnus hoc modo: *Qui autem trans Rhenum ſunt, & ad Saxoniam pergunt, ad Albaniam*

Tit. 62. §. 6.
Tit. 40. cap. 1.
Lib. 3. cap. 74.

marcham esse sciant; & qui trans Ligerim manent, atque in Hispaniam proficisci debent, montes Pyrenaos marcham sibi esse cognoscant. De
Epist. 39. hac marca Ludovicus Pius, ad populum Emeritanum scripsit, quam epistolam dicit Sirmondus, in supra citatum è Car. Calvo locum, esse apud Eynhardum, unde hæc depromit: *Volumus proximâ æstate exercitum nostrum ad marcam nostram mittere, ut ibi præparatus sedeat, donec vos mandetis, quando promovere debeat. Marca igitur* (ita pergit Sirmondus) *& marcha, limes, sive finis cujusque re-*
Cap. 827. *gionis.* Adelmus in annalibus Regum Francorum: *Tardius quam*
fol. 430. *rerum necessitas postulabat, is, quem ducebant, ad marcham venisset*
Ibid. *exercitus.* Et ibi in margine: *Collimi ...m.* Item paulò ante: *Ad*
Cap. 828. *motus Hispanica marcha componendos mittit.* Item: *Conventus A-*
fol. 451. *quisgravi mense Februario factus est; in quo, cùm de multis, & aliis causis, tùm præcipuè de his, quæ in marcha Hispanica contigerunt, ratio habita; & legati, qui exercitui præerant, culpabiles inventi; & juxta merita sua, honorum amissione mulctati sunt. Similiter & Baldericus, Dux Forojuliensis, cùm propter ejus ignaviam Bulgarorum exercitus terminos Pannonia superioris impunè vastâsset, honoribus, quos habebat, privatus; & marcha quam solus tenebat, inter quatuor Comites divisa est.* Et mox: *Cùm de filiis suis, Lothario, & Pipino, cum exercitu ad marcham Hispanicam mittendis, consilium inisset, &c.* Et iterum: *Inde Theodonis villam pertexit, de quo loco Lotharium filium suum, cum magnis Francorum copiis, ad Hispanicam marcham direxit, &c.* Rursus: *Comperto, quòd Sarraceni ad marcham venire, aut timerent, aut nollent, redeunte ad Aquitaniam fratre, ipse ad*
Cap 822. *patrem Aquisgravi revertitur.* Item aliquantò ante: *Comites mar-*
fol. 423. *cha Hispanica trans Sicorim fluvium in Hispaniam profecti.* Plerisque tamen marcha capitur pro limite ad mare, unde nomen oriun-
Leg. 2. dum esse putârunt. In legibus Feudalibus dicitur: *Marchio quia tenet quod est juxta mare, quia plerumque marchia juxta mare posita.*

Marchio igitur dictus, à limite, cui præest. Sirmondus lo-
Anno 686. co citato: *Marchio, Comes marca præpositus.* Vitâ Ludovici Pii: *Relictis tantùm Marchionibus, qui fines regni tuentes, omnes si fortè ingruerent, arcerent hostium incursus.* Inde pergit Sirmondus: *Bernardus Comes Barcinonis, quia in marca Hispania præsidebat, Marchio etiam dictus à nonnullis.* Est & altera vox Marchisus, quâ se vocavit Arnulphus Magnus, tertius Flandriæ Comes, aliique post eum, qui se Flandriæ Comites, & Marchisos, & Marchiones nuncupârunt, ut est videre in sigillis Comitum, fol. 3, 4, 5, & sequ. Facta vox marcha, sive marca, à palo, aut lapide, quo termini regionum signabantur, id quod nobis Marcken dicitur, valetque signare, à Marck, quod est signum.

Marca, pro equo, quod nimirum antiquitus equum suum quisque, proprio suo signo, per cauterium insigniret. Pausanias in Phocicis: Γαλάταις δὲ ὑπὸ αὐτὴν τοῦ ἔργου τὴν δίκην ὁ ἀριθμὸς ἀπεπληροῦτο τῶν ἱππέων. Τοῦτο ὠνόμαζον τὸ σύνταγμα τριμαρκισίαν τῇ ἐπιχωρίῳ φωνῇ.

ἐ

φωνῇ. καὶ ἵππον τὸ ὄνομα ἴσω τὶς μάρκαν ὄντα ὑπὸ τῶν Κελτῶν. .j. *Galli inter pugnandum integros, vel cæsis, vel saucius, supplemento esse jubent. Atq; hanc quidem equestrem pugnæ institutionem voce patriâ* trimarcisiam *nominant; equum enim marcam appellant.* In quem locum Sylburgius: *Camerarius*, inquit, *mavult* τριμαρρισίαν, *itidemq;, paulò post,* μαρραν; *non* τριμαρκισίαν, *&* μάρκαν. *Merras sanè vulgus nostrûm equas nominare solet.*

Marca quoque in re nummaria, vulgò **Marck**. Marca auri, marca argenti; **Marck Goudts**, **Marck silvers**: à signo nummis imposito, **Marcken** .j. signare, atque hinc oriundum fortè Latinum merx mercari, & Gallicum hodiernum marchant, marchander, marché, tam pro pretio, quam pro foro, & vernaculum **Mart**, pro foro, ubi mercamur.

Marchandisa, pro merce, apud Mathæum Parisium, in charta libertatum, à Ioanne Rege concessa; *& mercator eodem modo, salvâ marchandisâ suâ.*

Merchatus, est jus nundinarum, sive fori, ut Colvenerius interpretatur ad illud, è diplomate Othonis Imperatotis in Chronico Cameracensi, lib. 1. cap. 112: *Nos Erlewino venerabili Episcopo, & cæterorum, dedimus jus, fas, atq; licentiam faciendi, statuendi, ac constituendi merchatum, cum moneta, thelonio, &c.*

Marescalcus, seu *Marscalcus*, Gerardo Vossio dicitur, *equorum minister*, à **Mare**, equus; & **Schalck**, servus. Glossarium Latino-theotiscum: *Cavallarius*, **Marischalck** .j. *caballorum præfectus.* In legib. Longobard. lib. 1. tit. 36. l. 4: **Merworphin**, *aliquem de caballo projicere, nempe ex* **Mer**, *equus, &* **worpen**, *jacere; pro quo Belgæ* **Werpen**; *at hodieq; Belgis equa*, **Merry**. In leg. Aleman. tit. 71. §. 2: *Si quis equo, quem Alemanni* **Marach** *dicunt, oculum excusserit.* Vide suprà *Marca*, pro equo.

Margila, **Mergel**. Vide ante cap. 2. fol. 7.

Mariscus, Teutonicè, **Marasch**, **Morasch**, occurrit in testamento S. Willebrordi, apud Miræum, in codice donationum: Cap. 7. *Et Heribaldus Clericus mihi condonabat, & tradidit mihi Ecclesiam* fol. 32. *aliam in pago Marsum, ubi Mosa intrat in mare, cum appendentiis suis, & mariscum, unde berbices nascuntur.* Vbi ipse Miræus adnotat: *Mariscum, id est, locus paludosus,* **Morasch**. *Belgis. Sic &* Morini, *Flandriæ occidui populi, quos Virgilius extremos hominum nuncupat, à paludibus, illo in tractu hodieq;, frequentibus nomen induerunt.* Hinc & Gallicè, *marez, marescage*. Anglicè, **Marishe**, **Marsch**. A **Marasch**, est **Maraschigh**, *palustris, marescosus.* Inde Brito suprà, Cap. 2. fol. 9. fol. 28.

Quaq; marescosos extendit Flandria campos,
Quæ sola Furnus arat, finibus vicina marinis.

Medo, & *Medus*, ex melle confecta potio, Flandricè **Mede**. Fortunatus in vita S. Radegundis: *Non medi decoctionem, cervisiæq; turbidinem.* Beda de remed. peccat. cap. 7: *Sine vino, & medone, & carne.*

Meisa, pro culice, qui Flandris, **Mesie**, **Meusie**, **Meise**, dicitur. Est apud Monachum Sangallensem, de cura Ecclesiastica Caroli Magni, lib. 1. quem vulgavit du Chesne, ubi sic legitur: *Fama malum (quo non velocius ullum) de minima meisa super aquilarem magnitudinem excresceret.* In margine est: *Fortè musca.* Significatur hîc, quod fama res minimas in immensum augeat, & de culice aquilam faciat. Brabantis est **Mugghe**.

Hist. Fran. Tom. 2. fol. 117.

Minare, est quod nos dicimus, **Menen**, **Mennen**, *ducere, agere*. In lege Salicâ: *Si qua pecora propter damnum messis aliena inclusa fuerint, aut minentur, &c.* In lege Ripuariâ: *Si quis in sepem, vel in quocunquelibet periculo, res invitas alienas minaverit.* Ibid: *Si quis peculium alienum in messe adprehensum, ad parcum minare non permiserit. Peculium* hîc parvum pecus est; *Parcus*, septum, **Parck**, vide suo loco. Gregorius in Dialogis: *Qualiter hoc jumentum minare valeatis.*

Tit. 10. §. 9. Tit. 70. §. 5. Tit. 82. §. 2. Lib. 1. cap. 2.

Minator, **Die ment**, **Menner**. Etymolog. Kiliani: **Mennen**, *ducere, agere, vehere, minare.* Item: **Men-roede**, *scutica, flagellum.*

Minire, est *cuniculos agere*, terram effodere, nobis **Minen**, est fossas agere sub terra, & ipsa fossa, **Mine**, **een Mine**. Hinc

Minitor, qui tales fossas agit, Gallis etjam *mineur.* Apud Godefridum Monachum S. Pantaleonis, ad annum 1203, in epistola Comitis S. Pauli, ad Ducem Lovaniensem, de capta Constantinopoli: *Minitores verò muros inferius subcavantes, unam turrim straverunt.*

Mis, aut *Mes*, particula in compositione adversativa, ut **Mesdoen**, **Mesgrijpen**, Flandris Gandensibus; Brabantis, aliisq; **Misdoen**, **Misgrijpen**, pro delinquere. Hanc primi Franci hodiernis reliquêre, illi enim, & quidem Carolus Calvus ita in capitulis: *Et ut illi homines, qui in isto regno, contra Seniorem nostrum, Dominum Karolum misprišerunt, si se recognoverint, propter Deum, & propter fratris sui deprecationem, quicquid contra eum misfecerant, eis vult indulgere.* Id Galli hodie, *messaire, mesprendre.*

Tit. 17. cap. 5.

Misfacere, itaque supra est, *malè, aut per errorem facere*, idem fermè quod antè *forfacere*, vulgò **Misdoen**, & Gallis *mesfaire.*

Misprendre, quoque est *malè prehendere*, vel, *in malam partem prehendere*, **Qualijck nemen**, **Misgrijpen**, Sic **Mishaeghen**, *displicere, &c.* A *misprendre*, fecerunt in præterito, *misprisi.* Hinc *misprišerunt*, neq enim fuit in infinitivo *misprisere*, ut putavit Gerardus Vossius in libro de vitiis sermonum, qui velut à vernaculo **Misprijsen**, *misprisere*, interpretatus est *vituperare.*

Lib. 2. cap. 24. fol. 341.

Molinum, Francis, quod Latinè *mola*. In lege Salica: *Si quis ferramentum de molino alieno furaverit.* Nostrates à Latino *mola*, fecerunt **Molen**, unde rursus Franci Latinisantes, *molinum*, nunc etjam Galli *moulin.*

Molinarius,

Molinarius, iisdem est, quod Latinè *molitor*, à nostrate **Molenaer**, **Meulenaer**, qui Brabantis **Mulder**. In lege Salica: *Fabrum, sive vinitorem, vel molinarium, aut carpentarium.* Tit. 11. §. 5

Morganagiba, & *Morgangeba*. In lege Ripuariâ: *Quicquid ei in morgangeba traditum fuerit.* Vox nostratibus adhuc in usu, pro antiphernis, quæ vocant **Morghen-gabe**. Exstat etjam in pactione Gunthramni, Childeberti, & Brunechildis, apud Gregorium Turonensem: *De civitatibus &c. quas Gailswindam, germanam Dominæ Brunechildis, tam in dote, quam in morganegiba, (hoc est, matutinali dono) in Franciam venientem, certum est adquisisse.* Kilianus: **Morghen-gabe**, **Morghen-gifte**, *antipherna, donatio propter nuptias, dos à marito profecta.* Morganatica, Morgengeba, *&* Morgingabicum, *quasi dicas, donum matutinum; quod maritus dotis nomine, uxori suæ irrogat die nuptiarum, ante nuptiale convivium. Morganicap, vel (* ut credo legendum *) morgengab.* In lege Luitprandi Regis Longobardorum, est in eadem significatione: *Si quis Longobardus morgincap conjugi suæ dare voluerit, quando eam sibi in conjugio sociaverit, &c.* Et alibi: *Ipsum morgincap nolumus ut amplius sit, nisi quarta pars de ejus substantia, qui ipsum morgincap facit.* **Morghen**, nobis est mane, & **Geven**, **Gaben**, dare, olim **Gaben**; **Gabe**, donum. Tit. 37. §. 2. Lib. 9. cap. 20. fol. 204.

Mortridus, est mors violenta, nobis **Moord**, **Moorderie**, **Moordzie**. Concilium Aurelianense, apud Ivonem, part. 9: *Qui sponte per fraudem, & avaritiam, hominem innoxium occiderit, quod mortridum vocant, &c.* Cap. 70.

Mordrare, etjam pro occidere, **Moorden**. Item: *murdare*, & *murdrare*, *murdridare*, & *murtridare*, *mordirare*, & *murdrire*, apud recentiores reperitur; unde

Murdritus, occisus, *murdatus*, **Vermoordt**.

Multones, vox usitata in diplomate Caroli Calvi, quod est in Archivis S. Dionisii, vulgatum per Doubletium, ubi sic habetur: *De pago Pontiu: censum de platesiis, & anguillis, somnensibus, vel salmonibus; & de Flandris: censum de multonibus, & formaticis, ac bubus, reliquoq́ censu, sicut consuetudo fuit.* Vbi multones id sunt, quod nobis est **Molter**, **Multer**, quo vocabulo significamus, quod molitores è farina, seu tritico molito, mercedis loco sumunt, ut census de multonibus sit vectigal, farinis impositum, quod nobis hodie **Mael-geldt** vocatur. Fol. 795.

Muffulæ, pro chirotecis est in capitulis Caroli Magni, additione 1: *Provideat, ut camisias duas, &c. unusquisq́ monachorum habeat, &c. Wantos in æstate, muffulas in hieme vervecinas.* Item postea: *Vt muffulæ vervecinæ monachis dentur.* Hodie Brugensibus **Moffele**, est, in quo manus hieme recondimus, frigoris arcendi causa. Cap. 22. fol. 289. vers. Cap. 79. Fol. 274.

Mundeburdis, aut *Mundeburdium*, pro tutela, vulgò **Mondboordye**. Leg. Ripuar: *Quod si quis hominem regium tabularium,* Tit. 6. §. 14.

tam baronem, quam fœminam, de mundeburde Regis abstulerit, LX. sol. culpabilis judicetur. Item: *Similiter & ille, qui tabularium, vel Ecclesiasticam fœminam, seu baronem, de mundeburde Ecclesiæ abstulerit, LX. solidis culpabilis judicetur, & nihilominus generatio eorum ad mundeburdim Regis, seu Ecclesiæ, revertatur.* Ex Can. Conc. Suession. 3. apud Miræum, Not. Eccles. cap. 38. fol. 62: *Sub tuitione, atq; quem trito sermone mundeburdem vocant, Dagoberti Regis.*

Ibid. §.15

Epistola Caroli Calvi, ad Ludovicum fratrem, apud Baronium: *Filiam nostram Iudith, viduam, &c. sub tuitione Ecclesiastica, & de burge constitutam, &c. furatus est.* Depravata lectio, & sic corrigenda: *Sub tuitione Ecclesiastica, & regio mundeburdio constitutam,* quemadmodum ante in probationibus Genealogiæ, tab. 1. fol. 1. monui. Capitula Caroli Calvi: *Et volumus, ut Ecclesiæ, & casa Dei, & Episcopi, & Dei homines, Clerici, & Monachi, & Nonnæ, talem mundeburdem, & honorem habeant, sicut tempore antecessorum nostrorum habuerunt.* Item: *Mundeburdem autem, & defensionem sanctæ Romanæ Ecclesiæ pariter conservabimus.* Et antea, Capit. Caroli Magni: *Vt viduæ, orphani, & minus potentes, sub Dei defensione, & nostro mundeburdio pacem habeant, & eorum justitias exquirant.* Pithœus in hunc locum, affert ex Marculphi monachi libro: *Vt sub mundeburde, vel defensione illustris viri, illius majoris domus, cum omnibus rebus præfatæ Ecclesiæ quietus, debeat residere.* Reperitur etjam mundiburdium in diplomate Pipini Regis, anni 761, apud Miræum: *Ego Pipinus, &c. præsentem Abbatem, &c. simul cum Monachis, & Abbatia, sub Regum mundeburdio in secula manere decerno.* In epistola Caroli Majoris domus pro Sancto Bonifacio, in cod. S. Remigii, apud Sirmondum, in notis ad capitula Caroli Calvi: *Et nobis suggessit, quòd sub nostro mundeburdio, vel defensione eum recipere deberemus.* Item, ibidem affert ex præcepto Caroli Calvi, pro monasterio Cellensi: *Quod monasterium sub tuitione, & mundeburdio, ex longo tempore constat esse Comitis prædictæ civitatis.* **Mondboir**, aut **Mondboor**, & **Momboor**, nobis est *tutor*, à **Mond**, id est, *os*, & **Boor**, contractè ex **Behoor** .j. *necessarium, debitum*, quod tutoris sit, ea, quæ ad os pupilli necessaria sunt, procurare, alimoniam videlicet, & victum; ut **Mondboir** propriè nutritius sit, deinde & tutor: censebantur infantes ore carere, quod illi eo uti nequirent, ideo eis nutritio, & proloquutore opus erat. Vnde **Onmondigh**, seu **Onmundigh**, est infans, qui nec edere solus potest, nec loqui. Videtur & **Mond**, seu **Mund**, olim pupillus dictus, unde Kiliano diminutivum **Mondelijn**, pro pupillo, qui (ut vulgus loquitur) *non habet os ad loquendum*, **Hy en heeft gheen mondt van spreken**, sed pro eo loquitur tutor. **Monden** quoque Kiliano dicitur: *Vetus fari, loqui*, unde **Vermonden**, *effari*, & **Voormonden**, *pro altero loqui*, Geldris, quibus inde tutor appellatur **Voormunde**.

Annal. Ecclef. anno 862.

Tit. 26. cap. 4.

Tit. 33. fol. 257.

Lib. 6. cap. 223.

Dipl. Belg. Lib. 2. cap. 7. fol. 14.

Fol. 59.

Ibidem.

Mundium,

Mundium, etjam pro tutela. Kilianus in voce Momboorschap: *Mundium (ait Vitus Amerspachius in annotationibus ad Constitutiones Caroli Magni) sæpè occurrit in LL. Longobardorum, & plerumq; significat tutelam, unde mundualdi, & mundoaldi .j. tutores, ab administranda tutela.* In legibus Longobardorum legitur: *In suæ potestatis arbitrio .j. sine mundio vivere.* Ibidem: *In alterius mundio esse*, videlicet in ore tutoris, cujus est, loqui, pro pupillo. Lib. 2. Tit. 10. leg. 1. Tit 34. leg. 4.

Amund inde etjam dicitur extra potestatem alterius, & liber à tutela. In leg. Longobard: *Si dominus ancillæ eum liberaverit, & amund fecerit.* Lib. 5. Tit. 12. leg. 6.

Mundialis quoque inde, qui sub tutela. Flodoardus in hist Rhem: *Nostrorum necessitatibus subditorum, & mundialium oppressionibus.* Lib. 11. cap. 19.

N.

Nedfratres, vide *Nodfijr*.

Neustria, Franci Latinisantes, scripsere pro Westria .j. pars occidentalis, à West, occidens, ut *Austria*, pro *Oostria*, pars orientalis, Oost, oriens, unde Ooster, ad orientem vergens, Wester, ad occidentem, atque ex hoc: Oostersche windt, Westersche windt, *Ventus orientalis, occidentalis.* Perperam aliqui putavere Austriam, dictam, ab Austro vento, qui est meridionalis; sed & Auster in gestis Regum Francorum, ex editione Freheri sæpe legitur indeclinabile. Et apud du Chesne, hist. Francor: *Rex Theodebertus ægrotans, febre validâ correptus, mortuus est, regnavitq; annos 14. Regnum ipsius in superiores Francos, in Auster, Theodualdus filius ejus recepit.* Item: *Eratq; Clotario Regi tunc filius, nomine Dagobertus, &c. quem Rex adultum, unà cum Pipino Duce in Auster regnaturum direxit, Austrasii verò Franci superiores, congregati in unum, Dagobertum super se Regem statuunt.* Item: *Wulfoaldus quoq; per fugam vix evasit in Auster.* Et: *Decedente Wulfoaldo de Auster, Stuartinus, & Pipinus junior filius Ansigisili quondam, decedentibus Regibus dominabantur in Auster.* Ibid: *Pipinus in Auster consurgens. Neuster* verò non ita reperio, sicut *Auster*, sed Tom. 1. fol. 798. Fol. 716.

Neptria, pro *Neustria.* Chron. Frodegarii in hist. Franc. du Chesne: *Meroueus secretiùs jussu Clotarii in Neptriam perducitur.* Tom. 1. fol. 753.

Neptricum, Idem. Gesta Dagoberti ibid: *Regnum Clotarii, tam Neptricum, quam Burgundia.* Item: *Sacramentis firmârunt, ut Neptricum, & Burgundia ad regnum Ludovici, &c. respiceret.* Tom. 1. fol. 577. Fol. 581.

Neustrasia quoque pro Neustria, ut & pro Austria, Austrasia, hinc &

Neustrasii, occidentales Franci, ut *Austrasii* orientales. Ibidem: *Consilio Neustrasiorum.* Item: *Austrasiorum primates.* Fol. 582.

Nodfijr, apud Sirmondum tom. 1. Conc. Gall. in Concilio Fol. 537.

 Leptinensi,

Leptinensi, cujus hoc initium: *In nomine, &c. Ego Karlomannus Dux & Princeps Francorum, an ab incarn. Dom. DCCXLII. XI. videlicet calendas Maji.* Et §. 5: *Vt populus Dei paganias non faciat, &c sive illos sacrilegos ignes, quos nedfratres vocant.* Apud Lindenbrogium, in cod. legum antiquarum, in cap. Caroli, & Ludovici, lib. 5. fol. 925 ita legitur: *Sive illos sacrilegos ignes, quos nodfijrs vocant.* Atq; ita legi, tradit Lindenbrogius in tomis conciliorum, vitâ S. Bonifacii, & Burchardi, quod ita interpretatur: *Rusticani homines in multis Germaniæ locis, festo S. Ioannis palo ex sepe extracto, funem circumligant, illumq; hac, illac ducunt, donec ignem concipiat, quem stipulâ, alijsq; aridioribus lignis aggestis curare fovent, ac cineres collectos super olera spargunt, hoc modo erucas abigi posse, inani superstitione credentes; eum ergo ignem nodfeur, quasi necessarium ignem vocant.* Nobis Nood necessitas est, Vier, ignis. Ab hac veteri superstitione Brugis, totoque Franconatensium districtu, in festo S. Ioannis, quotannis adhuc ignes fortassis excitantur.

Cap. Car. Calvi, fol. 240. *Nonna*, pro sanctimoniali, nobis est Nonne. Capitula Concilii Confluentini, in annunciatione D. Ludovici Regis, linguâ Theotiscâ: *De raptus fœminarum, tàm viduarum, quàm puellarum, atq; nonnarum.*

Nonnana item, cap. Caroli Magni, lib. 1. cap. 17: *De Clericis, & Nonnanis.*

Nordmanni, Nortmanni, & Normanni, sonat viros septentrionales, Nordt, sive Noorth, septentrio, & Man, vir, Mannen, viri: sicut *Nortlendi, & Nortludi*, significat gentes septentrionales. Vide suprà *Lidus*.

O.

Tit. 34. § 1. Ibid. §. 2. *Ortare*, pro trudere, impellere, est in lege Salica: *Si quis Baronem de via ortaverit, atq; impinxerit.* Item alibi: *Si verò mulierem ingenuam de via sua ortaverit, aut impinxerit*, Flandris Hutten, Horten, est impellere, trudere; etjam demptâ aspiratione.

P.

Par, Pares, vide *Sagibarones*.

Parcus, & Parcum, vulgò Parck, Perck, id est, *septum*, v. *Minare*.

Paraveredus, vide *Veredus*.

Cap. 21. fol. 16, 17. *Pipa*, pro canna, fistula. Reperitur in testamento S. Everardi, apud Miræum in codice donationum: *Primogenitus, &c. habeat, &c. de paramento capellæ nostræ, &c. pipam auream unam.* Vbi Miræus: *Pipa aurea, id est, canula, ad sumendum, seu hauriendum sacrosanctum Domini sanguinem, ex calice benedicto, more veteris Ecclesiæ.*

Platesia, est in diplomate Caroli Calvi, quo donat S. Dionisio, secundùm Parisios, multos census, ac inter alios, apud Doublet,

Doublet, in antiquitatibus S. Dionisii, fol. 795: *De pago Pontiu censum de platesiis, & anguillis*. Pladdijs, Platdijs, Brugensibus dicitur passer piscis; aliàs Plate, à latitudine, quæ πλάτος Græcè, nobis Plat, Gallis adhuc *Plaïs*. Etymolog. Kiliani: Pladdijs, .j. Platdijs: item, Platdijs, *passer piscis, piscis planus, vulgò platasa, platossa*.

Placitum, est locus judicii, & ipsum judicium. Leg. Salic. tit. 42. §. 9: *Ad septem noctes placitum concedat*. Synod. Turon. 3. canon. 35: *Pro quolibet placito, vel judicio*. Cap. Caroli Calvi: *Vt missi nostri, per singulas parochias, Comitibus, & reipublicæ ministris ex banno nostro præcipiant, ne malla, vel placita, in exitibus, & atriis Ecclesiarum, & Presbyterorum mansionibus, neq; in dominicis, vel festivis diebus tenere præsumant; sed Comes convenientem locum consideret, & inveniat, ubi stationem ad mallum tenendum constituat*. Vide *Mallobergium*. Item in cap. Caroli Magni, in Concil. Turon. 3. apud Sirmondum can. 40: *Itemq; interdicatur, ne mercata, & placita, usquam fiant, die dominicâ, quâ oportet omnes Christianos à servili opere, in laude Dei, & gratiarum actione, usq; ad vesperam perseverare*. Item in Concilii Aquisgranensis capitularibus: *Statuimus quoq;, secundùm quod & in lege Dominus præcepit, ut opera servilia non agantur, sicut & bonæ memoriæ Genitor meus in Synodalibus edictis mandavit, quòd nec viri ruralia opera exerceant, id est, nec in vinea colenda, nec in campis arando, nec in metendo, vel frenum secando, vel sepem ponendo; nec in sylvis stirpare, vel arbores cædere, vel in petris laborare, nec domos construere; nec in horto laborent, nec ad placita conveniant, nec venationem exerceant*. Leg. Salic: *Si intra Legiam, aut Carbonariam, aut citra mare, ambo manent, & qui cognoscitur, & apud quem cognoscitur, in noctes XL. placitum faciant, &c. Quod si trans Legiam, aut Carbonariam, ambo manent; ille, apud quem res agnoscitur, in noctibus LXXX. lex ista custodiatur*. Cap. Caroli Magni: *Vt nullus ad placitum banniatur, nisi qui causam suam quærit, aut alter exquirere debet, exceptis Scabinis septem, qui ad omnia placita debeant esse*. Flodoardus apud du Chesne: *Hugo Dux placitum cum Rege per sequestros habuit, in quo nihil certum de pace inter ipsos componenda gestum*. Theganus item, apud eundem, de gestis Ludovici Pii: *Sequenti anno habuit placitum generale*. Et mox ibidem: *Sequenti anno habuit placitum suum Attiniaco palatio*. Item Poëta Saxonicus de gestis Caroli Magni:

Tit. 9. cap. 7. | Fol. 303. tom. 1. | Ibid. fol. 154. | Tit. 49. §. 1. | Lib. 3. cap. 40. | Hist. Franc. tom. 2. fol. 609. | Ibid. fol. 208. | Ibid.

Rursus in illorum (Saxonum) *patriam fortissima ducit*
Agmina: conventum placiti generalis habere
Cum Ducibus se velle suis denunciat illic;
Tanto Concilio locus est electus agendo,
Quem Pathalbrunnon vocitant.

Gregorius Turonensis de Gunthramno Rege: *In placito, inquit, quod habemus cuncta discernimus, tractantes quid oporteat fieri*. Lib. 7. cap. 7.

Idem alibi: *Placitum in conspectu Regis Childeberti posuerunt.* Et mox: *Injuriosus tamen ad placitum in conspectu Regis Childeberti advenit, & per triduum, usq; occasum solis, observavit.* A placito, est placitare, quod est, alium in suum locum reponere. Exstat in
Tit. 43. cap. 70. cap. Car. Galvi: *Si quis ex fidelibus nostris, post obitum nostrum, Dei, & nostro amore compunctus, saculo renunciare voluerit, & filium, vel talem propinquum habuerit, qui reipublicæ prodesse valeat, suos honores prout melius voluerit, ei valeat placitare .j. suo loco concedere.*
Fol. 103. In hunc locum Sirmondus: Traditio 70 S. Galli: *Post ejus Presbyteri obitum, nepta illius eandem traditionem possideat, & si nepta illam traditionem sibi placitatam dimittere voluerit, tunc locum, & prabendam habeat, quasi unus Monachus; & traditionem præfatam, sibiq; placitatã nobis dimittat.* Placitum, **Platse**, est locus, & area, campus, in quali, placita solebant antiquitùs haberi. Adelmus in annalibus Francicis, anni 767. fol. 387: *Conventum more Francico in campo egit.* Amerspachius quoq; apud Miræum, in codice donationum, placitum deducit à **Platz**, quod, ut ait, significat lo-
Fol. 102. cum, vel aream, in quo judicium exercebatur. Martinius in Lexico: *Hanc vocem placitum, pro loco, & conventu forensi putant quidam esse à German.* **Plack**, *locus, & unde Galli* plaid, *controversia, lis;* plaider, *disceptare, litigare, causam dicere, quod & Belgicè, & Frisicè* **Pleiten**, *sic placitare, est Barbarè litigare. Vet. Voc.* placitum per antifrasim, *quod displicet, scilicet, in lite; inde placito, vel placitor, litigare; placitatorium, locus, ubi fit placitum. Kilian* **Pleyte**, *Hollandis lis, litigium, judicium, vulgò placitum, Gallis* plaid, *Italis* piato, *Hispanis* pleito, *placita autem in constitutionibus, sive capitularibus Caroli Magni, sunt, vel jurisdictiones, vel judicia, vel conventus, ad disceptandas causas constituti. Fortè* **Placke**, *id est, area, forum;* **Pleyten** *Hollandis, id est,* **Placdern** *litigare, causas agere, vulgò placitare, Gallis* plaidoyer, *Italis* piatire, *Hispanis* pleitare; *Germanis placitator,* **Ein Dinger, oft Pleiter**; *placitarium,* **Dingestede**. Hincmarus tom. 1. tit. 14. ubi de ordine palatii, fol. 211: *Consuetudo autem tunc temporis talis erat, ut non sapius, sed bis in anno, placita duo tenerentur; unum quando ordinabatur status totius regni, ad anni vertentis spatium. quod ordinatarum nullus eventus rerum, nisi summa necessitas, quæ similiter toto regno incumbebat, imitabatur; in quo placito generalitas universorum majorum, tam Clericorum, quam Laicorum conveniebat, seniores, propter consilium ordinandum; minores, propter idem suscipiendum, & interdum pariter tractandum, & non ex potestate, sed ex proprio mentis intellectu, vel sententia confirmandum. Placitum* etjam est jussum regium; in qua significatione potius duxerim à placeo, placitum, quòd eo significetur populo, quid Regi placeat; quod nihil habet cum judicio commune, ubi non secundum Regis, aut Iudicis placitum res peragitur, sed ex jure, & lege, seu consuetudine, unde nostrum **Placcaet, Placcard**, nisi potiùs sit à vernaculo **Placken**, affi-

ften, affigere, quòd placita passim muris affigantur.

Poledrus, vel *puledrus* .j. pullus, Flandricè Pool. In lege Salicâ: *Si puledrum anniculum, sive bimiculum furaverit.* De pullis equinis præsertim capitur, à quibus alendis, volunt in Flandria poldros appellatos, id est, agros è fluvio, aut mari eductos, atque aggeribus circumseptos. Tit. 41. §. 9.

R.

Ranne, Renne, vide *Hranne.*

Ratimburgium, est conventus, sive concilium, quod habetur in burgo, seu castello; illudque etjam, quod in eo conventu statutum, & judicatum est. Raed enim est *Concilium, conventus, Synodus;* Burgh, *castrum:* unde lex Ratimburgii, quæ in tali conventu lata est. In lege Salica: *Si quis Ratimburgii legem voluerit dicere, in mallobergo residentes, cùm causam inter duos discusserint, debet is, qui causam requirit, dicere: date nobis legem Salicam, &c.* Tit. 60. §. 1.

Ratimburgus, inde & *Ratimburgius*, Scabinus, aut Iudex, qui Comiti in burgo jus dicenti assidet, & consilium dat. In cap. Ludovici Pii, ubi sic statuitur: *Si aliquis homo ad palatium venerit pro causa sua, & antea suo Episcopo, suisq; ministris, quæ Ecclesiastica sunt, & quæ secularia, suo Comiti non innotuerit in mallo, ante Rathimburgios, aut si causa sua ante Comitem in mallo fuit, & ante Rathimburgios, & hoc sustinere noluerint, quod ipsi legitimè judicaverint, &c.* Comes Nuenarius apud du Chesne, ex legis Salicæ cap. 53. *Rachimburgii dicuntur, Commissarii ad componendas lites instituti,* Rachten *enim componere,* Burghen, *fidejussores.* Quod etymum ei magis placuit, quia per c, aut ch plerumque scripserunt; verùm hæc vox nihil ad fidei jussionem attinet, cùm certum sit, eosdem esse Rathimburgios, cum Scabinis; unde septem Ratimburgii in eadem lege Salica, sunt septem Scabini, qui in gravioribus causis omnes adesse tenebantur, quod in curiis Francorum, totâque Flandria semper est observatum. In lege Salica: *Tunc Gravio roget septem Ratimburgios, &c.* Iidem in capitularibus Caroli Magni, & Ludovici Pii, Scabini appellantur: *Vt nullus ad placitum banniatur, nisi qui causam suam quærit, aut si alter ei quærere debet: exceptis Scabinis septem, qui ad omnia placita præesse debent.* In formulis veteribus, Marculpho adjunctis, fol. 196: *Dum hæc causa apud ipsum Comitem, vel ipsos Ratimburgios diligenter fuit inventa, vel inquisita, & legibus fuit definita, &c.* Vbi Bignomius: *Comites non soli, sed adsidentibus septem, ut plurimum, consiliariis, jus dicebant, qui Ratimburgi, vel Rachimburgi dicebantur, &c. Eosdem Scabineos dictos esse existimo, siquidem Scabinei judices erant, & septem numero Comiti adsidebant.* Legitur & in lege Ripuaria, titulo 53, de Mannire: *Si quis legibus ad mallum mannitus fuerit, & non venerit, si eum sunnis non detinuerit, XV. solid.*

Lib. 5. cap. 14. — Hist. Franc. fol. 175. tom. 1. — Tit. 53. § 3. — Lib. 3. cap. 40. — Fol. 455. §. 3.

solid. culpabilis judicetur. Ille verò, qui alium mannit, & ipse, non venerit, similiter XV. solid. culpabilis judicetur. Si autem mannitus fuerit ad secundum mallum, aut ad tertium, seu ad quartum, vel quintum, usq; ad sextum, & venire distulerit, pro unoquoq; mallo, si ille, qui eum mannit cum tribus Ratimburgiis in araho conjuraverit, quòd legitimè mannitus fuerit, XV. solid. culpabilis judicetur.

Rauba, & *Raupa*, idem videtur, quod nobis Roof. Marculphus in form. lib. 1. num. 291: *Ille nobis suggerit, quasi nos, nullâ manente causâ in via assalissetis, & graviter livorâssetis, & raupâ suâ, in solidos tantos eidem tulissetis.* Id est, furto, rapinâ. Aliàs

Rauba, vestimentum, quod vulgò Gallis *Robbe* .j. toga ex rudi lana, à Rauw, Rauwe, *rudis*. Hinc

Raubare, *Robare*, .j. furari, deprædare, Flandricè Rooben, olim Rauben. In lege Salica: *Si quis in via alium assalierit, & ei raubaverit.* Aliàs *Raubare* etjam exponas: *Raubam, sive Robbam auferre.* Tit. 34. §. 3.

Reffare, Nuenarius apud du Chesne: *Reffare segetem pro vellere.* Nobis Repen, est stringere semen lini, apud Kilianum, in Etymologico, &: Reppen, *vetus rapere, capere.* Tom. 1. fol. 175.

Revadiare, vide *Wadium.*

Ringus, *Rhingus*, *Hrhingus*, pro circulo .j. Ringh, videtur dictum fuisse, idque colligi potest ex eo Rhenani loco, ubi dicit: *Hunnos, qui & Avaros, exstructis novem hagis, hoc est, circulis, in Pannonia habitantes, octennali bello Carolus Magnus edomuit.* Et Munsteri, qui sic: *Fuit Hungaria novem hagis, id est, circulis, quas hagas Germanicâ linguâ vocant, circumdata.* Vide *Haja.* Sanè enim Hunnorum, seu Avarorum regia *ringus* vocatur in historiis. Adelmus Benedictinus, in annalibus Regum Francorum: *Magnam partem thesauri, quem Henricus Dux Forojuliensis, spoliatâ Hunnorum regiâ (quæ rhingus vocabatur) eodem anno de Pannonia detulerat.* Et mox iterum: *Pipinus autem Hunnis trans Tizan fluvium fugatis, eorumq; regia, quæ ab eis, ut dictum est, rhingus vocatur, à Longobardis ex toto destructa, direptis penè omnibus Hunnorum opibus, ad patrem, Aquisgrani hybernahabentem, venit, ac spolia regni, quæ secum detulit, eidem præsentavit.* Du Chesne ex veteri fragmento historiæ, de conversione Bojorum, anno 858. conscriptæ: *Igitur Carolus Imperator, anno nativitatis Domini 796, Ericum Comitem destinavit, & cum eo immensam multitudinem, Hunnos exterminare; qui minimè resistentes, reddiderunt se per præfatum Comitem Carolo Imperatori; eodem ergo anno, misit Carolus Pipinum filium suum in Hunniam, cum exercitu multo, quò perveniens ad celebrem eorum locum, qui dicitur Rinch, ibi iterum omnes eorum principes se dediderunt Pipino.* Veteres Francorum annales apud eundem: *Dixit Pippinum cum exercitu suo in hringo consedisse.* Alii annales ibidem: *Henricus Dux Forjuliensis, missis hominibus suis cum Wonomiro Sclavo in Pannonias, hrigum* (rhingum) *gentis Avarorum,*

Rer.Germ. lib. 13. — Lib. 4. cap. 2. — Cap. 796. fol. 401. — Ibid. fol. 402. — Hist.Fran. tom 2. fol. 220. — Ibid. fol. 17. — Ibid. fol. 39.

rorum, longis retro temporibus quietum, civili bello fatigatis, inter se Principibus spoliavit Et mox eodem capit: *Dixit Pipino* (lege Pipinum) *in ringo sedere.* Idem iisdem verbis est in vita Caroli Magni, ab incerto authore conscripta apud eundem, ubi priore loco *bringum* scribitur; hos annales poëta Saxonicus versu descripsit, qui de hoc rhingo, ita: Ibid. fol. 57, 58.

Nam spoliata fuit Hunnorum regia, Rhingum
Quam vocitant.

Iterumque mox: Ibid. fol. 159.

A Francis Hunnorum regia tota
Est æquata solo, quam rhingum diximus ante.

Petavius quoque de nithardo Caroli Magni N. ibidem: *Spoliatâ Hunnorum regiâ, quæ rhingus vocatur.* In margine est: *Ipsißima verba exhibeo Godefridi, monachi S. Pantaleonis, ad Coloniam MS. quæ desumsit ex annalibus Regum, Pipini, Caroli Magni, & Ludovici, quos Hermanno Nuenario debemus.* A sepimento nimirum circulari, quo locus ille cinctus erat. Ringh, circulus, orbis, Ringhelen, Omringhelen, cingere, circumcingere, de urbibus etjam dicitur, & est circumvallare. Ibid. fol. 352.

Rocca, & *Rocha*, pro rupe, nobis Rotse. Du Chesne, hist. Franc: *Nullas roccas, & speluncas.* Kilianus: Rootse, Rotse, Rotsteen, *rupes, scopulus, saxum præruptum, & inacessum saxum.* Angl. Rocke. Chron. Anton. Florentini: *Conradus omnes munitiones, & rochas D. Papæ resignavit.* Alumen Roche, Euchioni, è rupe manans. Tom. 2. fol. 13.

Roccus, pro tunica. Monachus Sangallensis, in vita Caroli Magni: *Carolus habebat pellicium berbicinum, non multùm amplioris pretii, quàm erat roccus ille S. Martini.* Nobis Roc, Rock, tunica est. Est & in capitulis Abbatum Franciæ Aquisgrani congregatorum, anno 717. cap. 22. de habitu religiosorum: *Vnusquisque monachorum habeat, &c. Et femoralia duo paria, roccum unum, &c.* Helgaldus in vita Regis Roberti: *Exuens se vestimento purpureo, quod linguâ rusticâ dicitur roccus.* Ibid. tom. 2. fol. Concil. Gallic. tom. 2. fol. 437.

Rotta, globus hominum, aut turma, Flandricè Rot, unde Rotmeester, turmæ dominus, Capitaneus, qui videlicet homines illos ducit. Brito Philippidos Lib. 7.

Hugo novi castri Dominus, & rotta Cadoci.

Item:

Walteri legio, numerosaque rotta Cadoci.

Nicetas in Balduino Flandro: Μοῖραν, ἣν ρόυτλαν ὀνόμαζον .j. *turmam, quam rottam vocant.* De Flandricorum militum globo.

Rutta, & *Ruta*, pro eodem reperitur apud Britonem: Lib. 7.

——— *Tecum Lupicaria rutta*
fac eat.

Vnde & Brugensium Ruter, aut Rupter, qui in rutta equitum est, aliàs Ridder, Ryder, Rudder, à Ryden, quod est *equitare.*

Sachbarones,

S.

Sachbarones, vel *Sagibarones*. Barones sunt, sive Pares qui cau-
Tit. 56. sam definiunt, quæ nobis Saecke. In lege Salica: *Sagibarones*
§. 3. *in singulis mallobergiis* .j. *plebs quæ ad unum mallum convenire so-
let, plus quàm tres esse non debent, & si causa aliqua ante illos fue-
rit definita, ante Graphionem eam movere non licet.* Glossarium ve-
tus apud Lindenbrogium: *Sagibarones dicuntur, quasi Senatores.*
Ipse Lindenbrogius exponit: *Hommes de loy, ou de cause.* Ety-
mologicon Kiliani: Saeck, *causa, ratio, res, negotium.* Item:
Lib. 2. Saecke, Ghedinghe, *dica, causa, controversia.* Gerardus Vossius
fol. 271. de vitiis sermonum: *Sagibaro erat in mallobergiis, ubi plebis causa
disceptabantur, proxima à Gravione, sive Comite dignitas.* Fuit verò
Bar, & *Par*, primis Francis, & Flandris, idem quod Latinè *vir*,
ex *Bar* autem fecerunt Baro, o adjecto in fine, quod Francis
familiare, ut docebimus capite sequenti. Hinc Iudices, & Se-
natores, plerumque *viri*, sive (quod frequentiùs reperies) *ho-
mines feudales*, Mannen van leene, appellati, Barones, & Pares
in diplomatibus nominantur. Glossarium Philoxeni: *Baro*, ἀνὴρ
.j. *vir*. Aliud Glossarium Gallico-latinum: *Ber, Baro, vir.* In
Tit. 33. lege Salica: *Si quis baroni viam suam obstaverit, aut vim impin-*
§. 1. *xerit, den. C. qui faciunt solid. XV. culpabilis judicetur.* In lege Ri-
puaria: *Si quis hominem Regium tabularium, tàm baronem, quàm
fœminam, de mundebarde Regis abstulerit.* In legibus Longobar-
Lib. 9. tit. 9. leg. 3. dicis: *Si quis homicidium perpetraverit in barone, libero, vel servo,
vel ancilla.* Spelmannus: Baro *nativo sensu idem esse videtur, quod
Latinis vir; priscis Anglo-saxonibus, ut passim occurrit* Per, *recen-
tioribus* Par, *&c. aliis* Var, *sic* Varigildum *pro pretio hominis, &*
Varon, *Hispanis, tam pro viro, quam pro magnate; Francis anti-
quis* Ber, *&c. hinc Gallis* Bernage, *&* Barnage, *pro clientela ba-
ronis.* Idem itaque *Bernage*, quod *homage*, unde & homagium,
hominium. Certè hodieque quod mulieres Gallicæ dicunt:
Mon home, vicinæ nobis Walonicæ pronunciant: *Men Baron* .j.
homo meus, vir meus. Alemannis quoque Barus pro viro dictus.
Tit. 6. In legibus Alemannicis: *Si quis mortaudit barum, vel fœminam,*
Tit. 95. .j. occidit virum, aut fœminam. Ibid: *Si barus fuerit, qui fœmi-
nam percussit.* Vnde & *μπαρούς*, Barus, aut Baro, apud Anony-
mum de bello sacro, in Glossario Meursii Barbaro-latino. Ba-
ronis, seu Paris nomine, pro homine, seu viro, Principes usi
primò sunt in Conciliis suis feudalibus, ub unum, idemque
est: *barones mei, pares mei, atq; homines mei.* In vita Caroli Boni,
Cap. 20. conscripta à Gualtero, Teruanensis Ecclesiæ Canonico, ita le-
gitur: *Barones suos, ut tertio Calendas Martii Ypram (ubi & ego, ex
ejus mandato, pro alio tamen negotio, præsens fui) convenirent, &
quid opus esset facto, ex sententia definirent, invitavit.* In diplo-
Fol. 71. mate Theoderici Elsatii Comitis Flandriæ, apud du Chesne,
in proba-

tionibus historiæ Guisn: *Querelam præsentibus præcipuis Baronibus*
suis, &c. Actum Brugis, &c. anno 1133. Ibidem in alio ejusdem
Comitis diplomate: *Vtriusq; partis persona, Brugis coràm me, &* Fol. 104.
Baronibus, & hominibus meis, &c. Actum est hoc Brugis, &c. anno
1152. Item, in diplomate Guilielmi Comitis, ibidem: *Exami-* Fol. 91.
natione Ecclesiasticarum personarum, & Baronum terræ nostræ contro-
versia decisa, & determinata fuit. Pares verò idem planè esse, atque
Barones, patet ex vita ejusdem Caroli Boni, sed edita per Gual-
terum Notarium, in probationibus hist. Guisn. ubi: *Iuan, &* Fol. 207.
Daniel (Gandenses, seu Alostenses) appellantur, *duo ex Paribus,*
& Principibus Flandriæ. Ibidem: *Balduinus ex Alst obiit, qui unus* Fol. 197.
erat Par Parium Flandriæ. Vnde ipsi Pares in curia Comitis Flan-
driæ, alios Pares Compares suos appellârunt. Ibidem ex vita
Caroli Boni, authore Gualberto Notario: *Ponatur curia vestra,* Fol. 205.
si placet, in Ypra, & in medio terræ vestræ, & conveniant Principes,
utrimq;, nostriq; Compares, ac universi sapientiores in clero, & populo.
Hi Pares, & Barones, suprà in diplomate Theodorici, anni
1152 homines etjam appellantur, quod præsertim ad concilia
Comitum adhiberentur, qui feuda sub Comitibus haberent.
Sic de Iuano Gandensi idem Theodericus in diplomate anni
1136, ibidem: *Petitione Domini Iwani ejusdem loci fundatoris, ho-* Fol. 210.
minis mei. Et de Arnulpho Teruanensi, ibid: *Arnulphus, cùm esset* Fol. 91.
homo noster ligius usurpatione quadam justitiæ homines S. Mariæ ce-
pit, & injustè spoliavit, &c. Ibidem in diplomate Philippi Elsatii: Fol. 220.
Mibi innotuit hoc esse verum, tam vivâ voce Patris mei, & hominum
meorum, quam scripti authoritate ejus sigillo muniti, datum Brugis,
anno Dñi 1176. In eodem diplomate: *Ploitæ cum omnibus perti-*
nentiis suis, præter homines feudarios. Ibidem in diplomate Ma- Fol. 91.
nassis, Comitis Gisnensis: *Quod testantur subscripti homines, vi-*
delicet Ernoldus de Gand. Sic in diplomate Balduini Flandriæ
Comitis, ibidem anni 1056: *Adstantibus hujus rei testibus, strenuis* Fol. 181.
viris, &c. Atque hæc quidem de veteri significatione vocis
Baro, quæ nunc peculiarem denotat dignitatem.

Sala, pro atrio, vulgò **Sale**. In legibus Longobardicis, lib. Tom. 11.
1: *De sala propria exire.* leg. 4.

Sapo, vox Gallica vetus, Romanis in usu, ut ostensum suprà, Cap. 2.
sed & Franci voce sibi propriâ usi sunt. Fortunatus in vita S. fol. 17.
Radegundis, lib. 1: *Cum sapone, à capite, usq; ad plantam, membra*
sua diluebat. Vulgò **Seepe**.

Scabinus, Scabineus, & Scabinius, nobis **Schepen**; unde vox,
Galli nunc detortè *Eschevin.* Cap. Caroli Magni: *De clamato-* Lib. 3.
ribus, vel causidicis, qui nec judicio Scabineorum adquiescere, nec bla- cap. 7.
sphemare volunt, &c. Item: *Volumus, ut Comites, qui ad custodien-* Lib. 4.
dam maritimam deputati sunt, &c. ibi secum suos scabineos habeant, cap. 5.
si ibi placitum teneat, & justitiam faciat. Caroli item Calvi: *Et* Tit. 31. cap. 6.
sic ipsa res judicio Scabiniorum in bannum mittantur. Item: *Vt, sic-* Tit. 39.
Cc [illegible] *ut in* cap. 9.

ut in capitulis Avi, & Patris nostri continetur, missi nostri, ubi boni Scabinei non sunt, bonos Scabineos mittant; & ubicunq; malos Scabineos inveniunt, ejiciant, & totius populi consensu in locum eorum Ibid. cap. 10. *bonos eligant.* Item: *Quicunq; de Scabineis deprehensus fuerit propter munera, aut propter amicitiam injustè judicasse, &c.* Pithœus ad Fol. 78. capitula Caroli Magni: *Vetus Glossarium:* Scepeno, *Iudex.* Affert & ibidem ex cartulario Besuensis Monasterii: *Notum fiat posteris quod ante illustrem virum Hildegarium Comitem, seu Iudices, quos Scabineos vocant, & quamplures personas, qui cum eo aderant in Montamaco villa, in mallo publico, ad multorum causas audiendas, & rectas justitias terminandas, ibi veniens Betto Episcopus, & advocatus suus, Burgoardus, novem legitimos testes ibi præsentavit, &c.* Et alibi: *Ante illustrem virum Hildegarium Comitem, seu Iudices, quos Scabineos vocant. Tunc ipsi Scabinei unanimiter judicârunt.* **Schaffen**, nobis hodieque est curare, negotiari, indeque **Raedtschaffen**, est consultare, consilium agitare.

Scachum .j. raptus, prædatio, latrocinium: olim **Schach**, nunc **Schaeck** inde **Schaken** .j. inferre vim virgini; **Schaker**, raptor, latro: *Scachare*, est rapere, latrocinari; *Scachator*, latro- fol. 111. cinator, raptor. Capitula Caroli Calvi: *Istud Sacramentum ju-* Tit. 12. *rabunt Franci homines:* „ Ego ill. adsalituram, illud malum, quod „ *scach* vocant, vel tescejam, non faciam, nec ut alius faciat, „ consentiam; & si sapuero qui hoc faciat, non celabo: & „ quem scio, qui nunc est latro, aut scachator, vobis missis do- „ minicis non celabo, ut non manifestem, si me Deus adjuvet, „ & istæ reliquiæ. *Istud jurabunt centenarii:* Ego ill. adsali- „ turam, illud malum, &c. *ut suprà*, ut non manifestem, & de „ Francis hominibus in isto Comitatu, & in meo ministerio „ commanentibus, nullum recelabo, quantum recordari po- „ tuero, ut per brevem vobis missis dominicis non manifestem, „ si me Deus adjuvet, & istæ reliquiæ. Sirmondus hîc addu- Tit. 55. cit ex Othonis lib. 2. leg. Longobard: *De furto, aut schacho, si* lib. 37. *ultra sex solidos fuerit, similiter ut per pugnam veritas inveniatur, præcipimus. Inde* (addit Sirmondus) *schachorum ludus, ludus la-* Fol. 27. *trunculorum.* Nobis **Schaeckspel, Schaeckberdt**, *&c.* Martial. lib. 14. epist. 17:

—— *Insidiosorum si ludis bella latronum.*

Ovid. lib. 2. de art. amand.

Sive latrocinii sub imagine calculus ibit.

Lib. 20. cap. 5. *Scala*, pateram significat è nostro **Schaele**. Isidorus: *Calices, & calathi, & scalæ, poculorum genera.* Propriè testam, aut concham denotat, atque ex ea poculum, aut pateram effectam, vel à conchæ, aut testæ similitudine. Wernefridus in historia Lon- Lib. 1 cap. 27. gobardorum: *Alboin Cunimundum occidit, caputq; illius sublatum, ad bibendum ex eo, poculum fecit, quod genus poculi apud eos scala dicitur, lingua verò Latinâ patera vocitatur.* **Schelle**, vulgò *testa, putamen*, unde **Schaele**.

Scancio,

Scancio, vulgò Schencker, pincerna. In lege Salica: *Si quis servum, vel ancillam, valentem solidos XV. aut XXV. furaverit, aut vendiderit, seu porcarium, aut fabrum, sive vinitorem, vel molinarium, aut carpentarium, sive venatorem, sive scancionem, aut quemcunq; artificem, IIDCCC. den. qui faciunt solid. LXX. culpabilis judicetur.* Vbi Lindenbrogius: Vetus Glossarium: *Scancio, pincerna.* Affertur & è Concilio Toletano: *Comes scanciarum.* Quod huc referendum vult Lindenbrogius, in variis lectionibus ad legem Salicam, pro scancione; unde & Gallicum est *escanson*, pocillator, prægustator, scancionum præfectus. Tit. 11. §. 5.

Scamara, nihil aliud est quàm pugna, conflictus, ex nostrate Scharmen, Schermen, quod est, pugnare, confligere; unde olim Scharm, nunc Scharmingh, & Scharmutsel, pugna, conflictus. In epistola Stephani Papæ, ad Pipinum, ejusque filios Reges, in Conciliis Galliæ Sirmundus: *Scamaras, atq; deprædationes, seu devastationes in civitatibus, & locis B. Petri facere, suâ imperatione nec cessavit, nec cessat.* Etymolog. Kiliani: Schaermen j Schermen, digladiare. Item Schaermutse, *velitatio.* Idem: Schermen, *vetus tueri, defendere.* Schermdack, *lorica*; &, Scherme, *vetus, obstaculum.* Item: Scherm, Holl, *pluteus; tabulæ aliquot, compactim, contra ventum, aut ignem erectæ.* Item: Scherm *vetus* Germanicè *defensio, præsidium*, Italicè *schermo.* In legibus Longobardorum: scamara, aut scamera, videtur esse, publicè seditiosus, unde postquam, lib. 1. tit. 1. §. 3. dictum: *Si quis inimicum publicum intra provinciam invitaverit, &c.* Sequitur §. 4: *Si quis scameram intra provinciam celaverit, &c.* Et deinde §. 5: *Si quis foris in exercitu seditionem levaverit, contra Ducem suum, &c.* Item §. 6: *Si quis contra inimicum pugnando, &c.* Apud Eugippum in vita S. Severini, cap. 10, latrones *scamares* appellantur: *Ipse quantocius Istri fluenta prætermeans, latrones properanter insequitur, quos vulgus scamares appellabat.* Tom. 2. fol. 20.

Scara, pro turba populi, itemque pro turma militum sæpissimè reperitur. Aimoinus de Dagoberto: *Collegit lectam è Franciæ bellatoribus scaram, quam nos turmam, vel cuneum appellare possumus.* Monachus item S. Dionysii, de gestis Dagoberti, apud du Chesne: *Disponensq; Rhenum transire, scaram de electis viris fortibus ex Neustria, & Burgundia, cum Ducibus, & Graffionibus secum habens.* Aimoinus iterum: *Ordinatis scaris, quæ Karolomannum cum suis complicibus à regno propellerent.* In cap. Caroli Calvi: *De ordinandis scaris, & si nepotes nostri, sui patris imitantes vestigia, contra nos, aut in itinere, aut postquam ad dispositum locum, Deo duce, venerimus, aliquid nobis mali, aut regno nostro machinari voluerint, quomodo illis, Deo juvante, plenissimè resistatur. R.P. de ordinandis scaris, & de adjutorio, si aliquis de nepotibus vestris, aut inter vias, aut in Italia vobis aliquod impedimentum facere voluerit, in vestra dispositione erit, qui in isto regno remaneant, vel qui post vos in isto* Lib. 4. cap. 26. Hist. Franc. fol. 581. tom. 1. Lib. 5. cap. 27. Tit. 43. cap. 7.

regno remaneant, vel qui post vos in vestrum adjutorium pergant.
Carolus Magnus apud Sirmondum in Conciliis Galliæ, tom.
2. fol. 158. scribit Fastradæ Reginæ, de victoria Avarica, in
hæc verba: *Retulit nobis qualiter scaræ nostræ, quas prius de Ita-
lia jussimus pergere, partibus Avariæ, perrexerunt infra fines ipsorum,
X. Calendas Septembris, & inierunt pugnam cum eis.* Annales Fran-
Tom. 2. fol. 15. corum, de Carolo Magno apud du Chesne, Hist. Franc: *Et
mittens scaram ad resistendos Saxones.* Item ad annum 766, de Pi-
Ibid. Fol 27. pino: *Similiter & in Bituricas Francorum scaram collocavit.* Comes
Nuenarius apud du Chesne, ex constitutionibus Caroli Magni
Tom. 1. fol. 175. ad Salicam legem adjectis, cap. 4. adfert: *Scaram*, pro turma,
Scar. Flandricum est **Schaere**, ac peculiariter de turba, seu tur-
ma militari; unde **Heyr-schaeren, Leger-schaeren**, turmæ castren-
ses, exercitus. Ab hac voce factum est verbum *scarire*, quod
videtur esse, in turmas distribuere; Fredegarii chronicon à du
Tom. 2. fol. 779 Chesne vulgatum: *Rex Pipinus in quatuor partes Comites suos sca-
ritos, & leudos suos ad perquirendum Waifarium transmisit.* Idem
Fredegarius in altero chronico ibidem, cap. 37: *Ibiq; Theode-
Ibid fol 751. ricus cum scaritis, tantùm X. millibus, accessit.* Et hinc: *Escaritus*, à
scara, seu turba exemptus; quod affert Sirmondus ad capit.
Fol. 105. Caroli Calvi, ex capit. Caroli Magni non editis: *Vt mediomense
Augusti cum escaritis hominibus ad n s esse debeant.* Vbi addit: *Sca-
riti homines in re bellica propriè dicuntur in scaras conscripti, & di-
stributi aut scaris instructi.* Hinc postea auctores ad aliam significa-
tionem transtulerunt, ut est hoc in iisdem capitulis: *Vt fidelitatem
Tit. 39. cap. 4. nobis promittant, sicut tunc scarivimus, & scriptam Comitibus nostris
dedimus.* Id est, statuimus, & præscripsimus. Et alibi: *Vel unum
Tit. 43. cap. 16. eorum qui cum eo scariti sunt.* Id est, *designati*, & *constituti*, ut
notat Sirmondus, eâ nimirum ratione, quâ constitutio, ordi-
natio, & dispositio, à propria significatione, ad præcepta tra-
huntur. A **Schaer**, est porrò **Schaermen**, **Schermen**, & **Schar-
mutsen**, Gallicè *escarmoucher*, velitari, concurrere. Vide *Scamara*.

Schella, pro nola, seu tintinnabulo, est in legibus Salicis, teste
Tom. 1. fol. 175. apud du Chesne, Hist. Franc. Comite Nuenario, qui ex cap.
28. dici scribit: *Schellam de caballo, pro instrumento, quod vulgò
campanellam vocant, sive tintinnabulum, quo utuntur equi onerarii.*
Ein Schelle. Verba legis Salicæ sunt: *Si quis schellam de caballo
furaverit.* Est autem **Schelle**, à **Schel** .j. **Schal**, sonorus, argutus,
unde **Gheschal**, idem quod **Schal**, sonus, tinnitus. Et inde fortè
Schalmeye, auletis, lituus. Durandus etjam de divinis officiis,
cap. 4: *Squilla pulsatur in triclinio.* Pro schella.

Sclusa, Slusa, & *Clusa*, pro clausura. Leg. Salic. tit. 25. §. 2:
Si quis sclusam de farinaceo alieno ruperit. Et mox, ibid. §. 3: *Si
quis ferramentum de molino alieno furaverit.* Herm. Comes Nue-
narius, ex lege Salica affert: *Slusam de farinario, pro clausura.* Est
indubiè à **Sluyten**, quod Germani efferunt **Erschliessen** .j. *clau-
dere*;

dere; unde Schlos; nobis Slot unde; 'tis in Slots; Sluytsel, *clausura*, Germanis Schlussel; nobis Sleutel, est *clavis*, id nimirum quod claudit.

Screon, & *Screona*, pro cistula ex opere scriniario; nostratibus Schrijn, inde Schrijnwerck, opus scriniarium. Leg. Salic: *Si quis screona sine clave fregerit*. Est & screona in recto, ibid: *Si quis de screona clavem fregerit, & nihil inde tulerit*. Gallis est *escrine*, & Romanis scrinium, quod Perottus remotè satis accersit à *secerno*, quasi *secernium*. Tit. 27. §. 16. Eod. tit. §. 17.

Scuria, pro horreo, similiter est in lege Salicâ, tit. 17. §. 8: *Si quis scuriam cum animalibus, vel fænile incenderit, &c*. Capit. Caroli Calvi, tit. 31. cap 29: *Et de manopera in scuria battere nolunt*. Hincmarus adversus nepotem, referente in hunc locum Sirmondo: *Scuriam ipsius interclusit, & annonam de terris dominicatus collectam sine licentia Presbyteri in eam misit*. Item ex polyptico S. Remigii: *Faciunt & pecturam ad cortem, scurias, & hortum claudendum*. Comes Nuenarius apud du Chesne, ex cap. 7. leg. Salic. affert: *Scuriam pro horreo*. Ein Schur. Galli suum *escurie*, ex hac voce formatum restringunt ad equile, quemadmodum etjam capi videtur scuria in lege Salica, loco suprà citato, ubi scuriæ, animalia, & fœnum attribuuntur. Nobis propriè est horreum, quam graneam etjam vocant. Fol. 79. Tom. 1. fol. 175.

Sergeantus, militaris vox est, Flandrica, Germanica, & Saxonica vetus, teste Kiliano. Comes S. Pauli ad Ducem Lovaniensem, apud Godefridum monachum S. Pantaleonis, à Frehero editum, fol. 269. anno 1203: *Sergeanti in turri latitantes*. Aliàs serjanti. Fortè corruperint Franci è Latino serviens, *sergeans*, servientes, *sergeantes*.

Seusius, canis, in lege Salica; porcarius dicitur Comiti Nuenario, du Chesne, Histor. Franc. tom. 1. fol. 175. Germanis Seuhhund, nobis Seughhond. Verba legis Salicæ sunt, tit. 6. §. 1: *Si quis canem seusium furaverit, aut occiderit, &c*.

Sonia, vide *Sunis*.

Sparwarius, accipiter minor. Leg. Salic. tit. 7. §. 4: *Si quis sparwarium furaverit*. Eadem hæc avis à Flandris hodieque Sparware vocatur, Gallis inde est *esprevier*.

Spatha, pro gladio. In gestis Dagoberti apud du Chesne, hist. Franc: *Rex verò totam terram Saxonum devastans, & omnem populum interficiens, non ibidem majorem hominem viventem reliquit, quàm longitudo gladii sui, quam spatham vocant, habere videbatur*. Monachus item Sangallensis id ita perscripsit apud eundem: *Ita omnes humiliavit, ut etjam pueros, & infantes ad spatas metiri præciperet, & quicunq; eandem mensuram excederet, capite plecteretur*. Est & in testamento S. Everardi apud Miræum, in codice donationum: *De paramento autem nostro, volumus ut habeat primogenitus noster Unroch spatam unam, cum aureis hilcis, & cuspide aurea, &c*. Item: Tom. 2. fol. 577. Ibid. fol. 128. cap. 21. fol. 96.

Fol. 97. *&c.* Item: *Secundus autem Berengarius, volumus habeat spatas duas, cum aureis hilcis, & cuspide aurea, &c.* Item: *Tertius Adalardus, volumus ut habeat spatas duas, unam cum hilcis eburneis, & aureis, &c.* Item: *Quartus Rudolphus, volumus ut habeat spatas tres, &c.* Lib. 5. cap. 36. Apud Aimonium legitur: *Spatham quæ vocatur S. Petri, per quam eum de regno investiret.* Vide suprà *Conucula.* Guilielmus *longa spatha*, filius Henrici Regis Anglorum, Tilberiensi, aliisque, sic Fol. 17. tom. 3. dictus, quod longum gladium gestaret.

Spurones, Spourones, pro calcaribus, in testamento S. Everardi, apud Miræum, in codice donationum: Cap 21. fol. 96. *Habeat primogenitus noster Unroc, &c. spourones duos de auro, & gemmis, &c. Secundus, &c. spourones aureos duos.* Vox est nostras **Spooren**, Gallicè, *esperons.*

Stallum, propriè stabulum, deinde sedile, ex vernaculo **Stal.** Innocentius III. lib. 4. dipl. 1. Registorum: *Stallum Præpositi sibi usurpavit.* Hinc in vitis Sanctorum, ac regulis monachorum sæpe reperias: *Stallum Abbatis, stallum Prioris, &c. Installare* inde, in stallo .i. in sede collocare.

Stava, aut *Stafa,* nostrum est **Staf,** baculus, palus. In lege Salica tit. 29. §. 32: *Si quis stavam, &c. de flumine furaverit.* Lib. 2. fol. 287. Ita legit Gerardus Vossius libro citato, *stavam* exponens palum, stipitem; alii malè hactenus hoc loco, *statuam* legerunt.

Tit. 77. §. 1. *Staplus,* **Stapel,** stabulum, *estable.* Leg. Ripuar: *Si quis caballum, hominem, vel quamlibet rem in via propriserit, aut eum sequutus fuerit, per tres marcas ipsum ostendat, & sic postea ad Regis staplum, sin autem aliter egerit, fur judicandus est.*

Strata, & *Strada,* pro via est in diplomate Dagoberti, apud Tom. 1 cap. 1. fol. 291. Miræum, in diplomatibus Belgicis: *Mercatum constituendi ad missam ipsam, quæ evenit septimo Idus Octobris semel in anno, de omnes negotiantes in regno nostro consistentes, vel de ultra mare venientes, in illa strada, quæ vadit ad Parisius.* Nobis **Straete**; Italis, & Hispanis *strada.* Florentius in vita S. Iudoci, tom. 1. hist. Franc. du Chesne, fol. 653: *A strata declinavit publica.* A Romanis hanc vocem habuêre primi Franci, quibus via lapidibus strata, simpliciter strata dicta. Lucretius usus est in neutro genere, numero plurali, lib. 1:

Strataq; jam pedibus populi detrita viarum
Saxea conspiciunt.

Postea etjam stratæ in plurali, fœminino genere: *Pontium, stratarumq; operam.* In codice Theodosiano, lib. 15. tit. 3. cap. 6.

Tit. 53. §. 2 *Strudis.* In lege Ripuaria: *Antequam ei fidem fecerit, aut ad strudem admallatum habuerit.* Item: Ibid. §. 3. *Quòd eum ad strudem legitimam admallatum habet.* Strudis videtur hisce locis esse **Stroo, Strood,** & æquipollere fistucæ, culmo; per ejusmodi enim res fiebat admallatio, ut patet ex formula quam præscribit lex Sa- Tit. 53. §. 3. lica in hunc modum: *Ille, cujus fides facta est ambulet ad Graviomem illius*

nem illius loci, in cujus pago manet, accipiatq; fistucam, & dicat: „Tu Gravio, rogo te; homo ille qui mihi fidem fecit, quem „legitimè habeo admallatum. Sic in leg. Ripuar: *Cum festuca fidem facere.* Tit. 30. §. 2. Adeò ut, fistuca, culmus, strudis, quemadmodum & stipula, in ejusmodi ceremoniis, prout primo obvia erant, adhiberentur, ut etjamnum hodie fit in compluribus locis, in venditione fundorum, unde Flandris, qui prædia vendunt, dicuntur: **Strooìje-Warpen, Halm schieten, Halm-gheven,** quod effestucare vocatur in foro. Vide *Werpire.*

Stuba i. balneum, Flandris **Stove, Stuve.** Concilium Viennense anni 1267: *Prohibemus insuper, ne Iudæi stubas, & balnea, seu tabernas Christianorum frequentent.* A **Stoven**, id est, *fovere.* Ab hoc *Stuba* veterum Francorum, dicunt Galli recentiores *estuve.*

Sunis, seu Sunnis, Sunnia, Sonia, Exonia, voces Francis usitatissimæ, pro legitima excusatione, qualis erat: iter aliquot susceptum, aut peractum mandatum jussu Comitis, sive ægritudo. In lege Salica statim in principio, loco paulò ante citato: *Si eum sunis non detinuerit.* Vbi ex causis prædictis hæc statim subsequitur, §. 4. *Si in jussione Regis fuerit occupatus.* Vtraque causa est in lege Salica, tit. 19. §. 6. edition. German. apud Lindenbrogium in voce sunnia: *Si in mallum vocatus fuerit, & is qui vocatus est, non venit, si eum aut infirmitas, aut ambascia dominica detinuerit, vel fortè aliquem de proximis mortuum inter domum suam, per istas sunnes se potest homo excusare, aliàs de vita componat. Ambascia dominica,* est legatio domini, seu Regis jussu, ad alium Regem, aut Principem; sic sunis pro Comite, est, cùm quis Comitis jussu aliquò profectus fuerat, aut quidpiam egerat, eo tempore, quo citabatur. Apud Marculphum in formulis *sunnium* dicitur, unde *sunnia* in plurali, lib. 1. tit. 37: *Ipse nec venisset ad placitum, nec nulla sunnia nuntiâsset.* In quem locum ita Bignomius, fol. 533: *Sonnia est impedimentum, excusatio; sunnis in leg. Salic. tit.* 1. *leg. Ripuar. tit.* 34. *capitul. lib.* 3. *cap.* 45: *Ecsonia. in formul leg. Rom. cap.* 33. *nobis* exoine; *de quibus integro capite agit Philippus de Beaumavoir, quem modò laudavi, cap.* 3. *des essoines, & contremans, veteribus quibusdam monumentis* soine, *non placet hanc vocem deducere ex alia Barbarica voce exidoniare, ut quidam scripsere; nam hæc duo vocabula toto cœlo inter se distant, quâ de re aliàs; mallem à morbo sontico, sunnis originem petere.* Adversus Bignomium ita Ger. Vossius, libro de vitiis sermonum, scribit cap. 17. fol. 289: *Vir summus, à sontico morbo, vel causâ sonticâ, sonniæ nomen deflexum suspicabatur, sed omnino vox est à Germanis, ut diximus.* Verba ejus, quæ præcedunt, hæc sunt: *Sunnis impedimentum, Germanis* **Saumnis**, *Belgis* **Versuymnis**, *uti hæc à Germanico* **Seumen**, *vel* **Saumen**, *quod Belgis* **Versuymen**, *hoc est, negligere, omittere.* Et paulò post:

Apud Papiam pro eo est sumnis, quòd propiùs accessit ad Germanicum **Saumnis**, *vel Belgicum* **Versuymenis**. Ibidem in constitutionibus Caroli, pag. 295. edit. Mogunt. an. 1602. & in collectione Ansegisi, capit. lib. 3. cap. 45: ,, *Si quis ad mallum legibus manv nitus fuerit, & non venerit, si eum sunnis non detinuerit, XV. solid.* ,, *culpabilis judicetur. Eum ad locum annotavit Titus Amerpathius, putare se, sunnis esse reconciliationem cum adversario; à Germanico* **Suenen**, **Versuenen**, *&c.* Goldastus in Glossario suo, ad constitutiones Imperiales, tom. 3: *Sunnis*, **Saumnis**, *impedimentum, essoigne.* Ibidem: *Sonniare*, **Saumen**. **Aufhalten**, *detinere, remorari.* Ego certè malim à nostrate **Soen**, & **Suen**, quod expiationem, reconciliationem, ac compositionem significat, dictum *sunia, sunis*, & *sonia, sonis*, quàm à **Sumnis**, neque enim culpam significat *sunis*, aut negligentiam, sive omissionem, quod olim nobis fuit **Suymenis**, nunc **Versuymenis**; sed tale impedimentum, quo audito, judex placatur, ac sententia mitigatur, aut etjam lata, revocatur. Nobis verò **Soen**, & **Suen**, est placamen; **Soenen**, & **Suenen**, placare. Vnde & : *Soine, in veteribus quibusdam monumentis apud Gallos*, teste Bignomio, *pro quo nunc essoine, & exoine.* More videlicet Gallorum, qui litteræ S, libenter e præponunt, ut scola, *escole*; spongia, *esponge*, &c. Vnde natum *exonia* quoque, & *essonia*, pro *sonis, sunis*. Voces obortæ primùm tempore Hincmari, qui sic in epistola ad Carolum, tom. 2. num. 29. fol. 317: *Qui mittens ad dominationem vestram, excusationem impossibilitatis suæ illuc veniendi, mandavit. Requisita est quam patriotica lingua vocamus exoniam quia venire nequierit, quod hactenus est inauditum.* In formulis veteribus, apud Bignomium etjam legitur *ecsonia*, tit. 33: *Nec ecsonia nuntiavit, nec suum placitum adimplevit.* Anglis id essonium etjam dictum, unde *essoniare* apud Spelmannum, est: *Excusare aliquem in foro, qui indictâ die non comparuerit, submonitus; causamq; impedimenti apud Iudicem promovere.* Idem: *Essoniorum quidem multa sunt genera, sed jam olim quinq; capitibus distributa.* I. *Primum quod dicitur*, malum viæ, *seu* de malo veniendi, *cùm venire quis vel non potuit, propter impossibilitatem; vel non audeat, propter periculum; vel non tam citò, propter longinquitatem itineris. Hoc* commune essonium *appellatur, ejusq; meminit Hincmarus Archiepiscopus, in epistola ad Carolum Regem, qui postea Magnus cognominatur. In hoc exonio veniendi tempus idoneum conceditur.* II. Malum lecti, *cùm morbo detineatur; quod apud Glanuillam sub reseantisæ essonio reponitur; & huic pro qualitate morbi (puta languidi) annus interdum, & dies datur Glanuil. lib. 1. cap. 19.* III. Trans mare, *cùm in partibus transmarinis hæreat, non solùm Æoli, & Neptuni, sed Principis alterius potestate constitutus.* Dabuntur in tali casu ipsi essoniato ad minus 40. dies. *Glan. ibid. cap. 25.* IV. Servitium Regis, *cui forenses omnes necessitates cedunt:* Remanebitque loquela *(id est, juris actio)* sine

die, do-

nec constiterit eum ab illo servitio Domini Regis rediisse. *Ibid. cap.* 27. V. Terræ sanctæ; *de hoc sir Glanuilla, libro dicto, cap.* 29. Distinguendum est, an iverit ad Hierusalem; an alium locum: Si versus Hierusalem iverit, is, qui se essoniare facit; tunc solet ei dari respectus unius anni, & unius diei ad minus. De aliis verò peregrinationibus, solet dari respectus pro voluntate Domini Regis, & beneplacito; vel ejus Iustitiæ pro longitudine, vel brevitate itineris, prout viderint temperandum. Hodie etjam Gallis *exomnier*, est *exoniare*; atque *exomniez* etjam dicti milites, qui ob morbum, aliamque causam legitimam, ab exercitu absunt. Diction. Nicod: *Exomniez par maladie, ou autre encombrier, c'est à dire, excusez avec jurement, qu'ils ne peuvent aller à la guerre, à cause de maladie, ou autre chose. Causarii milites. Esuniare* etjam pro *exoniare*. Spelmannus: *Esuniare, esuniator,* idem quod *essoniare, essoniator.* Quæ vide in computo antiquo penes Camerar. Cantuarii. *Et cùm dies placiti mei venit, non potui pro mea infirmitate adire, sed misi esuniatores, qui me esuniaverunt apud Canterbur.*

T.

Tailla, Tallia, Talia, est exactio, collecta, vectigalis genus, cùm certa pecuniæ summa, Regi solvenda æqualiter à singulis exigitur, & velut inter plebem dividitur. Vetus Francicum, seu Flandricum est, à Taillen .j. incidere, & incidendo dividere. In diplomate Balduini Comitis apud Miræum, not. Eccl. fol. 488: *Quicquid exactionis, & talliæ.* Ægidius de Roya in annalibus Belgicis, anno 1302: *Propter taillas, & exactiones.* Ioannes Major de gestis Scotorum, lib. 4. cap. 5: *Ne plebem talliis, & vectigalibus oneraret.* Concilium Lateranense sub Innocentio III: *Talliis, seu collectis, & exactionibus aggravare.* Taille nobis est justa mensura; Taille-hout, justæ mensuræ lignum; & Kiliano: Talie *est decima sexta pars ulnæ, minima ulnæ pars, ulnæ incisura:* Taillen, hinc & Tailleren propriè; *Incidere ad justam mensuram.* At deinde pro *quovis modo incidere* usitatum, unde nobis Tailloor, vel Talioor, *discus, aut quadra* Kiliano, *qua utuntur in mensa, ad epulas in frusta secandas.* Vox est itaque vetus Gallica, qua & Romani sunt usi. Nonius: *Taleas, scißiones lignorum, vel præsegmina. Varro dicit, de re rustica, lib.* 1: *Nam etjam nunc rusticâ voce intertaliare dicitur dividere, vel excidere ramum, ex utraq; parte, æquabiliter præcisum, quas alii clabulas, alii taleas appellant.* Cato de re rusticâ, cap. 45: *Taleas oleaginas, quas in scrobe saturus eris, tripedaneas decidito.* Plin. lib. 17. cap. 17: *Myrtus, & taleis seritur.* Id est, frustulis ligni præcisis, ut terræ inserantur. Lindenbrogius: *Tallia nomen invenit à taliando, id est, incidendo, quoniam de bonis inlatio hæc velut abscinditur, & taliatur: talia enim in veteri Glossario interpretatur κόσμος, σχίζα, &c.* Hodie etjam Galli dicunt *tailler*, à nostro

à nostro Caille, & Caillen, nam hodierna Gallica vocabula, quæ à Latino non oriuntur, vetera Gallica sunt, sive Flandrica, ut & pleraq; Latina quæ Græcam aut Hebraicam originem non agnoscunt, sunt à Celtis, aut Gallis oriunda.

Tappus, vulgò Tap. Historia Guisnensis in probationibus du Chesne, fol. 158: *Dolii tappo extracto*. Id est, obturamento, epistomio. Kilianus: Tap, *Penis, veru, cornu, extremitas rotunda, & acuta.*

Tenus, pro virga viminea, quâ sortes fiebant, nobis Teen. Vide *Allodium*.

Testera, vel *Tesceia*. In cap. Car. Calvi legitur juramentum à Francis præstandum: *Ego ill. adsalituram, illud malum quod* Stach *vocant, vel tesceiam, non faciam.* Item alibi: *De illis liberis hominibus, qui infames, vel clamodici, sunt de testejis, vel latrociniis, & rapacitatibus, & assalturis, &c.* Et postea: *Iuret cum duodecim talibus Francis, quorum testimonium leges publicæ non rejiciunt, quòd testeiam, vel latrocinium, aut rapinam non fecerit; & post hæc juret ipse tantùm, quod deinceps testeiam, vel latrocinium non faciet, &c.* In priorem locum ita Sirmondus: *Tesceiam, sic veteres libri hoc loco; at tit. 39. cap. 3. ubi eadem vox sæpius repetitur, testeia perpetuò scribitur.* Et paulò post: *Origo vocis obscura, sed nota ex his capitulis significatio.* Flandris Tasseren, & Vertasseren, est vi urgere, extorquere, vim inferre, opprimere vi; inde Tasserer, Vertasserer, Tyrannus, violentus oppressor. Videtur esse à Tassen .j. acervare, cumulare, unde mala malis accumulare, est Vertassen, quod Ver intendat in malum, ut supra For. Si testeia legendum, videri posset esse à Tasten, unde Aentasten, est apprehendere, invadere cum impetu; Aentast, aggressio violenta, quæ significationes omnes etjam conveniunt cum Schach j. Schaeck, de quo suprà; & quicum vox Tesceia conjungitur.

Toloneus, & *Tholoneus*, item *Tolonium*, pro vectigali, sapit originem Flandricam Tol. Kilianus: Tol, *vectigal, portorium, tributum*; Tollen, pendere vectigal. Tolonium à Latinis in eadem significatione usitatum fuit, à Græco τέλος, τελώνιον; unde & τέλων, qui accipit, aut colligit vectigal. Fieri potest origo nominis, sit è Græco; at pro nostrate Tol, dixerunt Franci *Toloneus*, & *Tolonium*. Capitula Caroli Magni: *Vt nullus homo præsumat tolonium per villas, rotaticum, vel pulveraticum recipere.* Capitula Caroli Calvi apud Atiniacum: *De navibus quæ vadunt sub pontibus, videlicet, ut inde tolonium non exigatur.* Apud Lindenbrogium quoque è titulis capitulorum Caroli Magni, & Ludovici adfertur: *De injustis teloneis.* Item: *De non cogendo ad pontem ire, causâ telonii.* Item ex capitulis quæ ad legem Salicam addidit Carolus Magnus: *Theloneus aut census non exigatur à quolibet, ubi nec aquam navigio, nec pontem transeundum non est.*

Lib. 6. cap. 39.

Cap. 13.

Telonarius, vel *Tolenarius*, qui vectigal illud accipit, à nostro

Tolenaer

Colenaer .j. *Vectigalium, ac tributorum collector*, cujus est pecunias accipere, ac deinde Principi enumerare; unde non malè quis à vernaculo Tellen .j. numerare, Tol derivet.

Toltum quoque pro vectigali ab eadem origine; unde *malum toltum* appellârunt id, quod indebitum judicavêre, ac non justum. Matthæus Parisius in charta libertatum Regis Ioannis, ad annum Christi, 1225: *Omnes mercatores, nisi publicè prohibiti fuerint, habeant salvum, & securum exire de Anglia, & venire in Angliam, sine omnibus toltis malis, per antiquas, & rectas consuetudines;* unde adhuc hodiernum *maltote*, Brugis profluxit.

Tonna, pro vase, nobis Tonne. Annales Bertiniani, tom. 3. fol. 252. historiæ Francorum du Chesne, ad annum 877. de Carolo Calvo intoxato: *Quem præ fœtore non valentes portare, miserunt eum in tonna interius, exteriusque picata, quam coriis involverunt.* Et mox: *Corpus cum ipsa tonna terræ mandaverunt.* Surius in vita S. Philiberti: *Rogans eum cellarium ingredi, & vas vinarium, quod tonna dicitur, benedicere.*

Tonnella, inde & *Tonella*, *Tonellus*, diminutiva. Petrus Cellensis: *Sicut enim tonellus foratur, ut vinum habeatur.* Lib. 9. epist. 5.

Tina quoque, & *Tunna*, pro tonna, ut & nobis Tunne, pro Tonne. In vita S. Mariæ de Ripuario, cap. 5. ex vitis Sanctorum mensis Ianuarii, auctoribus PP. Bolando, & Henschenio: *Posuerunt caput ejus in tinam, cùm vellent aquam immittere, dissoluta est à circulis, & dogis.* Dogus est nostrum Duyghe. Item in actis Thyrsi, & sociorum 28. Ianuarii: *Tum Sylvanus jussit impleri tinam aquâ.* Paulus apud Festum: *Tinia, vasa vinaria.* Vbi Scaliger: *Malo tinæ.* Vtitur & Varro, at non aliunde quàm à Gallico nostrate Tonne, Tunne. Gerardus Vossius in appendice libri sui, de vitiis sermonis: *Planè videntur tonnæ, vel tunnæ, & tinæ, vel tiniæ vocabula esse cognata, & ab eadem origine profecta.*

Tunnella quoque est diminutivum à tunna. Thibrocus in chronico Hungarico: *Centum, & octoginta tunnellæ.* Part. 2. cap. 97.

Tuninum. Adfert Lindenbrogius è legibus Bojorum, atque interpretatur: *Locum, reponendis tunnis destinatum.* At Gerardo Vossio fol. 307. magis placet *septum* esse, ex nostrate Thuyn. Vide *Haja*.

Torticium, vel *Intorticium*, Franci Latinisantes dixerunt pro face; origo nominis est, à funibus intortis, ac pice illitis, aut imbutis, ut propriè eâ voce significetur, quod nostratibus pueris Turck, pridie S. Martini; postea pro qualibet face, nobis etjamnum Torce, olim Torche, Intorche; unde & Hispanicum *Antorcha*. Etymologicum Kiliani: Tortse, *fax, funale, teda, vulgo intorticium; Germanis*, Tortschen; *Gallis*, torche; *Italis*, torchio, torcia; *Hispanis*, antorcha; *Anglis*, Torche. Atque inde etjam mutatione o in u, Brugensium Turck, neque aliunde Turf, ut pro Achter, After, &c.

Trappa,

Trappa, instrumentum denotat, quo captatur aliquid, ut muscipula, decipula. In lege Salicâ: *Si quis turturem de trappa furaverit*. Vetus Flandricum **Trappe**, idem significat, ut & Anglicam. **Trap** est gradus, & inde **Trappen**, gressum præeuntis insequi; unde **Betrappen**, est apprehendere, deprehendere; Gallis hodie *attrapper*.

Traugus, pro foramine ex Wallonico *trau*, pro quo Galli hodie dicunt *trou*. In lege Ripuaria, de sepibus: *Si in clausura aliena traugum ad transeundum fecerit*. Puto *trauw*, pro foramine, primis Francis, ac veteribus Gallis usitatum fuisse, quod Artesiis, Walonibus, & Hannonibus remanserit, Franciæ primæ vicinis. Galli originem è Græco quærunt. Nicod: ,, Trou *semble qu'il* ,, *vient de* τρῶ .j. *terebro*. Les Picards disent *trou*; les Hennuyers ,, disent *trau*; pourquoy aucuns sont d'opinion, qu'il vient de ,, τραῦμα .j. *foramen, vulnus*; τυβάω .j. *perforo*.

Tit. 43.

Treuga, & *Trevia*, pro pace, & induciis. Turpinus in vita Caroli Magni: *Datis treugis inter se*. Item: *Treuga data eundi, & redeundi*. Gilbertus Carnotensis in epistolis: *Episcopo tuo treugam des*. Adfert & Gerardus Vossius ex Ioanne Carnotensi, epist. 90: *Trevia Dei non est communi lege sancita*. Idem utriusque etymum assignat à **Treuwe** .j. *fides*; ut sit *fides temporaria hosti data*. Nobis **Trauwe** dicitur, & **Trouwe**; Anglis, & Saxonibus, **Treuwe**, primo *treuwa*, & *trevia*, deinde *treuga*. Hodie etjamnum induciæ Brugensibus dicuntur **Treve**. Kilianus in Lexico vocum peregrinarum: **Treve**, *induciæ, vulgò treuga*. Vide *Drudus*. Goldastus in Glossario: *Treuga*, **Treuw**, *induciæ, pax publica, fides publica*.

Cap. 12. Cap. 13. Epist 93 lib. 2. cap. 18.

Tropus, pro multitudine. Leges Ripuariæ, apud Stephanum Pasquier: *De eo qui in tropo de juventutis ductricem involaverit*. Nos dicimus: **Een troppe Ossen, een troppe Peerden, een troppe Schaepen, een troppe Koeyen**; gregem boum, equorum, ovium, vaccarum designantes. **By troppen**, gregatim; inde verbum **Troppen**, congregari, de populo dicitur; & hinc: **Een troppe Volckx**, collecta populi multitudo. Gallis quoque, tàm de jumentis, quàm de hominibus, *troupe* dicitur, & *troupeau*, quibus etjam est *trop*, pro multo, & nimio. Italicè *tropo*.

Lib. 7. cap. 73. fol. 679.

Trustis Regis .j. fides, & fiducia, quam Rex alicui promisit, & ipse trustis, cui promissa est fides. Cap. Caroli Calvi: *Nemo in villis nostris, vel in villis uxoris nostræ, mansionaticum accipiat, & nullus homines nostros, sive alios deprædari audeat, & eorum qui nobiscum vadunt beneficia, & villæ sub emmunitate maneant; quod si aliquis præsumpserit, in triplo componat, sicut ille qui in truste dominica committit*. In hunc locum Sirmondus: *Lex Ripuariorum, cap. 11.* ,, Si quis eum interfecerit qui in truste Regis est, DC. solid. ,, culpabilis judicetur. *Quod lex Salica cap. 43. dixerat*, in truste dominica. *Trustis apud Marculphum est fides, lib. 1. formula 17:*

,, In manu

„ In manu nostra trustem, & fidelitatem visus est conjurâsse. *Hoc loco trustis dominicus videtur, qui fidem Regi jurârit, atq; in ejus tutela est, quem antrustionem appellabant.* Veteribus Flandris fuit Trust, fiducia, spes, quia Te rust, vel Ter ruste, ut loquimur .j. *ad quietem datur*; quod & hodie Anglis in usu; Germanis Trost; nobis etjam remansit Troost, pro solatio, & levamine, propriè ex fiducia ab altero accepta. Kilianus Troost, etjam reddit spem, fiduciam. Trauwen, fidere; Brugensibus, aliisque Trauwens, est: fide bonâ. Vide *Drudus* suo loco.

V.

Vassus, & *Vassallus*, originem habet à vetere Francico, seu Gallico Gessel, quod significat eum, qui fidem suam alteri dedit; vulgò, nunc Brugensibus Ghisel, capiturque tùm pro teste, qui fidem dat, tùm pro obside; olim generalior fuit vox, pro omni homine feudali, & feudatario; unde Ghesel, & Ghesellе, qui se fide datâ alteri obstrinxit; adeò ut aliud non sit vassus, & vassallus, quàm nostrum Ghesel, & Ghesellе, ut: Guiliam Willem; Gualtier, Wouter, &c. G in u, aut w, transmutato, quod in linguâ nostrate sæpissimè usu venit. Lindenbrog. *Vassi fidei-jussores, Gallicum est vocabulum. Gregorius Turonensis hist. lib. 1. cap. 32. Odo in vita Beati Gerardi:* „ *Nec hoc patiebatur, ut quilibet senior* „ *beneficium à vasso suo, pro qualibet animi commotione, posset auferre. Theodulphus, & author vitæ Caroli Magni:* „ *Tassilo venit per semet* „ *ipsum, tradens se manibus Domini Regis in vassaticum, & reddens ducatum, sibi commissum.* Hactenus Lindenbrogius. In capitulis Caroli Magni, ac Ludovici Pii, lib. 2. cap. 24: *Vassi quoque, & Vasalli nostri nobis famulantes.* In lib. 4. cap. 70: *Vassi nostri, & vassi Episcoporum, Abbatum, Abbatissarum, & Comitum.* Aimoinus lib. 5. cap. 36: *Abbates etjam, & regni primores, ac vassi regii, se illi commendaverunt, & Sacramento, secundùm morem, fidem promiserunt. Ex quibus* (inquit Gerardus vossius) *satis liquet, utcumq; primitùs distinxisse vassos, & vassallos, videantur; postea tamen non fuisse alios vassos, quàm illos qui aliter dicti sunt vasalli, qua de voce jam multa legas apud feodorum interpretes, ut hîc pigeat insistere.* Cujacius Longobardicam vult esse vocem in suis observationibus: *Natura feudi hæc est, ut debeatur fides, & hominium j ut profiteantur se fideles domino fore, & se homines ejus esse; hominium dixit Helmodius, quod certè venustius est, quàm homagium; & inde, qui feodum tenet, fidelis, & homo dicitur, & homo fidei, vassus, seu vasallus Longobardicè.* In legibus Longobardorum reperio: *Qui giseles fuerint, liberi sunt.* Item: *Et giseles ubi sint, & dicant, &c.* Glossæ veteres, & Papias: *Gisil, testis.* Germani Giselen, obsides vocant. Glossarium Latino-theotiscum: *Obses, Kisal.* Vide Lindenbrogium, & Spelmannum; quorum posterior notat Godegisilum exponi: *Dei testem*, vel *bonum testem*. A Godt .j. Deus,

Lib. 8. cap. 14.

Lib. 2. tit. 15. leg. 1.

Tit. 34. lib. 1.

seu **Goedt**, bonus, & **Gisil**, testis. Idem: *Iuxta Cujacium dicti sint vasalli, qui gesalli.* Item: **Gessel**, *Comes qui certâ servit mercede, vox prisca Gallorum linguæ, & Germanorum.* Kilianus: **Ghesel**, *obses*; &, **Giselen**, *obsidem capere.* Brugis etjamnum est **Gisel-huys**, ubi olim obsides custodielantur, præsertim ad observationem pacis, aut induciarum, post bella gesta, adversus Comites Hollandiæ, pro Walachra, atque insulis Zelandiæ cis Scaldim; de quibus plura, in Flandria nostra Zelandica, atque Imperiali.

Veltres, pro canibus; vox Gallica, teste monacho Sangallensi, de Ecclesiastica cura Caroli Magni, apud du Chesne, de quodam nobili: *Cùm ergò de domo sua ad Episcopum venire disponeret, assumsit duas caniculas in manu sua, quas Gallicâ linguâ veltres nuncupant, agilitate suâ, vulpes, & cæteras minores bestiolas facillimè capientes, quæ caras etjam, & alia volatilia ascensu celeriore sæpè fallerent; & dum in via vulpem muribus insidiantem videret, ex improviso canes illi tacitus immisit, quæ volatu rapidissimo ruentes post illam, intra jactum sagittæ comprehenderunt, ipse verò quoq; præpeti cursu subsequutus, vivam & sanam dentibus canum, & unguibus excussit.* Videtur esse à **Velt**, campus, quòd eo ad campos eatur, aut à **Vellen** .j. in humum jacere, sternere, supplantare; **Ghevelt** .j. *humi dejectus*; **Velder**, *sternens, supplantans.*

Tom. 2. fol. 115.

Veredarius, veteribus Gallis, & Francis fuit, quod hodie Franconatibus nostris **Berijder** .j. *eques, equo insidens, equum curans, equum regens.* In capitularibus Caroli Calvi apud Lindenbrogium, tit. 17. fol. 1201. ubi vetat excursus, ac pervagationes monachorum: *Hos, nec Episcopus, nec Abbas, vel quilibet alius, veredariorum more, in missaticu instanter transmittat.* Procopio in Wandalicis, lib. 1. etjam: Βερεδάριόν τινα τῶν εἰς τὰς βασιλικὰς ὑποκρίσεις ἀεὶ στελλομένων, οὓς δὴ βερεδαρίους καλοῦσι. Id est: *Aliquem ex iis, qui ad regia responsa semper proficiscuntur, quos veredarios vocant.* Idem de ædific. Iustiniani, lib. 5: Βαλανεῖον ἐν τῷ καταλυτηρίῳ τῶν βερεδαρίων καλουμένων. Id est: *Balneum in hospitio veredariorum, prout appellantur.* Sidonius Apollinaris lib. 7. ad Aumastum: *Invident viatica veredariis.* Firmicus lib. 3: *Regum nuntios, veredariosq; reddent.* Vetus vox Gallica fuit veredus, pro equo, à **Berijden**, quod est, conscendere, insidere; unde **Bereden**, qui conscenditur, & cui insidetur. Etymologicum Kiliani: **Berijden een peerdt**, *conscendere equum, insidere, residere equo, invehi, provehi equo, equitare, inequitare.* Idem: **Berijden**, *perequitare.* Vnde Franconatensium **Berijders**, quorum fuit perequitare destrictus sibi commissos. Idem Etymologicum: **Rijden te peerde**, *equitare, vehi equo*; **Rijden te waeghen**, *vehi curru.* A quo veteri Gallico, & Flandrico hodierno **Rijden**, diximus ortum *Rheda*, quam vocem Quintilianus Gallicam appellavit. Ejusdem prorsus originis est *Veredus*, qua & Romani pro equo usi. Errat itaque Festus, scribens: *Veredos antiqui dixerunt, quòd veherent rhedas, id est, ducerent.*

Hoc libro cap. 2. fol. 14.

cerent. Vnde & Isidorus: *Veredos antiqui dixerunt, quòd veherent rhedas .j. ducerent, vel quòd vias publicas currant, per quas & rhedas ire solitum erat.* Itaque sententiâ Isidori etjam à via, & rheda. Simpliciter veredus equum significat, cui insidemus, & quo venamur, quoque publici nuntii utuntur, quibus nihil est cum rheda. Itaque ut rheda, à Rijden, vetus Gallicum est, sic & veredus, aut beredus, à Berijden. Adrianus Turnebus: *Opinio est, veraedum equum esse, qui vehit rhedam, quae quidem à praeceptoribus, & eruditissimis hominum nostra memoriae scriptus accepta, me in longam aetatem comitata est. Nunc veraedum equum puto, qui neq; rhedam, neq; cisium trahat, sed vice tamen rhedae sit. Id adeò ex Martiale, & Ausonio conjicere licet, ne aliis auctoribus testimonium denuntiemus; ille enim inquit:*

Lib. 12. cap. 1.

Lib. 18. cap. 1.

Parciùs utaris moneo rapiente veredo
Prisce, nec in lepores tàm violentus eas.

Non ut opinor, qui venabatur, rheda vectabatur; sed & equum esse non rhedam, sequens versus indicat:

Decidit excussis, nec rediturus, equo.

Ausonius autem apertissimè id etjam indicat his verbis:

Non cisium, aut pigrum cautus conscende veraedum;
Non tibi sit rhedae, non amor acris equi.

Iterum:

Vel celerem mannum, vel ruptum terga veraedum.

Vbi in equis viatoriis numeratur veradus; sed & in antiquo lexico exponitur πῶλος. Procopio est equus cursus publici; Isidorus tamen veredos esse dictos ait, quòd veherent rhedas, vel quòd per vias publicas currant, per quas & rhedas ire solitum erat. Lexicon intelligit Philoxeni, ubi legitur: *Veredus,* πῶλος .j. *pullus equinus.* Nobis Pool. Sed & in Glossario, Philoxeni nomine, legitur: Veredo ἱκίας τυχων. Lege: ἵππος τυχών. Id est, equus vulgaris. In lexico Cyrilli etjam est: Βέρεδος, *veredus.* Procopii locus, quem Turnebus innuit, hic est, de bello Persarum: ὁ δὲ ἵπποις δεμοσίοις ὀχούμενος, οὓς δὲ βερέδους καλεῖν νενομίκασιν. Id est: *Equus publicis vectus, quos veredos solent appellare.* Etymologicum magnum: Βέλης ὁ δραπέτης, καὶ βερεδεύει, δραπετεύει .j. βέρης, *fugitivus; & βερεδεύει, fugit.* Hesichius: βερρεύει, δραπετεύει. Lege: βερεδεύει. *Equo* videlicet, qui βέρεδος, & βέρηδος; unde à Latinis media syllaba producitur, ut nostratibus Bereden, Berijden, quamquam in Barbarâ voce utrumque amplectendum. Videtur olim Pered, Beret, aut Pered dictum, unde nunc contractè Perd, Peerd; Pferd Germanicè .j. equus, ex vernaculo Bereden, Berijden, Berijd.

Lib. 2.

Paraveredus quoque ex eodem fonte, non aliud est, quàm equus, cui insideri solet, ut distinguatur ab eo, qui currum, aut rhedam trahat; Peerd bereden, est equus cui quis insedit. Itaque idem prorsus est *veredus,* & *paraveredus,* quemadmodum vulgò idem est Berijden & Peerd-berijden, quia ad itinera illa

 equorum

equorum præcipuus usus; sic & *veredarius*, **Berijder**, & *paraveredarius*, **Peerd-berijder**. Kilianus in Etymolog: **Peerd-berijder**, *Eques, equorum magister, & moderator, equorum domitor.* Marculphus in formulis, lib. 1. tit. 9. fol. 33: *Apostolicum virum illum, nec non illustrem virum illum, partibus illis legationis causa diximus, ideo jubemus, ut locis convenientibus, eisdem à nobis evectio simul, & humanitas ministretur; hoc est, veredos, seu paraveredos tantos, panis nitidi modios tantos, &c.* Diploma Ludovici, & Lotharii, Imp. apud Aimoinum, lib. 5. cap. 10. fol. 281: *Neq; servitia ex eis exactet, neq; parvaredos, aut expensas ad hospitium*, lege: *Paraveredos* .j. equos paratos ad nuntios, aut legatos, quocunq; pergerent, vehendos. Tyrius lib. 13. cap. 27 pro paraveredo, palafredum scribit, de Sanguineo Turcorum duce: *Miserat & prædicto nobili viro (Boamundo) per quendam familiarem suum, palafredum albissimum, argento ferratum, freno, & cæteris argenteis phaleris redimitum.* Reginaldus Abbas S. Venantii, apud de Bruel, in citatum Ludovici, & Lotharii diploma: *Dedit ei trecentos solidos, &c. & unum palefridum centum solidorum.* Et Gregorius Papa VIII. in confirmatione statutorum Præmonstratensis ordinis: *Nulla persona Ecclesiastica pro benedicendo Abbate, & deducendo in sedem suam, palafridum, aut aliquid aliud exigere præsumat. In quibus locis (*inquit de Bruel*) palefridus, pro paraveredo ponitur.* Ab hoc paraveredus, *paraveredarius*, & mutatâ liquidâ, *palfredarius*; ut & nostratibus **Palfernier**, aut **Palfzenier**, qui equos curat. Etymologicum Kiliani: **Palfzenier**, **Stal-knecht**, *agaso, equi ductor, & curator. Paraveredum*, est jus tradendi paraveredi. Capitula Caroli, & Ludovici, lib. 2. tit. 16. fol. 862. apud Lindenbrogium: *Qui constitutam nobis expensam non tribuunt, aut paravereda dare nolunt.* Vide plura apud Lindenbrogium. Nicod, aliique, vocant *palefroy*, putantque inde dictum, quod equos, *par le frein* .j. *per frenum, ducat.*

Vtlagus, Francis, Sicambris, & Saxonibus fuit *proscriptus*, propriè *exlex*, qui extra legem est, à Romanis voce mutatâ, nam *eam* suprà diximus, iis vernaculam fuisse. A *lex, legis*, itaque dixerunt **Lage**, & **Lawe**, Latinâ pronuntiatione *laga*; **Vt** verò est *ex, extra*, nunc **Vyt**. Magna charta libertatum Angliæ, ab Henrico I. concessarum: *Lagam Regis Eduardi vobis reddo, cum illis emendationibus, quibus Pater meus eam emendavit.* Vnde *Lagamanni* quibus legis observandæ cura est. In legibus Eduardi cap. 38: *Postea inquisisset justitiam per Lagamannos, & per meliores homines de burgo.* Gerardo Vossio lagamannus etjam est: *Vir probus, & ut dicunt, legalis.* Vt videlicet hodiernis Gallis: *Homme loyal. Seaxenlaga* hinc, *Saxonum lex*, Anglis; ut *Mercenlaga, Merciorum; Denelaga, Danorum. Vtlagus*, in charta David, Principis Nortwalliæ, apud Matthæum Parisiensem, idem est, quod *forisbannitus*, teste Gerardo Vossio, à quo ex eadem charta hæc adferuntur:

Lib. 2. cap. 11. fol. 231.

Lib. 2. cap. 19. fol. 113.

De cætero

De cætero, non receptabo utlagos, vel forisbannitos, ipsius Domini Regis, vel Baronum suorum, de marchia, in terra mea, nec permittam receptari. In lege Salica, & Ripuaria, reperio *vargus* pro expulso, & proscripto, & *Wargus*; pro quo vehementer dubito, an non legendum *utlagus*. Legis Salicæ locus, hic est, ex editione Lindenbrogii: *Si quis corpus insepultum effoderit, aut expoliaverit, Wargus sit, hoc est, expulsus de eodem pago.* Legis Ripuariæ: *Si autem eum ex humo extraxerit, & expoliaverit, CC. solidis, cum capitali dilatura culpabilis judicetur, vel Wargus sit, hoc est, expulsus, usq; dum parentibus satisfaciat.* Lindenbrogius quasi à vagando dictum innuit: *Wargus* (inquiens) *hoc est dejectus, & expulsus, nimirum vagus, & profugus super terram, ut habetur Genesis cap. 4. Sidonius Apollinaris, lib. 6. epist. 3.* Fortè, quòd nesciant quò ituri sint, ut nostrates dicunt: **Niet weten waer gaen**, fuit **Waeren** .j. inquit Kilianus: *vetus Hollandicum* **Wandelen**, *ambulare. Paul. Merula.* Sic & *Warengangi* in legib. Longobard. lib. 3. tit. 15. qui non morantur uno in loco, sed huc, illúcque discurrunt. Tit. 57. §. 5. Tit. 85.

VV.

Wachta, Wacta, pro excubiis, usus est Carolus Magnus, in cap: *Vt non per aliquam occasionem, nec pro Wacta, nec de scara, nec de Wardea, &c. heribannum Comes exactare præsumat.* Carolus item Calvus: *Vt illi, qui in hostem pergere non potuerunt, juxta antiquam, & aliarum gentium consuetudinem, ad civitates novas, & pontes, ac transitus paludum operentur, & in civitate, atq; in marcha, Wactas faciant, ad defensionem patriæ, omnes sine ulla excusatione veniant.* Item Ludovicus Pius in diplomate, quo Hispanos, metu Sarracenorum, ad ipsum confugientes, in protectionem suscipit, quod in Conciliis Galliæ, tom. 2. fol. 321. Sirmondus, itemq; in hist. Franc. Script. du Chesne vulgârunt, unde nos hæc delibamus: *In nomine Domini Dei, & Salvatoris nostri Iesu Christi, Ludovicus, divinâ ordinante providentiâ, Imp. Augustus; omnibus fidelibus sanctæ Dei Ecclesiæ, ac nostris, præsentibus scilicet, & futuris, in partibus Aquitaniæ, Septimaniæ, Provinciæ, & Hispaniæ consistentibus, &c. ad omnium hominum notitiam pervenire volumus, quòd eosdem homines sub protectione, & defensione nostra receptos, in libertate conservare decrevimus, eo videlicet modo, ut, sicut cæteri liberi homines, cum Comite suo, in exercitum pergant, & in marcha nostra, juxta rationabilem ejusdem Comitis ordinationem, atq; admonitionem, explorationes, & excubias, quod usitato vocabula Wactas dicunt, facere non negligant, &c. Datum Kalend. Ianuarias, anno Christo propitio II. Imperii D. Ludovici Piissimi Augusti, indictione VIII.* Hujus quoque diplomatis meminerunt in notis ad capitula Caroli Magni, & Calvi, Pithœus, & Sirmondus, qui addunt à voce *Wactâ*, Francis esse *guet* quoque, ex **Wacht**, *le mot de guet.* Lib. 3. cap. 68. Tit. 31. cap. 17. Tom. 2. fol. 321.

Wadium, aliàs *Guadium*, & *Vadium*, pro pignore dicitur, in cap. Ca-

Lib. 3. cap. 29. cap. Caroli Magni: *Liber, qui se loco Wadii in alterius potestate commiserit, ibiq; constitutus, damnum aliquod cuilibet fecerit, qui eum in loco Wadii suscepit, aut damnum solvat, aut hominem in malo productum dimittat, perdens simul debitum, propter quod eum Wadium suscepit.* Ex hoc capitularium loco (ut notat in capitulis Caroli Calvi Sirmondus) Hincmarus *Wadium* interpretatur pignus, id quod Fol. 87. è sequentibus clariùs elucebit. Pithœus in cap. Caroli Magni, è gestis ejusdem, citat hæc verba: *Perterriti Saxones omnes, ad locum, ubi Lippia consurgit, venerunt ex omni parte, & Domino Regi Carolo, per Wadium, manibus suis reddiderunt patriam.* Itemque ex Ibidem. Oddone, in vita B. Gerardi: *Debitum Wadii nequaquam debitori relaxare solitus erat.* Leg. Longobard. lib. 1. tit. 14 leg. 10. apud Spelmannum: *Semetipsum per Wadium in servitio Principis tradat.* Qui Spelmannus notat Longobardis *Wadiam* dici, & exponit: Glossar. fol. 384. *pignus, fidejussio.* Sirmondus loco suprà citato: *Wadium, est pignus, & in Wadium dare, pignori dare.* A *Wadio*, est *Wadiare, vadiare*, pro quo, & à quo, etjam *invadiare, inWadiare.* Spelmannus ex leg. Lib. 1. tit. 14. leg. 10. Longobard: *Si liber homo aliquod damnum cuilibet fecerit, pro quo plenam compositionem facere non valeat, semetipsum inWadiare studeat, usq; dum plenam compositionem adimpleat.* Idem ex Roberto de Monte anno 1160: *Wilhelmus Comes Pictaviensis inWadiavit eandem civitatem Raimundo Comiti S. Egidii propter pecuniam, &c.* Item à *Wadiare*, est *reWadiare* .j. repignerare, seu à vadio redimere. Lib. 4. cap. 58. Cap. Caroli Magni; *Vt de debito, quod ad opus nostrum fuerit reWadiatum, &c.* Item: *Vt vassi nostri, &c. qui anno præsente in hoste* Ibid. cap. 70. *fuerunt, heribannum reWadient.* Item *reWadiare* bannum, est capit. Tit. 31. cap. 21. Caroli Calvi: *Vt, quia per tres jam annos bannum, pro rejectione bonorum denariorum, perdonavimus; volumus, ut modò secundùm discretionem, quam missus nostrus commendavimus, reWadiatum persolvatur, & ubi reWadiatum non est, reWadietur, & solvatur; & quoniam audivimus, occasione acceptâ, pro reWadiato banno, quosdam plus à pauperibus accepisse, quam bannus levet, &c.* Item in cap. Car. Magni: Lib. 5. cap. 43. *De his qui sine consensu Episcopi presbyteros in Ecclesiis constituunt, &c. ut banum nostrum reWadiare cogantur, &c.* Eadem inde repetit Car. Calvus, tit. 41. cap. 1. *Wadii* plurali numero, teste in hoc Fol. 61. è capp. Calvi Sirmondo: *Non pignus, sed mulctam, quæ à reo, delicti causâ debebatur, & pro qua Wadium dari mos erat.* Quo sensu affert ex Concilio Cabillonensi secundo, canonem 18. ita loquentem: *Dictum est nobis, quòd in quibusdam locis Episcopi, & Comites, ab incestuosis, & ab his, qui decimas non dant, Wadios accipiant, & à Presbyteris, pro quibusdam negligentiis, & inter se pecunias di-* Tit. 27. cap. 6. *vidant.* In capitulis Caroli Calvi est: *Si de ipsa pacificatione Wadii ad nostram partem venerint.* Cùm itaque *Wadium* propriè sit ipsum pignus, & res quæ *Wadio* .j. pignori datur, uti ex supradictis sufficienter patet, pignori autem etjam antiquitùs, uti nunc, datæ fuerint vestes, arma, monilia, & similes res mobiles, quæ

les, quæ inwadiatæ .j. oppigneratæ, soluto debito, rewadiari .j. repignerari, ut nunc exsolvi, dicebantur. Vitus Amerpachius *Wadium* formavit, à Germanico **Wat**, pro corporis indumentis, unde in compositis, **Lein-wat**, **Onder-wat**, **Her-gewet**, ut est apud Ger. Vossium, lib. 2. cap. 20. qui à Latino vas, vadis, mavult derivari. Sic enim is lib. 3. cap. 54: *Vadium à vadibus dictum, estq; pignus, sive hypotheca, hinc invadiare, & res invadiatæ, in vadium positæ.* Ego wadium non aliunde ortum existimo, quàm à nostrate **Wedde**, quod pignus significavit, pro quo nunc dicimus **Weddingh**, **Weddinghe**. Kilianus: **Wedde**, *vetus German. Saxon. Sicambr. Flandr. Holland:* Merces, prœmium, & pignus, depositum, & fides data, sponsio, & dos, vulgò guadia, wadia, wadium. Item: **Wedde**, *vetus Angl. Saxon:* Fidejussor, vas. Nec aliunde nobis **Weddebo**, qui pignus aufert, & pignoris loco est. Idem Kilianus: **Wedden**, *certare pignore, vulgò vadiare.* Item: **Wedden**, *vetus Saxon. Flandr:* Spondere, polliceri, fidejubere, vadimonium constituere, vulgò wadiare, guadiare. Item: **Weddinghe**, *certatio, decertatio, & sponsio, & pignus, & apud Flandros literæ, vel instrumentum, quo emptor prædii urbani, vel rustici, promittit se pretium constitutum venditori soluturum.* Cora Franconatensis: *In anno erunt duo weddinga. Quidquid invadiatur coram Scabinis, &c.* Vide postea suo loco. Cùm dubium non sit, quin Romani à Gallis multa vocabula desumpserint, uti suprà hujus libri, cap. 2. liquet, longè similiùs verò est, eorum *vas, vadis, vador*, & *vadimonium*, esse à nostro **Wedde**, & **Weddingh**, quam, ut ajunt, à *vadendo*; uti ab eodem *Vadio*, & *Wadio*, Galli hodierni detorserunt suum *gage*, unde *engager*, invadiare, nostrum w, mutantes in g, ut pro Walterus, Gualterus; pro Wantus, Guantus; pro Werpire, Guerpire; pro Werra, Guerra; pro Warda, Garda; Hispanis, & Italis: Guardia.

Wantus, & *Guantus*, pro chirotheca, quæ Flandris **Wante**. Robertus Abbas, & Comes S. Martini, anno 7. regni Othonis Regis: *Reddimus Dociacum per guantum nostrum .j. chirotecam*, traditam in signum translatæ possessionis, quæ aliàs fiebat per glebam, & fistucam. Vide Bignomium in notis ad Marculphum. Fol. 473. Legitur hæc vox in vita S. Berthari sub Clothario, apud du Chesne: *Unus è Barbarus gentis illius, nisus est abstrahere à Sanctis manibus ejus chirotecas, quod vulgò wantos vocant, & suas tegere indignas.* Ita quoque in capitulis Caroli Magni, de habitu religiosorum: *Unusquisq; habeat, &c. Wantos in æstate, muffulas in hieme vervecinas.* Vide superiùs *Muffula.* Tom. 1. fol. 561.

Wanto etjam pro *Wantus*. Chronicon Novaliciense apud du Chesne, de gestis Caroli Magni in Italia; ubi Ottho Comes Laumellensis narrat Otthonem III. Imper. Caroli sepulchrum aperuisse & corpus integrum reperisse, his verbis: *Intravimus ergo ad Carolum, non enim jacebat, ut mos est, aliorum defunctorum* Hist. Fran. tom. 2. fol. 229.

 corpora,

corpora, sed in quandam cathedram, quasi vivus residebat, coronam auream erat coronatus, sceptrum, cum Wantonibus indutus, tenens in manibus, à quibus jam ipsæ ungulæ perforando processerant, &c. Differunt wanti à muffula, quòd wantis singulas manus tegamus, muffulâ utramque.

Warandia, seu *Guarandia*, propriè *custodia* est, & *defensio*, à Waeren, item Waerden, seu Guaerden. *custodire, defendere*, de quo suprà in *Curtis*. Vox in foro causidicis usitata, cùm quis obligationem alterius velut tuetur, vel authoritate suâ, vel pignore, sive hypotheca. Kilianus: Waerande, *vetus, indemnitas, & fideijussio.* Item: Warande, *vetus, fideijussor, vulgò Warantus*, Item: Waeren, *vindicare, asserere.* Et: Waerschap, *cautio, satisdatio.* Item: Waeranschap .j. Waerschap, *cautio, vulgò Warandia.*

Lib. 2, fol. 321. Gerardus Vossius: *Warenta, Warenda, Waranda, & Warandia, obligatio, ad commodandam alteri suam in tuendo illo authoritatem.* Speculum Saxonicum, lib. 1. art. 15: „Si warandam emptionis suæ „producere potuerit, ipse eas cum juramento duorum obti„nebit, nisi per defectum in testibus, sive in waranda, succu„buerit. *Atq; hinc Warandare, pro alteri accommodare suam authoritatem.* Item: *Tueri, patrocinari, ex eo quoq; verbale Warandatio.* Idem: *ab illo (Waeren) participium* Waerend, *custodiens, &c. accusativus casus Warentem.* Et: *Warentem dixêre eum, qui alteri obstringeretur ad evictionem præstandam. Leges Longobardicæ, libr. 11. tit. 28 §. 5:* „Si quis equum suum, vel cætera animalia, „sive rem suam, super aliquem repererit, & ipse warentem „dare dixerit, statim juret, ut ad certum warentem eum con„ducat, & super tertium warentem, & tertium Comitatum „non procedat.

Warandatio itaque, actus warandandi suprà Gerardo Vossio, qui de ea sic etjam scribit: *Formula Warandationis talis esse solet, & ex chartis liquet antiquis:* „Et ego, & hæredes mei, prædi„ctas terras prædicto N contra omnes gentes vel contra o„mnes homines, & fœminas, warantizabimus, & in perpe„tuum defendemus per præsentes. Nostratibus etjam *Warandatio, est æstimatio*, sed originis alterius; videlicet, Waerd, Weerde .j. pretium, unde Werderen, & Waerderen. Kilianus: Weerderen, Waerderen, *æstimare, appretiare, taxare;* Weerd, inde *carus, dignus*, & Weerdigh, Waerdigh, vir æstimandus, & velut magni pretii; Waerdeyn inde *æstimator monetæ*, qui & Warendeyn, quasi à participio, ut suprà Vossius, quo modo & Warandatie; hinc Warandatie van Zeepe, est *æstimatio saponis*, & *taxatio quanti debeat vendi.*

Warantisare, & *Guarantisare*, idem quod suprà *Warandare*, pro patrocinari, &c. quo Mathæus Parisius, aliique recentiores sunt usi. Vocabularium, quod gemma inscribitur, etjam habet: *Varandisare*, Beschermen; & *Varandia*, Beschermenisse, Beschuddenisse.

Warinio,

Waranio, vide *Werra*.

Warda, & *Wardia*, seu *Guardia*, *Garda*, *Gardium*, *Wardium*, pro custodia. Cap. Caroli Magni: *Ut non per aliquam occasionem, nec pro Wacta, nec de scara, nec de Wardia, nec pro heribergare, nec pro alio banno, heribannum Comes exactare præsumat.* In hunc locum Pithœus: *Warda*, *Garde*, Anglis *Werde*. Vox est à nobis, quibus Waeren, & Waerden, fuit custodire, unde Waerder, Gallicè *Gardien*, pro quibus nunc in usu Bewaeren, Bewaerder; Italis, & Hispanis *Guardia*, *Guardare*. *Guardia specialis*, est in edicto Philippi Regis Galliarum, apud Gerardum Vossium. Item in stylo curiæ Parlamenti, cap. 2: *Illorum, quos habet in gardia speciali*. Apud feudistas, *feudum guardiæ* dicitur, *quòd custodi prædiorum, vel alius rei, datur mercedis nomine*, ut ait Vossius loco citato. Ibidem: *Guardianus*, & *Gardianus*, propriè *custos*. Item: *Guardio*, & *Gardingus*. Victor in chronico: *Idem Belisarius prælio superans Gumthimen, & Gebamundum, gardingos Regis, fratres, superat*. Omnia originem suam debent nostrati Waeren, & Waren .j. *custodire*; unde Kiliano quoque dicitur Waerdeyn, *custos*, à quo Gallorum recentiorum *Gardien*, atque inde *Guardio*, & *Guardianus*, & *Gardianus*; neque aliunde *Garnison*, quàm à veteri Warisoen. Kilianus: Waerisoen, *vetus Flandricum* .j. Garnisoen; à Waeren.

Warenna, quoque à custodiendis animalibus, pro ferarum septo, Francis veteribus *Warenne*, recentioribus, qui *w* litteram non admittunt, *Garenne*. Id nobis Waerande propriè dictum, tradit Kilianus: Waerande (inquiens) *Roborarium, vivarium, cuniculariúm, leporarium. theriotrophium; locus septus, ubi feræ inclusæ custodiuntur, & asservantur, vulgò Garenna, Gallus Garenne, Anglis* Warrijn. *Warennis* pro eodem apud Mathæum Parisiensem, in Henrico III: *Abbates S. Albani licentiam venandi ad tempus concesserant in libera Warenni S. Albani.*

Wargus, vide *Vtlagus*.

Warnire, ex eodem fonte fuit etjam olim, *custodire*, *munire*, unde *Warnitus* .j. *custoditus*, *munitus*, *omnibus probè instructus*. In constitutione Caroli tit. 26: Annunc. Lud. Regis apud Confluentes, cap. 6: *In hostem, vel ad placitum, sive ad curtem veniens, de suo sit Warnitus, & de domo sua moveat.* Item tit. 43. cap. 15: *Nobis in adjutorium, prout citiùs potuerint, veniant, & ad hoc omnes semper Warniti sint.* Ad quem locum Gerardus Vossius: *Warnitus, rebus necessariis instructus, à Germanico* Waeren, *seu* Bewaeren, *servare, conservare, ut Warnitus sit* Wel-bewaerdt, *hoc est, paratus, ornatusq; ab omnibus necessariis.* Lib. 2. cap. 20. fol. 322.

Werigildus, *Widrigildus*, *Wirgildus*, & *Weergildus*, pretium erat, quod luebat, is, qui deliquerat. Leg. Ripuar: *Si quis hominem in hoste interfecerit, triplici Werigildo culpabilis judicetur.* Capitula Caroli Magni: *Qui hominem publicam pœnitentiam agentem interfecerit, bannum nostrum in triplo componat, & Wirgildus ejus, pro-* Tit. 65. §. 1. Lib. 4. cap. 13.

ximis

ximis ejus persolvatur. Item, capitula Ludovici Pii Imperatoris, Salicis legibus addenda: *Interfector secundùm judicium Canonicum, congruam facinori quòd admisit, pœnitentiam accipiat: si proprius servus hoc commiserit, judicio aquæ ferventis examinetur, utrum hoc sponte, an se defendendo fecisset; si manus ejus exusta fuerit, interficiatur; si autem non fuerit, dominus ejus, juxta quod Wirgildus ejus est, ad Ecclesiam persolvat, &c. de Ecclesiastico, &c. servo, volumus,*
Ibid. cap. 13. *ut pro una vice Wirgildus ejus pro eo componat.* Item: *Presbyteri interfecti, ad cujus parochiam pertinent, solvantur juxta capitulare gloriosi Karoli genitoris nostri, ita videlicet, ut medietatem Wirgildi ejus*
cap. 9. fol. 217. *Episcopus utilitatibus Ecclesiæ, cui præfuit, tribuat.* Vbi Pithœus: *Wirgildus vet. glossar: Wirgild. secundùm quod appretiatum fuerit.*
Fol. 87. Pœnitent: Roman: *Pretium suum, id est, Wergildum.* Sirmondus in Conciliis Galliæ, legit *Widrigildus*, quod opinari me facit *Werigildus, Widrigildus, Wergildus*, & *Werigildus*, esse à nostro **Weder**, German. **Wider** .j. *iterum*, & æquipollet in compositione Latina *re*, & **Gelden** .j. *pendere*, ut sit **Weder-gelden**, contractè **Weer-gelden**, pro quo nunc in usu **Vergelden**, *rependere*; videturque è superiori Caroli Magni loco, *Werigildus* fuisse illud pretium, quod homicida, proximis interempti rependere tenebatur. Vide & *Gilda, Gildonia*, &c.

Werpire, pro quo & *Guerpire* propriè quidem est *projicere, abjicere*, nobis vernaculè **Werpen**; postea tamen in ceremoniam venit, ut prædiorum venditorum traditio per stipulæ, festucæ, aut culmi projectionem fieret, unde nobis adhuc: **Het strooδtjen werpen, Halm-schieten** .j. *projicere stipulam, aut culmum*, dicitur, vendens fundum, exinde accidit, ut *Werpire*, pro *tradere*, & *re-*
Lib. 5. cap. 47. *nunciare* captum fuerit. Aimoinus: *Motum est bellum inter Gaufridum Barbatum, Andegavensem Comitem, & fratrem ejus, Fulconem Rechin, Comitem Wastinensem, conquerens, siquidem prædictus Fulco de fratre suo, super eo, quòd ei parvam terræ partem dedisset, Regem adiit, & fideliter compromisit, quòd totum Wastinense ei relinqueret, si de bello ei non noceret; Rex autem accepto super hoc consilio, quod petebat, concessit; invadens igitur Fulco fratrem suum, per auxilium Andegavensium, & Turonensium Baronum, hominum multâ strage factâ, eum in campo devicit, cæpit, & usque ad finem vitæ suæ in carcere tenuit, quâ peractâ expeditione, Wastinense (sicut promiserat) Werpivit.* Ademarus in vita Caroli Magni: *Aloden manibus gerpierunt.* Chronicon Cameracense Balderici, de Hugone Castel-
Lib. 3. cap. 74. lano, volente in uxorem ducere Adam, Richildis Comitissæ sororem: *Episcopus fatigatus multimodis injuriis ejus, absolvere eum nolebat, nisi prius dimissionem manu propriâ (quod & vulgò Werpire dicitur) faceret, ex omni beneficio, quod infra ambitum Cameracæ civitatis habebat; Hugo verò, ad ultimùm ambitione juvenculæ inflammatus, fecit Episcopo secundùm opinionem ejus, Werpivit palàm omnibus, præsente Episcopo, suisque militibus, præsente Comitissâ Rich. suisque*

suisq; Principibus, quicquid habebat, beneficii, infra civitatem ipsam Cameraci, sicq; absolutus, fidelitatem Episcopo fecit de reliquis, castellaturæ bonis, & inde obsides dedit. Chronicon S. Benigni, Divionensis sub Rodulpho Rege: *Robertus Vicecomes, in ipso placito, in præsentia Principum, eosdem servos werpivit, & S. Benigno reddidit.* Brugenses hodie etjamnum, de venditione domûs, dicunt: **Gaf Halm, ende wettelijcke gifte**, id est, *dabat calamum;* unde Francorum **Halm**. Etymologicum Kiliani: **Halm**, *culmus, stipula, calamus.* Item: **Halm-goedinghe. Stock-leggingh**, *infestucatio, investitura culmo, surculo, virgâ, sive stipulâ, aut etjam fuste, veteri more.* Et mox: *Formula quædam contractûs vetustissimi, inter Pascutium venditorem, & Segnitium emptorem, ex membranis antiquissimis Andreæ Alciati edita, sic habet: Tu Pascuti fuste illum investito, tu Segniti fustem ipsum manucapito.* Mathilda apud Baronium, tom. 12. ad annum 1102: *Insuper per cultellum, festucam nodatam, guantonem, & guasonem terræ, atq; ramum arboris, & me exinde foras expuli, garpivi, & absentem me feci.* Lege: *Expuli, guerpivi,* ut rectè Gerardus adnotavit. Marculphus in formulis: *Villas sitas in pago illo spontaneâ voluntate nobis per fistucam visus est werpisse.* Vide plura apud Bignonium, ubi inter alia hæc legitur concessio Guidonis Comitis Pictavorum: *Vobis, & omnibus aliis, abhinc, inantea, permitto, concedo, & ad integrum restituo, terras easdem, & cetera omnia, cum omnibus pristinis consuetudinibus, sicut ipse, & mater mea, cum illo tenuerunt, & monasterio S. Trinitatis dederunt, ut habeatis, & teneatis, firmissimo stabilimento, vos, & posteri vestri. Tunc inclinavit se Comes, & accepit viridem scirpum, nam domus recenter erat juncata, sicut solemus facere, quando aliquem personæ potentis, vel dominum suscipimus, vel amicum; tunc junco ipso, non tam donum faciens, quam restaurationem, dedit duobus fratribus, qui præsentes aderant, id est, domino, & fratri David, &c. anno ab incarnatione Domini MLXVIII. indictione VIII. Kalend. X. Iunii. Acta est ista concessio à venerabili Comite Pictavorum, Widone, infra terram, quæ vocatur Maritima, apud Ecclesiam S. Saturnini.*

Lib. 2. cap. 22. leg. 1.

Fol. 474.

Laisowerpire, apud Marculphum in formulis est, in sinum werpire, sive *jactare*: *Villas in subscriptis locis, nobis voluntario ordine, visus est læsowerpisse, vel condonâsse.* Vbi Bignonius: Pithœus in vet. Glossar: *In laisum, hoc est, in sinum interpretatur, huicq; eleganter vulgare forense verbum,* tendre le giron, *refert.* Itaque *læsowerpisse*, & *werpire*, est rem aliquam dimisisse, & alteri tradidisse, festuca, festucâ in sinum jactatâ, de quo lex Salica, tit. 74. *de affatomia*, quod Goldastus interpretatur **Afterthun**, nobis **Afdoen**, deponere, demittere, abjicere, &c: *Festucam in laisum jactet, & ipse in cujus laisum jactaverit, dicat verbum de fortuna sua, quantum ei voluerit dare.* **Laise**, pro sinu nunc inusitatum.

Tom. 2. cap. 13.

Werpire .j. jactare terram, suprà caput, aut cespitem, vide *Chrenecruda.*

Werra,

Werra, vel *guerra*, pro rixa, seu dissensione. Capit. Caroli
Tit. 3. fol. 203. Calvi: *Vel rixas, & dissensiones, seu seditiones, quas vulgus Werras nominat, debeamus commovere*. Item alibi: *Si Werra in regno sur-*
Tit. 43. cap. 19. *rexerit, quam Comes per se comprimere non posset, filius noster, cum fidelibus nostris, eam comprimere studeat, antequam malum in regno*
Lib. 3. cap. 42. *nostro accrescere possit*. Baldericus in chronico Cameracensi, ubi recenset conventionem inter Walterum Castellanum, & Gerardum Episcopum, Cameracenses: *De civitate nostra nullam guerram faciet*. Brito Philippidos lib. 9:

Immortale odium, & guerram Reginaldus habebat.

Gallis etjamnum est *guerre*, pro bello. A *Werra* porrò est *Wer-*
Tit. 27. cap. 8. *rire* verbum .j. seditionem excitare. Capitula Caroli Calvi: *De ista die in ante, Karoli, Hludovici, Imp. filii regnum, illi non for-*
Fol. 62. *conciliabo, neq; werribo*. Id quod Sirmondus exponit: *Nullam in regno seditionem excitabo*. Huic voci convenit nostras Werren, Warren, *intricare, turbare*; Warre, Werre, *trica*. Kiliano: Werre, exponitur etjam, *dissidium, bellum, contentio*; &, Werren *contendere, dissidere*; itemque, *vetus, bellare*; aliàs nobis Weiren, est *defendere, arcere, propulsare, &c.*

Plura sunt Francicæ originis vocabula, in scriptis Francorum, præsertim in legibus, Salicâ, & Ripuariâ, incerta admodum, atque ideo majore otio inquirenda, quæ nunc omittere malui, quàm perperam fortasse divinare.

CAP. XXI.

Specimina aliquot linguæ veteris Franciæ collatæ cum Flandrica, ac præsertim dialecto Brugensi, & Franconatensi.

ATque hactenus quidem de Francicis, sive Flandricis vocabulis, quæ apud Francos Latinè loquentes, in Latinam linguam irrepserunt. Videamus nunc, cùm Francicè, & Theotiscè loquuti sunt, an non eadem fuerit eorum lingua, quæ Flandrica, & præsertim Brugensi, ac Franconatensi dialecto.

Postquam Galli sub Romanorum imperio, per quadringentos, & ampliùs annos, coacti fuissent uti linguâ Romanâ, ut
Lib. 1. prodr. cap. 11. fol. 85. alibi pluribus annotavi, Franci Romanorum victores, veterem linguam Gallicam, quam unà cum libertate conservârant, in recuperatam à se Galliam reduxere, quæ generali quidem nomine, à Gallis *Theotisca* .j. Duytsche; at particulari *Francica* .j.

Franſche, ut antea diximus, eſt nominata. Hac Clodio, Merouæus, Childericus, loquuti, Atrebati, & Cameraci, quibus locis ſedes regni ſui habuêre, teſte Balderico, eas Clodouæi *paternas ſedes* appellante; eâdem uſi quoque Reges omnes Merouingici, in aulis ſuis, Sueſſione, Aurelianis, ac nominatim Pariſiis, totoque agro Pariſienſi, qui peculiari nomine hodieque Francia appellatur; unde factum, ut S. Eligius Lemovix, poſtquam in aula Chlotarii, & Dagoberti, Regum, utramque linguam, tàm Francicam, ſive Theotiſcam, quàm Romanam didiciſſet, Epiſcopatui Tornacenſi, atque imbuendis fide Chriſtiana Flandris, fuerit præfectus; prout S. Mommelinus, S. Eligio ſuffectus, legitur, *quòd vir eſſet ſanctiſſima vita, ac Romanam non minus, quàm Teutonicam calleret linguam.* Lib. 1. cap. 7. Vid. ſigil. Comit. Fland. fol. 33.

Atque evenit inde, ut Theotiſca lingua, nobilium, atque aulicorum; Romana verò, quâ vulgus utebatur, certis non adſtricta legibus, ruſticorum tantùm cenſeretur. *Epiſcopus* (inquit Canon Concilii Turonenſis, ut notamus in iiſdem ſigillis, loco citato) *homilias apertè transferre ſtudeat, in ruſticam Romanam linguam, aut Theotiſcam, quò faciliùs poſſint cuncti intelligere. Itaq;* (inquit ad hæc verba Lipſius, in epiſtola ad Henricum Scottium, centuria tertia) *apparet Theotiſcam tunc honeſtiorum, & nobilium fuiſſe; ruſticos, & viliores Romanâ illâ corruptâ, id eſt, hodiernâ Gallicâ uſos, quæ tamen mox invaluit, illâ pulsâ; atq; ut Franci ſuum eò, ſic Longobardi in Italiam intulerunt.* Fuit verò Theotiſca, ſeu Teudiſca lingua, communis omnium Germanorum, tàm inferiorum, quàm ſuperiorum, cis, & ultra Rhenum, qui vulgò Nederduytſchen, & Hooghduytſchen nuncupantur, præſertim verò eorum, qui vergunt ad Oceanum Germanicum, atque Britannicum, nam in mediterranea antiquitùs Slavonica lingua fuit invecta. Vſitata itaque Gothis, Nortwegis, Suecis, Danis, Cauchis, Saxonibus, Friſiis, Francis, ſeu Flandris, adde & Anglis, Scotis, Hibernis; quando ex iis partibus prius ad Chriſtum converſis, conſtat SS. Switbertum, Willebrordum, Bonifacium, alioſque quamplurimos, ad haſce etjam Chriſti doctrinâ inſtituendas, adveniſſe. Quod verò auctor vitæ S. Mommelini Teutonicam ſcribat pro Theotiſcâ, impropriè factum, notat Cluverius; cum Teutoni, vel Teutones, Romanis non cogniti fuerint, niſi inter Cauchos, & Cimbros, ubi nunc Dania, vicinæque regiones. Plinius: *Germanorum genera quinque, ut: Vindelici, quorum pars Burgundiones, Varrini, Carini, Guttones, alterum genus Ingenonum, quorum pars Cimbri, Teutones, ac Cauchorum gentes, &c.* Vnde Cluverius propriè Teutonicam linguam vult eſſe Danicam, ita ſcribens in Germania Antiqua: *Satis clarè jam liquet, univerſam Germanorum gentem, non à Teutonis, ſive Teutonibus populis, Danicas quondam colentibus inſulas, vel ab horum Rege Teutone, ſed ab ipſius Dei, omnium rerum conditoris,* Tom. 3. fol. 493. Lib. 16. cap. 1. Lib. 1. cap. 9.

antiquo nomini Theuth, Theutiscorum *accepisse adpellationem, quocirca etjam perperam, parumq; propriè, tum superiorum sæculorum, tum nostræ tempestatis homines, Teutonicè, id est, Teutonicâ linguâ, aliquem loqui, vel scribere dixerunt, quam Germanicam in commune linguam intelligerent; quippe Teutonicè loqui, propriè dictum fuerit, quod est Teutonicâ uti dialecto, quæ Danicis tantùm insulis propria, à cæteris Germanorum dialectis, quarum infinitus ferè numerus, ut suprà ostensum, planè diversa fuit. Proinde, si patrii vocabuli te tenet amor, peregrinumq; illud Germanorum vocabulum aspernaris, rectiùs dixeris Teutonicè loqui, vel scribere, uti auctor ille chartæ transactoriæ dixit* Tuitilce. *De Deo Germanorum* Theuth, *unde dictos vult Theotiscos*, Thuytschen *&* Duytschen, *vide plura apud eundem Cluverium;*

Ibidem. *qui sic Theotiscum vocabulum ab authoribus notat variari: ibi, Theuthischon, Theutischon, Teutischon, Teudischon, Deutischon, Deudischon; Theathischon, Theatischon, Teatischon, Theadischon, Deatischon, Deadischon; Theithischon, Theitischon, Teitischon, Theidischon, Deitischon, Deidischon; Theothiscon, Theotischon, Teotischon, Teodischon, Deotischon, Deodischon; Thuethischon, Thuetischon, Tuetischon, Thuedischon, Duetischon, Duedischon; Thuithischon, Thuitischon, Tuitischon, Tuidischon, Duitischon, Duidischon.*

Quamvis verò nihil magis mutabile quàm lingua, canente poëtâ:

Horat. de art. Poët.

Multa renascentur, quæ nunc cecidere, cadentque,
Quæ nunc sunt in honore vocabula, si volet usus;

Tom. 2. fol. 494.

Notat tamen Lipsius linguam Theotiscam minimam omnium linguarum mutationem admisisse, sic enim habet in epistola citata: *Vbi vetus Latii lingua, quæ sub Latino Rege, aut quem penes arbitrium est, & jus, & norma loquendi carmenta fuit? ubi quæ sub Regibus Romanis, quæ sub Decemviris? ubi ipsa quæ sub Principibus, nisi in libris? idem in Gallia, in Hispania, in Brittannia; pereunt illæ, aliæ succedunt, &, ut nos, mortales, sic ista è nobis, una nova Gallica, id est, è Romana traducta, quam à trecentis annis, aut circa, mutavit? & post trecentos magis faciet, nec posteri fortasse agnoscent: levissimis causis hæc eveniunt, gentium novo adventu, aut coloniâ, imperio novo, pulsione, immigratione, & quas alias ex historiis, & observatione, est haurire; quòd si in novum etjam orbem imus, eadem, Peruanum ibi regnum vastum, cum Iugis (ita Reges suos ducebant) paruit, linguam communem ab iis per septuaginta, & plura milliarium spatia accepit, & singulæ tamen valles (centeniæ sunt) suam quæq; habuit propriam, & diversam à vicinâ; non credis nunc Hispanos, & exteros qui immigrant, multa è sua inferre? certum est, & fit tam multiplex divisio, ut Homerus, ille fons arcanæ sapientiæ, non alio epitheto aptiùs censuerit nos appellandos, quàm μέροπας ἀνθρώπȣς, (id est, homines diversilingues.)* Ibidem post exempla quædam immutatæ linguæ Germanicæ, subdit: *Vide, quanta ab annis circiter septingentis mutatio, quid igitur ab alteris, alterisq; illis fuit? errat*

enim,

enim, qui in re instabili maximè, id est lingua, quærit firmitatem, quam tamen aliquam à litteris dari fateor; unâ fideli custodiâ rerum; sed ubi ea majoribus nostris fuerunt? Græca, & Latina, quòd verse-verant, sive Hebræa; est à litteris, & libris; tolle, vestigium non ex-stet; ac simile judicium de Germanica, de Gallica veteri lingua, cur non fiat? fateor quidem latè patuisse nostram illam, atq; hanc causam fuisse, cur diutiùs perseveraverit, quoniam finitimæ ipsæ gentes, quæ miscebantur, aut immigrabant, in ea conveniebant. Rodericus Tole-letanus scripsit : „ Teutonia, Dacia, Norvegia, Suecia, Flandria, „ & Anglia, unicam habent linguam, licèt idiomatibus di-„ gnoscantur. *Hoc ille ante annos nondum quadringentos, paulò su-prà, potuisset & Galliam addidisse, non enim nos Belgæ tantùm, sed ulteriores, atq; interiores Celtæ, & quicquid Franci occupârunt, lin-guâ etiam eorum, j. Germanicâ sunt usi.*

Germanicam eam, quæ nunc Transrhenana ferè nominatur, à veteri Gallica, atque nostrate, solâ dialecto differre, jam scri-psimus capite peculiari. Sed & hoc adnotandum, Theotiscam inter se, & à se ipsa distinctam fuisse, alia enim dialectus fuit Danica, Gothica; alia Frisica, Saxonica, Francica; alia An-glica, Scotica, Britannica; alia Germanica ultrarhenana; non tamen eâ olim diversitate, quin Angli, & Dani, & Saxones, Frisios, & Francos; Frisii, & Franci, & Saxones, Anglos, & Danos, atque Germanos intellexerint; quemadmodum apud Græcos, quamquam variæ dialecti, Attica, Dorica, Iönica, Æo-lica, &c. Æoles tamen Atticos loquentes probè intellexerunt; ut & nunc in Belgica nostra, aliter vocabula pleraque pronun-tiant Flandri, aliter Brabanti, aliter Hollandi, & in ipsa Flan-dria, Gandensium dialectus differt à Brugensi, atque Iprensi, omnes tamen facilè intelligit, qui vel unam illarum callet. Cap. 5. fol. 20.

Brugensis, & Franconatensis, præ cæteris notatur, quòd monosyllaba pronuntiet dissyllabicè, & dissyllaba trisyllabicè, &c. plerisque vocabulis e litteram libenter adjungens, quod tamen nunc politiores plerumq; omittunt, sic quòd alii: Saeck, Siel, Huus, Neef, Naem, Maen, Duyf, Stem, &c. ipsi profe-runt: Saecke, Siele, Huyse, Neve, Naeme, Maene, Duyve, Stemme, &c. pro Silver, Kelder, Ydel, &c. Silvere, Keldere, Ydele, &c. pro Te gheven, Sitten, Vaeren, Keeren; Te ghevene, Sittene, Vaerene, Keerene, &c. pro Vriendin, Begin &c. Vrien-dinne, Beginne: pro Saligheydt, Mildtheydt, Welsprekent-heydt, &c. Saelighede, Milthede, Welsprekenthede: pro Leyde, Strijde, &c. interdum Leydede, Strijdede, &c. Quod alii per o efferunt, illi per u, pro Locht, Son, Note, Ons; Lucht, Sunne, Nuete, Uns, & malè inde n deducto, Us: ita pro Connen, Gonnen, Coningh, Begonnen; Cunnen, Gunnen, Cue-ningh, Begunnen: pro eo quod alii Handen, Tanden, Manden, quamquam non scribant, pronunciant Hangden, Tangden,

Manghden, sic **Frangsche**, aut **Francsche taele**, pro eo quod alii **Fransche**, ut jam præmonuimus ex Evangelio Waldonis, Episcopi Frisingensis, Francicè scripto, tempore Clodovei Regis I. prout censet Rhenanus, quamquam attribuant Otfrido. Tilletius se vidisse scribit, in bibliotheca capituli Lingonensis, librum admodum veterem, continentem concordantias quatuor Evangeliorum, alterâ paginâ Latinè, alterâ ex adverso, Francicè, sive, ut loquitur, linguâ inferioris Germaniæ, quam Franci in Galliam à se victam, intulerunt. Ejusdem, aut certè similis libri exemplar nactum se scribit Bonaventura Vulcanius nostras, ad commentarium suum de litteris, & linguâ Getarum, ubi variarum linguarum specimina exhibet. Titulo: *Specimen linguæ Teutonicæ*, ita scribens: *Exstat apud me exemplar harmoniæ quatuor Evangeliorum, quam Tatianus B. Iustini discipulus, & (ut Victoris, Capuæ Episcopi, verbis utar, quibus in præfatione, quam huic harmoniæ præfixit, utitur) fortaßis adhuc B. Iustini lateri adhærens, solerti compaginatione disposuit, quem quidem Victorem, Xistus Senensis in Bibliotheca sacra scribit claruisse anno Domini* 481. *è cujus harmoniæ Evangelicæ vetustißima interpretatione Teutonica, depromam nonnulla, quæ hujus linguæ studiosi cum Gothica conferre poßint, eaq; sese oblectare, tantisper dum harmoniam illam integram Latinè pariter, & Teutonicè edam, quâ quidem interpretatione Teutonicâ crediderim nullum in ea lingua exstare scriptum antiquius.* Salutatio angelica, ab eo recitata, è dicto libro, ita se habet:

Capite præced. fol. 238.

Ibid.

Heil [a] *vuisthu* [b] *ghebono folu,*
Truchtin [c] *met dir,*
Gisegonot sis thu in wibon,
Inti ghesegenot si thie wabsmo thinero wamba. [d]

Ad verbum Latinè ita interpreteris:

Salva sis tu, donis plena,
Dominus tecum,
Benedicta tu in mulieribus,
Et benedictus sit fructus tui ventris.

Et ad verbum Flandricè:

Heyligh weest di van gaben vol,
Godt met di,
Gheseghent zy di in wijfven,
Ende gheseghent zy dat ghewas diner lichaems.

a **Heyl**, **Heel**. j. salvus, sanus, integer, vide fol. 238. unde & **Heyl**, sanus, & **Heylen Heelen**, sanare. Item: **Heylant**. j. salvans, salvator, de quo infra. b **Tu**, & **Du**, usitatissima Francis pro *tu*, à nostratibus etiam ante ducentos annos, nunc **Ghy**, dicimus, **Weestu**, **Weest ghy**. c **Truchtin**, & **Druchtin**, pro Dominus frequenter occurret, ita dictus à fidelitate, vide cap. præced. *Drudus*. d Kilianus in **Wambeys**, quod fuit propriè pectoris, & ventris tegmen: *VVamba veteribus dicitur venter, & hinc fortè facta vox* **Wambays**, Anglis **Wombe**, hodie in usu pro alvo.

Pergit Vulcanius: Canticum Mariæ Virginis:

Mikkiloso min sela Truchtin.
Inti gifah min geest in Gote, minemo heilante.
Bithiu vuanta her geschouueta odmuoti sinero thiuni.

Seno

Seno nu fon thiu saliga mih quedent alla cunnu,

Bithiu vuanta mir teta mikilu thie thar mahtih ist, inti heilah sin namo.

Inti sin miltida in cunnu, inti in cunnu inan forhtanten.

Teta maht in sinemo arme, zispreita ubarhuptige muote sines herzen.

Nidar gisatta machtige van sedale, inti arhuob odmuotige.

Hungerente gifulta guoto, inti otage forliet itale.

Impfieng Israël sinan knecht, zigi muntigonne sinero miltidu.

So her sprach zi unsen fateren, Abrahame, inti sinemo samen zi vuerolti.

Quod & nos ita interpretamur:

Mikkiloso [e] *min sela Truchtin,*
Magnificat anima mea Dominũ,
Groot make mijn siele den Heere.

Inti gifah min geest
Exultavit spiritus meus
Ende verheught is mijn gheest

In Gote minemo heilante, [f]
In Deo salutari meo,
In Gode mijnen heylandt,

Bithiu vuanta her geschóuuota odmuoti
Quia respexit humilitatem
Bydien want hy heeft aenschout d'ootmoet

Sinero thiuni,
Ancillæ suæ,
Sijner dienerse,

Seno nu fon thiu, saliga
Ecce enim ex hoc, beatam
Siet nu van dien, saligh

Mih quedent [g] *alla cunnu;* [h]
Me dicent omnes generationes;
My seggen alle geslachten;

e Mikkil, & Michol, id est, magnus; fortè, inquit Merula ex Græco μέγας, nam plurima vetera Gallica à Græcis tracta, quorum colonia fuit Massilia, de quibus alibi plura, vide & lib. 1. Prodromo fol. 65.

f Vetus participium Francicum, ab Heylan, pro Heylen .j. sanare, salvare; sic Dwingelandt .j. Domans Kilian: Heylandt, *German. Saxon. Sicambr. salvator.*

g Queden, olim loqui, remansit Quedelen, quod Kilianus exponit garrire.

h Hoc, aliaque è Græco κυέιν, .j. *generare.*

Bithiu vuanta mir teta mikilu,
Quia fecit mihi magna,
Bydien want hy my dede groot,

Thie tar mahtih ist,
Qui potens est,
Die daer machtigh is,

Inti heilag sin namo.
Et sanctum nomen ejus.
En heyligh is sijn naeme.

Inti sin miltida in cunnu,
Et misericordia ejus in progenies,
Ende sijn milthede in geslachte,

Inti in cunnu, inan forhtanten [i]
In progeniem, timentibus eum,
Ende in geslachten, hem vreesende.

[i] Forcht, & Foracht, olim quod nunc Vreese, ut notat Merula in Willeranum, vide intra.

Teta maht in sinemo arme,
Fecit potentiam in brachio suo,
Dede macht in sijner arme,

Zispreita ubarhubtige muote sines herzen.
Dispersit superbos mente cordis sui.
Heeft verspreyt de over upgetogene met 'tgemoet (sijner herten.

Nidar gisatta machtige van sedale,
Deposuit potentes de sede,
Heeft nedergheset de machtighe van setel,

Inti arhuob odmuotige.
Et exaltavit humiles.
Ende heeft opgeheven d'ootmoedighe,

Hungerente gifulta guoto,
Esurientes implevit bonis,
d'Hongerende heeft gevult met goet,

Inti otage [k] *forliet itale.*
Et divites dimisit inanes.
Ende de rijcke verliet ydele.

[k] Otag, dives; exolevit.

Impfi eng Israël sinan kneht,
Suscepit Israël servum suum,
Ontfingh Israël sijnen knecht,

Zigi

Zigi muntigonne [l] *sinero miltidu.*
Recordatus misericordiæ suæ.
Mentioenende sijne miltheде.

So her sprach zi unsen fateren,
Sicut locutus est ad patres nostros,
So hy sprack tot onse vaderen,

Abrahame, inti sinemo samen zi [m] *vue-*
(rolti.
Abrahamo, & semini ejus in sæcula.
Abraham eñ sijn saet t'eynde s'werelts.

Sic & canticum Zachariæ ex eodem:

Givuihit [n] *si truchtin Got Israëlo.*
Benedictus dominus Deus Israël.
Gewijhet zy den Heere Godt van
(Israël.

Bithiu vuanta vuisotha, [o] *inti teta*
Quia visitavit, & fecit, (dede,
Bydien, want hy heeft gevisiteert, eñ

Losunga sinemo folke.
Redemptionem plebis suæ,
Lossinge sijnes volcks,

Inti arrichta horn heiliuns,
Et erexit cornu salutis,
Ende angerecht den horn sijnder heyls,

In huse Davids sines knechtes.
In domo David pueri sui.
In 'thuys Davids sijnes knechts.

So her sprab thurub mund heilagero,
Sicut loquutus est per os sanctorum,
So hy sprack door den mondt der hey-
(ligen.

Thie fon vueroli vuarun, sinero vuizageno.
Qui à sæculo sunt, prophetarum ejus.
Die van de wereldt waren, sijner wijsen.

Heil fon unsaren fianton,
Salutem ex inimicis nostris,
Heyl van onser vyanden,

Inti fon henti allero, thie unsch [p] *hazzo-*
run. [q]
Et de manu omniũ, qui oderunt nos.
Ende vande handen, aller die ons haten.

l Francicum est, ex Latino mentionari, unde & nostrates Mentioenen.

m Zi, præpositio, ad, vel in significavit. Kilianus Weren exponit durare, atque inde Werelt sæculum, orbis, quia Franci ethnici mundum crediderunt æternum, ut Manilius Astronom.

n Wyen hodieque nobis est benedicere, unde Wywater .i. aqua benedicta, de kercke wyen, est templũ consecrare.

o Ex Latino visitare, hodie nostratibus adhuc Visiteren, Visite doen.

p Nota pronunciationẽ vulgi Brugensis, ut & infra.

q Z, & ZZ semper in t, aut th vertun tur.

Zi tuonne miltida mit unsaren faterun,
Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris,
Tot doene milthede met onsere vaderen,

Inti zi gihugenne sinero heilagun givuoznessi,[r]
Et memorari testamenti sui sancti,
Ende tot gehenghen sijner heylige gevenesse,

r Propriè est donatio, capitur hîc pro ea, quæ testamento fit.

Thero eid, busti thie er suor zi Abraham,
Iusjurandum, quod juravit ad Abraham,
Den eedt, die hy swoer tot Abraham,

Unsaremo fater, sih uns zi gébanne.
Patrem nostrum, daturum se nobis.
Onser Vader, sich ons te gevene.

Thaz uzan forhta fon hentin unsern fiante
Ut sine timore de manu inimicorum nostrorum
Dat buyten de vreese vande handen onser vyanden

Arloste, thionomes iun.
Liberati, serviamus illi.
Verlost, dieneme hem.

In heilagnesse, inti in rechte,
In sanctitate, & justitia,
In heylighnesse, ende in rechte,

Fora imo, alle unfaren taghen.
Coram ipso, omnibus diebus nostris.
Voor hem, alle onsere daeghen.

Thu knecht, vuizago thes hohisten bistku ginennut,
Et tu puer, propheta altissimi vocaberis,
Di knecht, wijse des Hooghsten weest di genoemt,

Foraferis vuarlihho fora Truchtines anuuzzi,[s]
Præibis enim ante faciem Domini,
Zult voorvaren waerlick voor des Heeren aensicht,

s Vide glossarium Lipsii, quod sequetur.

Zi garvuenne[t] *sinan vugo,*
Parare vias ejus,
Te gaerwene sijne weghen,

t Kilianus: Gaerwen, Gerwen .j. præparare, Gaerwcaemer, sacrarium, ubi sacerdos se adornat, Gaerwer, coriarius, qui præparat coria.

Zi gebanne vuistdom heili, sinemo folke,
Ad dandam scientiam salutis, plebi ejus.

Tot ghe-

In forlaznessi iro funtono,
In remissionem peccatorum eorum,
In verlaetenesse hunner sonden,

Thuruh invuovilu [u] *miltida unsares Gotes,*
Per viscera misericordiæ Dei nostri,
Deur 'tingewane der miltheде unses Godes,

Inten vuisotha unsih, ufgan fon hohi.
In quibus visitavit nos, oriens ex alto.
Waer in hy visiteerde, upgaende van hooghe.

Inliuhten then, thie thar in finstarnessen,
Illuminare his, qui in tenebris,
Inlichten hen, die daer in dimsternissen,

Inti in scuven todes sizzent,
Et in umbra mortis sedent,
Ende in de schaeduwe des doots sitten,

Zi girihtenne unsera fuozzi in vuog sibba. [x]
Ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.
Te gerechtene unser voeten in den wegh des pais.

Sequitur Canticum Simeonis, cui nostratem etjam linguam cum Latina apponemus:

Nu forlaz tu Truchtin thinan scalc, [y]
Nunc dimittis Domine servum tuum,
Nu verlaet di Heere dinen knecht,

After thinen vuortun in sibba,
Secundùm verbum tuum, in pace;
Achter dyn woordt, in payse;

Bithiu vuanta gisahun minu ougun thinan heilant,
Quia viderunt oculi mei salutare tuum,
Bydien, want gesagen hebben myne ooghen dinen (heylant,

Then tu gegarvutes fora anunze allero folco.
Quod parâsti ante faciem omnium populorum.
Dien di gegaerwet hebt voor 'taensien aller volkrn.

Lioth zi inrigannesse thiotono, [z]
Lumen ad revelationem gentium,
Licht tot verlichtenesse der heydenen,

[u] Wowel, & Wowel, olim viscera, Anglis etjamnum in usu; remansit & nobis Woel, & Wuel, unde Woelingh, & Weulingh, intestinum, farcimen.

[x] Sibbe, pax olim, exolevit.

[y] Kilianus: Schalck, *servus, famulus, minister, dictio hæc in hac significatione olim, tam inferioribus, quam superioribus Germanis, & Gothis usitatissima, unde* Maerschalck, *servus equorum,* Seneschalck, *minister familiæ,* vide suprà fol. 289.

[z] *Thioden,* pro *Hioden,* vide Glossarium Lipsii.

Inti

Inti zid'unredu thines folkes Israëlo. a
Et gloriam plebis tuæ Israël.
Ende t'er eeren'dines folkes Israël.

a *Vnredu*, ex Latino honor, *Hunre*, *Vnre*, deinde Eere.

Atque hæc quidem Flandrica interpretatio, eorum, quæ Vulcanius protulit ex harmonia Evangelica Tatiani. Adfert & Isaacus Pontanus, lib. 6. originum Francicarum, fol. 589. præfationem ejusdem Tatiani, ad Theophilum, in eandem harmoniam, hoc modo:

Bithiu vuanta manage zilotun ordinon saga, thie in uns gifulta sint rahbono, so uns salthun thie thar fon anagin selbon gisahun, inti ambactha vuarun vuortes: vuas mir gisehan gifolgetemo fon anaginne allem gernlibho, after antreitu thir scriben thu bezzisto Theophile, thas thu forstantes thero vuorto, fon thene thu giliret bist, vuar.

Quod etjam Flandricè interpretari conabor interjectâ versione Latinâ.

Bithiu vuanta manage zilothun b
Quoniam multi conati sunt
Bydien want meenige jaloes geweest zijn

b Ex Latino zelus, Jalousie, Jalous om wat upt te rechten; est conari.

Ordinon saga,
Ordinare narrationem,
t'Ordonneren gesegh,

Thie in uns gifulta sint, rahbono;
Quæ in nobis completæ sunt, rerum;
Der saecken die in ons gevult zijn;

So uns salthun,
Sicut tradiderunt nobis,
So ons seyden,

Thie thar fon anaginne
Qui ab initio
Die't daer vanden beginne

Selbon gisahun,
Ipsi viderant,
Selve gesien hebben,

Inti ambactha vuarun vuortes:
Et ministri fuerunt sermonis:
Ende dienaers waren des woorts:

Vuas mir gisehan

Visum

Visum est mihi
Was my gesien

Gifolgetemo fon anaginne, a
Assequuto à principio,
Gevolght hebbende vanden beginne,

Allem gernlibho,
Omnibus diligenter,
Allen geernlickt,

After antreitu thir scriben,
Ex ordine tibi scribere,
After ordre di te schrijven,

Thu bezzisto Theophile,
Optime Theophile,
Du beste Theophile,

Thas thu forstantes, thero vuorto,
Vt cognoscas, eorum verborum,
Dat du verstaedt, dire woorden,

Fon thene thu gelirret bist, vuar.
De quibus eruditus es, veritatem.
Van de ghene di gheleerdt bist, de waerheydt.

a *Anegan*, olim pro eo quod nunc nobis est Angaen, id est, incipere, hinc *Anegimne*, ut à Begaen, etjam incipere, Beginne.

Profert & Pontanus ex eodem Tatiano principium Evangelii S. Ioannis, hoc modo:

In anaginne vuas vuort, inti thas vuord vuas mit Gote, inti Got selbo vuas thas vuort, thas vuas in anaginne mit Gote, allin thuruh thas vuarden gitan, inti uzzan sin ni vuas vuiht gitanes, thas thar githan vuas, thas vuas in imo lib, inti thas lib vuas lioht manno, inti thas lioth in finstarnissen leuhtu, inti finstarnissen thas ni begriffan.

Cui Flandricam etjam dialectum adscribam, ut suprà:

In anaginne vuas vuort,
In principio erat verbum,
Inden beginne was 'twoort,

Inti thas vuort vuas mit Gote,
Et verbum erat apud Deum,
Ende dat woort was met Godt,

Inti Got selbo vuas thas vuort,
Et Deus erat verbum,
Ende Godt selve was dat woort,

Thas

Thas vuas in anaginne mit Gote,
Hoc erat in principio apud Deum,
Dat was inden beginne met Gode,

Allin thuruh thas vuarden gitan,
Omnia per ipsum facta sunt,
Alle deur dat werde gedaen,

Inti uzzan sin,ni vuas vuith gitanes,Thas thar githan vuas,
Et sine ipso,factum est nihil, quod factum est,
Eñ buyten dat,ne was yet gedaen, dat daer gedaen was,

Thar vuas in imo lib,
In ipso vita erat,
Daer was in hem leven,

Inti thas lib vuas lioth manno,
Et vita erat lux hominum,
Ende dat leven was licht der mannen,

Inti thas lioth in finstarnissen leuhta,
Et lux in tenebris lucet,
Ende dat licht in duysternissen licht,

Inti finstarnissen thas ni begriffun.
Et tenebræ eum non comprehenderunt.
Ende de duysternissen hebben dat niet begrepen.

Sequitur ibidem caput I. Evangelii secundùm Lucam:

Was in tagun Herodes thes cuninges Iudeno sumer Biscof namen Zacharias, fon temo vuehsale Abrases, inti quena imo fon Aarones tohterun, inti ira namo vuas Elisabeth, siu vuarun recht in beidu fora Gote, gangenti in allen bibotun, in Gotes rethfestin uzzan lastar, inti ni vuar din sun, bithiu vuanta Elisabeth vuas unberenti, inti beidu fram gigiendum in iro tagun. Ward to mit thiu her in Biscofheite geordinot vuas, in antreitu sines vuehsales fora Gote, after gevuonu thes Biscofheites: in lozze fram gieng thas her vuihrouh branti, ingangenti in Gotes tempal, inti althiu menigi vuas thes folkes uzzi betonti in thero zithi thes rouhennes; araugtasih imo Gotes engil, stantensi in zeso des altares thero vuirouch brunsti, thanan to Zacharias vuard gitroubit thas sehenti, inti forhtana fiel ubar inan, quad thozi imo ther engil: Ni forhti thu thir Zacharias, vuant hagihorit ist thin gibet, inti thin quena Elisabeth gibirit thir sun, inti nennus thu sinan namon Iohannem, &c.

Et hoc docebimus cum nostrate lingua convenire, Latinam etjam apponentes:

Was in tagun Herodes thes cuninges Iudeno,

Fuit

Fuit in diebus Herodis Regis Iudeæ,
Daer was inde dagen Herodis Cueninghs van
Iuda

Sumer Biscof namen Zacharias,
Sacerdos quidam nomine Zacharias,
Seecker Bisschop genaemt Zacharias,

Fon temo vuehsale [b] *Abrases,*
De vice Abra,
Vanden wijcke van Abzas,

Inti quena [c] *imo fon Aarones tohternn,*
Et uxor illius de filiabus Aaron,
Ende sijn vrauwe van Aarons dochteren,

Inti ira namo vuas Elisabet,
Et nomen ejus Elisabeth;
Ende haer naeme was Elisabeth;

Siu vuarun rechtiu beidu fora Gote,
Erant autem ambo justi apud Deum,
Sy waren recht beyde voor Godt,

Gangenti in allen bibotun,
Incedentes in omnibus mandatis,
Gaende in allen gheboden,

Inti in Gotes rethfestin, uzzan lastar.
Et justificationibus Domini, sine querela.
Ende in Godes rechtveertighept, buyten laster.

Inti ni vuar din sun,
Et non erat illis filius,
Ende newaer hun een suen,

Bithiu vuanta Elisabeth vuas unbérenti,
Eo quòd esset Elisabeth sterilis,
Bydien want Elisabet was onbarende,

Inti beidu fram gigiendum in iro tagun.
Et ambo processissent in diebus suis.
Ende beyde verre gingen in hunne dagen.

Ward tho, mit thiu her in biscofheite giordinot vuas,
Factum est autem, cum sacerdotio fungeretur.
't Wiert doen, met dat hy in't bisschophept geordi-
(neert was,
In antreitu sines vuehsales fora Gote,

b *VVechsale* inquit Pontanus, vices, forte à Wisselen; Wexselen, quòd vices permutentur; at quia per vices solebant coloni, aut in hostem ire, aut contribuere, ut apud Latinos à vico vices dictæ, sic apud Francos à Wic, Wicsal, & Wecsal; ita hodie quorũ vices sunt ad excubias ire, quia id per vicos fit, dicere solent: mijn Wijcke, Galli dicunt *mon tour.*

c Kilianus: *Quene, vet. uxor, materfamilias. Quenum, vel quena veteribus Teutonibus dicitur uxor, sive materfamilias, teste Otfrido VVissenburgensi, S. Galli monacho. Quene* Anglis regina vocatur; nobis vetula, unde Queenecom sunt fabulæ aniles.

In ordine suæ vicis ante Deum,
In oordene sijner wijcke voor Godt,

After gevuonu thes biscofheites,
Secundùm consuetudinem sacerdotii,
Achter de gewoonte des bisschopheyts.

In lozze fram gieng, thas her vuirouh branti;
Sorte exiit, ut incensum poneret;
Het lot voor hem uytging, dat hy wierooc brande;

Ingangenti in Gotes tempal,
Ingressus in templum Domini,
Ingaende in Godes tempel,

Inti althiu menigi vuas thes folkes uzzi bétonti,
Et omnis multitudo populi erat orans foris,
Eñ al die menichte des volcs was buytẽ biddende,

In thero zithi thes rouhennes;
Horâ incensi;
Inder tijt des roockenes;

Araugta [d] sih imo Gotes engil,
Apparuit autem illi angelus Domini,
Verschenen hem heeft Godes engel,

[d] Inde fortè Heraut, apparitor, fecialis.

Stantenti in zeso thes altares thero vuirouh brunsti,
Stans à dexteris altaris incensi,
Staende aen de sijde des altaers met wieroock (brandende,

Thanan tho Zacharias vuard gitroubit thas sehenti,
Et Zacharias turbatus est videns,
Dan Zacharias wierdt getroubelt dat siende.

Inti forhtana fiel ubar inan,
Et timor irruit super eum,
Ende de vreese viel over hem,

Quad thoh imo ther engil:
Ait autem ad illum angelus:
Seyde tot hem den engel:

Ni forhti thu thir Zacharias,
Ne timeas Zacharia,
En vreest niet du Zacharias.

Want

Want hagiborit ist thin gibet,
Quoniam exaudita est deprecatio tua,
Want aengehooret ist dyn gebet,

Inti thin quena Elisabeth gibirit thir sun,
Et uxor tua Elisabeth pariet tibi filium,
Ende dyne vrauw Elisabeth zal dy baren een suen,

Inti nemus thu sinan namon Iohannem,
Et vocabis nomen ejus Iohannem.
Ende noemet synen naeme Johannem.

Harmoniam hanc librosque Evangeliorum, Psalmorum, precum, Theotiscâ linguâ conscriptos, Episcopis in usu fuisse existimo sub Constantino, Valente, Gratiano, Arcadio, Theodosio, Romanis Imperatoribus Christianis, in Diocesi sua, plebem habentibus Theotiscam; ut Maximino Trevirorum, Servatio Turgrorum Superiori Nerviorum, Episcopis, quos legitimus interfuisse Concilio Agrippinensi sub Constante celebrato anno Christi 346. ut est apud Sirmondum. Postea irruentibus in Galliam Wandalis, Gothis, aliisque Vltrarhenanis populis, libri illi, cum ipsa fide Catholica, multum dissipati sunt, neque ad manus venêrunt, nisi post baptismum à Clodoveo I. susceptum; quo tempore Evangelium, Waldonis Episcopi jussu, à Sigefrido presbytero Theotiscâ linguâ conscriptum, suprà tradidit Rhenanus. Huc facit etjam quod habet Lipsius in epistola paulò antè citata: *Vidi* (inquit) *Psalterium vetus apud insignem, & optimarum artium virum, Arnoldum Wachtendonckium, circa eadem illa tempora scriptum, Latinum quidem, sed inter lineas ad singula verba Germanica, interpretatione subscriptâ. Delectavit; legi, & studiosè elegi.* Quod hîc *Germanicâ*, alibi apertè scribit *nostrate.* Poliorceticon dialog. 2: *Est in urbe vestra liber olim scriptus, haud longè infra Carolum Magnum, qui Psalterium Davidis Latinum habet, & suprà, cuique verbo appositam interpretationem, nostrate linguâ, servat eum Arnoldus Wachtendonckius, Decanus collegii divi Martini, vir & bonus, pariter & doctus.* Ex eo Psalterio Psalmum unum assequutus, & vernaculè interpretatus est Abrahamus vander Milius in libello suo de lingua Belgica, cujus interpretationem paucis mutatis adjiciam, interjecto, ut consuevi, vulgatæ editionis textu Latino: *Ipsius* (inquit) *Psalterii aliquam partem Psalmum xjx. ex Lipsii exscripto acceptum, ac mihi à viro quodam docto, atque ipsius literaturæ perstudioso, nec non pergnaro, communicatum. Respondet translatio à verbo ad verbum textui versionis veteris.*

Tom. 1. Conc. Gal. fol. 11.

Tom. 2. fol. 494.

Tom. 3. fol. 263.

Cap. 20. fol. 153.

Himilu tellunt guodlickheit Godes,
Cæli enarrant gloriam Dei,

De hemelen vertellen de godlijckheydt Godes,

Ind vuerk hando ſinro furkundit feſti.
Et opera manuum ejus annuntiat firmamentum.
Ende 'twerck ſijner handen verkundight 'tvaſte.

Dag dages utropizot vuort,
Dies diei eructat verbum,
Den dagh aen den dagh rupzet uyt 'twoort,

In naht nahti tund uuiſdom.
Et nox nocti indicat ſcientiam:
En den nacht aen den nacht toont wiſdom.

Ne ſint ſpraken, noh vuorth,
Nec ſunt loquelæ, neque ſermones,
Daer en ſin ſpraken, noch woorden,

Thero ne [d] *vuerthin giborda ſtemmen iro,*
Quorum non audiantur voces eorum.
Daer ne werden gehoort haere ſtemmen.

[d] Loco hujus *ne* pro *non*, noſtrates transpoſitione factâ, ferè pronuntiant En.

In allero erthon fuer luit iro,
In omnem terram exivit ſonus eorum,
In aller aerde vaert haer geluyt,

Inde an endron ringis erthon vuorth iro,
Et in fines orbis terræ verba eorum,
Ende aen 'tende des ringhs der aerde haer woort,

An ſunnun ſatta ſelitha ſina,
In ſole poſuit tabernaculum ſuum,
Inde ſunne heeft hy geſet ſijne ſetel,

In he alſo brudegomo forgangande fan betekameren ſinro;
Et ipſe tanquã ſpõſus procedens de thalamo ſuo;
Eñ hy als een bruydegom voortgaende van ſijnre beddecamere;

Mendida alſo vuriſel [e] *te loupon vueh,*
Exultavit ut gigas ad currendam viam,
Hy heeft hem verheven als een reuſe te loopen den wegh,

[e] Pro viro forti, à Wriſelen, quod & Briſelen .i. comminuere, confringere, & in micas conterere; Wringhen, quoque Wrinkelen, & Wronkelen, eſt contorquere; Wraſtelen, item Wratſelen, Hollandis Worſtelen, luctari,

Fan hoon himili utgant ſin.
A ſummo cœlo egreſſio ejus,
Vanden hooghen hemel ſijnen uytgangh.

In vuither-

In vuithirloop sin untes te hoi sinro;
Et occursus ejus usque ad summum ejus;
In sijnen wederloop tot het hooghe sijnre;

Noh ne ist the sig geberge fan hitte sinro.
Nec est qui se abscondat à calore ejus.
Noch en isser die hem gebergt van sijnder hitte.

Evua Godes unbemillan, f
Lex Domini immaculata,
De wet Godes onbemullet,

Bekerund selin;
Convertens animos;
Bekeerende sielen;

Vrkuntschap Godes getruuin,
Testimonium Domini fidele,
Oorkontschap Godes getrauw,

Wisduon farliendi luzzundon.
Sapientiam præstans parvulis.
Wisdom verleende de cleenkens.

Rethnussi Godes retha,
Iustitiæ Domini rectæ,
De rechtenessen Godts sijn rechte,

Geblitande herta.
Lætificantes corda.
Verblijdende de herten.

Gebot Godes schuni,
Præceptum Domini lucidum,
't Gebodt Godts is schoon,

Irlichtende ogun.
Illuminans oculos.
Verlichtende de ooghen.

Fortha Drusten g *heilig,*
Timor Domini sanctus,
De vreese des Heeren is heyligh,

Volvuonende an vuerildi vuerildis.
Permanens in sæculum sæculi.

f Mul nostratibus est pulvis carbonum, unde Mullen, & Bemullen, tali pulvere aspergere, & generaliter maculare, hinc Onbemult, immaculatus. De Carbonaria Flandriæ vide capite sequenti. Kilianus: Mul, Fland. .i. Gemul, *pulvis*.

g Fortè fuit *Druchtin* ut suprà.

Volwonende tot de werelt des werelts.

Diroma Druchtin givuari,
Iudicia Domini vera,
De rechten des Heeren waer,

Rechtlica an sich selvon.
Iustificata in semetipsa.
Gerechtelijcke in sich selven.

Begerlika ovir golt,
Desiderabilia super aurum,
Begeerlijcke over goudt,

In stein durtikin vils,
Et lapidem pretiosum multum;
Ende gesteente veel dier,

In suottera over honog in rata.
Et dulciora super mel & favum.
Ende soetere boven honich ende raet.

Gevuisso scalc thin behodit sia,
Etenim servus tuus custodit ea,
Ghewis dijn knecht behoetse,

An behuodende im vuithirlon mikil.
In custodiendis illis retributio multa.
An die te behoeden is grooten wederloon.

Misdadi vuie virnemet?
Delicta quis intelligit?
De misdaeden wie vernemet die?

Fan beholenen minin gereini mi;
Ab occultis meis munda me;
Van mijnen verholen gereinicht mi;

In fan fremetgon ginathe scalke thenin.
Et ab alienis parce servo tuo.
En van vremde zijt genadig dijnen knecht.

Of sie min ne vuerton gevueldin,
Si mei non fuerint dominati,
Of se mijner niet werden geweldigh,

Than

Than ik unbemullan vuesen seal, van misdadin meistero.
Immaculatus ero, & mũdabor à delicto maximo;
Dan sal ick unbemullen wesen van'tmeeste misdaet.

In vuesan solon, that gelicum sulum spraken mundis minis,
Et erunt, ut complaceant eloquia oris mei;
Ende sullen wesen, dat gelijcken sullen de spraken mines mondts,

In gehugenisse hertin minis angegenvuirdi thinro diniceros;
Et meditatio mea in conspectu tuo semper;
Ende de gheheugenisse mines herten in dine tegenwoordigheyt altijdt;

Heronne hulpere min, inde relosere min.
Domine adjutor meus, & redemtor meus.
Heere hulper mijn, ende verlosser mijn.

Post hæc ita pergit Mylius fol. 155:

En sic loquuti sunt patres nostri tempore Caroli Magni: & quid ni multò longeq; tempore antea? nam non tum primùm iste talis sermo natus. An plus ab isto differat hodiernum Belgicum, quàm idioma Atticum ab Æolico, quàm Flandricum à Saxonico, imo à Geldrico? id quod maximè differt, & pessimè auribus nostris sonat, est transpositio vocum, ut hertin minis, tegenvuordi thinro. &c. *sed id fit quia non est translatio, sed interlinearis interpretatio, sequens vestigia Latini verbatim expositi. Erit eadem transpositio jam nobis si super voces expositionem scribimus, sed dispone dictiones ad nostram phrasin, loquelam eandem facies.*

Atque hæc quidem Abrahamus vander Milius, qui si ad Brugensem, & Franconatensem dialectum respexisset, quibus Hulpere, & Verlossere ab omni ævo usitatum fuit, pro eo, quod Brabanti, & Hollandi dicunt Hulper. & Verlosser. vocem Franciam genuinam retinuisset, neque in Hulper, & Verlosser immutâsset. Exstat apud me computus nosocomii Brugensis, anni 1333. ex quo patet, dialectum hanc, aliasque, de quibus suprà, Fol. 337. Brugis ad ea usque tempora conservatam. Computus ille qui inter primos est, è Flandricè scriptis (nam cæteri præcedentes ferè omnes in pergamena exarati sunt idiomate Latino) sic exorditur: Dit es die rekeninghe van den Hospitale van S. Jans huys in Brugge ghrerekent by broeder Jan Cante Meester van den voorseyden huys in't jaer ons Heeren, 1333. in die maendt van Meye, van al datter uyt igeven es, in't naeste jaer datter leden es te vooren, van den eenen Meye tot den anderen Meye.

Onfang.

Den Heere Lievene van Langedonck ————————— | Den Heere Janne van Nievele —————————

Den Heere Pieter van Biervliet
Henric de Guddere
Den Capelaen van S. Jans
Der kercke, den Dische, den Pape, ende den Costere
Jan de Cupere
Den Cloostere
Heer Jans aelmoesene
Aernout Bittere
Pietere den Slotemaeckere

Optgeven.

In terwinen brode
In rugginen brode
In Vleesche
In Wyne
In Caese
In Asijne
In Soute
In Mede
Van Ysere
Van Calcke
In Vische
In Biere
In Haringhe
In Cruyde
In Smoute
Tot Schaprade
Van Hope
Van Homele
Van Sagene
Van Cupene
Van Matsene
Van Delvene
Van Torben te delvene
Ende op te winnene te Zevenberge
Van Torben te vleytene
En te bringene
En te draegene
Van Mede te winnene
Ende te potene
Van twee paer Blasebalgen
Van 15 Wulghe poten, &c

Ibidem est sanctimonialium liber spiritualis antiquissimus, in pergamena scriptus, ante annos minimùm quadringentos, hoc principio: Op den eersten sondagh vanden Advent. Paulus ad Romanos fol. 1: Broedere, wetet dat de ure nu es op te staen vanden slaepe, want nu es naere onse salighept, &c. niet in wetschepen, niet in bedden, niet in bevleckthede, niet in crijghe en in haete; maer doet aen onsen Heere Jesus kerst. Et paulò post fol. 73: In veele wackene, in ungere, in durste, in veele vastene. Fol. 110. ex Genesi: In dien tijde seyde Rebecca haren soone Jacoppe: Ick hoorde dijnen vader spreken tote Esau dijnen broeder: Bringht vanden ghevangenesse dijs ghejaeghs, ende maeckt my spije, dat ick ete, ende ick sal dy benediën voor Gode, eer ick sterve: nu kint mijn, daeromme volghe mijnen raede, ende gane totten heide ende bringht my twee die beste huekine, daer af ick spijse maecke dijnen vader, die hy geerne eet, dattuse hem bringhs, ende als hyse geten heeft, dat hy du benediē, eer hy sterve. Item fol. 110. vers: Ende doe hine gedroncken hadde, sprack hy: Com hare, ende cusse my jou my, ende hy gingh te hem, ende custene; doe hyne gevoelde, ende die wel-rieckende cleederen Esaus, doe benedide hine, ende sprack: Siet die roke mijns soens moet sijn, als de roke eens vullen ackers dien God benedide, God geve dijn soene myn vanden dauwe des hemels, &c.

Atque

Atque hactenus quidem linguæ Francicæ specimina, ante, & circa tempora Caroli Magni, sub Regibus Merouingicis, qui eam, ut à prima origine fuit, puram indubiè conservârunt, quamquam in publica monumenta nunquam retulerint, in diplomatibus suis non usi, nisi linguâ Romanâ, quibusdam subinde patriæ vocabulis inspersis, quorum Glossarium datum est suprà. Cap. præc.

Carolus Magnus, post Chilpericum, quem scripsimus VV. usum fuisse, ad Theotisca quædam scriptis proferenda, primus fuit patrii sermonis excultor, unde sic in vita ejus Eginhartus, ex editione du Chesne, tom. 2. scriptorum Francicorum: *Inchoavit & grammaticam patrii sermonis.* Lib. I. Prodromi. fol. 59. cap. 7. Fol. 103.

Quia videbat plurimas sub se nationes Theotiscas, ut Francos, Frisios, Saxones, Baioarios, Ripuarios, Burgundiones, Britones, Longobardos, Thuringos, Gothos, &c. absque ulla regula patrium sermonem pronuntiare, & vocales præsertim immutare pro lubitu, nullâ declinationum, ac conjugationum regulâ, nullâ certâ scribendi ratione hactenus observatâ, atque in una, eademque linguâ, non quatuor, aut quinque, ut apud Græcos, sed centum propè esse dialectos, quemadmodum toto hoc capite apparebit; verebatur prudentissimus Imperator, ne per majorem cum tempore diversitatem, Theotisca lingua in summam confusionem abiret, neque ipsi Theotisci imposterum se mutuò intelligerent, quare certam scriptionis, ac pronunciationis regulam excogitavit: quam, si perfecisset, & observari jussisset, prout tum temporis nondum ita variata erat dialectus, nullum dubium est, quin omnes se mutuo intelligerent, ut suprà notatum; & nos nunc Germanos loquentes: item Helvetios, Danos, Saxones, &c. probè intelligeremus, vicissimque nos ipsi. Trithemius vult opus illud grammaticale inchoatum à Carolo, Otfridum quendam Monachum sub Ludovico Pio perfecisse, sic enim scribit in sua Polygraphia; *Legimus, quòd Carolus Rex Francorum, cognomento Magnus nationis suæ misertus barbariem, Nannone, Theobaldo, Albino, & Berengero, adjutoribus, linguam tentavit regulare Germanicam. Cumq; testante Turpino, tam arduum inchoavit opus, crebris bellorum incursionibus retardatus, non perfecit, sed morte praeventus, imperfectum dereliquit, nec surrexit post eum alius, qui hujus rei curam ad animum revocaret. Otfridus autem, jam dictus Monachus, Rabani Fuldensis quondam auditor, ac discipulus, sub Ludovico Pio, ipsius Caroli filio, grammaticam illam, quamvis imperfectè consequutus, multa scripsit in lingua nostra Germanica, quæ regularis institutionis mirandam sonare videntur gravitatem. Carmina enim ad eandem normam lucubravit plura heroico metro, simul & elegiaco; insuper & prosaicè nonnulla composuit, ad Ludovicum Regem Germaniæ, filium Pii Ludovici, & fratrem Lotharii Imperatoris. Ad Otgarium quoq; Archiepiscopum Moguntinum. Ad monachos S. Galli, & alios. Hujus fragmenta assequutus, & ego præsentes Alphabeti caracteres* Circa finem.

cteres de multis extraxi, ne penitùs interirent. Constat autem, teste Otfrido, Carolum propria plura excogitâsse Alphabeta, quibus perlatissimum regnum securè uteretur in arcanis, cum singulis præfectis. Postea verò ita linguam suam excoluêre Germani Transrhenani, hodieque excolunt, ut Hebraicæ, Græcæ, Romanæ, (prout asserunt) nihil concedant. Bibliander: *Quod verò linguam ipsam Germanicam attinet, eam legibus grammaticis, & dialecticis, & rhetoricis parere, neq; cedere quidem eloquio Romano, ratione, & ipsis rebus deprehendet, quem non pigebit operam ea in re sumere. Me quidem non pœnitet operæ, & diligentiæ, quam linguæ patriæ exactiùs cognoscendæ impendi, & quicquid mihi videor, consequutus, candidè aliis etjam impertiam. ubi sensero meum studium bonis, & cordatis hominibus non displicere. In præsentia quidem paucula Tritemii adjiciam, ex quibus planum fiet, arti grammaticæ congruere Germanicum sermonem, haud secus, quàm Hebræum, Græcum, aut Latinum.* Hæc ille.

De rat. linguar.

Nos ad Carolum redeamus, de quo sic pergit Eginhardus: *Mensibus etjam juxta patriam linguam nomina imposuit, cùm ante id tempus apud Francos, partim Latinis, partim Barbaris nominibus appellarentur. Item, ventos duodecim propriis appellationibus insignivit, cùm priùs non ampliùs, quàm vix quatuor ventorum vocabula possent inveniri. Et de mensibus quidem: Ianuarium,* Wintermanoht; *Februarium,* Hormunc; *Martium,* Lenzenmanoht; *Aprilem,* Ostermanoht; *Majum,* Winnemanoht; *Iunium,* Prahmanoht; *Iulium,* Hewmanoht; *Augustum,* Aranmanoht; *Septembrem,* Wintumanoht; *Octobrem,* Windummemanoht; *Novembrem,* Herbistmanoht; *Decembrem,* Helmanoht *appellavit.* Hæc vocabula, ut ut corrupta sunt, Theotisca tamen esse apparet, vel ex altero compositi membro Monat, quod nobis est Maendt .j. *mensis.*

Sed & quædam eorum, mensibus, ut nunc adhuc loquimur, planè conveniunt.

Ita Ianuarius, Wintermanot Carolo vocatus, Wintermaendt, Germanis Transrhenanis dicitur: quamquam nobis hoc ferè nomine December appelletur. ratio utrimque eadem, à Winter .j. *hyems.* Etymolog. Kilian: Wintermaendt, Saxon. Sicamb. December, brumalis mensis, superioribus Germanis nonnullis eodem nomine etjam November, & Ianuarius appellantur. Nobis Lauwmaendt nunc dicitur, ut scribit Adrianus Iunius in nomenclatore: *A conjugalibus legibus, quæ tunc solent maximè contrahi; ut Gamelion à nuptiis, quomodo & Cimbrica Chersonesus* Kingmanet *à connubiis vocat.* Idem repetit Kilianus, cui Lauwe, Louwe, & Lo. Lou, Louw, *lex* exponitur, unde & Lauwer, causidicus, & Lauwersack, pera causidici, sacculus litium; ab hoc Lauwe, *laga* Latinè dixerunt, vide *Vtlagus* capite præcedenti. Ego malim à veteri Lauw, pro *lusu,* & *recreatione,* unde nobis mansit Lauwet, *ludus, recreatio;* Een fraey lauwet, een fraey spel. Kilianus: Lauweyen etjam exponit *ludere;* &, ut Lauw in priore significatione

Fol. 316.

tione

tione factum ex Latino *lex*; ita in hac ex Latino *ludus*; est verò Januarius mensis genialis, tùm ob strenas, quæ primo die anni mittebantur, tùm ob festum trium Regum, tùm ob diem, qui nostratibus dicitur: **Vercooren** vel **verlooren Maendagh**, de quo sic Kilianus: **Verlooren-maendagh** *hilaria, orum: dies primus lunæ post regalia, luxui sacratus; dicitur* **verlooren**, *quòd conviviis, lusu, jocis perdatur, unde & Sicambris* **Kaes-maendagh** *dictus; aliis* **vercooren**, *quòd Magistratus tunc, Belgii multis locis, eligatur, & creetur.* **Versvvooren**, *sive* **Gesvvooren**, *quòd tunc in Magistratum electi jusjurandum præstent.* Tùm quòd Brugensium antiquitùs fuerint hoc mense nundinæ, sive forum nundinarum, & publicus mercatus; ac denique quòd ab hoc mense incipiant Bacchanalia. A quibus & Februarius mensis, Danis, Cimbrisque dicitur **Blijde-maendt**, quasi *hilaris mensis*, ut ait, idem Iunius in suo nomenclatore.

Februarius Carolo Magno suprà **Hornunck** appellatur. Kilianus legit: **Horninck**, & ab **Hooren** .j. *cornu*, derivat, hoc modo: **Horninck**, *German. Saxon. Sicambr. Februarius mensis q. d. mensis cornuum, à deciduis cervorum cornibus; tunc enim cornua rejiciunt cervi, unde & Græcè sic mensis dictus*, ἐλαφοβολιών, ἐλάφιος, *Adrian. Iun. Aut fortè meo quidem judicio, ab* **Horen**, **Hooren**, *sive* **Ophooren**, *desinere, finem facere, quòd remissum gelu tunc incipiat desinere; quâ etjam ratione* **Sporkel** *inferioribus Germanis frequentiùs dicitur.* Idem Kil: **Sporkelle**, **Sporkelmaendt**, *Februarius mensis, quo frigoris vestigia adhuc apparent*, à **Spor** videlicet, aut **Speur**, vestigium, unde **Spooren**, **Speuren**, investigare, & **Kelle**, frigus; alia dialecto, **Kelte**, **Kalte**, **Koude**, **Kaude**, **Kauwe**, **Kelde**; unde Keltarum nomen, videlicet habitantium ad Oceanum, & Septemtrionem. Kilianus: **Kelde**, *Sicambricum, id est* **Vorst**, *gelu, frigus.* Ego malim **Sporckelle** ortum à veteri nostrate **Sporck** .j. fragilis, & **Kelle**, frigus, quo fragilem glaciem, & levius gelu majores nostri denotárunt, quòd se tùm hyems remittat, hinc **Sporckelen** dicimus, cùm superficies aquæ tantùm congelata est: **'tWater is toeghesporkelt.** Kilianus: **Sporck**, *id est*, **Sprock** *fragilis, unde* **Sporckenhout**, *fragile lignum.* Idem: **Sporck**. **Sporckenhout**, *alnus nigra, vulgò frangula*, **Sporckele**. Eidem *cremium*, superficies lactis, concreta ad instar levioris glaciêi.

Martium Carolus indigetat **Lenzinmanoht**, quod aliud non est quàm nostrum **Lentenmaendt**. Kilianus: **Lentemaendt**, **Lentsmaendt**, *Saxon. Sicambr. Martius, q. d. mensis vernus.* Idem: **Lente**, *ver, annus renascens, tempus vernum, quo acris hyems solvitur, hibernumque cælum mollitur.*

Solvitur acris hyems, gratâ vice veris, &c. Ex veteri Gallico **Lenten**, quod nobis fuit solvere, laxare, unde **Lents**, solutus, laxus, ignavus, & **Lente**, in fœminino, quâ voce Brugis ignavas hodieque appellant. Kilianus: **Lents**, **Lijns** *vetus, lentus, laxus.* Item: **Lenterer**, *lentus, tardus, ignavus; &* **Lenteren**, *lentè, & ignavè agere.*

Vnde

Vnde Gallis hodiernis remansit *lanterner*, & *lanterneur*. an verò vetus Gallicum *lente* fiat ex Latino *lentus*, an Latinum à Gallico, inquirendum alteri loco reservabo.

Aprilem vocat Carolus **Ostermanoht**, id est, *mensis Paschalis*, ab **Ooster**, quo nomine Franci nostrates, Frisones, Saxones, postquam fidem Christianam amplexi sunt, appellârunt *Pascha*, quòd Christus eo die similis factus fuerit soli Orienti; nam **Oost**, **Ooster**, iis oriens, unde *Austria*, ut à **West**, **Wester**, *Westria*, sive *Neustria*, quod vide capite præcedenti. Kilianus: **Oostermaendt**. *Aprilis, q. d. Paschalis, mensis Carolo Magno quondam dictus, à festo Paschatis, quod plurimùm hoc mense celebratur; ac retinent eam appellationem etjam hodie gentes Saxonicæ. Michaël Beuterus. Sax.* **Ostermaen**. Idem: **Ooster**, **Oosteren**, **Oosterdagh**, *German. Saxon. Fris. Sicambr. Pascha, dies Paschalis, dies resurrectionis Domini. Eoster Saxonum Dea fuit, cui mense Aprili sacrificârunt, unde Aprilem inquit Beda, in libro de temporibus,* **Eoster manath** *vocârunt, & Angli Paschatis festum etjamnum Eoster vocant.* Guilhelmus Camdenus: *Fieri potest more Palatinorum, & Græcorum, etjam à Venere habuerint, huic mensi inditum nomen.* Cluverius Germaniæ antiquæ lib. 1. cap. 27. Bedæ locum citat hoc modo: *Aprilis Eostermonath, qui nunc Paschalis mensis interpretatur, quondam à Dea illorum, quæ Eostre vocabatur, & cui in illo festo celebrant nomen habuit; à cujus nomine nunc Paschale tempus cognominatur, consueto antiquæ observationis vocabulo, gaudia novæ solennitatis vocantes. Subjungitque:* **Estar** *igitur, sive* **Ostar**, *seu* **Aestar**, *Dea nulla alia fuit quàm quæ Aostarte sidoniis, & Atergatis Assyriis dicta i. terra mater, sive mater Deûm, & Rhea, & Iuno, & Venus, & Luna.*

Fol. 316.

Majus Carolo nuncupatur **Winnemaendt**, quòd eo flores, aliaq; omnia, quæ mense Aprili tantùm è terra eruperant, incipiant crescere, & flores, ac fructus proferre, id est, **Winnen**, unde Brugensibus adhuc **kinderen winnen**, honestè dicitur pro generare, & **Winnende landt**, ager fructum proferens; **Winnende geldt**, pecunia fructum faciens, quæstu, ac fœnore; **Winnende leden** &c. Kilianus: **Winner**, *vetus, genitor.* Item: **Winster**, *vetus, genitrix.* Eum mensem à Latino Majus, nunc **Mey** appellamus, vel potius, ut ait Kilianus: *A frondibus, arboribus, & arbustis, quæ nomine cum mense communi vocantur.* Idem: **Mey**, **Mey-tack**, *ramus frondosus.*

Iunius **Brackmanoht** Carolo dictus, nobis hodieque est **Braeckmaendt**, à repastinando, ut ait Adrianus Iunius in nomenclatore. Kilianus quoque: **Braeckmaendt**, *Iunius mensis, quo agri repastinantur, arvaque, & vineta, aratris, & ligonibus passim franguntur.* Idem: **Braecken**, *vetus .j.* **Breecken**, *frangere, rumpere, Angl. Breacke.* Idem: **Braecken den acker**, *præscindere agrum, arare, terram moliri, novare agrum, repastinare; aratris, & ligonibus arva frangere;* &: **Braecker** .j. **Braeck-landt**, *novale.* **Braeck-landt**, **Braeck-acker**, *novale, novalis ager, vervactum.* Plin. lib. 18. cap. 19: *Quod verè semel aratum, à*

tam, à temporis argumento vervactum vocatum; quasi videlicet arvum *verè actum* .j. aratum, aratro fractum, à qua frangendi ratione dixerunt olim nostrates Braecklandt, quòd mensibus vernis, atque æstivis aratum, quiescit in tempus sationis, neque eo anno fructus profert, unde Braeck, sterilis; Braeckliggende, requiescens; Braeck, & Braeckliggende brauwe, Kiliano. Varro de re rustica: *Illud quoq; multùm interest, in rudi terra, an in ea seras, quæ quotannis obsita sit, quæ vocatur restibilis, an in vervacto, qua interdum quiescit.*

Hewimanoht ut Carolo Magno olim pro Iulio, ita & nobis hodie in usu est Hoymaendt, à fœno, tum colligendo, quod nobis nunc Hoy dicitur, pro veteri Heewi, & Heew. Kilianus (qui quod vetus Francicum est, ferè Sicambricum appellat) Heu, inquit, *id est*, Hoy, *Sicambricè fœnum.* Rider: *Fœnum*, Hay.

Quòd Augustum mensem Carolus Magnus nuncupet Aranmanoht, fit ab Aren, quod nobis spicas significat. Kilianus in Etymologico: Are .j. Aere, *arista, spica.* Idem: Aere van cooren, *spica.* Et Aeren-angel, *arista.* Idem: Angelen, *vetus, pungere.* Et: Angel vande aeren, *arista.* Virgilius arista pro anno posuit, quòd aristæ singulis annis mense Augusto proveniant:

Post aliquot mea regna videns, mirabor aristas.

Vbi Servius: *Gradatim dictum ex tropo metalepsi, ut per aristas messes, per messes æstates, per æstates annos numeres.* Aristæ item, Persio pro pilis, qui nobis Hayren.

Alges, cùm excußit membris tremor albus aristas.

Quòd videlicet, quoties inhorrescimus, erigantur instar aristarum, inquiunt scoliastæ.

Arista quoque pro ipso frumento. Virgilius: Lib. 1. Georgic.

Chaoniam pingui glandem mutavit arista.

Itaque Arenmaendt, veteribus mensis, quo aristæ, atque in iis frumentum colligitur, ut Hoymaendt, quo fœnum.

Septembrem Carolo Magno Wintumanoht nominari, nullo modo credendum, cùm eodem ferme nomine vocet etjam Octobrem, ac Novembrem. Erravit itaque exscriptor, ac malè vocabulis Latinis Theotisca assignavit. Transponenda itaque, prout legit Isacius Pontanus de origine Francorum: *Mensem quidem Ianuarium appellavit* Wintermonet; *Februarium*, Hornung; *Martium*, Lentzmoneth; *Aprilem*, Ostermonet; *Majum*, Wunnemonet; *Iunium*, Brachmonet; *Iulium*, Heumonet; *Augustum*, Aernmonet; *Septembrem*, Herbstmonet; *Octobrem*, Wynmonet; *Novembrem*, Windtmonet; *Decembrem*, Heiligmonet. Lib. 1. cap. 2. fol. 581.

Herbstmonot verò, vel Herbstmanot, September dicitur, quòd sit primus mensis autumni, qui progenitoribus nostris dictus Herfst, unde & hodie *September* nobis est Herfstmaendt. Adriani Iunii nomencl: *September à septima classe, quam à Martio, unde annum auspicabantur Romani, obtinet, &c. Dicitur* Herfstmaendt, *quasi autumnalis*

autumnalis mensis. Eidem: *Autumnus*, Herfst. Kilianus etjam: Herfst, *autumnus*, *& tempus autumnale*, *& vindemia*; Herfst-tijdt. Idem: Herfst-vruchten, *fructus autumnales.* Et: Herfstmaendt, *September, mensis autumnalis.* Item: Herfsten, *vindemiare.*

October itaque non Wintumonad, sed Winmonad dictus Carolo, non September; ut & hodie nobis October est Winmaendt. Adrianus Iunius: *October*, Wijnmaendt *à vindemia.* Et Kilianus: Wijn, *vinum.* Item: Wijnmaendt, *October*, *q. d. vindemialis mensis.* Nobis, qui matura vina non habemus, ferè Slachmaendt October appellatur, à pecorum jugulatione.

November, Windommemanot, aut ut Pontanus: Wintmonet, Carolo dicitur; quòd æstate peractâ, venti tùm dominari incipiant, qui nobis Winden; ut Windenmanot, aut Wintmonet, sit ventorum mensis. Kilianus: Wintmaendt, *Germ. Saxon. Sicambr. November*, *quibusdam December*, *q. d. mensis ventosus*; *dicitur etjam* Winter-maendt, *&* Windel-maendt. Quòd videlicet mense Novembri, venti & hyems incipiant, quem Nannius ventorum dominum appellat: Winter, videlicet, quasi Wintheer, ex hoc Ovidii:

Imperium sævis hyberno tempore ventis.

Vide & Kilianum in Winter.

Decembrem Carolus Helmanot appellavit, inquit Eginhardus. Vnde verò illud Hel, nemo, quod sciam, hactenus explicavit. Pontanus suprà Heylichmanet scribit, quod nobis esset, Heyligh-maendt .j. *sanctus mensis.* Ego Heylmonat à Carolo scriptum existimo, ab Heyl, quod Christum servatorem significat, ut suprà sæpiùs ostensum; quia videlicet in eum mensem incidit Christi nativitas; unde & Alemannis hodie Christmonat, teste Adriano Iunio in nomenclatore: Onsen Heyl, onsen Heylandt, hodieque Hollandis est Christus salvator noster. Kilianus: Heyl, *salus.* Item: Heyl, Heel, *salvus*, unde Heyligh, propriè *sanus*, *salvus*, deinde & *sanctus*; vide paulò antè.

Atque hæc quidem explicatio nominum à Carolo singulis mensibus impositorum.

Pergit ita de ventis Eginhardus: *Ventis verò hoc modo nomina imposuit, ut subsolanum vocaret*, Ostroniwint; *Eurum*, Ostsundroni, *Euro-austrum*, Sundostroni; *Austrum*, Sundroni; *Austro-africum*, Sundwestroni; *Africum*, Westsundroni; *Zephirum*, Westroni; *Corum*, Westnordroni; *Circium*, Nordwestroni; *Septentrionem*, Nordroni; *Aquilonem*, Nordostroni; *Vulturnum*, Ostnordroni.

Ostroniwint, pro *Subsolano*, nos nunc dicimus Oostenwint .j. *ventus orientalis*; Oost, *Oriens*; olim simplici o, Ost, ut nunc adhuc Anglis, East; orientalis verò adjectivè, Frisii, & Saxones dixerunt: Easterni, Easterne, Eastrone, Franci veteres Ostroni, Osterne, Ostrene; unde Eastrene etjamnum hodie Anglis remansit, quibus Eastrenewint, est orientalis ventus. Itaque Ostroniwint rectè Carolo

Carolo Magno dictus *Subsolanus*; nam & hic *Orientalis*, ab oriente brumali dictus est Latinis; plerique cum Euro confunduut. Adrianus Iunius in nomenclatore cap. 17: *Eurus quasi* ἀπὸ τ῀ ἕω ῥέων .j. *ab Oriente fluens, vel quòd auris matutinis procreetur, ut Vitruvius vult, Subsolanus,* ἀπηλιώτης, *Belgicè* Oostenwint, *qui ab Æquinoctiali perflat.* Kilianus in Etymologico: Oostenwint, *Eurus, ventus ab Oriente flans, Subsolanus.* Pro Ostzoni, postea asperitatis vitandæ causâ, dixerunt Ostoni, Ostone, Ostene, Osten, ac deinde Oosten, ut Flandri primò, Minre, Dinre, Sinre .j. *meum, tuum, suum*; deinde: Mine, Dine, Sine; postea: Min, Din, Sin; sic Frisii, & Saxones dixerunt Southerne, pro Australi, aut Meridionali, à Sout, meridies, quæ vox est Anglis hodie usitata; Franci à Suid, Suidzoni, deinde Suoderne, aut Suudzene, Suidene, Suden; & tàm Franci, quàm Angli, & Saxones: Norderne, Westerne, nunc etjam Anglis in vigore. *Subsolanus* dicitur Latinis ad imitationem Græcorum, quasi *sub sole flet*, ut illi quasi à sole veniat, ἀπ' ἡλίȣ, nam ἥλιος *sol.* Henricus Stephanus in thesauro: Ἀπηλιώτης, *Subsolanus, venti nomen: Aristoteles de mundo*: Τῶν εὔρων ἀπηλιώτης λεγεταὶ ὁ, ἀπὸ τȣ περὶ τὰς ἰσημερινὰς ἀνατολὰς τόπȣ πνέων ἄνεμος .j. *Vulturnorum, sive Eurorum, is Subsolanus dicitur, qui ad ortum spirat Æquinoctialem. Gell. lib.* 2. *cap.* 22: „ *Qui ventus igitur ab Oriente* „ *verno, id est, Æquinoctiali venit, nominatur* εὖρος *ficto vocabulo (ut* „ *isti etymologici aiunt)* ἀπὸ τ῀ ἕω ῥέων, *is alio quoq; à Græcis nomine:* „ Ἀπηλιώτης, *à Romanis nauticis Subsolanus cognominatur. Plin. lib.* „ 2. *cap.* 47: *Ab Oriente æquinoctiali Subsolanus, ab Oriente brumali* „ *Vulturnus, illum Apelioten, hunc Eurum Græci appellant.* Kilianus: Oostenwint, *ventus ab Oriente flans, Subsolanus.*

Eurus inquit Carolus Magnus Ostsundzoni, Pontanus suprà Ooststunderen, scribit, lege: Ooststuudzoni, ut sit partim orientalis, partim meridionalis, nam Suud Meridiem nobis significare, jam suprà indicatum. Kilianus: Oost-suyd-oost, *Eurus, ventus, Orientali vento vicinus ad lævam, versus Meridiem nonnihil declinans.* Idem: Suyd, *Meridies*; Suyden, *Meridionalis.* Suudzoni, ut suprà, Oostzoni, postea Suudzene, Sudene, Suden.

Euro-austrum vocavit Carolus Sundostzoni, Pontanus habet: Sundostzen, lege: Suudostzoni, nobis Suydoosten wint. Kilianus: Suyden wint, *Auster, notus.* Et Adrianus Iunius cap. 17. in nomenclatore: *Auster, notus, Belg.* Suyden wint. Habet & Kilianus: Suydoosten wint, *Vulturnus, Euro-notus.* Quod idem est atque Caroli Magni *Euro-auster*, nam *Auster* ventus idem est, qui *notus.*

Austrum Sundzoni dixit Carolus; Pontanus Sundzen, lege: Suudzone, suprà nobis Suydenwint. Vide Kilianum, & Adrianum Iunium paulò antè.

Austro-africum nominat Suudewestzoni; legendum: Suudwestzoni, Suydwesten wint nostratibus, olim Suudewestzene, Suutwestene, nunc Suydwesten. Kilianus: Suydwesten wint, Africus

libs, Li-

libs, Libonotus, ventus à solstitio hyberno flans. Adrianus Iunius in nomenclatore cap. 17: *Africus Agel. Lib:, Libonotus, &c.* Sudwesten wint.

Africum, Westsundroni; Pontanus Westsundren, lege: Westsundrone, Westsuyderne, Westsuydere, deinde Westsuyden.

Zephyrum, Westroni; Pontanus Westren, olim Westrone, Westerne, Westrene, Westene, nunc Westenwint, ventus Occidentalis. Kilianus: West, *Occidens.* Idem: Westenwint. *Zephyrus, Favonius.* Adr. Iunius: *Zephyrus, Virg: Favonius eidem, qui Subsolano adversus spirat,* Westenwint.

Corus, Westnordroni, Westnordrene postea, nunc Westnoorden. Adr. Iunius: *Caurus, Virgil: Corus, Argestes, Iapyx, qui ab occasu æstivo flat,* Noordwesten wint. Kilianus: Noordwesten wint, *Caurus, Corus, Argestes, &c.*

Circium Nordwestroni vocat Carolus, opponitur itaque Coro, seu Cauro, ut ille sit Westnoorden wint, hic Noordwesten. Rider in dictionario suo Latino-anglico: *Circius Lucr. vel Cercius ventus, à Circo, quòd flet in circum, dictus, quòd omnia turbet, & circumvertat.* Adr. Iunius, & Kilianus suprà Corum, cum Circio confundunt, nec Circii meminêre. Gellius lib. 2. cap. 22. peculiarem hunc ventum Gallis facit, & eundem propemodum cum Cauro: *Sunt* (inquiens) *porrò alia quædam nomina, quasi peculiarium ventorum, quæ incolæ in suis quisq; regionibus fecerunt, aut ex locorum vocabulis, in quibus colunt, aut ex aliqua causa, quæ ad faciendum vocabulum acciderat. Nostri itaq; Galli ventum ex sua terra flantem, quem sævissimum patiuntur, Circium appellant à turbine (opinor) & vertigine,* ἰάπυγα *ex Apuliæ ora proficiscentem quasi finibus. Appuli eodem quo ipsi nomine Iapigem dicunt, eum esse propemodum Caurum existimo; nam & est Occidentalis, & videtur adversus Eurum flare.* Et paulò post ibid: *Quod Phavorinus ait, ventum qui ex terra Gallia flaret, Circium appellari. M. Cato in libro originum, eum ventum Cercium dicit, non Circium, nam cùm de Hispanis Alpinis scriberet, qui citra hibernum colunt, verba hæc posuit: „ Sed in his regionibus Ferrariæ, argentifodinæ pulcherrimæ, „ mons ex sale mero magnus, quantùm demas, tantùm adcrescit, ventus „ cum loqueris, buccam implet, armatum hominem, plaustrum oneratum „ percellit.*

Septemtrio, Nordroni .j. Nordrene, postea Noordene, & Noordenwint. Adr. Iunius: *Septemtrio, Aparctias, qui à Polo per Meridianum spirat, Belgicè* Noordenwint. Sic & Kilianus: Noord, *Septemtrio.* Et: Noordwint, *Septemtrio, Aparctias, &c.* Ex Adr. Iunio.

Aquilo, Nordostroni, Nordoostrene, postea Noortoostene, Noortoosten. Adr. Iunius: *Aquilo, Boreas. Virg: Qui ab ortu solstitiali flat, Belgicè:* Den Noortoosten windt. Kilianus: Noordtoosten wint, *Aquilo, Boreas, &c.*

Atque hæc quidem Francica, & Theotisca, quæ colligi potuerunt è vita, & scriptis Caroli Magni. Ejus temporis adfert

Abraha-

Abrahamus Mylius orationem Dominicam, Helveticâ dialecto conscriptam, consonam admodum hodiernæ nostrati, unde appa-ret, Theotiscam linguam quacumque se porrexerit, sibi similem fuisse, & à Danis, Saxonibus, Flandris, Anglis, quamquam longè dissitis, æquè tum intellectam. Adscribo: (inquit Mylius) *Hic orationem Dominicam, ex Gesnero, linguâ Helveticâ scriptam anno* 870, *quod ferè ævum fuit Imper. Caroli Magni, ut ex ea videri posit, tunc neutiquam ita diversam fuisse linguam Germanicam ab hodierna, &c.* Nos & hanc more solito conferamus:

Addit ad Cap. 28. fol. 275.

Fater unser du in hemele bist,
Pater noster qui es in coelis,
Onsen Vader die inden hemele bist,

Din namo vuerde geheiligot,
Sanctificetur nomen tuum,
Din name werde geheylight,

Din ricke chome,
Adveniat regnum tuum,
Din ricke comme,

Din vuillo geschehe, in erdo, also in himele;
Fiat voluntas tua, sicut in coelo, & in terra;
Dine wille geschie, in eerde, alse [a] in hemele;

Vnser tagolicha brot kib uns hinto,
Panem nostrum qnotidianum da nobis hodie,
Vnser dagelicke broot gheeft ons heden,

Vnde unsere sculde belaz uns,
Et dimitte nobis debita nostra,
Ende unsere schulden aflaet ons,

Als auch vuir belasend unsere sculdigen;
Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris;
Als of wy aflaeten onse schuldigen;

Vnd in choringa nit leitest du unsich [c]
Et ne nos inducas in tentationem;
End in coringe niet leidest di ons;

Nun belose unsich fone ubele. [b]
Sed libera nos à malo.
Maer verlost unsch vanden evelen.

a Alsoo olim pro Als, unde Brugensibus remansit Alse, vox notariis usitata Brugis.

Kilianus: Aflaeten, *dimittere, absolvere*, unde Aflaet.

c Vnsich, postea Vnsch, & Onsch, atque ita etjamnū pronuntiat nostrum vulgus pro Ons.

d Vbel, Vvel, Vval, olim Quaet, unde Brugensibus adhuc Vvaligh. Item: Evel, unde Evelen moet, *infestus animus*, Ick souder een evel van crygen, id est, *malum infortunium mihi obveniret.*

Post mortem Caroli Magni, Ludovicus Pius ejus filius, atque in Imperio, regnoque successor, cum filio Lothario edictum evulgavit linguâ Francicâ, quo donationibus imposterùm faciendis normam imponit; eam se proferre scribit Brauwerus in annalibus Trevirensibus: *Ex Treverici templi primariis monumentis.* Fol. 35. Titulus sic se habet in proparesceve Brauweri annalium Trevirensium:

LEX HLVDOVICI AVG.
& HLOTARII Cæsaris F.
Ex *lib.* IV. *Franc. legum.*

That ein jovuelihe man frier gevualt have so, vuar sose er vuilet, sachun sinu ce gevene.

Soverse sachun sinu thurube salichedi selu sineru, athe ce andern craftlicheru stat, athe gelegentemo sinemo, athe se vuemo, andremo versellan vuilith, inde te themo tide innenevuendium theru selveru grasceffi vuisit in theru sachun thie gesat sint; vuizzeta thia sala te gedune gevlize that avo themo selvemo tide that er thui stellan vuilit uzzevuendium theru grasceffi vuisset, that ist athe in here, athe in palice, athe in andern su mevuelicheru stedi, samentneme himo athe vane sinen gelandun, athe vane andern thie theru selvern vuizzidi leven theruer selvo levit urcundum retliche, auur avor thie havan nin mach, thane vane andern so vueliche thar bezzera vindan mugen vuerthan inde vora hin sachunu sineru salunga gedue, inde burigun theru gevueri geve himo ther thia sala infahit gevueri gedue, inde ather thiu sala so getan vuirthit geanervun * Thesselves. *in selves nieina vonathen vora gequetanen sachun mugi geduan irvangida thara vuiri inde selvo thuruch sich burigun gedue theru selvern gevueri nio themo geanerven thegein ursach belive thia sala ce bekerine sunder mera not* * Anavalle. *analige thia thuruch cegefremine inde avo noch thanne sachun sinu bit geanervun sinen gesunduruth* * Nehavoda. *ne havoda nesi himo that ce ungeu vor samithu sunder geanervo siner avo er gerno ne vuilit athe thuruch then gravun, athe thuruch bodun sinen bethungen vuerthe that thia sundrugabit themo due ce themo ther geendido eruetha sina vuolda vuolda* * Voloquoman. *vollacamen inde avo sumevuelicheru samonungun thia sellan bat genervo siner then vuizzut bit theru kirrichun vona themo voragesprochenemo erve have that bit andremo geanerven sinemo havan solda inde thaz behaldan vuerthe umbe then voder, inde then sun, inde then nevun unce niarun vuizzet hallikher* * Ahter. *ather thiu selve sachun ce theru mazzungu theru selveru samunungun* * Widirigeven. *ergeven.*

Videntur hæc primâ fronte adeò remota à lingua nostrate, ut vel ipsa Hebraica remotior non sit, neque ipsimet Germani intelligant, nisi additum fuisset ipsum edictum Latinè, quod sic habe ex Brauwero:

De homine libero, ut potestatem habeat, ubicunq; voluerit, res suas dare.

Si quis res suas pro salute animæ suæ, vel ad aliquem venerabilem locum vel pro-

vel propinquo suo, vel cuilibet alteri, tradere voluerit, & eo tempore intra ipsum comitatum fuerit, in quo res illæ positæ sint, legitimam traditionem facere studeat; quòd si eodem tempore, quo res illas tradere vult, extra eundem comitatum fuerit, id sive in exercitu, sive in palatio, sive in alio quolibet loco, adhibeat sibi, vel de suis pagensibus, vel de aliis, qui eâdem lege vivant, quâ ipse vivit, testes idoneos; vel si illos habere non potuerit, tunc de aliis, quales ibi meliores inveniri possunt; & coram eis rerum suarum traditionem faciat; & fidejussores vestituræ donet, ei, qui illam traditionem accepit, vestituram faciat: & postquam hæc traditio ita facta fuerit, hæres illius nullam de prædictis rebus valeat facere repetitionem. Insuper, & ipse per se fidejussionem faciat ejusdem vestituræ, ne hæredi ulla occasio remaneat hanc traditionem immutandi, sed potiùs necessitas incumbat illam perficiendi; &, si nondum res suas cum cohæredibus suis divisas habeat, non ei hoc sit impedimento, sed cohæres ejus si sponte noluerit, aut per Comitem, aut per missum ejus distringatur, ut divisionem faciat cum illo, ad quem defunctus hæreditatem suam voluit pervenire; & si cuilibet Ecclesiæ eam tradere rogavit, cohæres ejus eam legem, cum illa Ecclesia de prædicta hæreditate habeat, quam cum alio cohærede suo habere debebat; & hoc observetur erga patrem, & filium, & nepotem, usq; ad annos legitimos, postea ipsæ res ad immunitatem ipsius Ecclesiæ redeant.

Nos utriusque linguæ editioni apponamus nostratem, ut videamus, quantulum hodierna lingua terræ Francæ differat à Francica illa antiqua.

That ein jovuelihe [a] *man frier* [b] *gevualt have,*
De homine libero, ut potestatem habeat,
Dat een yegelick vryer man gewelt hebbe,

So vuar sose er vuilet, sachun sinu ze [c] *gevene;*
Vbicunque voluerit, res suas dare;
So waer hy wilt, sijne saecken te gevene;

Soverse sachun sinu thuruhe salichedi selusineru, [d]
Si quis res suas pro salute animæ suæ,
Soo wier sijne saecken ter salichede sinre siele,

Athe ce andern craftlicheru stat,
Vel ad aliquem venerabilem locum,
Ofte tot een andere treffelijcke [e] **stadt,** [f]

a **Ye, You, Youve,** fuit veteribus Francis, *tui, tibi,* unde **Youvelick,** *tui,* aut *tibi similis;* Latini ab *alius quis,* dixerunt *aliquis.* **Licken** hodieque Brugensium, est efficere, ut quid niteat, clarescat, appareat; & inde **Licken,** *similem esse,* frequentius **Ghelicken,** unde **Yeghelick;** nam **Ye,** & **You,** totâ terrâ Francâ hodie etjam est *tui, tibi.*

b Adjectivum postponitur, ut ante notatum, quia in Latino erat *homo liber* .i. **Man vry,** quem loquendi modum nostrates non admittunt, sic mox: **Sachun sinu,** nos: **Sine saecken.**

c Pro *z* hîc, aliisque locis sequentibus apud Brauwerum, malè legitur **Ce,** nam Franci *c* cum *e* sequente non scribunt, sed *k;* fuit **Ze,** quod transferendum in **Te.** Aliquis recentiorum scripserit **Ce,** quod ferè pronunciatur ut **Ze.**

d Notavimus suprà variam dialectum in hisce pronominibus, & adjectivis, ad nomina mensium; hîc, & **Sineru,** pro eo quod **Sinu,** fuit enim **Sinre, Sinere, Sindre, Sineru, Sinu, Sine, Sin,** fortè posterior littera fuit *n,* non *u,* **Sinern,** pro **Sinerne,** & **Sinre.**

e Malo transferre **Treffelicke** quàm **Trachtelicke,** ex sensu enim colligo fuisse **Traftlicheru,** vel **Traftlichern.**

f **Stad,** quælibet statio olim, & locus, à stativis Romanorum, unde **Stadhouder,** nobis, locum tenens.

Athe gelegentemo g *finemo,*
Vel propinquo ſuo,
Ofte ſijne ghelegene,

Athe ſe vuemo andremo verſellan h *vuilet,*
Vel cuilibet alteri tradere voluerit,
Ofte yemandt ander verſtellen wilt,

Inde te themo tide
Et eo tempore
Ende te dien tijde

Innenevuendium theru ſelveru graſceffi vuiſit,
Intra ipſum comitatum fuerit,
Innewuendere der ſelver graefſchepe was,

In theru ſachun thie geſat ſint
In quo res illæ poſitæ ſint
Daer in die ſaken geſet zijn

Wizzeta i *thia ſala te gedune, gezile.* k
Legitimam traditionem facere, ſtudeat.
Wettelicke ſtellinge te doen, jalous zy,

That avo themo ſelvemo tide, thad er thui ſellan l
Quòd ſi eodem tempore, quo illas tradere vult
Iſt dat hy ten ſelven tijde, hy dat verſtellen wilt

Vzzenevuendium theru graſceffi vuiſſet,
Extra eundem comitatum fuerit,
Uytwuender der graefſcheppe ware,

That iſt athe in here,
Id ſive in exercitu,
Dat hy is ofte in't heyr,

Athe in palice,
Sive in palatio,
Ofte in't paleys,

Athe in andern ſu mevuelicheru ſtedi,
Sive in alio quolibet loco,
Ofte 'tzy muegelick in andere ſtede,

Sam antneme m *himo athe vane ſinen gelandun,*
Adhibeat ſibi de ſuis pagenſibus,

Aenneme

g Gelegen, adjacens, propinquus; By gelegen; ſic affinis, ad fines alterius accedens.

h Propriè tranſponere de una velut ſede, in aliã, nam Sele fuit olim ſedes. Kilianus: Sele, Sedele, Sedile, *ſedes*, nobis Setele. Idem: Setlen, *vetus, vendere*, *Ang.* Sell. Poſtea Stellen, unde *inſtallare*, in ſede ponere.

i Suprà monuimus *zz* in *t* transferri, ut *th*, in *d*. vide fol. 331.

k Brauwero ſcribitur Gebliſe, vide quæ ante dicta ad Zilothun, fol. 334.

l Suprà Verſellen.

m Fortè fuit Sal antneme, adhibebit, Sal annemen, ut in Gloſſario Lipſii multa cum Sal.

Aenneme yemandt ofte van sijne gelande,

Athe vane anderu [n] *theru selveru* [n] *vuizzidileven,*
Vel de aliis qui eâdem lege vivunt,
Ofte van andere die ter selver wettelickhede leven,

n Vltima littera hisce locis est n apud Brauwerum, unde dubito, annon suprà pro Sineru, fuerit etjam Sinern, propter similitudinem litterarum; idem de aliis locis.

Therver selvo levit
Quâ ipse vivit
Ter welcke hy selve leeft

Vrcundum retliches
Testes idoneos;
Redelicke oirconden;

Avur avor hanan nin mach,
Vel si illos habere non potuerit,
Ofte huer, indien hy niet hebben en mach,

Thane vane andern,
Tunc de aliis,
Dan van andere,

So vuelichethar bezzera vindan mugen vuerthan?
Quales ibi meliores inveniri possunt:
Dewelcke daer beter gevonden mogen werden:

Inde vora hir sachunu sineru salunga [o] *gedue,*
Et coram eis rerum suarum traditionem faciat,
Ende voor hun van sijne saecken stallinge gedoe,

o Sala, & Salunga, traditio vide suprà ad Versellan. Ersellan.

Inde burigun theru gevueri geve,
Et fideijussores vestituræ donet,
Ende borgen der geverie geve,

Himo ther thia sala infahit, gevueri gedue,
Et qui illam traditionem accipit, vestiturã faciat,
Hem die die sal ontfaen, geverie gedoe,

Inde ather thiu sala so gethan vuirthit:
Et postquam hæc traditio ita facta fuerit;
Ende achter dat 'tsal so gedaen werden;

Geanervun thesselves
Hæres illius
Den erfgenaem desselfs

Nieina von athen vora gequetanen sachun
Nullam de prædictis rebus
Niet eene van der voorgequetene saecken

Mugi geduan irvangida
Valeat facere repetitionem
Mach doen hervanginge

Thara vuiri inde selve thuruch sich burigun gedue;
Insuper & ipse per se fideijussionem accipiat;
Daer hy en selve door sich borge gedoe;

Therselveru gevueri,
Ejusdem vestituræ,
Der selver geverie,

Nio themo geanerven thegein ursach belive
Ne hæredi ulla occasio remaneat
Dat hem erfgenaem egeen oorsaeck blijve

Thia sala ce bekerine,
Hanc traditionem immutandi,
Die stalling te bekeerene,

Sunder mera not anavaele thia thuruch te gefremine;
Sed potiùs necessitas incumbat illam perficiendi;
Maer sonderlic noot aenvalle die duer te gebringene;

Inde avo noch thanne sachun sinu
Et si nondum res suas
Ende of noch dan sijne saecken

Bit [p] *genaervun sinin gesunduruth* [q] *ne hovada,*
Cum cohæredibus suis divisas habeat,
Met sijne mede erfgenamen gesondert en heeft,

Nesi himo that cumber [r] *vor samethu;*
Non ei hoc sit impedimento;
Ne sy hem dat commer;

Sunder geanervuo siner, avo er gerno nevuilit,
Sed cohæres ejus, si sponte noluerit,
Maer sijn mederfgenaem, of hy niet geern'en willet,

Athe thuruch then gravun,
Aut per comitem,

p Fortè fuit, Mit, *cum.*
q Kilianus: Sonderen, *distinguere, separare.* Item: Sonder, *vetus* .j. Bysonder.
r *Ceungeu* est in textu, & notat Brauwerus hìc errorem esse.

Ofte duer den graebe,

Athe thuruch boden finin, bethungen vuerthe,
Aut per missum ejus, distringatur,
Ofte duer sijnen bode, bedwongen werde,

That thia sundruga bit themo due,
Vt divisionem faciat cum illo,
Dat hy die sonderinghe met hem doe,

Te themo ther geendido [f]
Ad quem defunctus
An wien den gheenden

f Geend .j. mortuus; Enden, mori, finem vitæ facere, unde nobis adhuc in usu: Ende-clocke, Doot-clocke, quâ utimur in exequiis.

Ervetha sina vuolda vollocaman;
Hæreditatem suam voluit pervenire;
Sijne erve heeft willen volcomen;

Inde avo sumevuelicheru samonungun [t] *thia sellan bat,*
Et si cuilibet Ecclesiæ eam tradere rogavit,
Ende of hy eenigerley t'sameninge dat stellen bat,

t Samonunge pro Ecclesia, quæ est congregatio fidelium. Vide Glossarium Lipsii.

Ganervo siner, then vuizzut bid theru kirrichun
Cohæres ejus, eam legem cum illa ecclesia
Sijn med'erfgenaem, die wet met dienre kercke

Vona themo vora gesprochenemo erve have,
De prædicta hæreditate habeat,
Van de voorgesprokene erve hebbe,

That bit andremo geanerven sinemo havan solda,
Quam cum alio cohærede suo habere debebat,
Dat hy met d'andere sijne med'erfgenamen hebben (soude,

Inde thaz behaden vuerthe umbe then vader,
Et sic observetur erga patrem,
Ende dit behouden werde omme den vader,

Inde then sun, inde then nevun,
Et filium, & nepotem,
Ende den suen, ende den neve,

Vnte ten jarun vuizze thallikhen.
Vsque ad annos legitimos.
Tot hen wettelijcke jaeren.

Ather

Ather thiu ſelve ſachun
Poſtea ipſæ res
Achter nae die ſelbe ſaecken

Ce theru muzzungu [u] *teru ſelveru ſamnungun ergeven.*
Ad immunitatem ipſius eccleſiæ redeant.
Sy ter ontlaſtinge der ſelbe kerck ergeben.

[u] Muſſing, vetus Flandricum, propriè otioſum ſignificat, & deſidem, à Mus, Mos, Muſſe, Moſſe, quod ſitum ſignificat, inde Muſſigh, Moſſigh, Moſtigh, quod torpet ſitu; poſtea etjam pro eo, qui nulla munia obit, atque ab omnibus muniis, & muneribus excuſatur, & inde Muſſingh, pro immunitas. Kilianus: Mos, Moſch, Moſſe, *mucor, ſitus*; Muſſchen, Moſſen, *mucere, ſitum trahere.*

Mortuo Ludovico Pio, poſtquam filii ejus dudum inter ſe, pro regni Francici portione, digladiati eſſent, Carolomannus, & Ludovicus convenerunt, ac inter ſe ſibi mutuo ſacramentum dixerunt linguâ Theotiſcâ, ut tradunt annales Fuldenſes ad annum 1376: *Carolomannus, & Hludovicus, Regis filii in pago Recienſi convenientes, paternum inter ſe regnum diviſerunt, & ſibi invicem fidelitatem ſervaturos, ſacramento firmaverunt; cujus ſacramenti textus Teutonicâ linguâ conſcriptus, in nonnullis locis habetur.* Intelligit Nithardum, cujus ita ſonat locus: *xvj. Kalend. Martii, Lodhwicus, & Carolus in civitate, quæ olim Argentarea vocabatur, nunc autem Strazburg vulgò dicitur, convenerunt, & ſacramento, quæ ſubter notata ſunt, Lodhwicus Romanâ, Carolus verò Teudiſcâ linguâ juraverunt, ac ſic ante ſacramenta circumfuſam plebem, alter Teudiſcâ, alter Romanâ linguâ alloquuti ſunt; Lodhwicus autem, quia major natu, prior exorſus, ſic cœpit: Quotiens Lotharius me, & hunc fratrem meum, &c. Cumq; Carolus hæc eadem verba Romanâ linguâ perorâſſet; Lodhwicus, quoniam major natu erat, prior hac deinde ſe ſervaturum teſtatus eſt:*
,, Pro Don amur, & Chriſtian
,, poblo, & noſtro commun ſalvament, diſt di en avant, in quand &
,, in don ſavir, & podir me dunat, ſi ſalvarai eo ciſt meon fradre Karlo,
,, adjudha, & in caduna coſa, ſi com om per dreit ſon fradre ſalvar
,, diſt, ino quid il un altre li faret, & à bludher mil plaid nun-
,, quam prindrai, qui meon vol eiſt meon fradre Karle in damno ſit.
Quod cùm Lodhwicus expleſſet, Carolus Teudiſcâ linguâ, ſic hæc eadem verba teſtatus eſt:
,, In Godes minna, indui thes Chriſtianes folkes,
,, ind unſe bedher gealtniſi fon theſen dage fram vuordes ſo fram,
,, ſo mit Got gevuizei, indi magd furgibit, ſo hald ih tiſan minan
,, bruher (deſunt hîc quadam) the minan vuillon ſchad-
,, hen vuerhen. Sacramentum autem, quod utrorumq; populus, quiq; propriâ linguâ teſtatus eſt, Romanâ linguâ ſic ſe habet:
,, Si Lodh-
,, vuigs ſacrament, que ſon fradre Karlo jurat, conſervat & Karlus
,, meos ſendra de ſuo part non los tanit, ſi io returnar non lint pois,
,, ne nuels cui eo returnar in poiſin, in nulla adjudha contra Lodh-
,, vuig non li iuer. Teudiſcâ autem linguâ:
,, Oba Karl then eid
,, then er ſineno bruodher Ludvuige geſuor geleiſtet, indi Ludvuige
,, min herro then er imo geſuor forbrihchit, vuih ina nes arvuen-
,, denne

„ *denne mag, noh ih, noh thero, noh hein themſes irvuenden mag,*
„ *vuidhar Karle imo ce follus tine vuirhet. Quibus peractis, Ludhwicus Rhenotenus per Spiram; & Carolus juxta Waſagum per Wirtzunburgh, Warmatiam iter direxit.*

Ab eo tempore quo regnum Franciæ diviſum eſt in Auſtraſiam, & Neuſtriam, quia Carolus Magnus in Auſtraſia ſe potiſſimùm continuit, quæ ut plurimùm linguâ loquebatur Theotiſcâ: factum, ut tota Neuſtria, quæ à Flandria, & freto Britannico verſus Occidentem, ſecùs Oceanum, in Provinciam uſque, ultimamque Galliarum Maſſiliam protendebatur, paulatim Theotiſcâ linguâ exulârit, invaleſcente plurimùm ruſticâ Romanâ, de qua Lipſius ſuprà: *Quæ mox invaluit, illâ pulsâ.* Fol. 325.
Quamvis verò Reges in aulis ſuis, & Romanâ adhuc, & Theodiſcâ linguâ uterentur, ut tamen à populo intelligerentur, huic ſacramento ruſticam Romanam adhibuêre, unde illa nata, quam hodie Galli uſurpant. Nos ad majorem Nithardi elucidationem triplicem apponemus; primò, ruſticam Romanam, tùm Romanam, ac deinde hodiernam:

Pro Doy amur, & pro Chriſtian poblo,
Pro Dei amore, & pro Chriſtiano populo,
Pour l'amour de Dieu, & du Chreſtien peuple,

Et noſtro commun ſalvament, diſt di en avant
Et noſtra communi ſalute, de iſto die in ante
Et noſtre commun ſauuement, de ce d y en auant

In quand Doy ſavir, & podir me dunat,
In quantùm Deus ſcire, & poſſe mihi donet,
Et quant que Dieu ſçauoir, & pouuoir me donne,

Si ſalvarai eo ciſt meon fradre Karlo,
Sic ſalvabo ego iſtum meum fratrem Carolum,
Ainſi ie ſauuerai ceſtuy mon frere Charles,

Et en adjudha, & en cadhuna coſa,
Et in adjumento, & in quaque una cauſa,
Et en aide, & en chaſq'une choſe,

Si com om per dreit ſon fradre ſalvar diſt,
Sicut homo per directum ſuum fratrem ſalvare debet,
Si comme homme par droict ſon frere ſauuer doibt,

Ino quid il un altre li faret;
Et non quomodo unus alter id faceret;
Et non comme un aultre le feroit;

Et ab ludher nul plaid nunquam prindray,
Et ab illo nullum placitum unquam prehendam,
Et de luy nul plaid vnques prendray,

Qui meon vol eist,
Quia meum velle est,
Car mon vouloir est,

Ne meon fradre Karlo in damno sit.
Ne meus frater Carolus in damno sit.
Que mon frere Charles en dommage ne soit.

Lingua hæc, quod velut *abortus* sit *lingua Romanæ*, ut ex Scaligero monumus, in sigillis Comitum fol. 33. Romana vulgò dicta, de qua vide à nobis præmissa libro prodromo priore, cap. 12. ubi apparet ex *Comes* factum in nominativo *Cuens*, aut *Quens* & pro *Comitis, Comiti, Comite*, in genitivo, dativo, ablativo usitatum *Conte*, & in plurali *Comites, Contes*, &c.

Adnotandum, & ratione hujus loquelæ Galliam, sive Franciam, aliam dictam Romanam, aliam Teutonicam. Luitprandus lib. 1. cap. 6: *Vt Wido, quam Romanam dicunt Franciam, Berengarius obtineret Italiam.* Rhegino anno 939: *Ludov. Rex Galliæ Romanæ.* Wippo in vita Conradi Salici, tit. de electione Regis: *Churones ambo in Francia Teutonica nobilissimi.* Otto Frisingensis de Godefrido Bullionio, in Baseio vico propè Gennapiam educato: *Hic inter Francos Romanos, & Teutonicos, qui quibusdam amaris, & invidiosis jocis rixari solent, tamquam in termino utriusque gentis nutritus, utriusque linguæ scius, medium se interposuit.* Meminit utriusque linguæ Brito Armoricus in Philippeide lib. 9. ubi de Cortraco, & Insula captis à Philippo Augusto, circa annum 1213. agens, nostram Barbaricam vocat: (Lib. 7. cap. 5.)

Hinc quoque Corterii vi mœnia capta subivit.
Nos ubi Barbaricæ post verba incognita linguæ,
Sub qua longa diu fueramus tædia passi,
Demum nativæ cognovimus organa vocis;
Insula post triduum modicâ fuit obsidione
Vertice demisso Regi parere coactâ.

Sed & *Romana Francia*, dicta *nova Francia*; *Teutonica* verò, *antiqua*. Monachus Sangallensis, tom. 2. Histor. Francor. du Chesne lib. 1. de Ecclesiastica cura Caroli Magni, fol. 115: *Erat quidam Episcopus in Francia nova miræ sanctitatis, & abstinentiæ.* Ibid. fol. 116: *In Francia quoque quæ dicitur antiqua, fuit alius Episcopus supra omnem modum tenacitate constrictus.* Videndus & de hisce Estienne Pasquier en ses recherches de France lib. 8. cap. 1, 2, 3. ubi inter alia cap. 1: *Par vn long succes de temps, parler Roman n'estoit aultre chose, que ce que nous disons* (Fol. 674.)

parler François. I'ay veu une vieille traduction, qu'une damoiselle fit des fables d'Esope, portant ces vers:

Au finement de cest escrit,
Qu'en Romans ay tourné, & dit,
Me nommeray par remembrance,
Marie ay non, si suis de France,
Per l'amour le Comte Guillaume,
Le plus vaillant de ce Royaume,
Mentremis de ce liure faire,
Et de l'Anglois en Roman traire,
Isope appelle l'on ce liure,
Qu'on translata, & fit escrire,
De Grecq en Latin le tourna,
Et li Roy Auuert qui l'ayma,
Le translata puis en Anglois,
Et ie l'ay tourné en François.

Auquel lieu vous voyez que cette damoisel use du mot de Roman, & François indifferemment, pour une mesme signification, chose qui estoit encores en vsage du temps de Charles le quint, sous lequel frere Guillaume de Nangy ayant traduit en François l'histoire de France, qu'il auoit composé en Latin, dit ainsi sur le commencement de son œuure: „ le frere Guillaume de Nangy, ay translaté de Latin en „ Roman, à la requeste de bonnes gens, ce que i'auois autrefois fait „ en Latin. Et comme ainsi soit que le Roman fut le langage courtisan de France, tous ceux s'amusoyent d'escrire les faicts heroiques de nos chevalliers premierement en vers, puis en prose, appellerent leurs œuures Romans, & non seulement ceux la, mais aussi presq; tous autres, comme nous voyons le Roman de la Roze, où il n'est discouru que de l'amour, & de la philosophie. Vander Haer Canonicus Insulensis, in libello de Castellanis Insulensibus, fol. 85. adfert veterem inscriptionem portæ S. Nicolai Atrebatensis, linguâ illâ Romanâ, his versibus:

En apres l'incarnation,
Iesu Ki soffri passion,
Eut douze cens, & quatorze ans,
Que cette porte faite eltans,
Fu, quand Sire de cest pais
Estoit Messire Loweis,
Li fius Felippe le buen Roi
Flamenc li fiesent maint desroi;
Mais Dieus le Roi tant onora,
Que as gens Ovieo lui mena,
Cacha de camp en mais d'un iour
Oton le faus Empereor,
Et prist V. Contes auec lui,
Ki li orent fait maint anui,

Si ert de vengier desirans,
Li vns ot nom li cuens Fernans,
A cui ert Flandres, & Haïnaus,
Et li autres fu cuens Rainaus
De Dantmartin, & de Bouloigne,
Et li tiers fu doltre Coloigne
Si ert de Tinkeneborc Sire,
Li quars fu Cuens de Salesbire;
Ce fu Guillaumes Longespée
Qui por la guerre ot mer passée
Frere estoit le Roi d'Angleterre,
Qui ia ot nom Iohans sans terre,
Et li quins fu li Quens de Lus,
Et trois cents chevalliers, & plus,
Que mort, que pris sans nul delai.
Entre Bouines, & Tournay
Auint ceste chose certaine,
El mois de Iuil, vne dimaine, *
Cincq iour deuant Aoust entrant,
*Et droit * * ans deuant,*
Ces cincq iours mains, auec deux mois,
Fu primes coroné li Rois,
Et trois cens deuans, & sis,
Fut desoraisne desconfis,
Oteuns Emperere molt fiers
Si le venqui li Rois Lohiers.

* *Dimaine* .i. die dominica, pro quo postea *Dimanche*.

Hujus linguæ Romanæ, seu Romancæ primus poëta dictus magister Eustathius, anno 1155. ut notamus ex Fauchetio, lib. 1. prodr. cap. 17. fol. 96. ubi pro 1055. substituendum 1155. quod obiter monendum duxi, ne quis eam poësin centum annis credat esse antiquiorem. Nunc ad Nitardum revertamur, apud quem juramentum, à Carolo Calvo linguâ Theodiscâ, seu Francicâ pronunciatum, Flandricè ita est interpretandum.

In Godes minna, indui thes Christianes folkes,
In Godes minne, ende des Christenens volkes,

Ind unser bedher gealtnisi,
Ende onser beyder behoudisse,

Fon thesen dage vram vuordes,
Van desen dagh af voorts,

So fram so mit Got gevuizei, indi magd furgibit,
Voor so veele my God wijsheyt eñ macht voorgeeft,

So hald

So haldich tiſan minan bruher;
So houde ick deſen minen broeder;

Deſunt hîc alia quædam, in fine verò ſic legitur:

The minan vuillon ſchadhen vuerhen.
Want mijn wille is schaeden weeren.

Id quod populus Romanè juravit, ita expono:

Si Lodhvuigs ſacrament,
Si Ludovicus ſacramentum,
Si louis le ſerment,

Que ſon fradre Karlo jurat,
Quod ſuus frater Carolus juravit,
Que ſon frere Charles iurat,

Conſervat, & Karlos meo ſendra,
Conſervat, & Carolus meus ſenior,
Conſerue, & Charles mon ſeigneur,

De ſuo part no les tanit,
De ſua parte illud non tenet,
De ſa part ne le tient,

Si io returnar no luy pois; ne io,
Si ego illum divertere non poſſum; nec ego,
Si ie detourner ne le puis; ne ie,

Ne neuls, cui eo returnar nit poiſin,
Neque nulli, qui eum divertere non poterunt,
Ne nul de ceux qui detourner ne le pourront,

Nulla adjudha contra Lodvuig non li iver.
Nullum adjumentum contra Ludovicum illi feremus.
N'aucune ayde contre Louis luy ferons.

Iuramentum Theotiſcè contra Ludovicum à populo prolatum, ita Flandricè reddimus:

Oba Karl then eid,
Of Karel den eedt,

Then er ſinan bruodher Ludvuige geſvuor,
Die hy ſinen broeder Lodewijck heeft geſworen,

Gheleistit, und Ludvueg min hero,
Onderhoudt, ende Lodewijck mijn heer,

Then er imo gesvuor, forbrichit;
Dien hy hem gesworen heeft, verbreeckt,

Ob ih ina nes arvuenden ne mag, noch ih;
Of ick hem niet afwenden en mach, noch ick,

Noh thero, noh thes arvuenden ne mah.
Noch geen hem dies afwenden en mach.

Reliqua quæ sequuntur, nimis depravata sunt, ac OEdipum quendam requirunt; malè ut posteritati consultum sit, quòd non Flander aliquis, aut Flandricè callens ista transscripserit, typisque vulgârit: utique Galli hæc miserrimè descripta, nihilo feliciùs ediderunt.

Eo tempore quo pax hæc inter fratres juramento confirmata est, claruit Otfridus, quem suprà Trithemius tradidit grammaticam patrii sermonis à Carolo inchoatam perfecisse; libros ille aliquot Ludovico Germaniæ Regi, Ludovici Pii filio inscripsit, cujus ita meminit Trithemius, libro de scriptoribus Ecclesiasticis: *Otfridus monachus Wissenburgensis, cœnobii ordinis divi patris Benedicti, natione Teutonicus, Rabani Mauri abbatis Fuldensis, quondam auditor, atq; discipulus, vir in divinis scripturis eruditissimus, & in sæcularibus litteris egregiè doctus, philosophus, rhetor, & poëta insignis, ingenio excellens, & disertus eloquio, scripsit tàm metro, quàm prosâ multa præclara opuscula, quibus nomen suum ad posteros transmisit, exemplo etiam Caroli Imperatoris Magni, conatus tollere barbariem linguæ Teutonicæ, unde ea quæ patrio sermone conscripsit, non facilè nostrâ ætate legi, & intelligi possunt, etiam ab homine quantumcunq; Teutonicæ linguæ perito, de cujus opusculis exstant subjecta; ad Luitbertum Moguntinensis Ecclesiæ Archiepiscopum octavum, in Evangelium opus grande, & insigne, quod prænotavit:*

Gratiam Theotistæ,	*lib. 5. dignitatis culm.*
Ad Ludovicum regem,	*lib. 1. Ludovico Orient.*
Ad Salomonem Episcopum,	*lib. 1. Salomoni Episc. &c.*
Ad Monachos S. Galli,	*lib. 1. Otfridus Wissenb.*
In psalterium volumina tria, lib. 3.	*de judicio extremo lib. 1.*
De gaudiis regni cœlestis lib. 1.	*Carmina divers. gen. lib. 1.*
Epistolarum ad diversos lib. 1.	

Alia insuper multa composuit, quæ priorum negligentiâ perdita, & ignorantiâ monachorum rasa, & lacerata, ad me non venerunt; claruit sub Ludovico, Lothario, & Carolo, Imperatoribus, sibi invicem succedentibus, anno Domini 870.

Nondum

Nondum liber ille Evangeliorum ad manus meas pervenit, at meminit Paulus Merula in Willeramum, qui sic habet in libri præfatione: *De difficultate, & inæqualitate scriptionis Theotiscæ linguæ, sic habet Otfridus Monachus in prologo Evangeliorum istâ linguâ, circa annum Christi 900. à se rythmo scriptorum:*
„ *Hujus linguæ barbaries, ut est inculta, & indisciplinabilis, atq;*
„ *insueta capi regulari freno grammaticæ artis, sic etjam in multis*
„ *dictis, scripto est, propter litterarum, aut congeriem, aut incongruam*
„ *sonoritatem, difficilis; nam interdum tria VVV. ut puto, quærit in*
„ *sono; priores duo consonantes, ut mihi videtur, tertium vocali*
„ *sono manente; interdum verò nec a, nec e, nec i, nec u, vocalium*
„ *sonos præcavere potui. Ibi y Græcum videbatur adscribi; etjam*
„ *hoc elementum lingua hæc horrescit, interdum nulli se characteri,*
„ *aliquotiens in quodam sono nisi difficile jungens. k, & z, sæpius*
„ *hæc lingua extra usum Latinitatis utitur, quæ grammatici inter*
„ *litteras dicunt esse superfluas; ob stridorem autem dentium, ut puto,*
„ *in hac lingua z útimur; k autem, ob faucium sonoritatem.* Eadem habet Isaacius Pontanus, libro de origine Francorum, atque uterque adducit ex eo hos versus Francicos: Lib. 6. cap. 24.

Nu vuil ich scriban, &c.

Quos antè dedimus ex Rhenano, fol. 238. Scripserit itaque, & composuerit librum illum Evangeliorum Francicè, Otfridus Monachus Wissenburgensis; scribi jusserit Waldo, Episcopus Frisingensis X. exscripserit verò, vel ut ajunt, copiam fecerit, presbyter Sigibertus.

Rythmum ejus integrum in laudem Francorum, cujus initium attulit Rhenanus, rerum Germanicarum lib. 2. transtulit vernaculo versu Paulus Merula libro antè citato, impresso Lugd. Batav. apud Raphelingium, anno 1598. Vtrumque rythmum, & Francicè, & Flandricè adducit etjam Isaacius Pontanus, libro qui suprà; is, cùm in manibus omnium versetur, atque in rythmis voces plerumque sint coactæ, neque eâ phrasi, quâ sermo vulgaris, de quo nunc agimus, existimavimus rhytmos illos huc nullo modo pertinere, duplici disticho contenti, quod jam antea dedimus è Beato Rhenano.

Post Otfridum centum septuaginta annis, Willeramus abbas Marspurgensis, natione Teutonicus, paraphrasin scripsit in Canticum Canticorum, Latino quidem carmine, at Francicâ interpretatione. Autoris ita meminit Trithemius, libro de scriptoribus Ecclesiasticis: *Willeramus abbas Mersburgensis, ordinis S. Benedicti, natione Teutonicus, vir in divinis scripturis eruditus, & sæcularium litterarum non ignarus, carmine exercitatus, & prosâ, cùm in universitate Parisiensi, aliquamdiu litteris impendisset studium, ad patriam reversus, Bambergensis Ecclesiæ scolasticus factus est, tandem considerans mundi gloriam transire, contempto sæculo, in Fuldensi*

densi cœnobio pro Christi amore monachum induit, & postremò crescentibus meritis, in monasterio S. Petri propè Mersburgh, abbas consecratus, nomen suum scribendo, posteris notificavit; de cujus opusculis, ego tantùm legi volumen metro, & carmine, mixtâ prosâ, pulchrâ varietate compositum; de nuptiis Christi, & Ecclesiæ in Canticum Canticorum lib. 3. Claruit sub Henrico III. anno Domini cIↄ.lxx.

Opusculo suo hunc titulum Willeramus præfixit: *Willerami abbatis in Canticum Canticorum paraphrasis gemina, prior rythmis Latinis, altera veteri linguâ Francica; caput primum verò sic orditur:*

Vox synagogæ:

Quem sitio votis, nunc oscula porrigat oris,
Quem mihi venturum promserunt organa vatum,
Nunc etjam per se præsens dignetur adesse
Oscula præbendo, sua dulcia verba loquendo,
Vbera nempe tui præcellunt pocula vini.

Quæ tum ita prosâ Francicâ: *Cusse her mich mit themo cusse sines mundes. Thicco gehiezzer mir sine cuomft per prophetas; nu cume her selvo, ande cusse mich mit thero suoze sines Evangelii.* Th, ut suprà monuimus, verte in d, & zz in t, quæ posterioribus demum temporibus ita scripta sunt è dialecto Germanica, & habebis linguam nostratem, veteri tantùm dialecto in novam immutatâ. Nostrate linguâ ita transfert Merula: Hy cusse my mit den cusse sines mondes, dicke beloofde hy my sine comst door de propheten, nu comt hy selve, ende cusset my mit het soete sines Evangelijs. Dick nunc nobis tantùm dicitur: *Crassus, spissus, lentus, amplus*; olim etjam *creber*, unde remansit: Dick, dicke, .j. crebrò, sæpè; hinc nobis dickmael, & dickmaelsch, quod propriè est, *multis mallis*; vide *Mallus* capite præcedenti. Item: Dickwijle .j. *multis momentis*, nam wijle .j. *momentum*; & dickwerf .j. *multis actibus*, & *negotiationibus*, nam werf, fermè actum significavit, quo aliquid acquirimus ab altero .j. Werven, actu videlicet calami, festucæ, quod erat *werpire*; de quo vide in fine capitis ejusdem. Pro *gehiezzer* (quam vocem Merula non videtur intellexisse, neque enim, ut reliquas obscuriores, eam est interpretatus) scriptum fuit *gehiezzet* .j. dixit, nam olim, Hiezzen, & postea Hieten, fuit dicere, nunc ferè capitur pro nominare, aut jubere. Hy hiet hem dat doen; *Iubebat eum hoc facere*; propriè: *Dicebat ei, ut hoc faceret.* Item: Hy hiet Petrus .j. *nominabatur Petrus*; propriè: *Dicebatur Petrus.* Nunc nobis est velut imperfectum ab Heeten, *dicere, nominare, jubere*; quia verò & dicendo fiunt promissiones, veteres Franci Hieten & Hiezzen usurpârunt pro polliceri, verbis promittere, &c. Prosequitur hoc modo Willeramus textum universum Cantici Canticorum, omnia ad Ecclesiam, atque Evangelium, & Christum applicando, unde nos Francica tantùm ipsius textûs delibavimus, additis linguâ Latinâ, & nostrate:

Cusse

Cusse her mich mit themo cusse sines mundes,
Osculetur me osculo oris sui,
Cusse hy my met de cusse sines mondes,

Wanda bezzere sint thine spune [a] *themo wine,*
Quia meliora sunt ubera tua vino,
Want betere sin dine borsten dan win,

Sie stinchen [b] *mit then bezzisten salvon,*
Flagrantia unguentis optimis,
Sy riecken met de beste salven,

Thin namo is uzzegozzen oley;
Oleum effusum nomen tuum;
Din name is uytgegoten olie;

Vano thiu minnon thich the joncfrouwen.
Ideò adolescentulæ dilexerunt te.
Van dien minnen dy de joncvrouwen.

Zich [c] *mich nah thir,*
Trahe me post te,
Ticht (trecht) my na dy,

So louphen wir in themi stanke thiner salvon.
Curremus in odorem unguentorum tuorum.
So loopen wy in den reuke diner salven.

Ther Cunig leidede [d] *mer in sine genathema* [e]
Introduxit me Rex in cellaria sua,
Den Cuening leydede my in sijn camer,

Ande wer vreuwen uns ana tich, [f]
Exultabimus, & lætabimur in te,
Ende wy verbreuchden uns an dy,

Wir gehugela thinere spune over then win.
Memores uberum tuorum super vinum.
Wy geheugen diner borsten over den win.

Thie rechte minnon thich:
Recti diligunt te:
Die rechte minnen di:

Ich bim

a Spune, & Spene, olim generaliter dicebatur *uber*, nunc fere ad animalia restrictum; remansit nobis Spennen, .i. uber subducere infanti; Metaphoricè, abstinere, continere.

b Stincken generaliter quoque dictum pro olere, nunc in malam partem capitur. Kilianus: Stincken *verbum fuit medium, ut olere; nunc fœdum, atque gravem odorem emittere.* Sic infra Stancke.

c Zigen & Tighen, & Tihen, Tien, olim Trecken, unde Betten, Betrecken; Vertien, Vertrecken, mansit adhuc præteritum imperfectum Teegh, & perfectum Getogen, Opgetogen, Opgetrocken; Tocht; Optreck des Legers.

d Nota Brugensem dialectum, de qua ante fol. 327.

e Scribe *gegathema*, ut paulò post: In cubiculum genitricis meæ.

f *Tich*, Dy; ut *mich*, My; *sich*, Hem, quod postremùm adhuc frequenter usitatum.

Ich bim[g] *salo*, [h] *&c.*
Nigra sum, &c.
Ic ben salu, etc.

Sama thieu hereberga Cedar.
Sicut tabernaculum Cedar.
Als die herberge Cedar.

Ne duont thes niez Wara, [i] *thiz ich so salo bim:*
Nolite me considerare, quod fusca sum:
En doet dat niet waer, dat ick soo saluwe ben:

Wanda thiu heizza simna havet mir benoman mino scona,
Quia decoloravit me sol.
Want de heete sonne hevet my benomen mine scoonhept.

Miner muoder kint vuchtan Wither mer,
Filii matris meæ pugnaverunt contra me,
Miner moeders kinderen vochten weder [k] my/

Sie sazton mich ze hoodere in then Wingardon.
Posuerunt me custodem in vineis.
Sy setteden my den hoeder in de wingaerden.

Sage mir Wine [l] *min,*
Indica mihi quem diligit anima mea,
Seght my myn lief/

War thu thine scaaph Weythenes?
Vbi pascas?
Waer thu dine scapen weydets?

War thu rouWes [m] *vmbe middendach?*
Vbi cubes in meridie?
Waer thu rusted inde middendach?

Thaz ich niet irren [n] *beginne, vnder the herdnisse* [o] *gesellon thinere,*
Ne vagari incipiam, per greges sodalium tuorum,
Dat ick niet en beginne te dwalen, onder de hoopen dinere gesellen,

Iof thu thinos selves niet bekennes, Wivo sconesta.
Si ignoras te, ô pulchra inter mulieres.
Of du din selve niet en bekends, schoonste wijf.

g Hinc multi apud nos bem pronuntiant pro ben.

h Kilianus: saluwe *vetus flandricum.* j. sordidus, nobis adhuc in usu; sic suprà immaculatum dixerunt mullich à mul pulvis carbonum. fol. 341. nigredo itaq; Francis macula & sordes.

i Waerdoen & waernemen est considerare, & Angli hodie doe sie, video, doe sitte, sedeo.

k Weder pro contra, nostrates etjam hodie: w der partye, wederstaen, wederspannich.

l *VVine min*, semper ponet Willeramus pro eo quod textus: *quem diligit anima mea.* ad verbũ Victor mei, *qui devicit animam meam*; win, *victoria*, winnen, *vincere*: nos adhuc dicimus: hy wint 'therte des volcks, pro amatur à populo. vide & winnen in altera significare paulò ante fol 348. Merula trãsfert: myn lief, quod nos sequemur.

m Ruwen, olim rusten, unde Ruwaert, Kiliano exponitur: *custes quietis* nam waeren, est custodire.

n Irren, à Latino *errare*, videtur dictũ. Kilianus: irren. *germ. sax. errare.*

o Herde, herdnesse, grex, unde herder, pastor. herdenesse, & contracte hernesse, nobis cẽsus annuus, qui præstatur pro ovium grege.

p Varen pro ire Brugẽsibus freqũes, unde varinck, & vaerincks, ilico, statim, dictum: itẽ vaerdich, veerdich ad iter accinctus; bevaert pro bedevaert iter rogationis seu precationis ergo. bede, *preces.*

Gang uz, ande var p *nah thenospore there hardnissen,*
Egredere, & abi post vestigia gregum,
Gaet upt, ende vaert naer het spoor der hernissen/

Ande weythene thine zigun, q *bithen herebergan thero herdon.*
Et pasce hœdos tuos, juxta tabernacula pastorum.
Ende weydet dine bocken, by de herbergen der herderen.

Ich havo thich friundin na min ghemaazot r *minemo reydewagaum Pharaonis:*
Equitatui meo in curribus Pharaonis, assimilavi te amica mea:
Ick hebbe di vriendinne gheleken, by mijne rijdewaghenen van Pharao:

Thine husselon s *sin sami* * *turtulduvan;*
Pulchræ sunt genæ tuæ sicut turturis;
Dine wanghen zijn ghelick als turtelduben;

Thin hals ther ist samo smithe t *scirethe;*
Collum tuum sicut monilia;
Din hals is ghelijck smidts ciraet;

Golt chetenon in lampreytsche-wise u *gebreyde machon wir thir;*
Murænulas aureas faciemus tibi;
Goude ketenen lampreytsche-wise ghebreit maken wi di;

In wurme wise geblachmalad mid x *silvere.*
Vermiculatas argento.
Wormwijs gebleckmaelt met silvere.

Tho ther Cuning gesaz vp ho sineno stuole,
Cum esset Rex in accubitu suo,
Doe die Cuenick sat up sijne stoele,

Tho begunda min salfwerz meer ande meer ze stinchene,
Nardus mea dedit odorem suum,
Doe begunde min salfwerc meer ende meer te rieckene,

q *Zigun* dubiro an recte scriptum nam francis bucc, fuit hœdus. v. Buccus cap. præc. nobis sus est sueg.

r Propriè ghemeten; maez mensura, nobis maet, sed & mensura vna alteri similis, & æqualis.

s Sic dicitur propriè malum, sive pomum, quod nobis etjamnum appel, & à similitudine gena, ut apud latinos mala. v. paulò post.

* Same adverbiũ gelijck, te samen, nobis etjam simul, ghelijckelijck.

t Smith hîc per excellentiã capitur pro aurifabro, alioquin generale nomen est, pro fabro, & nobis plerumque pro fabro ferrario.

u Kilianus: *Lampreye lampetra, murana fluviatilis, Anglice lamprey.* Gesnerus l. 4. de piscibus: *duas muranarum species esse comperio, marem, paucioribus maculis distinctum, cum quibusdam veluti stellis conspersum; feminam, pluribus aureis notis & veluti guttis vndecumq; variam.* Idem de marino: *murana colore est ut plurimum fulvo, cute glabrâ & laxâ, qua facilius, quam anguilla exuitur.* Celius Rhod. l. 4. c. 2. *murænulam, colli aurum nuncupat Hieronymo tradente, quod scilicet metallo in virgulas lentescente, quadam ordinis flexuosi catena contexitur, ex piscis utiq; imagine vocabulo conformato.*

x *Blac, blec*, nobis bractea à blickẽ coruscare, micare, lucere; marien, item & maillen, maillieren est pingere coloribus, postetius fere de arte encaustica, cum videlicet ignis adhibetur. Est & maille van 'pansyser, catenulæ annuli, squammæ loricæ.

Min wine is mir also ein gebundelin mirron,
Fasciculus mirrhæ dilectus meus,
Mijn lief is mi als een bundelin van mirre,

En zuischan minan brusten wunot her,
Inter ubera mea commorabitur,
En tusschen mine borsten wuent hy,

Min wine is mer worthan ethele winthruvo van *(Cypro,*
Botrus Cypri dilectus meus mihi,
Mijn lief is my ghewordden een edele windruve
van Cypro,

In then wingardon Engaddi,
In veneis Engaddi,
In de wingarden Engaddi,

y Sie video, *sino* vide, ecce.

Sino y *scona bistu friundina min, sino scona bistu,*
Ecce te pulchra es amica mea, ecce te pulchra,
Siet scone bistu min briendinne, siet schone bistu,

z Feminina in plurali in an desinunt, masculina in on, nos semper en ponimus.

Tin ougan sint duvan ougan, z
Oculi tui columbarum,
Dine ooghen sin duben ooghen,

Sino scone bistu wine min ande eerlich,
Ecce tu pulcher es dilecte, mi, & decorus,
Siet scone bistu min lief, ende eerlick,

Vnse bedde is wole ghebloomet,
Lectulus noster floridus,
Ons bedde is wel gheblomt,

Thin gesperre vnser husero sint credrin,
Tigna domorum nostrarum cedrina,
De gesparren bnser huys sin cedrin,

a Tabula tafel proprie, unde quod ex tabulis factum getafelt; postea ad mensam retractum.

Thin getavela a *sint avor cypressin.*
Laquearia nostra cypressina.
Di getafelten sin cypressin.

Ich bin veltdbluome, ande lilie theno dala,
Ego flos campi, & lilium convallium,
Ick ben een veltblomme, ende lelie der dale,

Also thin lelie is vnder then thornan,

Sicut

Sicut lilium inter spinas,
Alsoo die lelie is onder de doornen,

Samo bistu friundina min vnder anderen dochteran.
Sic amica mea inter filias.
Soo bistu min vriendinne vnder andere dochteren.

Min Wine is vnder anderen liuden, samon so aphel-dera vnder andremo Waldholda. [b]
Sicut malum inter ligna sylvarum, dilectus meus inter filios.
Mijn lief is onder andere lieden, gelijck den appelaere onder ander woltkouten.

Ich saz vnder sinemo scada thes ich jegeroda, [c]
Sub vmbra illius quem desideraveram sedi,
Ick sat onder sine scadue dien ick begheerde,

Ande sines ovezes [d] *niedet mih.*
Et fructus illius dulcis gutturi meo.
En sijne ouste behaeghde mi.

Ther Cuning leydoda mich in sinan vvinkelnere,
Introduxit me Rex in cellam vinariam,
Den Cueuing leydede mi in sijnen winkelnere,

Ande Wisda mich Wie ich hina minnan sule,
Ordinavit in charitatem,
Ende wisde my hoe ick hem minnen sal;

Vnder leged mih mid bloomen,
Fulcite me floribus,
Onderlegget my met blommen,

Vmbeleged mich met epholon,
Stipate me malis,
Ombelegget [e] my met appelen,

Vanda ick mines Wines minno siechon. [f]
Quia amore langueo.
Want ick door mijn liefs minne sieck ben.

Sin Winstra [g] *under minemo hoiveda,*
Læva ejus sub capite meo,
Sijn slincker hand onder min hooft,

b Vide cap. præced. *VValdum*, sylva; Wolt, Wout; ut Holt, Hout.

c Dubito an non *begeroda* legendum.

d A fructibus colligendus, Oust, Augustus mēses, & Oogst pro fructu, ut arista pro frumēto, vide Arenmaend, suprà fol. 349.

e Propriè cingit, aut circumcingit, Beleggen, Ombeleggen.

f Merula interpretatus est Soecken, sed alius hîc est sensus.

g Videtur à Latino *sinistra*, ut & Slincker, Danis etiā hodie Fenstrehand, quibus Fenstre est obscurus, quasi obscura manus, inquit Martinius. Germanis à lævo, videtur dictum Lincker.

Anda ſin zeſewa umbegriphed mih.
Et dextra illius amplexabitur me.
Ende ſijn rechter ombegripet my.

Ich beſueron juch jungfrouwen,
Adjuro vos filiæ Ieruſalem,
Ick beſwere jough [b] jonckvrouwen,

By then reion, ande by then hirzon,
Per capreas, cervoſque camporum,
By den reen, ende by den herten,

Thaz ir mine winiam no weched, no wachan no doth,
Vt non ſuſcitetis, neq; evigilare faciatis dilectã,
Dat ghy mijn lief niet en wecket, noch waken ne (doet,

Vuſen ſiu ſelva wolle.
Quoad uſque ipſa velit.
Ten zy ſy ſelve willet.

Thie is thiu ſtemma mines vuines,
Vox dilecti mei,
Deſe is de ſtemme mines liefs,

Sino ther min wine verid, al in ſprungen, ande in ber- (gon,
Ecce iſte venit ſaliens in montibus,
Siet daer mijn lief vaert voort al ſpringende, ende (op berghen,

Ande her overſpringet thie huvela, &c.
Tranſiliens in montibus, &c.
Ende hy overſpringht die huvelen, &c.

Stand ups friundina min, ilego, [i]
Surge, propera amica mea,
Staet up mijn vriendinne, haeſt u,

Min duva, min ſcoona, ande kum,
Columba mea, formoſa mea, & veni,
Mijn duve, mijn ſchoone, ende comt,

Ther winter is hinan, ther regan is fure,
Iam enim hyems tranſiit, imber abiit, & receſſit,
De winter is henen, den regen is voorts,

Thie bluomen skeynent in allen themo lande,
Flores apparuerunt in terra noſtra,

Die

[b] Jou, & in plurali Jough, adhuc apud noſtrates in uſu, pro *tu, & vos*; at plerumque nunc Lieden additur, ad V. in plurali: Vlieden; unde vulgus Brugenſe: Vlder, & Hulder, pro Vlieden, Hunlieden.

[i] *Ilego* videtur *ſtatim, mox*, a Latino *ilico*; unde: *Iligan, properare.* Sed & vetus Francicum eſt *ijle, haeſte.* Kilianus: Yle, *Germ. Sax. Sicamb. Friſ. Holl.* .j Haeſten. Item: Ylen, Haeſten, *properare.* Et: Ylens, Haeſtelicke.

Die blommen schinen in alle ons landt,

Des rebesnites [k] *zit est hier*,
Tempus putationis advenit,
De drubesniders tit is hier,

Tarteldavan stimma is fernoman in unsermo lande,
Vox turturis audita est in terra nostra,
Des turteldubes stemme is vernomen in unsen lan-(de,

Ther figboum havet fuurbracht sina bittera figon;
Ficus protulit grossos suos;
De figeboom heeft voortgebracht sine bittere figen;

Thie wingardon bloyent, ande thie bluom machot suo-(zen stanck;
Vineæ florentes suum dederunt odorem;
De wingaerden bluopen, en de blom maeckt soeten (reuck;

Stand uf min friundina, min gemahela; [l] *min duva*,
Surge amica mea, sponsa mea, columba mea,
Staet up mijn vriendinne, mijn gemael, mijn dube,

Ande kum thu the her nisteles in stein lochoran, [m]
In foraminibus petræ,
Ende comt u daer nestelen inde steengaten,

Ende in then hegge [n] *holeran*;
In caverna maceriæ;
Ende in de hegghe holen;

Zoygha mer thin anluzza; [o]
Ostende mihi faciem tuam,
Tooghe my din aensicht,

Thin stemma scella in minon oron,
Sonet vox tua in auribus meis,
Din stemme scelle in min ooren;

Wanda thin stemma is suoza,
Vox tua dulcis,
Want din stemme is soet,

Ande thiu anluzza scona.
Et facies tua decora.
Ende din ansicht schoon.

k Rebe, & Rube, olim uva; postea Trub, Dru-be. Item: Rape, Grape, Crappe, Rasijn, & Ro-sijn.

l Mael, & Ghemael, hodieque sponsa dici-citur, item socius, con-sors, Eeghemael, con-jux, postquam præsti-tum est juramentum fi-delitatis.

m Kilian: Lok, Loke, Lock, *Germ. Sax. Sicam. foramen*. Item: Loker, *Fland. loculamentum*, &: Lokerigh, *foraminosus*.

n Hegghe nostratibus adhuc sepes, vulgò Ha-ghe, Anglis *Hegie*, vide *Haja*, cap. præced. Var-ro lib. 1. de ling. Lat: *Fabrile sepimentum mace-ria*. Perottus: *Maceries, paries sine calce factus, qua-si sine pinguetudine*. Vide-licet è solo vimine, ra-mis, latere, lapide, &c.

o Vide Glossarium Li-psii.

Fahent uns thie luzzelin [p] *voson,*
Capite nobis vulpes parvulas,
Vanght uns die cleyne vossen,
Thie the wingardon hardo geargerent, er sie merre (*werthent.*
Quæ demoliuntur vineas,
Die de wingarden seer verargeren, eer sy meerder (werden.

Unser wingardo is an bluothe;
Nam vinea nostra floret.
Unse wingaerd is aen't bloeyen.

Min vuino is mer holt, and ich himo,
Dilectus meus mihi, & ego illi,
Mijn lief is mij behoudt, [q] ende ick hem,

Ande her vueithenet under lilion,
Qui pascitur inter lilia,
Ende hy weydet onder lelien,

Un ze ther dach cume,
Donec aspiret dies,
Tot dat den dagh comme,

Ande thie nacht scadan henen vuieghen.
Et inclinentur umbræ.
Ende de nacht scaduen henen wicken.

Kere vuithere ze mer vuino min,
Revertere dilecte mi,
Keere wedere tot my mijn lief,

Wis ghelijch thero reyon,
Similis esto capreæ,
Weest gelijck de ree,

Ande themo hintkalvo in then gebergon Bethel.
Aut hinnulo cervorum super montes Bethel.
Ende de hindekalven op de geberchten Bethel.

Thes naghtes an minemo beddo
In lectulo meo per noctes
Des nachts in mine bedde

Vortherod [r] *ich minan vuino,*
Quæsivi, quem diligit anima mea;

p Kilianus: Luttel, *parvus*, Angl. *litle*, unde Luttel, parum, & Lettel, nostratibus item Leiter.

q Holden, Houden, non tantùm *tenere* olim, sed & *servare*, & *salvare*; unde Holt, salus, conservatio; Behoudt, nobis est, *salvamen*: Dat is mijn behoudt.

r Vortheren, ad verbum Voorderen, appropinquare, ad quærendum videlicet.

Sochtede ick mijn lief,

Ich vorteroda hine, ande ne vand sin niet;
Quæsivi illum, & non inveni;
Ick socht hem, ende en vant hem niet;

Nu vuillon ich ufsteen,
Surgam,
Nu wil ick upstaen,

Ande vuillo hine suochen after thero burgh, [s]
Et circuibo civitatem,
Ende wil hem soecken achter den burgh,

An gazzan, [t] *and an strazan;*
Per vicos, & plateas;
In gaten, ende in straeten;

Ze noch ne havon ich sin niet fundan,
Quæsivi illum, & non inveni,
Noch en hebbe ick hem niet vonden,

In themo vuega thar ich hine suoghta, fundan mih the burghWachtere,
Invenerunt me vigiles qui custodiunt civitatem,
In den wege daer ick hem sochte, vonden my de burghwachten,

Saget ir iergen minen vuine?
Num quem diligit anima mea vidistis?
Saghet ghy ergens mijn lief?

En luzzel thar nach, tho ich sie alle thurg streig, [u]
Paululum, cùm pertransissem eos,
Een luttel daer naer, doe ickse al doorstreeck,

Tho vand ich minan Wine;
Inveni quem diligit anima mea;
Doen vand ick mijn lief;

Ich nam hino ze mer,
Tenui illum,
Ick nam hem tot my,

Ande ne laazo hino auch niet vane [x] *mer,*

[s] Pro tota urbe capitur; unde *Burgimagister*, qui toti civitati præest, nam primò fuere burga, ubi nunc urbes.

[t] Gaten, in urbibus, dictæ, ubi non rectæ plateæ, sed angiportus, & porticus. Kilianus: Gat, *angustia, res arcta, adag.* Int gat zijn, *In arcto versari .j. propriè loco arcto, & angusto.* Idem Kilianus: Gat, *verus, janua, porta, Angl. gate.* Hinc ab antiquissimis temporibus Brugis dicitur porta augustior, quâ per ambitum itur ad templum S. Donatiani: Het gat van S. Donaes.

[u] Kilianus: Strijken, *tendere, proficisci*; Streke, *tractus, plaga, regio*, unde Brugensibus: Hy gaet strijken, *discedit*. Duerstrijken, *peragrare, pertransire*.

[x] Hodie adhuc vulgus Brugense dicit; Vanne me gaen.

Nec dimittam,
Ende en liet hem niet of van my,

Er ich hino withero bringon in minemo muoder hus,
Donec introducam in domum matris meæ,
Tez ick hem weder bringe in miner moeders huys,

Ande in hiro gegathema. [y]
Et in cubiculum genitricis meæ.
Ende in haeren camer.

Wer is thiusa, thiu thar uph ferit thurch thir woste?
Quæ est ista, quæ ascendit per desertum?
Wie is dese, die daer upvaert deur de woestine?

Also eyn cleyna riuchgerda, [z]
Sicut virgula fumi,
Als een cleyne rueckgaerd,

Vone mirron, ande vone wiroche,
Ex aromatibus mirrhæ, & thuris,
Van mirrhe, ende van wierooch,

Ande vone themo stuwe allers slachte pimenton. [a]
Et universi pulveris pigmentarii.
Ende van het stof van allerslach der specerie.

Sino thaz beddo thes Cuninges Salomonis
En lectulum Salomonis
Siet dat bedde des Cueninghs Salomon

Thaz umsegeent thes nachtes seszogh bitherva [b] *(knechta,*
Sexaginta fortes ambiunt,
Dat ommegaen des nachs tsestich brave knechten,

Thero bithervestun in Israël,
Ex fortissimis Israël,
Die braesste in Israël,

Her allero iegelic havet sin suerd in hando,
Omnes tenentes gladios,
Hun allere iegelick heeft sijn sweert ind'hand,

Sie cunnon alle machtigan wole vechtan,
Et ad bella doctissimi,
Sy cunnen alle machtigh wel vechten,

y Videtur *gegathema* ejusdem originis cum superiori Gat, quod olim *portam*, & *porticum* significavit, *locum angustum*, ut proprie sit *cubiculum angustum*; & Gaten, fuerit tale ædificium facere, Gegat, & Gegathema, ipsum ædificium, item Gat, & Gathema.

z Merula exponit vernacule Roockgaerde à Gaerde, quod virgulam, stipitem, surculum significat, addit & Rinckar Hollandis esse fasciculum florum, videlicet pro Rueckgaert, ut sint flores benè olentes congregati, nam Gaeren est colligere, congregare, nostrates Riecker, & Houpeel, Hoppeel, Hoop van blommen.

a Ex Latino *pigmentum*.

b *Bitherva* videtur fuisse acer, fortis, severus, amarus. Merula in Willeramum, fol. 20. putat à *biterve*, contractum *berve*, quod opponitur *bose*, in speculo Saxonico, ubi Berveman .i. vir præstans, egregius: Als eenen berven man van rechtes wege schuldigh is te doen, nos ferè Braven man, quasi ab auferendo bravio. Anglis quoque est *brave*, & Gallis hodiernis. Dictionar. Nicod: *Brave vient, ἀπὸ τοῦ βραβεῖου, comme qui porte le prix sur les aultres.*

Ande

Ande hero noh ein ni lazat sin suerd van sinemo thie,
Vniusquisque ensis suprà femur,
Ende van huer niet een en laet sijn sweerd van sijn (dihe
Thurgh thie nachvorghta. [c]
Propter timores nocturnos.
Duer die nachtvreese,

Gee vuz di juncfrouwen ir tha bowet [d] *in Syon,*
Degredimini filiæ Sion,
Gaet upt di jonckvrouwen die daer woont in Sion,

Dot vuara thes Cunighes Salomonis ande thero corona,
Videte Regem Salomonem in diademate,
Doet (nemt) waer den Coninck Salomon in sijn-(der croone,
That in sin muoder mide havet gezirct,
Quo coronavit eum mater sua,
Daer hem sijn moeder mede heeft geciert,
In sinemo maheldaga, [e] *ande an themo daga siner* (*freuwe.*
In die sponsionis illius, & in die lætitiæ ejus.
In sine maeldagh, ende in den dagh sinez vreuchde.

c Kilianus: Vorcht, timor; Vorchten, Vrochten, Vurchten, *Germ. Saxon. Sicambr. Flandr. timor*, pro quo nunc Vreese.

d *Buen*, & *bovuen*, Merula scribit veteribus Francis dictum pro habitare, & forte Bouw, fuit domus, unde & Bouwen, *ædificare*; Gebouw, *ædificium*.

e Vide suprà, : *Min gemahela .j. sponsa mea.*

Atque hæc sufficiant ad collationem idiomatis veterum Francorum, cum eo, quod nunc Brugis, totâque terrâ Francâ vulgus usurpat. Reliqua Willerami lector exspectet in Glossario nostro Franco-flandrico-latino, quod Deo favente, propediem meditamur. Illud interea lectorem admonendum duxi, Francica hæc ab Otfrido, & Willeramo edita, quod à Germanis in Germania ultra-rhenana scripta sint, ad Germanicam dialectum accedere quidem, quoad pronuntiationem; sed verba ferè omnia planè esse nostratia; quæ si eo tempore in Flandria, aut saltem Germania inferiore scripta fuissent, multò propiùs ad linguam nostratem accessissent.

CAP.

CAP. XXII.

Francones nostros, sive Franconates, fuisse Francos Salios, quibus lex Salica à Pharamundo lata; Ripuarios verò Francos, quibus lata lex Ripuaria, fuisse Brabantos.

POsteaquam nunc tot argumentis docui, terram Francam nostratem, sive Franconatum, fuisse primam, veramque Franciam, unde universa Francorum natio oriunda; atque omnes Francicarum rerum authores, fateantur legem Salicam à Pharamundo latam in Francia; sequitur inde manifestò id accidisse in Franca terra, siue Francia nostrate; cujus rei evidentissimum argumentum præbent ipsa verba legis Salicæ, titul.
Fol. 337. xljx. apud Lindenbrogium: *Si quis, qui lege Salicâ vivit, servum, aut ancillam, caballum, vel bovem, seu jumentum, seu quamlibet rem suam, sub alterius potestate agnoverit, mittat eam in tertiam manum; & ille, apud quem agnoscitur, debet adsumere. Et si intra Legiam, aut Carbonariam ambo manent, & qui agnoscit, & apud quem agnoscitur, in noctes quadraginta placitum faciant.* Et paulò post: *Quod si trans Legiam, aut Carbonariam, manet ille, apud quem res agnoscitur, in noctibus lxxx. lex ista custodiatur.*

Quæ, ut intelligantur, sciendum quid Legia, quid Carbonaria. Ac de Legia quidem, certum est, eo nomine fluvium intelligi, nunc Lisam appellatum, Gallis: *Le Liz*, Flandris: De Leye, quem antea cap. 18. fol. 167. & cap. 19. fol. 210. & sequentibus, ostendi Francorum terminum fuisse, ac limitem
Lib. 1. cap. 3. imperii Romanorum. Malebranc de Morinis: *Lisa, vel, ut olim, Legia.* Sanderus rerum Gandavensium: *Legia aspectu amœnus,*
Lib. 1. cap. 3. fol. 32. *pellucidus, leni fluens agmine, cum majestate quadam, Gandavum venit, is modo notiori Lisa appellatur; cujus ortum, non ineleganti carmine, Moreus quidam vates, cum describat, versus ejus hîc subjiciam:*

Lysbourg. *——— Paulino saliens tranquillus in agro,*
Discedens, natale, suo de nomine, Burgum
Nuncupat, & Morinos, infelicemq; Tarennam
Alluit, Ariacum, mox divitiore tumescens
Amne, beat, nec Mergemo, nec latus Eterræ
Invidet, ut pleno fœcundus proluat alveo
Armentariacos, Warnessoniosq; penates,

Cominium arcipotens, Viroviacique ruinas,
Parva etjam Menina sibi non fœnore parvo,
Et Corturiacum placet, & vetus Harleobecæ
Gloria, Legiadas ad Deinzæ mœnia nymphas
Mittit ovans, qua tot circumstipantibus undis
Gandiacis tandem meritæ connubia Scaldis, &c.

Vidi in archivis S. Petri Blandinensis Monasterii, Gandavi, diploma Transmari Episcopi anni 941. ubi sic legitur: *Cœnobium Blandinium à B. Amando olim constructum, inter Scaldim, & Legiam.* Item Lud. Regis Francorum Transmarini, ejusdem anni: *Omnem terram, à pago Gandensi, quæ adjacet inter decursum duorum fluminum, Legiæ, & Scaldis.* Et Arnulphi Magni, Comitis Flandriæ ejusdem etjam anni: *Arnulphus adminiculante, &c. in portu Gandavo, à flumine Scalde, usq; ad decursum fluminis Legiæ.* Est & in diplomate Lotharii Regis, in codice donationū apud Miræum, fol. 955: *De quodam monasterio in vico Gandavo posito, ubi Legia, & Scaldis, flumina confluunt.* In diplomate Henrici Imp. anni 1003. apud eundem Miræum in donat. Belg: *Monasterio Gandensi, quod est situm ubi Scaldis fluvius Legiæ fluvio jungitur.* Vetus chronicon S. Bavonis apud Sanderum in Flandria illustrata: *Famosum castrum super flumina Scaldis, & Legiæ, ubi idem Scaldis Legiam recipit.* Meyerus noster annis prioribus Legiam semper vocat, posterioribus Lisam. Ad annum 843: *Non pœnitendâ Morinorum manu raptim Viromanduos insequitur, quos priusquam Legiam fluvium, ad Lisburgum viculum transmittere possent, S. Præsulis reliquias reddere coëgit.* 1382: *Vastatus, & incensus omnis ille Lisæ tractus: Cominium, Meninum, Veroviacum, Warnestunum, aliaq; loca benè opulenta.*

Cap. 36.

Cap. 17. fol. 34.

Tom. 1. fol. 119.

Carbonariæ meminimus suprà cap. 8. partemque docuimus Arduennæ sylvæ fuisse propè Nervios, seu Tornacenses: ubi notandum sub Maximo Imperatore circa annum Christi 388. partem Francorum Transrhenanorum, eo confidentiùs circa Nervios & Betasios, in solo Romanorum subsedisse, quod scirent vicinam sibi esse Carbonariam sylvam, in qua se abdere possent, atque tutò se recipere in primam Franciam, ad antiquissimos Francos, quibuscum una eamque gens essent, eodemque studio tenerentur vindicandæ libertatis. Vnde loco citato apud Gregorium Turonensem Sulpitius, postquam dixit: *multos Francorum ad Carbonariam cæsos;* ita pergit: *cumque consultaretur de successu, an in Franciam transire deberent, Nannius abnuit, quia non imparatos, & in locis suis haud dubiè fortiores futuros sciebat.* Quod videlicet Francia illa esset, universaque Flandria, ut suprà dixit Brito Armoricus:

Fol. 68.

——— *venientibus hostibus extra*
Tuta satis.

Toroma-

Toromachus Episcopus, qui Francorum historiam Grecè descripsit apud Canisium lectionum antiquarũ tom. 2. præter
Fol. 671. auctores dicto capite citatos, ita meminit hujus rei, cap. 3. *Francos transegisse comperimus usque ad Marcomirum, Sononem, & Genebaudum Duces: cum quibus, temporibus Imp. Theodosii in Germaniam prorumpentes, pagos depopulantes, etjam Coloniæ metum incusserunt, quod cum Treveros perlatum fuisset. Nannius & Quintinus magistri militum, collecto exercitu, Francos de Germania ejecerunt: apud Carbonariam de Francis strages fit. Post Heraclio & Ioviniano cum exercitu ultra Rhenum transeunte, disponente Francos ad internecionem perducere, tantæ strages ex militibus à Francis factæ sunt, ut Heraclius & Iovinianus cum paucis de eodem prælio potuissent evadere, nec ulterius adversus Francos præsumpserunt arma arripere.* Vnde colligendum Francos Salios, id est Zelandos, & Flandros, per Toxandrorum, sive Ripuariorum Francorum regionem in Germaniam prorupisse superiorem, cis, & ultra Rhenum, eorum partem ultra Rhenum resedisse, qui communione facta cum Bructeris, Chamavis, Tencteris, liberis etjam populis, Franci secundi appellati sunt; aliam partem à Romanis è Germania superiore pulsam, ad veteres suas sedes, per sylvam Carbonariam, ubi magno numero cæsi sunt, revertisse.

Cap. 9. fol. 82. Mentio facta est & hoc libro Carbonariæ sylvæ, ubi Clodio eam fertur ingressus, priusquam invasit Tornacum.

Quibus adde hoc ex annalibus Metensibus apud du Chesne
Fol. 262. tom. 3. hist. Francorum, ubi suis limitibus describitur Brabantia, cui præfuit Pipinus filius Ansigisi & Beggæ: *Interempto itaque crudelissimo tyranno nomine Gundowino cum satellitibus suis; opibusque ipsius, suis fidelibus, distributis, Pipini virtus, atque victoria, longè lateque vulgabatur. Interea Duces, ac optimates Francorum, quos gloriosus genitor ejus nutriverat, magnisque olim honoribus exaltaverat, auditâ nequissimi tyranni perditione, immenso repleti gaudio, ad Pipinum properant, seque cum omnibus, quos gubernabat, suæ ditioni mancipant. Ad solatium autem, præstante Domino, tantæ reipublicæ administrationis, erat ei gloriosa genitrix, cunctis laudibus digna, nomine Begga, filia Pipini præcellentissimi quondam principis, qui populum inter Carbonariam sylvam, & Mosam fluvium, & usque ad Frisionum fines, vastis limitibus habitantes, justis legibus gubernabat.* Videlicet ab Occidente Brabantia adjacet sylvæ Carbonariæ, & Scaldi; ab oriente, & meridie Mosæ, à septentrione Frisiis, Zelandis, & Hollandis; eratque jam inde à tempore Clodionis *Carbonaria sylva terminus* inter Austrasiam, nunc Brabantiam; & Neustrasiam, nunc Flandriam, & Artesiam. Vnde citatus autor paulò post de Pipino Duce Austriæ, exercitum ducente adversus Theodoricum Regem Neustriæ fol. 264. *Adunato igitur exercitu*

Pipinus

Pipinus ad Carbonariam ſylvam pervenit, qui terminus utraque regna dividit. Auſtriam videlicet & Neuſtriam.

Nithardus Carbonarias ſcribit numero plurali, quod videlicet pars altera pertinuerit ad Francos, quæ Franciam attingit, ad Legiam, & Scaldim, Carbonaria Franciæ, aut Francica Sigeberto dicta; altera verò fuerit Romanorum, quæ vergit ad fluvium Sabim. Verba Nithardi ſunt ex editione Pithœi, parte 2. in vita Caroli magni: *Cum paucis Carolus hoc iter accelerans ab Aquitania Cariſiacum venit, & à Carbonariis & infrà, ad ſe venientes, benignè ſuſcepit.* Cariſiacum exponit Sirmondus, in cap. Caroli Calvi, ad Iſaram; vulgo, *Creſſy ſur l'Oiſe*, non procul à fluvio Somona, circa Viromanduos, quò ad eum veniſſe innuit Hannones nunc appellatos, itemque Flandros, & Brabantos. Sequitur ibidem paulò poſt: *Cum Lotharius à Lodhuvico reverteretur, & omnes citra Carbonarias ad illum venirent.* Idem Nithardus l. 4: *Augent illi* (Lothario conquerenti de portione ſua) *ſuprà definitam partem, uſque in Carbonarias.* apud Sigebertum anno 880. *In ſylva Franciæ Carbonaria, pluſquam novem millia Nordmannorum, à Francis cæduntur.* Annales Fuldenſes, id Hugoni filio Lotharii ex Waldrada adſcribunt, ex editione Marquardi Freſeri ad annum 881. *Rex poſt Paſcha in Galliam profectus, Hugonem Hluthanii ex Waldrada filium ad ſe venientem in ſuum ſuſcepit dominium, & ei Abbatias & Comitatus in beneficium dedit,* & mox: *Nepos verò illius cùm Nordmannis dimicans nobiliter triumphavit, nam novem millia equitum ex eis occidiſſe perhibetur.* Habebant circa id tempus Normanni ſedes ſuas Gandavi, & Cortraci, non procul à Carbonaria Franciæ. Vnde ſic lego in geſtis Normannorum ante Rollonem Ducem: anno Domini D. CCC. lxxx. *Northmanni incendiis & devaſtationibus inhiantes, ſanguinem humanum ſitientes, ad interitum & perditionem Regni, menſe Novembrio, in Gandavo Monaſterio ſedem ſibi ad hiemandum ſtatuunt. Et menſe Decembrio corpus S. Vedaſti Vaſt. ſuprà Summam in villa ſua defertur. Northmanni demum Tornacum civitatem, & omnia Monaſteria ſuper Scaldem fluvium, ferro, & igne devaſtant, interfectis accolis terræ, atq; captivatis. Deinde ſedem ſibi inmutaverunt, & Cortriaco caſtrum ad hiemandū conſtruunt, indeq; Menapios, & Suevos uſque ad internecionem deleverunt, quia valdè illis infeſti erant, omnemque terrā juxta flumina conſumpſerunt.* Franci quidam ſcriptores eam Flandricæ partem ſylvam Carbonariam fuiſſe volunt, quæ *le Buc*, & *Sans-mercy* fuit appellata. Charon cap. 100. fol. 712. *Au pays de Flandres jadis nommé Menapie, Buc, & Rutelie, auquel y avoit une grande foreſt, qu'on appelloit Charbonniere, où Sans-mercy, tant à cauſe des cruautez, qui s'y commettoint, ſans aucune mercy, par les voleurs, & beſtes ſauvages, que pour la grande quantité des charbons, qu'on y faiſoit.* Ibidem cap. 47. fol. 290. *La foreſt Charbonniere en Flandres.* Du

Tillet

Tillet quoque Carbonariam Flandriæ adſcribit, in indice ad vocem *foreſtier: le pays de Flandres eſtoit couvert de la foreſt Carbonniere.* Item fol. 211. *Se nommoint foreſtiers, non que leur charge fut ſeulement ſur la terre, eſtant lors pleine de la foreſt Carbonniere; mais la garde de la mer leur eſtoit commiſe.*

Cap. 9. fol. 82. Anteà diximus Carbonariæ nomen inditum à Romanis, quod ex ea ſibi hyeme carbones compararent, ad faciliorem focum, qui militibus Romanis, Italico ſolo, & ſoli aſſuetis, plurimum uſui erat in hypocauſtis, unde ſic lego apud Iulianum in Miſopogone fol. 43: Ὡς οὖν ἐν τούτοις ἀγριώτερος ἦν τοῦ συνήθους, ἐθάλπετο δὲ τὸ δωμάτιον οὐδαμῶς οὗπερ ἐκάθευδον· ὅνπερ εἰώθει τρόπον ὑπὸ τοῖς καμίνοις τὰ πολλὰ τῶν οἰκημάτων ἐκεῖ θερμαίνεσθαι, καὶ ταῦτα ἔχον εὐπρεπῶς πρὸς τὸ παραδέξασθαι τὴν ἐκ πυρὸς ἀλέαν· συνέβη δὲ οἶμαι, καὶ τότε διὰ σκαιότητα τὴν ἐμὴν, καὶ τὴν εἰς ἑαυτὸν πρῶτον, ὡς εἰκὸς, ἀπανθρωπίαν· ἐβουλόμην γὰρ ἐμαυτὸν ἐθίζειν ἀνέχεσθαι τὸν ἀέρα ταύτης ἐνδεῶς ἔχοντα τῆς βοηθείας· ὡς δὲ ὁ χειμὼν ἐπεκράτει, καὶ ἀεὶ μείζων ἐπεγίνετο, θερμῆναι μὲν οὐδὲ ὡς ἐπέτρεψα τοῖς ὑπηρέταις τὸ οἴκημα, δεδιὼς κινῆσαι τὴν ἐν τοῖς τοίχοις ὑγρότητα, κομίσαι δὲ ἔνδον ἐκέλευσα πῦρ κεκαυμένον, καὶ λαμπροὺς ἀποθέσθαι παντελῶς μετρίους· οἱ δὲ καίπερ ὄντες οὐ πολλοὶ, παμπληθῆ ἀπὸ τῶν τοίχων ἀτμὴν ἐκίνεσαν, ὑφ' ὧν καὶ κατέδαρθον ἐμπιμπλαμένης μοι τῆς κεφαλῆς. Quod his verbis Latinè tranſtulit P. Martinius Morentinus, fol. 42: *Cùm igitur in his rebus durior, & agreſtior eſſem, quàm unquam antea, nequaquam cubiculum in quo requieſcebam calefieri patiebar, quo modo illic pleraq; domicilia ſub caminis calefiunt, cùm tamen ad ignis calorem excipiendum eſſet opportunum. Quod tùm quoq; accidit ob meam duritiem, atq; in meipſum præcipuè, ut verè dicam, inhumanitatem; qui me ad illum aërem tolerandum aſſuefacere volebam, cùm ejus præſidii maximè indigeret. Cumq; hyems invaleſceret, atq; indies fieret vehementior, ne tùm quidem famulis meis permiſi, ut domicilium calfacerent, veritus ne humorem qui in parietibus erat, commoverem; itaq; accenſum ignem, & candentes aliquot carbones inferri juſſi. Hi verò etſi non multi erant, attamen multum vaporem è parietibus excitârunt, à quo cùm caput meum oppletum eſſet, ſomnus me complexus eſt.*

Edit. Wechel. 1566.

Carbonariam Flandriæ, ſive Franciæ, agnoſcit Eumenius loco ſuprà citato cap. 6. nam poſtquam dixit: *Illa regio divinis expeditionibus tuis Cæſar, vindicata, quam obliquis meatibus Scaldis interfluit, &c.* Subjungit: *Sed neque illæ fraudes locorum, nec quæ plura inerant perfugia ſylvarum, Barbaros tegere potuerunt, &c.*

Fol. 50. Itaque, ut ad verba legis Salicæ redeamus; in ea præſcribitur, ut his, qui intra Legiam, aut Carbonariam habitant dentur quadraginta noctes poſt citationem, ad comparendum in mallo, ſive placito .j. loco judicii; at iis qui trans Legiam, aut Carbonariam, LXXX. noctes; quod ſcilicet remotiùs habitarent, & ultra terminos regni. Sic in lege Ripuaria, tit. 33. fol. 453. apud Lindenbrogium: *De re etiam intertiata, ſive ſequeſtrata,*

ſtrata, ſi infra ducatum eſt, ſuper 14 noctes authorem ſuum præſentet; ſi foris Ducatum, ſuper 40; ſi autem extra regnum, ſuper 80, ad Regis ſtaplum, vel ad eum locum, ubi mallus eſt, auctorem ſuum in præſente habeat. Idem tit. 72. de homine intertiato §. 2. *Si autem ei fugâ lapſus fuerit, ſi intra Ducatum, ſuper 12. noctes, ſi extra Ducatum, ſuper 40 noctes; quod ſi extra regnum, ſuper 80, placitus ei concedatur.* Qua lege extra regnum habitanti dantur etjam 80 noctes, ut in lege Salica, trans Legiam, aut Carbonariam; ubi commorantes, velut extra Franciæ regnum habitare, cenſebantur. Fol. 407.

Porro Legia, quamquam à Teruana, ſecus Ariacum, & Minariacum, decurrat Viroviacum, atque inde Corturiaco Gandavum uſque, ubi Scaldi commiſcetur; deſinit Viroviaci eſſe terminus Francorum, & limes Romani Imperii, ut nos docet via militaris, quæ à Veroviaco deducitur Tornacum, & Bavacum; Franci quippe tranſito ad Meninum, & Cortracum Legiâ, ſylvam Carbonariam, primò cis, deinde etiam ultra Scaldim, pro termino ſuo habuere; quæ ratio eſt, cur non Legiam ſolum limitem ſuum ſtatuerint, ſed & ſylvam ultra Legiam porrectam, & inde deinceps Scaldim fluvium, univerſo illo tractu, quo olim influebat in Moſam, atque accepto Rheni brachio, ſeſe in Oceanum ingurgitabat.

Vnde Eumenius loco ſuprà citato rectè tradidit Rhenum divortio ſui Franciam amplecti, ubi videlicet nos poſuimus Salios, à Romanis ita appellatos, quòd velut in ſalo habitarent; ſiquidem Franci poſt tempora Auguſti Scaldim in mare induxerant, ad inſulam, nunc Scaldiam dictam, Tabudæ nomine Ptolomæo appellatum, ut pluribus oſtendimus paulò ante cap. 18. Cap. 6. fol. 50. Fol. 194.

Atque hac ratione demonſtrato nobis ab Eumenio Panegyriſtâ, Franciæ limite orientali, Scalde; atque ex ipſis legis Salicæ verbis, reperto ejuſdem limite meridionali, Legiâ videlicet, & Carbonariâ; ſequitur ſeptentrionalem atque occidentalem eſſe Oceanum Germanicum, ſalum Francicum, fretumque Britannicum, ab Helio oſtio, Bononiam uſque.

Francos ad Oceanum ſedes ſuas habuiſſe, ſupra patuit variis locis cap. 6. fol. 47. 50. & cap. 7. fol. 54. 59. 60. ubi narrantur piraticam exercuiſſe, in Græciam, Aſiamque, &c. navigaſſe.

Quod & ipſo præterea Salicæ legis teſtimonio confirmatur tit. 41: *Si quis ſervum alienum plagiaverit* .j. *per circumventionem de ſervitio domini ſui abſtraxerit, & trans mare, ſive in quamlibet regionem ipſum duxerit, &c.*

Verùm nequis exiſtimet, trans mare è Francia ſervum abduci potuiſſe, quamvis Francia ad mare ſita non eſſet, adde & hoc tit. 43: *Si quis hominem ingenuum in puteum, aut in pela-*

gus, aut in quodlibet præcipitium, ubi periculum mortis esse poßit, impinxerit, &c. Quò etjam spectat, quamquam fabulæ simile, quod adfertur à Fredegario in historia epitomata, tit. 1. hist. Franc: *Fertur super littore maris, æstatis tempore, Chlodione cum uxore residente meridie, uxor ad mare lavatum vadens, terretur à bestia Neptuni, &c.*

DuChesn. fol. 226.

Fol. 193. cap. 18.

His adde, prout suprà attigimus, Francos non aliunde Salios dictos, & Salicos, quàm à vicino salo, quemadmodum hodie Zeeuwen .j. Zelandi, à Zee, præsertim cùm peculiariter mare illud, ad quod, & (ut ita loquar) in quo, ex parte Franci degebant, à Latinis ejus ævi authoribus, salum nuncupetur. Sidonius Apollinaris in panegyrico Aviti hoc libro:

Cap. 7. fol. 69.

——— *Salum sulcare Britannum.*

Item in carmine quod apposuit epistolæ 9. agens de Burdigala, ibid.

Istic Saxona cærulum videmus
Assuetum ante salo, solum timere.

Festus Avienus in carmine ad Probum de Britannia:

Navigia junctis semper aptant pellibus,
Corioq; vastum sæpè percurrunt salum.

Quia videlicet mare hîc tempestuosum magis est, & truculentum, quàm alibi toto Oceano, de quo Tacitus 1. annal: *Violentior cætero mari Oceanus.* Quòd hîc videlicet in angustiam vergat inter Galliam, & Britanniam, prout ex annalibus Meyeri, aliorumque Flandriæ scriptorum, pluribus in locis apparet; at hisce omissis, sufficiat nobis unus Munsterus, natione Germanus, qui in tabula sua Flandriæ geographica, inter Dunkerckam, & Brugas disertè ponit: Die Frijen .j. *franci, liberi*, atque terræ Francæ quoque facit mentionem, his verbis, tit: „ In quanto periculo sint Flandri ob æstum, & „ sævitiam maris: *Quando flat Corus, quem ventum nautæ vocant* Nordwest, *& est medius inter ventum septemtrionalem, & occidentalem, magno impetu commovetur mare, arbores quoque, turres, ecclesiæ, & sublimiores ædes graviter quatiunt, & interdum ad terram dejiciuntur. Excitantur etjam nonnunquam tàm horribiles procellæ in mari, ut sic commotæ, longè in terram agantur, rumpant aggeres, inundent fossas, dißipent septa, destruantq; omnia obstacula contra impetum earum humanâ industiâ objecta, quemadmodum anno Christi 1374. in Octobri factum scimus, quando multa oppida inundatione maris perierunt, nempe Avenkerck, Hama, Isendijck, Ostmanszkerck, Westend, Varna, & Waterflet; ac deinde nostrâ tempestate, anno 1530. in Novembri tam horrendo impetu concussum est mare, ut æstus ejus devastaverit plurima loca maritima, omnesq; civitates maritimæ multùm incommodatæ fuerint, præsertim Calesium, Grevelinga, Mardychum, Dunkerckum, Neoportus, Clusa, Quatuor officia, Antverpia, & ferè tota Zelandia. Propè Neoportum aliquæ naves in portu hærentes*

Fol. 119.

hærentes, subitò in profundum sunt protractæ, agger in duobus locis ruptus, & mare potenter in terram Francam intromissum, porta una, & pons civitatis diffracti, magnaq; pars insulæ Cadsant propè Clusam submersa. Inundantibus autem mari, & fluminibus cum magna hominum & rerum strage, non tantum pagi, sed & oppida Flandriæ & Zelandiæ enavigata fuerunt cymbis fluvialibus. Ferunt maria omnia adeò insolenter eo tempore aucta, ut ternis aut quaternis pedibus supergressa sint aggerem.

Latinis præterea omnibus usitatum, mare cùm ventis multùm agitatur, *salum* potiùs appellare, quàm *mare*, neque rectè dixeris: *Quietum, aut pacatum salum.* Et ideò terra, nimiâ maris agitatione irrupta, atque insula effecta, ita nuncupatur, quòd *in salo*, id est, continuâ maris agitatione circumquaque verletur; a in u commutatâ, sicut de *salsus* fecerunt *insulsus*. Virg. 2. Æneid:

Fit sonitus spumante salo.

Catullus:

Rabidum salum tulistis, truculentaq; pelagi.

Cic. 3. Tuscul: *Nec in ærumnoso navigâssem salo.* Quod Nizolius interpretatur: *Periculis pleno, ob fluctuum videlicet agitationem.* Horat. Epod:

Non saxa nudis surdiora navitis
Neptunus alto tundit hibernus salo.

Vbi Lambinus: *Neptunus hibernus* .j. *mare tempestatibus commotum, atq; à ventis concitatum, quod fit maximè brumali tempore.* Item: *Salo* .j. *fluctu, maris agitatione, Græcum nomen est, ex quo* σαλεύειν, *agitare, concutere.* Suidas: Σάλος, σαλευμὸς, τάραχος .j. ex versione Æmilii: *Salum, marinorum fluctuum agitatio, turbatio, &c.* Sic & Hesychio σάλος, inter alia: Ταραχὴ, κλύδων, καὶ ἡ τῆς θαλάσσης κλύδωνος κίνησις .j. *turbatio, fluctuatio, aut tempestas, & ipsa marinæ tempestatis motio.* Videat, qui velit, hac de re exempla quamplurima apud Henricum Stephanum, & Budæum, hoc præterea adnotantes: *Salum à Livio accipi pro maris ora, in qua stant naves ad anchoras, quæ ad littus accedere non possunt, ut & Græcum* σάλος. In ora verò Franciæ maritimæ à Bononia ad Tabudam usque, præter Itium, nullus antiquitùs legitur portus; quare minoribus navigiis ad merces excipiendas, & ad littus vehendas sæpiùs utebantur, quas *barcas* vocabant, ut & hodie nostrates, prout dictum capite præcedenti; quibus hoc adde è Pancirolio in notitiam utriusque Imperii, ad illud: *Præfectus classis Barcariorum: Barca*, inquit, *genus minoris navigii quod onerariis navibus inservit.* Isidorus lib. 19. cap. 1: *Barca est, quæ cuncta navis commercia ad littus portat, hæc navis in pelago propter nimias undas suo suscipit gremio; ubi autem appropinquaverit portui, reddit vicem barca navi, quam accepit in pelago.* Paulinus: Fol. 246.

Vt mox salubri barca perfugio foret
Puppi superstes obrutæ.

Atque hactenus quidem, ut ostendamus Franciæ limites fuisse, à septentrione, mare Germanicum &, salum Francicum; ab occidente Bononiam, ac fretum Britannicum; à meridie Legiam fluvium, & Carbonariam sylvam, ubi nunc Gandenses, Cortracenses, Iprenses, &c. ab oriente Scaldim, & Rhenum, quâ Mosæ junctus ad Helium ostium in Oceanum fertur. Cum verò semper Franci existimarint, quò longiùs à Romanis abessent, eò se ob eorum jugo liberiores esse, ac terra Franca omnium ultima sit, salo Francico maximè vicina, nemini dubium esse potest, quis ipsi verè Salici fuerint, ac primi Franci, quibus legem Salicam tulerit Pharamundus, Brugenses hodie dicti, & Franconates, & Zelandi.

Nunc quonam potissimum tempore ea lex condita fuerit, inquirendum. Scripsi suprà ab anno Christi 300. usque 400. continua fuisse prælia inter Francos, & Romanos, ob irruptiones, à Francis factas, in limites Romanorum, utriusque populi consensu jam inde ab Augusto Imperatore constitutos; iis præliis modò victores fuisse Francos, modò Romanos; subinde nova fœdera inita, & pacem subsecutam; sed & Saxones, & Frisones mari; Francos, & mari, & terrâ, Romanis bella intulisse circa annum Christi 347. 358. atque anno postmodum 360. à Iuliano Imperatore finibus suis Romanum Imperium restitutum; ab iisdem quadraginta sitas ad Rhenum urbes fuisse devastatas, quas postmodum idem Iulianus recuparavit. Quo mortuo quamquam Franci rursus tumultuari inceperint sub Valentiniano & Gratiano, tamen postea sub Honorio & Theodosio &c. amplis muneribus atq; officiis donatos, Rheni limitem custodiisse, usque ad annum 407. quo Wandali aliisq; trans-Rhenani Barbari ingenti multitudine ad Rhenum effusi, Francos à Rheno demoverunt, strage tamen viginti millium ab iis acceptâ, & Godogisilo Wandalorum Rege absumpto.

Cap. 7, & 8. Cap. 18. fol. 164, 167, 170. Fol. 55, 57, 58. Fol. 59. Fol. 58, 63. Fol. 65, 66, 67. Fol. 74, 75, 76.

Quæ cum Franci adverterent, viderentque Romanum Imperium vehementer labefactatum, neque, pro custoditis à se limitibus, mercedem ullam, aut stipendium expectandum esse; in commune deliberarunt tempus esse, ad fines etjam suos dilatandos; quod iis peropportunum accidit Teruanâ urbe à Barbaris anno 407. subversâ, teste D. Hieronymo, qua Romani fines suos tutari solebant; unde patuit eis excursus in Armoricos, qui facilè fœdere cum Francis inito à Romanis etjam descivere. Idem dudum antè, cum & Batavi fecissent, & Sicambri, & ipsæ Britanniæ ex opposito molirentur, summa facta defectio, cujus meminit Zosimus Honorio VIII. & Theodosio III. Coss. anno Christi 409.

Fol. 77.

Πάντα

Πάντα κατ' ἐξουσίαν ἐπιόντες οἱ ὑπὲρ τὸν Ῥῆνον Βάρβαροι, κατέστησαν εἰς ἀνάγκην τούς τε τὴν Βρετανικὴν νῆσον οἰκοῦντας, καὶ τῶν ἐν Κελτοῖς ἐθνῶν ἔνια, τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς ἀποστῆναι, καὶ καθ' ἑαυτὸν βιοτεύειν, οὐκ ἔτι τοῖς τούτων ὑπακούοντα νόμοις. Οἵ τε οὖν ἐκ τῆς Βρετανίας ὅπλα ἐνδύντες, καὶ σφῶν αὐτῶν προκινδυνεύσαντες, ἠλευθέρωσαν τῶν ἐπικειμένων Βαρβάρων τὰς πόλεις· καὶ ὁ Ἀρμόριχος ἅπας, καὶ ἕτεραι Γαλατῶν ἐπαρχίαι Βρετανοὺς μιμησάμεναι, κατὰ τὸν ἴσον σφᾶς ἠλευθέρωσαν τρόπον, ἐκβάλλουσαι μὲν τοὺς Ῥωμαίους Ἄρχοντας, οἰκεῖον δὲ καθ' ἐξουσίαν πολίτευμα καθιστᾶσαι. Id est:

Cum pro lubitu cuncta pervaderent Trans-rhenani Barbari, eò necessitatis adegerunt & Britanniæ incolas, & Celticarum nationum quasdam, ut à Romanis deficerent, utque proprio arbitratu vivere inciperent, neq; Romanis legibus ampliùs parerent. Britanni ergò sumptis armis, propulsatoq; malo civitates suas ab ingruentibus Barbaris liberas vindicarunt, omnisque Armoricus tractus, Galliarumque aliæ Provinciæ, Britannos imitatæ, ad eumdem modum sese in libertatem asseruerunt; expulsis quidem Romanis Magistratibus, propriâ tamen pro arbitrio potestatis Republicâ constitutâ.

De Britannia sic Prosper in Chronico: Honorio VII. & Theodosio II. Coss. tom. I. du Chesne hist. Franc. fol. 203. *Constantinus in Britannia tyrannus exoritur, & ad Gallias transit.* Pro quo sic legit Cuspinianus in Cassiodorum his. Coss. Honorio VII. & Theodosio II. anno Christi 408. *Constantinus ex infima militia ob solam spem nominis, in Britannia tyrannus exoritur, & Gallias transit.* Olympiodorus ad annum 407. apud Malabranc de Morinis, de Constantino, natione (ut ait) Armorico: *Relictis Britanniis trajecit cum suis, ad Bononiam, quod maritimum est, ac primum Galliarum finibus oppidum.* Orosius: *Ante biennium Romanæ irruptionis, excitatæ per Stiliconem gentes Alanorum, ut dixi, Suevorum, Vandalorum, multæque cum his aliæ, Francos proterunt, Rhenum transeunt, Gallias invadunt, directoque impetu Pyrenæum usq; perveniunt: cujus obice ad tempus repulsæ, per circumjacentes provincias refunduntur. His per Gallias bacchantibus, apud Britannias Gratianus municeps ejusdem insulæ tyrannus creatur, & occiditur. Hujus loco Constantinus ex infima militia propter solam spem nominis, sine merito virtutis eligitur, qui continuò ut invasit imperium, in Gallias transiit. Ibi sæpe à Barbaris incertis fœderibus illusus.* Nam cum Franci ei in Gallias venienti primò adhæsissent, eumque non pauci per Armoricos Arelatem usque secuti essent, ac filio ejus Constanti, dum patrem à Romanis obsessum Arelatæ, liberare niteretur, auxiliares copias præbuissent, paulò post Constante derelicto, Iovino tyranno adhæserunt, eique pro Honorio adversus Constantinum & Constantem sacramentum dixere, quo factum, ut Constantinus in Honorii potestatem venerit, ejusque mandato securi percussus sit.

Lib. 2. cap. 25. fol. 165.

Lib. 7. cap. 40. fol. 304.

Meminit horum Fregeridus, apud Gregorium Turonensem, his verbis: *Constans, & præfectus jam Decimius Rusticus ex offi-* Lib. 2. cap. 9.

ciorum magistro petunt Gallias cum Francis & Allemannis, omnique militum manu ad Constantinum, (obsidione liberandum) *cum novis Francorum auxiliis, jam jamque redituri,* & paulò post: *Vix dum quartus obsidionis Constantini mensis agebatur, cum repente ex ulteriori Gallia, nuntii veniunt Iovinum assumpsisse ornatus regios, & cum Burgundionibus, Alemannis, Francis, Alanis, omniq; exercitu imminente obsidentibus; ita acceleratis moris, reseratâ urbe Constantinus deditur. Confestimque ad Italiam directus, missis à Principe obviam percussoribus suprà Mincium flumen capite truncatus est.* Cuspinianus tradit Walliam Gothum pro Romanis in obsidione Arelatensi cum Gothicis copiis adfuisse, ex Prospero, apud quem tom. 1. du Chesne hist. Franc. ita legitur. Theodosio August. IV. Coss *Constantinus, per Honorii Duces, Constantinum, & Vlphilam, apud Arelatense oppidum victus, & captus est; cujus filium Constantem in Hispania regnare orsum Gerontius Comes in Maximum quendam tyrannum transferens, intervenerat.* Videlicet in Petronium Maximum, de quo idem Prosper anno sequente: Honorio IX. & Theodosio X. *Maximo in Hispania regno ablato vita concessa, eo quod modestia humilitasque hominis affectati imperii invidiam non merebatur.* In præcedentem locum ita Cuspinianus, ad Cassiodorum eodem anno: *Valliam,* inquit, *legendum pro Vlfilam, qui Rex Gothorum, confœderatus Romanis erat.* Sed & *Constantium* lege pro altero Duce, non *Constantinum,* cui Honorius Placidiam sororem postea desponsavit, patrem Valentiniani Imperatoris. Scribit hæc accidisse anno 411. Iornandes, his verbis: *Anno quadragintesimo undecimo Constantinus tyrannus, apud Arelatum victus ob Honorio, captusque est; filius ejus, Constans in Hispania à Gerontio Comite peremptus est. Constantius Dux ab Honorio constitutus est; pestilentia, fames, bestiæ, & gladius Barbaricus miserum latè vastant orbem.* Horum omnium meminit & Beda, iisdem pænè verbis, quæ suprà è Prospero, atq; Orosio allata sunt (unde illi hausisse sua credendi) tamen ab iis in eo diversus, quod non in Hispania, sed in Gallia Constantem tradat occisum lib. 1. cap. 11. ex editione Cantabrigiensi anni 1644. cum textu Saxonico fol. 51. *Anno ab incarnatione Domini quadringentesimo septimo, tenente imperium Honorio Augusto (filio Theodosii junioris) loco ab Augusto quadragesimo quarto, ante biennium Romanæ irruptionis, quæ per Alaricum regem Gothorum facta est; cùm gentes Alanorum, Suevorum, Vandalorum, multaque cum his aliæ, protritis Francis, transito Rheno, totas per Gallias sævirent, apud Britannias Gratianus municeps tyrannus creatur & occiditur. Hujus loco Constantinus ex infima militia, propter solam spem nominis, sine merito virtutis eligitur, qui continuò ut invasit imperium, in Gallias transiit; ubi sæpè à Barbaris incertis fœderibus illusus detrimento magis reipublicæ fuit. Vnde mox jubente Honorio, Constantius Comes in Galliam cum exercitu profectus apud*

Arelatem civitatem clausit, cepit, & occidit; Constantemque filium ejus, quem ex monacho Cæsarem fecerat, Gerontius Comes suus apud Viennam interfecit.

Atque hæc quidem de Britannis, qui postmodum adversus Pictonum, Scotorumque incursiones Romanam opem imploraverant, ut suo loco dicendum.

Celticæ verò nationes, quæ tum temporis à Romanis defecere, ac proprio arbitratu vivere incepere, neque amplius parêre voluerunt Romanis legibus; intelligendæ non aliæ sunt, quàm eæ, quæ inter Rhenum, & Mosam habitaverunt, à Batavis, ad Tongros, & ultra, ut suprà capite 18. ostendimus ex Dione, soliti pridem Romanis militare, & cum Francis tam Cis-rhenanis, quam Trans-rhenanis, itemq; Toxandris, Rhenum tueri, adversus Barbarorum incursus. Ii, teste Zosimo, circa hæc tempora etjam in libertatem sese adseruerunt, expulsis Magistratibus Romanis, omnia ad Rhenum castra sibi reservantes. Fol. 162, 163.

Qui licet communi Francorum vocabulo adhuc appellati fuerint anno 407. quo viginti millia Wandalorum, atque Alanorum, in Rheni transitu à Francis perempta referuntur, postea tamen cum sibi propriam constituissent rempublicam, proprium quoque nomen acceperunt; à burgis sive castris Romanorum, in quibus præsertim habitabant, Burgundiones appellati. Permissam iis à Romanis hanc Provinciam, tradere videtur Prosper Lucio v. Coss. apud du Chesne lib. 1. hist. Franc: *Burgundiones partem Galliæ proquinquam Rheno obtinuere.* Fol. 203. Id ipsum habet Cassiodorus anno ut vult Cuspinianus Christi 413. nisi quod pro *proquinquam* ibi legatur *conjunctam*; pro quo *contiguam* habet apud Cuspinianum Iornandes ita scribens: *Anno Christi quadringentessimo tredecimo Heraclianus hujus anni cum Lucio Consul fuit, novarum rerum in Africa reus, honore & vita privatur. Burgundiones partem Galliæ Rheno contiguam obtinuerunt Iovinus & Sebastianus fratres Galliæ tyranni Narbone ab Honorio perempti sunt.* Burgundiones in hisce locis ad Rhenum cum postea devicisset Ætius Romanus, factâ pace ad alias sedes superiores, ubi nunc eorum nomen invaluit, translati sunt, prout alibi erit dicendi locus; in inferioribus verò ad Rhenum castris quicumque sese continuerunt, in commune, ut diximus Franci, sunt appellati.

Prosper eodem anno 413. *Iovinus & Sebastianus fratres in Galliis regno arrepto perempti sunt.* Orosius lib. 7. cap. 42. *Anno ab urbe condita* M. C. LXV. *Honorius Imp. videns, tot oppositis tyrannis nihil adversum Barbaros agi posse, ipsos prius tyrannos delere jubet, &c.* Vbi enumeratis aliquot, atque imprimis Constantino, Constante, & Maximo, de quibus suprà, subjungit: *Iovinus postea vir, Galliarum nobilissimus, in tyrannidem mox ut assurrexit, cecidit.*

Sebastianus frater ejusdem, hoc solum ut tyrannus moreretur, elegit; nam continuò ut est creatus, occisus est.

Subjungit Orosius: *Quid de infelicissimo Attalo loquar cui occidi inter tyrannos, honor, & mori lucrum fuit?* lege *fuisset?* nam in triumphum Honorii fuit reservatus, ut mox sequetur. Ejus meminit Prosper, t. 1. du Chesne fol. eodem, Constantio v. Coss. *Attalus Gothorum consilio & præsidio tyrannidem resumit in Gallius.* Pro quo Iornandes apud Cuspinianum in Cassiodorum hoc anno: *Anno Christi quadringentesimo decimo quarto, Attalus Gothis authoribus in Gallia tyrannidem invasit.*

Anno sequenti 415. in locum Atulphi regis Gothorum cùm Wallia successisset, quem suprà diximus Romanis confœderatum, pax sancita inter Romanos & Gothos. Prosper loco citato: „ *Honorio* x. *& Theodosio* VI: *Atulphus à quodam suorum vulneratus interiit, regnumque ejus Wallia, peremptis, qui idem cupere intelligebantur, invasit.* Et anno sequenti: *Placidiam Theodosii Imp. filiam, quam Roma Gothi ceperant, quamque Atulphus conjugem habuerat, Wallia, pacem Honorii expetens, reddit, ejusq; nuptias Constantius promeretur.* Factum id refert Cuspinianus in Cassiodorum anno Christi 416. Orosius, qui hoc tempore vixit, atque opus suum inscripsit D. Augustino, in fine operis f. 345: L. 7. c. 43. *Wallia successit in regnum ad hoc electus à Gothis, ut pacem infringeret, ad hoc ordinatus à Deo, ut pacem confirmaret.* Id. paulò post: *Pacem optimam cum Honorio Imperatore, datis lectissimus obsidibus, pepigit.* Idem tum fecisse alios Reges Barbaros colligitur ex eodem Orosio, sic hanc rem prosequente: *Quamvis & cæteri, Alanorum, Vandalorum, Suevorumque reges eodem nobis placito depacti forent, mandantes Imperatori Honorio: Tu cum omnibus pacem habe, omnium obsides accipe, &c.* Quam pacem cum omnibus affectans Honorius nullum dubium est, quin & cum Francis, atque Armoricis jam ab anno Christi 409. inter se confœderatis, ita convenerit, ut Franci intra suos terminos se continerent, in ejsque non tantùm propriis legibus viverent, sed & Romani inter eos vivere possent, atque ipsi inter Romanos; utque Armorici aliique intra Romanorum terminos habitantes liberi essent, aut leges Romanas, aut Francicas amplecti, prout ex lege Salica, quam suprà citavimus, ad oculum est videre.

Accidit circa hæc tempora, ut tradit Rutilius in itinerario, quod Exuperantius Romanus, Armoricis, à quibus Magistratus Romanus anno Christi 409. expulsus fuerat Zozimo teste, denuo præfectus sit, quem & pacem, & libertatem restituisse, adulando Rutilius, Poëtarum more, cecinit, hoc metro:

Cujus Aremoricus pater Exuperantius oras
Nunc postliminium, pacis amore docet;
Leges restituit, libertatemque reducit,
Et servos famulis non sinit esse suis.

Meminit

Meminit Papirius Massonius in hist. calamit. Galliæ tom. I. du Chesne hist. Franc. atque: *Exuperantium sub Honorio Cæsare in Gallia vixisse.* Per *famulis*, quod habet Rutilius, intellige Francos, quorum leges receperant, siquidem Romani, ut rerum Domini, atque orbis domitores, omnes populos sibi famulari præ se ferebant. Fol. 99.

Sigonius tamen in occidentali Imperio lib. 11. in fine agens de Romanorum statu circa hæc tempora: *Romani omnia tenuere à Rheno ad Ligerim, exceptis Armoricis civitatibus, quæ usurpatâ libertate defecerant.* Ac Miræus in annalibus Belgicis, circa annum 417: *Exuperantius præfectus prætorio Galliarum, Aremoricas oras ad pacem ex parte reduxit.* Huc pertinere videtur, quod adducit Procopius de Armoricis, quos Arboricos malè quidam transtulêre, ut superiùs est annotatum: Ἐτύγχανον δὲ ἀρμόρυχοι τότε ῥωμαίων στρατιῶται γεγενημένοι. οὓς δὴ γερμανοὶ κατηκόους σφίσιν ἐθέλοντες, ἅτε ὁμόρους ὄντας, καὶ πολιτείαν ἣν εἶχον πάλαι καταλύσαντας, ποιήσασθαι· ἐληΐζοντό τε, καὶ πανδημεὶ πολεμησείοντες ἐπ' αὐτοὺς ᾔεσαν. Ἀρμόρυχοι δὲ ἀρετήν τε καὶ εὔνοιαν ἐς ῥωμαίους ἐνδειξάμενοι, ἄνδρες ἀγαθοὶ ἐν τῷδε τῷ πολέμῳ ἐγένοντο. καὶ ἐπεὶ βιάζεσθαι αὐτοὺς γερμανοὶ οὐχ οἷοί τε ἦσαν; ἑταιρίζεσθαί τε ἠξίουν, καὶ ἀλλήλοις κηδεσταὶ γίγνεσθαι. ἃ δὴ ἀρμόρυχοι, οὔτι ἀκούσιοι, ἐνεδέχοντο. .i. apud du Chesne, tom. I. hist. Franc: *Erant autem Armorichi Romanorum tunc milites, quos sibi Germani, cùm obedientes facere & subditos vellent, ut qui finitimi essent, & pristinos vitæ mores penitùs immutâssent, eorum agros assiduò populari, & hos copiis universis invadere. Armorichi verò, cùm & virtutem præ se, & erga Romanos benevolentiam ferrent, viros fortes eo in bello se præstiterunt. Cumque his vim inferre Germani non possent, societatem ut secum saltem inirent, & mutua inter se facerent connubia, precabantur. Quas non inviti conditiones Arborichi mox accepêre.* De Germanis loquitur, quos antea dixit Francos appellatos, sub initium hujus libri, cap. 1. fol. 8. Præcitatis addit Procopius: Χριστιανοὶ γὰρ ἀμφότεροι ὄντες ἐτύγχανον .i. *Erant namque utrique Christiani.* Iam inde videlicet ab anno Christi 397. quò facit illud Paulini, epist. 26. ad Victricium Episcopum Rhotomagensem apud Baronium, ad annum prædictum: *Notum enim nobis fecit Titius tuus carissimus frater, & fidelis minister in Domino, non quidem te magis, quàm in te Deum prædicans, quanta Dominus per te lumina in obscuris antè regionibus accendisset: Qui educens nubes ab extremo terræ, te quoque in lucem populi sui de extimo orbis eduxit, & clarum fulgur in pluviam uberem fecit. Sicut terra Zabulon quondam, & Nephthalim viam maris trans Iordanem Galileæ, & qui sedebant in regione umbræ mortis, lucem viderunt magnam: ita & nunc terra Morinorum, situ orbis extrema, quam barbaris fluctibus fremens tundit Oceanus, gentium populi remotarum qui sedebant in latebris, via maris arenosa extra Iordanem, ante quàm pinguescerent fines disertii in ea, ortâ sibi per tuam sanctitatem à Domino luce gaudentes, corda aspera, Christo intrante, fuerunt.*

Fol. 189.

Fol. 184.

Tom. I. fol. 26.

posuerunt. Vbi quondam deserta sylvarum, ac littorum pariter, in totâ advenæ Barbariâ, aut latrones incolæ frequentabant: nunc venerabiles angelici sanctorum chori, urbes, oppida, insulas, sylvas, Ecclesias, & monasteriis plebe numerosis pace consonâ celebrant. Quod quamquam totius Galliæ populus, & ubiq; gentium Christus operetur, qui totum orbem circuit, quærens dignos se, & per nationes in animas sanctas se transfert, & in viis directionis ostendit se hilariter, & omni providentiâ occurrit amatoribus suis: tamen in remotissimo Nervici littoris tractu, quem tenui antehac spiritu fides veritatis afflaverat, te potissimùm in vas electionis excerpsit, in te prima refulsit, clariùs invaluit, ardentiùs, & propitiùs apparuit, in quo & sanctificaret illic nomen suum, & per cujus nomen etjam solis ab occasu in omnem terram sonus ejus exiret, assumpsit. De sancto Victricio ita Chenu in Archiepiscopis Rhotomagensibus: *S. Victricius familiaris fuit Innocentio summo Præsuli, ut ejus epistolæ testantur, ad hunc scripsit Paulinus Episcopus Nolanus, per quem dicit Morinos, & Nervios ad fidem Christi conversos. Morinos* .j. Boloniam, atque Teruanam; *Nervios* .j. Tornacum, quas urbes Honorii Imperatoris tempore, Episcopos habuisse sub Metropolitano Rhemensi, jam dudum ostendimus; & apertè Iosephus Scaliger in notitia Galliæ sub Romanis apud du Chesne, hist. Franc. tom. 1. fol. 29. ait: *Episcopatus VIII. suffraganei Remensis Metropolitæ, sive Archiepiscopi.* Vbi *quartus* nominatur *Morinensis*, additurque hæc notitia: *Teroana Morinorum retinet nomen, quamquam deleta à Carolo V. ejus Episcopalis sedes Bononiam translata, ubi est navale, veteribus Gessoriacus dictum.* Ibidem *sextus* nominatur *Noviomagensis*, cui Tornacensis postea est annexus. Cùm verò Paulinus tradat, non modò Romanos ad Christi religionem conversos fuisse, sed & Barbaros, alii hìc esse non possunt, quam Francorum pars, Bononiæ vicina; non universa Francorum natio, quæ Procopii tempore, sub Iustiniano Imperatore, & Clodoveo Francorum rege, Christi instituta primùm cœpit amplecti.

Cap. 8. fol. 73.

Sub Honorio ad annum usque 407. Franci, in summa pace cum Romanis, castra eorum ad Legiam, urbesque, Teruanam, & Boloniam, commeatus & negotiationis causâ, frequentabant, prout Romani vicissim liberè accedebant, ad villas & pagos Francorum, sicut fecerant pace factâ cum Augusto, de qua suprà sufficienter egimus cap. 18. Simili de pace meminit etjam Dio lib. 38: Ἐν γὰρ τῷ αὐτῷ ἐκείνῳ χρόνῳ, καὶ ἐν τῇ Κελτικῇ τάδε συνηνέχθη. .j. *Et hac quidem eo ipso tempore etjam in Celtica gesta fuerint.* Vbi de castris Romanorum: Καὶ στρατιῶταί τε αὐτῶν ἐκεῖ ἐχείμαζον, καὶ πόλεις ᾠκίζοντο· ἔς τε τὸν κόσμον σφῶν οἱ βάρβαροι μετερρυθμίζοντο, καὶ ἀγορὰς ἐνόμιζον, συνόδους τε εἰρηνικὰς ἐποιοῦντο. .j. *Hibernaque ibi milites eorum habebant, & oppida condebant, jamq; mores eorum Barbari accipiebant, commeatusque inter se pacificos faciebant.*

bant. Quâ utriusque gentis communione fiebat, ut Romanorum Episcopi, viciniores sibi Francos, ab anno 397. ut suprà ex Baronio, ad annum 407. paulatim imbuere potuerint fide Christiana. Certè Malabranc in Morinis scribit D. Paulinum *ad Iccium usque portum & Mardicam* penetrasse; nec spes parva erat, fore, ut plures Francorum Christi doctrinam amplecterentur, nisi anno 407. supervenisset fœdissima illa Wandalorum invasio; & Francorum confœderatio, Armoricorumq; à Romanis defectio, fuisset subsecuta.

Ad locum Procopii citatum Goropius Becanus Franc. l. 2. Arboricos legens, atque Brabantos interpretans scribit, in hunc modum: *Cum Arboricos proximos Franciæ Procopius fecit ad occidentem, ea parte quâ Romanam Provinciam contingebat, clarum est, & perspicuum, Turgros, Aduaticos, Toxandros, Ambivaritos Eburones, inter primos & præcipuos Arboricos fuisse; quod qui negabit, is mihi alios ostendat Francis ab occidente proquinquiores.* Ita ille, Francos Trans-rhenum collocans, quibus Brabanti fuissent ad occasum. Verum Francis, eo, quo debent, loco, constitutis, certum est, ad occasum iis esse Armoricos, eorumque primos Bolonienses. Cùm verò postea sub Clodione, Franci universam Romanorum, & Armoricorum provinciam obtinuerint, ad Somonam usque, rectè subjungit Procopius, qui post Clodionem scripsit, Francis, & Armoricis ab oriente esse Toringos, his verbis: Μετὰ δὲ αὐτοὺς, ἐς τὰ πρὸς ἀνίσχοντα ἥλιον, Θόρυγγοι βάρβαροι, δόντος Αὐγούστου πρώτου βασιλέως ἱδρύσαντο. Id est: *Post hos in orientem solem Toringi Barbari sunt, qui Cæsaris Augusti permissu sedes has tenuerunt.* Toringi hi Brabanti sunt, quos Arborichos nullus unquam gentium appellavit, Toxandri videlicet, & Tongri, pro ea parte quæ Romanis nunquam paruit, intra Carbonariam, Scaldim, Mosam, & castra Romanorum; Ripuariorum, atque Austrasiorum pars; liberi quoque ab Augusti ævo, non secus quàm ipsi Franci primi, aliique populi, intra Legiam, & mare. Qui Toringi postea, cùm peculiarem sibi elegissent Regem, neque Pharamundo, ejusque legibus sese submitterent, cum Francis secundis, sive Transrhenanis, lege Salica, sive Ripuariâ vivere volentibus, sedes suas commutaverunt, atque ultra Rhenum degere cœperunt. Adversus quos, Clodio, cùm primùm secus mare, cum uxore consedisset, ut suprà scriptum hoc capite, Fol. 386. sedem regni sui statuit *dispargi in finibus Toringorum*, de quo vide suprà cap. 19.

Loco itaque Procopii satis examinato, qui unius litteræ transmutatione multos offendit, ac novam gentem nulli historicorum cognitam, nobis obtrusit; ad pacem nostram, inter Romanos, & Francos, sub Honorio Imperatore renovatam, anno Christi 416, revertamur.

Tot jam universo orbe, atque in Gallia potissimùm, superatis

peratis tyrannis; Gothis, Burgundionibus, Francis, aliisque Barbaris pacatis, anno sequente, qui fuit Christi 417. tamquam partâ orbi pace, Honorius Imperator summo apparatu triumphans, Romam est ingressus. Meminit Prosper, tom. 1. hist. Franc. du Chesne: ,, Honorio XI, & Constantino II: *Honorius Romam cum triumpho ingreditur, praeunte currum ejus Attalo, quem Lyparæ vivere jussit.* Iornandes apud Cuspinianum in Cassiodorum, anno 417: *Honorius Augustus Romam triumphans ingreditur, Attalo currum ejus præcedente, & post in exilium misso.* Est hujus triumphi testis, aureus nummus apud Occonem, ubi ab una parte legitur: *Concordia augg.* II. CONOB. in quo figura sedens, dextrâ rabdum tenet, sinistrâ victoriolam; ab altera parte: *Gloria Romanorum.* ubi exprimitur currus triumphalis à sejugibls tractus. D. Augustinus satis vicisse Honorium scripsit, quando quamplurimis naufragiis elapsus sit, ut est apud Sigonium, lib. 11. de regno Italiæ, fol. 191. typis Wecheli; qui & pacem ab eo orbi partam his verbis describit: *Eo regnante in Panoniam Hunni; in Hispaniam Wandali, Alani, Suevi, & Gothi; in Galliam Alani, Burgundiones, & Gothi certis sedibus permissis accepti.* Francis nullæ sedes datæ dicuntur, quòd sese *in primis ab origine sedibus* continuerint, ut jam sæpiùs est inculcatum.

Fol.

Lib. 1. cap. 4.

Post hæc Franci, cùm antea Reges tantum habuissent, ut belli Duces, prout notavimus cap. 7. atque viderent alias nationes Barbaras virum aliquem universæ genti præficere, quem Regem appellarent; nunc in summa pace viventes, omni bello sopito, etjam sibi aliquem creandum arbitrati sunt, quod factum scribit Sigebertus anno 419: *Sunnone & Marcomire Francorum Ducibus defunctis, Franci in commune deliberant, ut & ipsi sicut aliæ gentes unum Regem habeant, & filium Marcomiri Ducis Pharamundum, sibi Regem ordinant, qui regnavit annis* XI. Sic & *Aimoinus: Regem cæterarum more nationum Franci sibi eligentes Pharamundum Marcomeri filium solio sublimant regio.* Nationes has exprimit Otto Frisingensis lib. 4. cap. 32: *Defuncto Sunnone, communicato consilio, Marcomiris filium Pharamundum sibi regem creavere. Leges quoque Wisigastaldo & Salagasto auctoribus exhinc habere cæpere. Ab hoc Salagasto legem, quæ ex nomine ejus Salica usque hodie vocatur, inventam dicunt. Hac nobilissimi Francorum, qui Salici dicuntur, adhuc utuntur. Pharamundo mortuo, Clodius filius ejus crinitus, à quo Francorum reges criniti sunt dicti, successit. His diebus (ut suprà dixi) Francia quasi seminata, Roma paulatim cœpit minui. Iam gentes quæ Romanorum provincias, non regna habitabant, reges creare, jam ex illorum potestate subduci, ac in proprii arbitrii auctoritate stare discunt. Hinc Gothi dum ipsam quoque Vrbem depopulati essent, in Gallica provincia, ut dixi, ultra Legerim consederunt. Burgundiones quoque juxta Rhodanum habitaverunt,*

Fol. 54.

Lib. 1. cap. 4.

Fol. 54.

qui & illi non multo post reges habere cœperunt. Prosper Aquitanicus, antiquissimus autor, quem Tritemius refert claruisse anno Domini 469. ita scribit de regno Pharamundi: Apud du Chesne tomo 1. historio Franc. ex editione Pithœi: *Anno Honorii 26. tricesimus nonus Sixtus Romanam Ecclesiam regit. Solis hoc anno facta defectio. Pharamundus regnavit in Francia.* Annus Honorii 26. est Christi 421. Pharamundi regnantis in Francia 2. aut 3. consors enim Imperii factus est Honorius, anno Christi 395. statim à morte Theodosii, Olybrio, & Probino Coss. Inde ad annum 421. numerantur anni viginti sex. Socrates Fol. 106. historiæ Ecclesiasticæ lib. 6. cap. 1: Τοῦ δὲ βασιλέως θεοδοσίου τελευτήσαντος, ἐν ὑπατείᾳ ὀλιβρίου καὶ προβίνου, τῇ ἑπτακαιδεκάτῃ τοῦ ἰανουαρίου μηνὸς, οἱ αὐτοῦ υἱοὶ τὴν ῥωμαίων ἀρχὴν διαδέχονται. καὶ ἀρκάδιος μὲν τῶν ἑῴων, ὀνώριος δὲ τῶν ἑσπερίων εἶχε τὸ κράτος. Id est: *Theodosio Imperatore mortuo, Olybrio & Probino Coss. ad decimum sextum Calend. Februarii, ejus filii gubernacula imperii Romani susceperunt: atque Arcadius partium ad Orientem sitarum; Honorius autem quæ spectant ad Occidentem, principatum obtinuit.* Prosper quoque apud du Chesne Fol. 102. ex editione Sirmondi: *Olybrio & Probino Coss. Theodosius Imp. Mediolani moritur. Arcadius* XLIV. *cum jam regnâsset annos* XII. *regnat cum fratre Honorio annos* XIII. Idem Cassiodorus; in cujus fastos Cuspinianus disertis verbis tradit, annum Olybrii ac Probini Coss. esse nati Christi 395. Vide, apud eundem Cuspinianum, authoritatem Marcellini, & aliorum.

Sic omnes rerum Francicarum autores initium regni Pharamundi volunt incidisse in annum Christi 419. aut 420. De Serres in principio operis sui: *Pharamond fils de Marcomir, est tenu pour le premier Roy de France par le consentement de tous nos escrivains. Il commença à regner l'an de Christ, quatre cens & vingt.*

Notandum, Prosperum aliosque, simpliciter scribere, Pharamundum regnasse *in Francia*, nullo Franciæ limite indicato, quod multis dubitandi causam dedit, an regnaverit in Francia Cis-rhenana, an in Trans-rhenana; in prima, an in secunda. Verùm cùm toto hoc opere ostenderim, vetustissimos Francos, eosque, quos *primos omnium*, & *Salios* superiùs appellavit Ammianus Marcellinus, sitos intra Legiam, Scaldim, & mare Germanicum, hisce locis peculiariter salum appellatum; pro certo habendum, eum regni sui primitias dedisse in *terra* nostra *Franca*, quæ *le Francq*, & cujus incolæ *les Francs*, & *les Francons*, vulgò de Vryen, *liberi*, semper appellati sunt. Sic & annotavit le Seigneur du Hallain, Pharamundum, non nomi- Fol. 12. nans *premier Roy des François*, ut vulgò, sed *des Francs*, seu *Francons*; ejus verba sunt: *Pharamond premier Roy des Francs, ou Francons, qui depuis ont esté appellé François.* Postquam videlicet Romanorum victores totâ Galliâ regnum suum stabiliissent; in ea-

in eadem verò Francia, in qua regnare cœpit Pharamundus, procul omni dubio & leges condidit, sine quibus regnum subsistere non potest, unde sic Ado Vienensis, antiquus etjam author, de Francis: *Primum Regem Pharamundum sibi postmodum*
Fol. 79. *statuunt, legibusq́ subdunt.* Sigebertus ad annum 422: *Franci uti cœperunt legibus, &c.* Vt suprà cap. 9.

Ego legem Salicam existimo dudum inter Francos fuisse
Fol. 238. scriptam, ut suprà dixit du Tillet: *En vieil bas Alleman*, id est, linguâ veteri Germaniæ Inferioris; verùm quia jam summa pax erat cum Romanis, quibuscum Franci negotiabantur, ac merces commutabant; vicissimque Romani in Franco, Franci in Romano solo habitabant; quia etjam Romani Francos convenire tenebantur, coram Franco Gravione, aliisque eorum Iudicibus; debebat Romanis necessariò lex Francorum innotescere; quare proceres eligendi fuerunt, qui non Francicam tantùm, sed & Romanam linguam callebant.

Confirmatur hæc inter Francos, atque Romanos communio, & coram Franco judice conventio, ipsis legis Salicæ ver-
Fol. 321. bis, tit. 15. §. 2. apud Lindenbrogium: *Si Romanus homo Francum expoliaverit*, ɪɪᴏ. *den. qui faciunt* ʟxɪɪ. *solid. culpabilis judicetur.* Et §. 3: *Si verò Francus Romanum expoliaverit*, ɪᴄᴄ. *den. qui faciunt solid.* xxx. *culpabilis judicetur.* Item tit. 33. §. 3: *Si Romanus Francum ligaverit sine causa*, ɪᴄᴄ. *den. qui faciunt solid.* xxx. *culpabilis judicetur.* Et §. 4: *Si autem Francus Romanum ligaverit sine causa*, ᴅᴄ. *denar. qui faciunt solid.* xv. *culpabilis judicetur.*

Habebant & Romani possessiones in solo Francico, & Franci contrà in Romano, unde sic ibid. tit. 43. §. 7: *Si Romanus homo possessor .j. qui res in pago, ubi commonet, proprias possidet, occisus fuerit; is, qui eum occidisse convincitur*, ɪɪɪɪ. *denar. qui faciunt solid.* ᴄ. *culpab. jud.*

Erant & frequentes Romanorum legationes ad Francos, ipsumque Regem Francorum, unde quoque eod. tit. §. 6: *Si quis Romanum hominem convivam Regis occiderit*, xɪɪ. *denar. qui faciunt solid.* ᴄᴄᴄ. *culp. jud.*

Sed & fuerunt Romani aliqui Francis tributarii. Ibid. §. 8: *Si quis Romanum tributarium occiderit*; ɪ ᴅ ᴄᴄᴄ. *den. qui faciunt solid.* xʟv. *culp. jud.*

Quòd verò Franci in Romanorum solo degere potuerint, patet ex citato textu: *De eo qui ad mallum venire contempserit.* Vbi homini viventi lege Salicâ, atque ultra Legiam, & Carbonariam commoranti, assignantur 80. noctes, ad comparendum in mallo.

Neque Romanis tàntùm licitum erat inter Francos commorari, sed & quibusvis aliis Barbaris lege Salicâ viventibus, unde est in tit. 43. §. 1: *Si quis ingenuum Francum, aut hominem Bar-*

nem Barbarum occiderit, qui lege Salicâ vivit VIII. *denar. qui faiunt solid.* CC. *culpabilis judicetur.*

Quamquam autem à quatuor primoribus, Vsogast, Bosogast, Salogast, Wisogast, lex Salica Latinè scripta fuerit, multæ tamen intercurrunt Francicæ, sive Theotiscæ voces, Latinæ factæ, quarum explicationem dedimus capite præcedenti, ubi eas ostendimus cum nostrate lingua Flandrica prorsus convenire, operam aliquando daturi, ut plura ex iis, & præsertim locorum propria, intelligantur.

Procerum nomina Goropius Becanus, Francicorum lib. 2. Fol. 56.
ita legit: Wisogastus, Bodogastus, Salogastus, Windogastus, fol. 56: *Quatuor fuisse scribuntur, Wisogastus, Bodogastus, Salogastus, & Windogastus.* Gast *nobis hospitem notat; &, quia hospitibus apud Germanos, teste Tacito, summa reverentia, & maximi honores habentur, vox transiit ad quemvis hominem significandum, quem hospitalitatis officiis dignum judicamus. Sic dicimus:* 'tis e Gast *id est, aquè, atq; si hospes esset, honore prosequendus.* Wisogast *igitur, dicitur is, qui venerandus est ob sapientiam;* Bodogast, *qui honorandus est, quia leges ferre, & imperare nôrit;* Salagast, *qui ob equestrem disciplinam dignus est veneratione;* Windogast, *is dicitur, qui ob victoriam est honorandus:* Wis *enim sapiens;* Bod, *mandatum & lex;* Sal, *sella equestris;* Win, *vinco significat. Notârunt igitur veteres, victoriam contra hostes non contingere, nisi Resp. sapientiâ, bonis legibus, & equestri dignitate, contineretur; nec item equestri ordine dignum, qui non excellat & sapientiâ, & peritiâ imperandi; fons enim omnis victoriæ contra adversitates, tùm privatas, tùm publicas, est sapientia; quod Plato indicavit, dum aut regem philosophum esse voluit, aut philosophum regnare.* Scrieckius in orig. lib. Fol. 432.
18. Gasten (inquit) *hospites & domestici, inde domesticorum Comites.* Item: Wisegast, *sapiens domesticus, vel sapiens hospes, à consilio privato;* Bodogast, *supremus domesticus,* Bode *enim tunc, quod nunc dicimus* Boden, *itaq; major domus, vel domesticus ordinis primi;* Shalegast, *sonat quæsturæ domesticus, idem quod quæstor,* Shael *enim genitivus est ab* Hael, *conquisitio, quæstus;* Windogast *sonat lucrorum domesticus, hiq; omnes domestici dicuntur, & protectores.* Toto titulo de domesticis & protectoribus, cod. Iust. lib. 12. Mathias vander Hove, inde handtvest chronijck van Nederlandt, simili fere modo hosce quatuor interpretatur, lib. 6. fol. 161. his verbis: Anno 422. ofte daer ontrent, heeft *Pharamundus* door raedt ende beleydt van vier cloucke ende wijse mannen, als *Wysogast, Losogast, Husogast,* ende *Sologast* ghemaeckt *Legem Salicam, la Loy Salique,* ofte Salische Wet; wilde onder andere puncten, Dat nimmermeer Vrouwe-persoonen zouden succederen in't Rijck. *Sigeberti* woorden luyden hier als volght: *Franci uti cœperunt legibus, & legem Salicam dictaverunt, per quatuor gentis suæ proceres, electos de pluribus, his appellatos nominibus: Vsogast, Besogast, Salagast,*

 Widigast.

Widigast. Item paulò post: Met het woordt *Wisogast* werdt verclaert, dat hy de kennisse van de Wijsheydt, Godtvreesentheydt, ende der Princelijcke wetten was hebbende door ervarentheydt; Met *Losogast*, te luysteren naer den raedt des selfs, naementlijck soo wanneer den Prins niet begaeft zijnde met de grootste gaeven des verstandts, alsdan de heylsaeme raeden vanden *Losengast* te volghen; Met *Husogast*, te letten op de eerlijcke spaersaemheydt, ten eynde den ontfangh ende uytghève vande Domeynen ende Impositen effen ghelijck, waer't mogelijck, mochten uytvallen; Met *Sologast*, oogh-merck te nemen op sich selfs ghebreken, om te vermijden gierichheydt, opgeblasentheydt, haestichheydt, boose lusten, lasteringhen, ende onwaerheydt, *Cuspini. Gaguin. Ado.* Dese vier groote personagien ende Hooghe Moghentheden, de Staten van Oud-Francenlandt, wierden om haere voorsienighe, matighe scherpheydt haers geestes, genaemt Gasten, dat is even soo veel als *Catones*, ofte Tuchtmeesters by de Romeynen. Alii aliter interpretantur, quæ mihi potiùs allegoriæ videntur, quàm ipsa veritas. Ego eos appellatos existimem: *Guiso*, aut *Wiso*, *Bodo*, *Salo*, *Windo*; nam Francis peculiaris fuit nominum propiorum terminatio in o. Ita secundus Francorum Rex appellatus *Clodio*. Reperiuntur & inter Francorum nomina: *Abbo*, *Ado*, *Agano*, *Amalo*, *Atto*, *Azo*, *Bajo*, *Berno*, *Betto*, *Berico*, *Bodo*, *Boso*, *Bovo*, *Cebbo*, *Daddo*, *Dodilo*, *Dodo*, *Drogo*, *Ebo*, *Folco*, *Franco*, *Fulco*, *Goszo*, *Hatto*, *Hecto*, *Heico*, *Heinico*, *Herilo*, *Hitto*, *Hugo*, *Immo*, *Milo*, *Odo*, *Otto*, *Suppo*, *Teudo*, *Wevilo*, *Weido*. Vide indicem Sirmondi in capitula Caroli Calvi. In archivis S. Dionysii, fol. 655: *Dagobertus Rex Francorum illuster. Leutone*, *Wulfione*, *Raucone*, *Comitibus*, *&c. datum* III. *Kalend. Aug. anno* II. *regni Dagoberti. Compendio feliciter in Dei nomine, Amen.* In recto hi dicti: *Fulco*, *Wulfio*; *Rauco*. Sic & logothetæ nostri: *Wiso*, *Bodo*, *Salo*, *Windo*. Sed & appellativa libenter pronuntiant cum o, ut *Franco*, & *Wallo*, quemadmodum *Friso*, *Saxo*; pro *Francus*, *Frisius*, *Gallus*. Teste Grutero, lapis Interamnæ exstitit, hâc inscriptione: *Hilarius Neronis Cæsaris corporis custos, natione Friso.* Quia verò aliunde advenerant, singuli, ut diximus, *Gasti* sunt appellati, ex vernaculo Gast .j. *hospes*, *extraneus*. Kilianus: Gast, *vetus Sax. Sicambr. Sal. Fris. extraneus*, *peregrinus*, *qui longiùs decem milliaribus extra ditionem habitat*; *& habitator oppidi*, *qui civis non est.*

Franconatibus nostris vox fuit propria Gast, pro eo, qui non esset natus in terra Franca, aut ejusdem terræ habitator quidem, at non ejus legibus subjectus. Latinè transtulerunt *hospes*, hinc apud Sanderum in Flandria illustrata, ubi terræ Francæ universam chartam typographicam exhibet:

Hospites Domini de Erckegem.
Hospites Domini de Rode, dicti Nieuwenhove.
Hospites de Knetselaere.

Hospites

Hospites Domini de Zillegem.
Hospites Domini S. Georgii.
Hospites de Ghentbrugghe.
Hospites de Coolscamp & Hardoye.
Hospites domini de Praet, &c.

Itaque omnino credendum quatuor hosce primores, Gastos dictos, quòd advenissent è partibus Bononiæ, Teroanæ, Veroviaco, aliisque, Romanorum castris propinquis, aut fortè aliqui etjam ex ipsa Batavia, quæ tùm unà cum Sicambris, & Frisiis, Francorum etjam nomen assumpserat; Batavi verò, eorumque vicini, inter Mosam & Rhenum, à tempore Augusti, usque ad Honorium fuerunt sub Romanis, eo modo, quo scriptum suprà cap. 16. fol. 153. 154. atque hac ratione calluerunt linguam Romanam. Adde & advenas istos, sive peregrinos procul dubio, in publicis mallebergiis publico sumptu, atque opiparè exceptos fuisse, unde rectè Gasten appellati, qua voce, & hospites, & convivas denotamus. Notandum quoq; Francos in hospites, sive advenas fuisse liberalissimos, unde suprà è lege Salica attulimus: *Romanum convivam Regis.* Et ibid. tit. 45. §. 2: *Si verò in illo convivio, plus quàm septem fuerint, &c.* More videlicet reliquorum Germanorum, tàm cis, quàm ultra Rhenum, de quibus Tacitus: *Convictibus, & hospitiis, non alia gens effusiùs indulget.* In lege Burgundionum quoq; ortu Germanorum, titulus est integer 38: *De hospitalitate legatis externarum gentium, & itinerantibus non neganda.* Lib. de moribus Germanorum.

Nunc ad nomina trium villarum quod attinet, in quibus tres malli celebrati, eas retulimus ex Sigeberto: *Salohaim, Bodohaim, Windohaim*; quas, licèt Sigebertus vocet villas Germaniæ, monendus lector, ut sæpè aliàs, Germaniam inferiorem hìc intelligi debere, cujus pars Francia nostra, seu terra Franca. Sed & fieri potest, Sigebertus, cum plerisque aliis, in eo errore fuerit, ut existimârit Francos è Germania magna provenisse, quam aliqui hìc perperam intelligentes, pro *villis Germaniæ*, scripsêre: *Villis quæ ultra Rhenum sunt*, ut in prologo Lindenbrogii, & apud quosdam alios scriptores. Cap. 9. fol. 78.

Verùm in authentico, neque fuisse: *In villis Germaniæ*, neque *in villis quæ ultra Rhenum sunt*, docet nos du Chesne tom. 1. hist. Franc. ubi sic legitur: „ *Laus Francorum ex antiquo codice* „ *MS. Bibliothecæ Tuanæ: Gens Francorum inclyta, &c. juxta morum suorum qualitatem, desiderans justitiam, & custodiens pietatem, dictavit Salicam legem, per Proceres ipsius gentis, qui ejusdem tunc Rectores erant .j. Guisogast, Saligast, Bodogast, & Vidogast, in locis denominatis: Salicheim, Bodicheim, Guidocheim.* Addit ibidem du Chesne: *Iisdem penè verbis concepta est legis Salicæ præfatio,* authentica videlicet, & quæ omnibus codicibus hoc modo addi debet. Goropius Becanus, libro superiùs citato, legit: *Bodenheim, Salenheim,*

lenheim, Winneheim, cum hac interpretatione: *In domo legum, in domo equestri, in domo victoriæ.* **Heim** jam diximus Flandris ac Francis *domum* esse in voce *Bischopesheim.* Kilianus in Etymologico suo linguæ vernaculæ: **Heim,** *Germ. Saxon. Sicamb. domus, & patria, locus natalis; Anglis Hom.* Pro eo nunc dicimus **Hem.** Sic **Lophem, Markhem, Rochshem,** significat: *Lupi, Marci, Rochi domum, &c.* Origo hujusmodi nominis, pago inditi, mihi quidem videtur profluxisse à domibus nobilium, quæ istis locis primitùs exstructæ, occasio fuerunt, aliis eò confluendi, & ædificandi; hinc pagi deinde, & vici, perseverante domûs primitivæ nomine; posteaquam verò Franci fidem Catholicam amplexi, in pagis templa ædificârunt. Pro **Heim,** vel **Hem,** dixerunt **Gheim,** vel **Ghem** .j. *Dei domus, ædes sacra,* **Gods-hem,** vernaculà **Go-hem,** contractè, **Ghem,** nam Brugense vulgus, & Franconatense pro **God,** sæpè omisso **d, Go** pronuntiat, unde **Go-fielt,** pro homine deside, atq; inutili, qui mendicando, quam laborando, mavult victum quærere; sic & mendicare dicunt: **Om Go gaen** .j. *pro Deo ire,* quod procul dubio à Francis antiquis observârunt.

Cap. 20. fol. 247.

In **Ghem** desinunt infiniti pagi totâ terrâ Francâ, & Flandriâ, ut patet ex Ortelii theatro, & Flandriâ illustratâ Sanderi, quæ antè constructa templa in **Hem** fortasse terminabantur, quamquam fieri potest, ut alia à domo in **Hem**; alia à templo dicta, in **Ghem** desierint. Meminit & Cluverius, ubi de veterum Gallorum habitaculis lib. 1. cap. 13. in hæc verba: *De Gallicis autem ædificiis ita comment.* VI. *de Ambiorige Gallorum Rege loquens:* „ *Sed hoc quoq; factum est, quòd ædificio circumdato* „ *sylvâ (ut sunt ferè domicilia Gallorum; qui, vitandi æstus causâ, ple-* „ *rumq; sylvarum ac fluminum petunt propinquitates) comites, fa-* „ *miliaresq; ejus, angusto in loco, equitum nostrorum vim paulisper* „ *sustinuerunt. Hinc hodieq; in Germania vicorum oppidorumq; nomina manent, in* campi, sylvæ, *&* fontis *vocabula desinentia; quæ Germanis sunt* **Feld, Wald,** *&* **Brun;** *sive aliâ dialecto,* **Wold,** *&* **Born;** *item in Anglia, ubi dicuntur* field, wood, *&* borne. *Sæpiùs tamen ejusmodi loca adpellata fuêre, addito domini, vel sitûs cognomine,* habitacula, *sive* domicilia; *Germanicè,* **Haim** *&* **Haus,** *sive* **Hausen;** *quorum illud variè, pro varia dialectorum ratione, dictum:* **Haim, Ham, Heim, Heem, Hiem, Hoom, Hom, Hum;** *in quæ hodieq; innumera oppidorum juxta atq; vicorum, per universam Germaniam atq; Angliam nomina terminata videmus, nam hoc etjam certum; quotiescumq; aliquod vici nomen, maximè in Vestophalia, Frisia, atq; Hollandia, conterminisq; regionibus in* em, *vel* om, *vel* um *desinit;* **Hem** *id, vel* **Hom,** *&* **Hum** *antiquitùs fuisse, quamvis nunc in plerorumq; scriptione* h. *negligatur.* Atque hinc fit, ut pagorum nomina apud authores vario & diverso fermè semper modo legantur; quolibet exscriptore, ad patriæ suæ dialectum, illa

Fol. 85.

flectente,

flectente. Galli hodierni efferunt per *Hain, Hien*, aut *Hin*. Du Tillet libro nunc sæpiùs citato: *Salinghain, Bodinghain, Widinghain, c'est à dire: Pays des Saliens, Bodiens, & Windiens.* Du Pleix *en ses memoires des Gaules, en l'avant propos* scribit: *Es burgades: Botagin, Salecagin, & Wedecagin.* Sic Wallones nostri, pro eo quod fuit Frelinghem, dicunt *Frelingien*; pro Arquinghem, *Arkingien*; Radinghem, *Radingien*; Rasseghem, *Rassingien*, &c. Mathias van Hove, libro paulò antè nominato, habet: Salechaim, Bodachaim, Wingehaim, quas conjicit esse Sallick in Provincia Trans-rhenana, Bodegraeven in Hollandia, Winkel vel Widenisse, in Westfrisia, quò Salios vult pertigisse, ita dictos ab Isala fluvio, ad quem Duysburgum, ut ait; ita tamen, ut in Zelandicis insulis etjam Salios agnoscat; sic scribens ad annum Christi 422: Dus en staet niet te twijffelen, of Faramund heeft den legem Salicam voor dese Salanders (van Oldenseel tot Swol) ende de gheduyrighe Geldersche Hollandtsche, ende Zeeusche Salische, ofte Zeeusche soute eylanden, tot Coninck ghecooren zijnde, ghemaeckt. Hausit hæc author ille è Cluverio, qui voluit ab Isala quoque flumine Salios appellatos, lib. 3. aut cap. 17. Certè si nomina pagorum quærenda ulla in regione, quæ ad Salchem, Bodohem, Windohem, accedunt, ea multo faciliùs, quàm alibi toto Belgio, in Flandria nostra, terraque Franca reperientur, quæ pagis in Hem, & Ghem desinentibus abundant, ut suprà scripsi, atque inter alios sunt Selegem, Odeghem, Winghen magis propinqua, quàm Salet, Bodegraven, Winkel; deinde interierunt infinita veterum pagorum, multaque sunt nullis tabulis Genealogicis expressa nomina, adeò ut vanum sit & temerarium, certos pagos, ubi legi Salicæ condendæ opera data sit, assignare. Fol. 93. Fol. 163.

Ipsum *tres mallos* est etjam parum putum Flandricum, pro eo quod nunc dicimus drie mael; mallus enim idem est quod Mael vetus Gallicum, pro judicum, & judicium conventu, Etymologicum Kiliani: Mael *vetus Sax. jus, lex, judicium, & conventus juridicundo deputatus*, vulgo *mallum, mallus, hinc* Borgher-mael, Boer-mael, *&c.* quia autem Franci judices è variis pagis ad mallum conveniebant, post ipsum mallum solebant unà cibum sumere, atque epulari, quam antiquissimam consuetudinem, hactenus Franconates, non nisi disceptationibus peractis, judicioque finito, sabbatinis diebus observant, ritu laudando magis, quam veterum Germanorum, qui in ipsis conviviis consultabant. Tacito his verbis teste: *Sed & reconciliandis invicem inimicis, & jungendis affinitatibus, & adsciscendis principibus, de pace deniq; ac bello, plerumque in conviviis consultant, tamquam nullo magis tempore, aut ad simplices cogitationes pateat animus, aut ad magnas incalescat.* Ab hoc inter consultandum etjam convivandi more Mael, pro *convivio* quoque usitatum fuit, De mor. German.

fuit, unde nobis Noen-mael pro *prandio*, & Avontmael pro cœna, sed & Mael conjux etjam appellata, quod non nisi in *mallo* olim affinitates contraherentur, ut è Taciti loco citato apparet. In lege Salica tit. 4. Lindenb. locus est in hanc rem notatu dignus: *Si quis homo moriens viduam dimiserit, & eam quis in conjugium voluerit accipere, antequam eam accipiat, Tunginus, aut Centenarius mallum judicent, & in ipso mallo, scutum habere debent, & tres homines causas tres demandare, & tunc ille qui viduam accipere vult, cum tribus testibus, qui adprobare debent, tres solidos æquè pensantes, & denarium habere debet, & hoc factum si ejs convenit, viduam accipiat.* Kilianus: Mael, Ghemael, *vet. germ. Sax. consors, socius, hinc* Eeghemael, *conjux. Idem:* Maelschat, Melschat *vet. Sax. Sicamb. dos & archa sponsalis. Idem:* Maelen, Mellen *vet. Sax. Sicamb. conjugium inire, conjugari, conjungi. Hinc lusus in Brabantia pueris & puellis frequens* Maelen, Maelen-spel *dicitur, cum bini binos segregare, alterumque altero relicto apprehendere nituntur.* Goropius l. 2. Franc. fol. 57: *Aliud præterea Salici addiderunt, dicentes leges has per tres mallos, id est, tria conventicula latas esse.* Mal *enim convivium significat, & quia Germanorum mos fuit de omnibus & pacis & belli negotiis in conviviis consultare, quod Tacitus testificatione suà confirmat, factum est, ut vox illa pro conventiculo judicum, & inde etjam pro tempore, sive vice, ponatur. Hinc apud nos* Emal, Tweemal, Drimal, *pro una, duabus, tribus vicibus dicatur. Ex hac voce Germanica mallus dicitur conventus juridicundo deputatus.* Scrieckius in originibus Celticis: *Per tres mallos, sic, & alibi est, quod nobis:* Met Drye-mael; Eerste-mael, Tweede-mael, Derde-mael, *eoq; adhuc utimur, tribus proclamationibus, & comitiis.* Colvenerius ad diploma Ottonis Imp. apud Baldericum in Chronico Cameracensi: *In nomine, &c. Otto divina propitiante clementia Rex. Noverint &c. nullus Comes vel quilibet reipublicæ minister illic potestatem habeat, aut mallum tenendi, vel bannum, vel freda eligendi &c. data* II. *Calend. Maii anno Incarnationis Domini* CCCC. XLVII. *regnante pio Rege Ottone anno* XIII. *Actum Aquisgrani palatii in Domino feliciter, Amen.* Sic inquit de mallo: *Est autem Teutonicæ originis quâ linguâ,* Mael *congregationem significat.* Certè hanc notionem huic vocabulo inesse apparet ex Tweemael, Dryemael. Item: Altemael .j. omnes simul, Teenemael, omninò quæ aliter quoque dicuntur: Altegader, Teenegader, *nimirum à* Gaderen, *id est congregare.* Vide plura capite præcedenti in voce *Mallus*, *Mallobergium*, & contracte *Malbergium*. Ibidem à mallo quoque deduximus, indeque docuimus Brugis antiquitus appellatum: De plaetse Mallebergh.

Lib. 18. fol. 432.

Lib. 1. cap. 72. fol. 116.

Fol. 284.

Certè in lege Salica ex editione Ioannis Heroldi in lib. suo originum ac Germanicarum antiquitatum Basileæ impresso typis Andreæ Petri anno 1557. ubi frequentissima sunt malbergiorum loca; inter alia legitur tit. 23. §. 4. Malbergium

Bruche:

Bruche: Si quis mulieri maxillam capulaverit Malb. Bruche M D CCC. *den. qui faciunt solidos* XLV. *culpabilis judicetur. Bruche* omninò hic esse arbitror vetustissimum castrum, sive Burgum Brugense, Bruch, aut Brugh, & nostrate dialecto, addito è, Bruche, aut Brughe, à vicino ponte, olim appellatum; quod ante Pharamundi tempora à Francis, adversus Romanos, conditum fuisse, docebimus libro peculiari. Errant vehementer, qui castrum hoc antiquitus Brugghe dictum fuisse contendunt. Inter quos Marchantius: *De Brugga, sic enim genuinâ linguâ nominata est, propter ligneum pontem, qui transitum antiquis pandebat commeantibus ab Audenburgo, Toroltoque, ad nundinas Rodenburgicas, orationem G. Cassander edidit panegyricam.* A ligneo ponte fuisse illud Brugh appellatum, Latinè *Bruga*, aut *Bruge*, & in plurali *Brugæ*, docet ipsum sigillum vetus urbis Brugensis, ubi pons impressus apparet, apud Sanderum in Flandria illustrata; ut & in contrasigillo, burgum, seu castrum, cum hac inscriptione: *Secretum de Brugis. Brugga* nemo antiquorum scripsit, neque Brugghe, pro ponte, veteres Theotisci, ac Franci dixerunt, sed Bruck, Bruch, Pruck, Pruch, item Brugh, prout hodieque Germani, Hollandi, Brabanti pronuntiant; soli Flandri, inque his, potissimum nostrates, e suum ab omni ævo adjunxerunt, ut pluribus in locis notatum est capite præcedenti. In veteribus diplomatibus constanter *Brugis* scribitur simplici g. Clausula diplomatis Arnulphi magni apud Miræum, ex archivis Sancti Donatiani, sic se habet: *Actum Brugis* 11. *Cal. Aug. anno Domini* 961: Sic & in aliis quam plurimis, suo loco adferendis. *Brito* quoque simplici g. Brugia scripsit, pro urbe, non *Bruggia*:

——— *Nec Brugia defuit illi, &c.*

Et hodie omnes extranei urbem nostram Bruch, aut Brugh appellant. D. Robertus Maldegemius, Grimaresii Toparcha, vir nobili sanguine ortus, ac rerum antiquarum curiosissimus, vetustissimum mihi, at minutum chronicon, tradidit, rerum Flandricarum, in membrana vernaculè conscriptum, ubi sic lego: **Sinte Donaes wart Bisschop te Riemen, ende hy was de sevende Bisschop in't jaer** 366. **ende doe so was Brugghe els niet dan een Casteel. Die Burch te Brugghe was ghemaeckt in't jaer** 865. .j. *S. Donatianus fuit Episcopus Rhemensis, eratque ordine septimus anno* 366. *& tum Bruga non erat nisi Castrum. Burgum Brugense constructum fuit anno* 865. Id planè ita se habere clarissimè me probaturum spero, libro jam promisso; confirmaturque vetustissimâ traditione, ab omnibus receptâ, inter Toroltum, & Rodenburgum (posteà Ardenburgum) antiquissima Flandriæ castra, & municipia, medium fuisse burgum, à vicino ponte, quem proficiscentes transire debebant, Brugh appellatum. Pontem illum, quod de ligno factus esset, ut in urbis sigillo

Tom. 1. fol. 182.

Vid. suprà fol. 19.

Lib. 2.

sigillo apparet, Brugh-stoc dictum olim tradunt chronica vulgaria; quod est fustis, aut baculus, ad transeundum, super impositus fossæ largiori, quam Franci transilire poterant; aut in usum mulierum, seniorum, puerorum. Scimus enim Francorum terram fossis, fossatisque repletam fuisse, ut neque Romanis, neque aliis populis in eam pateret accessus. Vnde Brito Armoricus de Flandria maritima:

Lib. 2.

Fossatisque vias ita præpedientibus, ut vix
Introitus pateat.

Neque erat toto orbe, gens magis expedita, ad fossas transiliendum, aut transnatandum, quam Franci; & præsertim Salii, quos à saliendo quidam ita dictos existimarunt. Vnde Sidonius Apollinaris:

——— Tibi vincitur illic
Cursu Herulus, Chunnus jaculis, Francusque natatu,
Sauromata clypeo, Salius pede, falce Gelonus.

In iisdem chronicis Flandriæ etjam ipsum Castrum, Brugh-stoc appellatur, quod nullo modo crediderim, ob antiquitatem vocis *Bruche*, ejusque author fingitur Lidericus: Hy (*Liderick*) stichtede Brugh-stoc, ende dede maken eerst onse L. Vrauwe Capelle, die men nu heet S. Donaes. Et paulò ante, ubi de filiis Liderici: GANYMEDES was Heere van Brugh-stoc, 'twelcke nu Brugghe heet. Oudegerst quoque: *Monsr. Sint Eloy fut le premier, qui vint pour l'effect que dessus, audict pays, & descendit en un lieu, appellé Brugh-stoc.* Kilianus: Brugh-stoc: *Fland.* .j Vondele, *ponticulus, planca pontis.* Idem: Vondel, Vonder, *ponticulus, parvus pons.* Itaque planca primum, deinde exiguus fuerit pons, postea verò affluente populi multitudine ad Burgum, ubi tutò se continebat, major fieri debuerit, & paulatim ea magnitudine atque altitudine, ut vetus Brugensium sigillum præ se fert, exhibitum in Flandria illustrata. Eum pontem omnino verosimile est fuisse, ex opposito plateæ, nunc Oudenburgh appellatæ, quod inde ad vetus Burgum rectà tenderetur; ut postea alia platea dicta de Steen-strate, qua ibatur ad carcerem, vulgo de Steen, latinè *lapidem*, more illius seculi appellatum.

Burgum verò illud, cujus parti nunc super impositum est D. Basilii sacellum vetus ideò dictum fuit, quia postea sub Balduino ferreo, 865. ut suprà dictum, domus Castellani, carcer, sive lapis, domus scabinalis, olim 't Ghisel-huys, domus Gravionis sive Comitis, ubi nunc Camera major Franconatensium, templo vicina; ipsumq; D. Donatiani templum cum ambitu, muris inclusum est, ac Burgum de novo nuncupatum, veterique Burgo castri nomen remansit, ut ex diplomatibus Comitum nostrorum apparebit, libro peculiari de Burgo Brugensi.

Iam inde à Pharamundi tempore dubium nemini esse debet,

bet, quin ad Castrum illud vetus fuerit vicus egregius, seu municipium Francorum, & Saliorum, circumcirca aquis cinctum, ut ex hodierno situ urbis apparet; quacunque videlicet se porrigit universa Parochia Sanctæ Walburgis, à vetere castro Brugh, procul dubio etjam Bruch, & Brug appellatus, Latinè Bruga; ac fieri potest, posterioribus temporibus, cum plures ei vico ingrediendo pontes ædificarentur, Brugæ nomen, in plurali, remansisse. Certè per undecim pontes ad eum vicum nunc patet accessus; videlicet: **Blende Esel-brughsken, Calis-brughsken, Peerde-brughsken, Muelen-brugghe, Sint Anne-brugghe, Stroo-brugghe, Conings-brugghe, S. Jans-brugghe, Craenen-brugghe, Wisselbrugghe**, olim **S. Pieters-brugghe**, nunc plateâ obductus; ut & **de Hof-brugghe** olim, in plateola vulgò **de Breydelstraete**.

Neque dubitandum quin in vico illo plurimæ honestiores domus, & curtes tùm fuerint exstructæ, quahbus tempore Pharamundi usos fuisse Francos, ex lege Salica apparet, statim in initio, tit. 1. §. 3: *Ille autem qui alium mannit, cum testibus ad domum illius ambulet, & sic eum manniat, aut uxorem ejus, vel cuicunq; de familia ejus denuntiet, ut ei faciat notum quomodo sit ab illo mannitus.* Item tit. 54: *Si quis alteri de rebus suis aliquid præstiterit, & ei reddere noluerit, sic eum debet mallare, cum testibus ad domum illius, cui res præstavit, accedat.* Tit. 6. §. 3: *Si quis canem custodem domus, sive curtis, qui in die ligari solet, ne damnum faciat, post solis occasum solutum, furatus fuerit, aut occiderit,* DC. *den. qui faciunt solid.* XV. *culp. jud.* Hinc & arbor doméstica, tit. 8. §. 1: *Si quis pomarium, sive quamlibet arborem domesticam extra clausuram exciderit, aut furatus fuerit,* CXX. *den. qui faciunt solid.* III. *culp. jud. exc. cap. & dil.* Item §. 2. tit. eod: *Si quis verò pomarium, aut quamlibet arborem domesticam infra clausuram exciderit, aut furatus fuerit,* DC. *den. qui faciunt* XV. *solid. culp. jud. exc. &c.* Clausura ex vernaculo **Slot** translatum est, inde *intra clausuram*, **binnen t'Slot**; *extra*, **buyten 't Slot**. Hîc itaque domus major intelligenda, atque instar arcis, quæ olim à clausura etjam **Slot**. Fiebat autem in vicis clausura, vallo ligneo, aut muro, è lapide impolito, quali vetera omnia burga videmus constructa, eratque in eo ostium, quod clave aperiebatur, ut nunc; quod colligitur ex hoc loco legis Salicæ, tit. 9. §. 1: *Si quis unum vas apium intro clave, aut sub tecto furaverit,* I.D.CCC. *den. qui faciunt solid.* XLV. *culp. jud. exc. cap. & dil.* Et paulò post §. 3: *Alia vasa sub tecto, aut sub clave furaverit,* Tit. 12. §. 5: *Si quis ingenuus clavem effregerit, aut adulteraverit, & sic domum ingressus fuerit, & inde aliquid per furtum tulerit,* I.D.CCC. *qui faciunt solid.* XLV. *culp. jud.* Et §. 6: *Si verò nihil tulerit, sed fugiens evaserit, propter effracturam tantùm* I.CC. *den. qui faciunt solid.* XXX. *culp. jud.* Alioquin ruri, sive in villis, se-

pibus

pibus fiebat clausura, tit. 10. §. 10: *Si quis, &c. sepem alienam aperuerit.* Item tit. 36. §. 1: *Si quis tres virgas, cum quibus sepes superligata est, vel retortas, quibus sepes continetur, capulaverit, aut tres cambrotas, excervicaverit,* DC. *den. qui faciunt solid.* XV. *culp. jud.* Erant & signa domestica; unde leg. Sal. tit. 35. §. 2: *Si quis cervum domesticum, signum habentem, aut occiderit, aut furaverit, qui ad venationem faciendum mansuetus factus est, &c.* Atque hæc præsertim de domibus Francorum, in vicis, seu municipiis habitantium; nam foris degentium, ac pauperiorum in lege Salica fermè *casa* dicitur, tit. 12: *Si quis ingenuus casam effregerit, & quod valet duos denarios, furaverit,* ICC. *den. qui faciunt sol.* XXX. *culp. jud. exc. cap. & dil.* Item tit. 18. §. 1: *Si quis casam quamlibet intus hominibus dormientibus incenderit, ei, cujus casa fuit,* IID. *den. qui faciunt solid.* LXII. *s. culp. jud. exc. cap & dil. Et quantorumque intus fuerint, & evaserint, mallare eum debent, & unicuique illorum,* IID. *den. qui fac. solid.* LXII. *s. componat, & quicquid ibi perdiderint, in locum restituat.* Adnotandum, universâ lege Salicâ, nondum me urbis ullius mentionem reperisse, at sæpè pagi, tit. 1. §. 5: *Si verò infra pagum in sua ratione fuerit, potest manniri.* Tit. 52. §. 2: *Ambulet ad Gravionem loci illius, in*
Cap. 4. fol. 25. *cujus pago manet.* Dicebatur verò, ut suprà ostendimus, cùm multæ villæ essent conjunctæ, quarum in lege Salica frequentissima mentio, tit. 16. §. 2: *Si quis villam alienam adsalierit, & ibidem ostia fregerit, canes occiderit, vel homines plagaverit, aut in carro aliquid inde abduxerit* VIII. *den. qui faciunt solid.* IC. *culp. jud. & quicquid inde abstulerit, in locum restituat.* Vt & curtis, tit. 36. §. 4: *Si quis per malum ingenium in curtim alterius, vel in casam, vel ubicumque amiserit aliquid, quod furatum est, nesciente domino, cujus possessio est, & ibidem inventum fuerit, ille, qui per malum ingenium hoc miserit* IID. *den. qui faciunt solid.* LXII. *s. culp. jud.* Erant itaque Francis veteribus casæ, sive tuguria separata, hinc inde totâ terrâ Francâ, & curtes, hodie etjam Franconatibus, Hoven, & Houven dictæ; erant præterea vici, seu pagi connexis, & cohærentibus ædificiis. Vtrumque habitandi modum describit Tacitus de moribus Germanorum, quo nomine etjam Germanos Cisrhenanos, in iisque Francos, intelligi, suprà non semel indicavi. *Nullas* (inquit Tacitus) *Germanorum populis urbes habitari, satis notum est, ne pati quidem inter se junctas sedes, colunt discreti ac diversi, ut fons, campus, ut nemus placuit, vicos locant, non in morem nostrum, connexis & cohærentibus ædificiis, suam*
Lib. 1. cap. 13. fol. 85. *quisque domum spatio circumdant.* In quem locum ita Cluver. in Ger. antiq: *Duo hîc habitationum diversa ostenduntur genera, alterum quo discreti, diversique invicem, atque hinc inde dispersi, colebant; alterum quo in vicis, veluti in unum certum locum congregati, habitabant.* Quamvis terram Francam, prout fuit, & nunc etjam est, ex instituto, Tacitus, & Cluverius descripsissent, non potuissent

tuissent eorm habitationem Neoporto, Ostendam usque, atque inde Slusam, & ultra, ipsamque Casantum insulam, exactiùs & veriùs depinxisse. De Menapiis etjam, quos diximus Franciæ nostræ partem antiquitus fuisse, tradit Cæsar Comm. 4. *Ædificia, vicosque habebant.* .j. separatim ædificia; & conjunctim, vicos. Dio quoque de Menapiis: Οὐ πόλεις ἔχουσιν ἀλλ' ἐν καλύβαις διαιτῶσι. *Vrbes non habent, sed in tuguriis degunt.* Sic & Tacitus: *Ne cementorum quidem apud illos, aut tegularum usus, materiâ ad omnia utuntur informi, & citra speciem, aut delectationem.* Terrâ videlicet argillaceâ, & figulari, eique stramine inmixto, quod Leem appellant, unde fortasse Romanorum *limus* potiùs, quam ut Isidorus, quod lenis sit. Tectum Francorum fuit olim è stramine, ut & Gallorum, de quibus Cæsar Com. 5: *Fervida jacula, in casas, quæ more Gallico stramentis erant tectæ, jacere ceperunt.* Quamquam non adeò splendida fuerint prima Francorum ædificia, certum tamen est universum tractum, à Bononia, ad Scaldim; atque à Legia, ad Oceanum, populo refertissimum fuisse, æquè ab antiquis Belgis, quam ab advenis Gallis, servitutem Romanorum evitantibus, habitatum; præsertim cum antè Gallorum adventum Iulius Cæsar in Commentariis suis, de bello Gallico scribat, suo tempore solos Morinos ad Belgarum commune bellum, adversus Romanos viginti quinque hominum millia, Menapios novem; Nervios quindecim millia, adduxisse. Debebantque necessariò vici omnes, & pagi, ubi mallobergia frequentata, & nobilibus viris & patriciis, & omnis generis plebe abundasse. Præcipuè, cùm ad mallobergium, eæ ferme omnes personæ requirerentur, quæ nunc in Franconatium vierscarna. Erant siquidem mannitores .j. citatores, Maenders; erant duo consultores .j. advocati; septem Rathimburgii .j. Scabini, quorum proprium fuit judiciis interesse in Burgo, ut dictum capite præcedenti. Erat & Gravio sive Comes, qui & judex fiscalis, ut ibidem reperies. Centenarius quoque, & Tunginus, quorum meminit lex Salica tit. 26. & Glossæ veteres: *Tunginus judex, qui post Comitem est*, apud Lindenbr. Ibid: *Centenarii de re minima, scilicet minores Iudices, ministri Comitum.* Erant & alii Officiales, & procuratores, & apparitores, ut in omnibus mallis sive judiciis, ut dubium non fuerit, multa plebe confertos fuisse, vicos, & pagos Francorum. In quibus etjam habitabant, omnis generis artifices, quorum meminit lex Salica tit. 11. §. 5. *Fabri, Molinarii, Carpentarii, &c.* ut in omni loco, ad quem fit populi confluxus. Sed & fuêre ab omni antiquitate fora; & mercatores; & nautæ, è fluviis ad mare, & è mari, in alias regiones, mercibus vehendis assueti; non tantum quamdiu in pace cum Romanis vixere; verum etjam postquam terrâ, marique in Romanos prædas agere cœperunt, sub Gallieno, circa annum

Fol. 11.

Lib. 39.

Lib. 16. cap. 1.

Comm. 2.

Fol. 297.

Christi 250. & sub Probo anno 280. Quantum debebant suis viribus, atque hominum multitudini, fidere: *Cum correptis navibus Siciliæ, Græciæ, Asiæ, & Africæ litora depopulati sunt*! Deinde cum ad occidentem Bononiam obsederunt, atque invaserunt; & ad orientem è Batavia Romanos pepulêre, bellumq; gessêre adversus tres eodem tempore Romanorum Imperatores, Constantium, Maximianum, Diocletianum, quot millia debuerunt in pugnam eduxisse! Panegyrici, Romanis adulantes, *multa millia Francorum* ab iis cæsa, sæpiùs inculcant; at multò plura reservata confitentur; unde *fœcundam malis suis nationem, scribunt raptim adolevisse, robusteque recreatam esse.* Cum deniquè anno 407. viginti millia Wandalorum ad Rhenum interfecerunt, cum ipso Wandalorum Rege, quantum debuerunt exercitum conflâsse, tàm è Cisrhenanis, quàm è Transrhenis Francis!

Vide antea fol. 51.
Vide fol. 45.
Fol. ibid.
Fol. 47.

Ad opes verò primorum Francorum quod attinet, libet ex ipsa lege Salica eas Lectori adhibere. Tit. 2. de furtis porcorum, §. 17: *Si quis* XXV. *porcos furaverit, & de grege illo amplius non fuerit* IID. *den. qui faciunt solid.* LXII. *culp. jud. exc. cap. & dil.* Ibid. §. 20: *Si verò* L. *furaverit, & aliqui remanserint* IID. *den. qui faciunt solid.* LXII. *culp. jud. exc. capit. & dil.* Tit. 3. §. 8: *Si quis taurum furaverit, qui unum gregem regit.* §. 13: *Si quis* XXV. *animalia furaverit* .j. *vaccas, aut boves.* Tit. 4. §. 4: *Si quis* L. *berbices, aut* LX. *vel amplius furaverit, &c.* Tit. 9. §. 6: *Si quis septem (*vasa apium*) furaverit, &c.* Vide & tit. 10. *de damno in messe.* Et ibidem plura, quæ ad rem rusticam pertinent, ubi è mulctarum gravitate colligitur, pecuniâ primos Francos abundasse.

Sed & sumptuosos admodum in exequiis mortuorum fuisse, patet ex tit. 57. de corporibus expoliatis §. 1: *Si quis corpus hominus mortui, antequam in terra mittatur, per furtum exspoliaverit,* IID. *den. qui faciunt solid.* LXII. *s. culp. jud.* Item §. 2: *Si quis tumulum super hominem mortuum expoliaverit, vel dissipaverit,* DC. *den. qui faciunt solid.* XV. *culp. jud.* Et §. 3: *Si quis aristatonem, hoc est, staplum, super mortuum capulaverit, aut mandualem, quod est structura; sive selave, qui est ponticulus, sic ut more antiquorum faciendum fuit, qui hoc exstruxerit, aut mortuum exinde expoliaverit, de unaquaq; de istis* DC. *denar. qui faciunt solid.* XV. *culp. jud. Staplum* videtur lapis, *manduale* cancellum supra tumulum, *selave* est columella, pyramis; vide Lindenbrog. Eod. tit. §. 7: *Si quis domum, in modum basilicæ factam, super hominem mortuum, expoliaverit,* ICC. *den. qui faciunt sol.* XXX. *culp. jud.* Basilica propriè significat domum regiam, vox Latinis usitata è Græco βασιλικὴ .j. regia, à βασιλεὺς, Rex, pro domo aliqua ad Regem pertinente; quales domus, quia Reges Francorum in Ecclesias Christianorum sæpiùs converterunt, ipsæ etjam basilicæ dictæ fuerunt.

Porrò

Porrò, ut ad mallobergium Bruche revertamur, præter antiquissimum castrum, ei non modicum splendorem dedit lucus vicinus, Iovi sacer, è quercu, hodieque *Quercetum* appellatus. Eam arborem Ethnici omnes, nostrique etjam Franci velut sanctam habuerunt, ex eaque oracula sua excepere. De Græcis ita Virg. tom. 2:

——— Nemorumque, Iovi quæ maxima frondet
Esculus, atq; habitæ Grajis oracula quercus.

Homer. Odyss, lib. 14:

Τὸν δ' ἐς Δωδώνην φάτο βήμεναι, ὄφρα θεοῖο
Ἐκ δρυὸς ὑψικόμοιο Διὸς βουλὴν ἐπακούσῃ.

Id est:

Hinc in Dodonam dicebat ire, ut Dei
E quercu procera Iovis consilium audiret.

Hoseas Propheta de Gentilibus: *In verticibus montium sacrificant, & in collibus suffitum faciunt, sub quercu, populoque, & robore, eò quod bona sit umbra ejus.* Cap. 4.

Et Isaias de Hebræis Deos venerantibus: *Pudefient ob quercus, quas desiderâstis, & erubescitis propter hortos, quos elegistis; nam eritis similes quercui defluenti folio suo, & horto cui nulla est aqua.* Cap. 4.

Virgil. Georg: Lib. 3.

Sicubi magna Iovis antiquo robore quercus
Ingentes tendat ramos.

Et Æneid: Lib. 3.

——— Quales cum vertice celso
Aëriæ quercus, aut coniferi cyparissi,
Constiterant, sylva alta Iovis, lucúsve Dianæ.

Qui Ethnicorum mos, ut Iovi, sylvæ, & quercus nominatim sacræ essent, ex ipsis S. Scripturæ fontibus originem videtur habere. Genesis: *Plantavit autem Abrahamus lucum, apud Beerschebat, & invocavit illic nomen Iehovæ .j. fortis, æterni.* Sic Dionysius Halicarnassæus de antiquissimis Arcadibus: Ἦν δὲ τὸ ἀρχαῖον ὡς λέγεται, σπήλαιον, ὑπὸ τῷ λόφῳ μέγα δρυμῷ λασίῳ κατηρεφὲς, καὶ κρηνίδες ὑπὸ ταῖς πέτραις ἐμβύθιοι, ἥ τε προσεχὴς τῶν κρημνῶν νάπη, πυκνοῖς, καὶ μεγάλοις δένδρεσιν ἐπίσκιος· ἔνθα βωμὸν ἱδρυσάμενοι τῷ θεῷ, τὴν πάτριον θυσίαν ἐπετέλεσαν οἱ Ἀρκάδες. Id est: *Erat tum, ut fertur, spelunca sub tumulo magna, denso querceto contorta, & sub petris profundi fonticuli, solumq; rupibus contiguum nemorosum, & frequentibus, ac proceris opacum arboribus, ibi arâ Deo exstructâ, more patrio, sacra fecerunt Arcades.* Sicut de Italiæ luco olim, ubi capitolium, Virgil: Cap. 21. Antiqu. Rom. lib. 1. Æneid. 8.

——— Capitolia ducit
Aurea nunc, olim sylvestribus horrida dumis, &c.
Hoc nemus, hunc, inquit, frondoso vertice collem
Quis Deus incertum est, habitat Deus. Arcades ipsum
Credunt se vidisse Iovem, &c.

 Cicero

Cicero de legibus: *Lucus Arpinatium, & quercus vetus, ex qua evolavit Nuncia fulvua Iovis mirandâ visa figurâ.*

Sed & Gallis id proprium, ut nemora alerent, quercubus consita. Lucanus de luco circa Massiliam:

Lib. 3. *Lucus erat longo nunquam violatus ab avo, &c.*
Ipse situs, patriq; facit jam robore pallor
Attonitos, &c.
Robora complexos circumfluxisse dracones, &c.
——— Motiq; verendâ
Majestate loci, si robora sacra ferirent
In sua credebant redituras membra secures.

Claudianus de laudibus Stiliconis, ad Hercyniam sylvam, notat quercus à Gallis instar numinum cultas:

Vt procul Hercyniæ per vasta silentia sylvæ
Venari tutò liceat, lucosq; vetustâ
Relligione truces, & robora, numinis instar
Barbarici.

Id est, Belgici, sive Celtici. Maximus Tyrius dissert. 38: Τὸ γὰρ βαρβαρικὸν ὁμοίως ἅπαντες μὲν ξυνετοὶ τοῦ θεοῦ· κατεστήσαντο δὲ αὐτοῖς σημεῖα ἄλλοι ἄλλα. Κελτοὶ σέβουσι μὲν Δία· ἄγαλμα δὲ διὸς Κελτικὸν ὑψηλὴ δρῦς. Id est: *Inter Barbaros similiter, qui Deum non agnoscat, nemo est, alii tamen alia ei statuunt signa. Celtæ Iovem colunt; Iovis autem simulachrum, apud eos, est alta quercus.* Plin. lib. 16. cap. 44: *Non est omittenda ea in re Galliarum admiratio; nihil habent Druidæ (ita suos appellant magos) visco, & arbore in qua gignitur (si modò robur sit) sacratius. Iam per se roborum eligunt lucos, nec ulla sacra sine ea fronde conficiunt.* Vnde putârunt eis nomen inditum à δρῦς, quod Græcè significat quercum. Meminit horum & Lucanus:

Lib. 1. *Et vos, Barbaricos ritus, moremq; sinistrum*
Sacrorum, Druidæ, positis repetistis ab armis,
Solis nosse Deos, & cœli numina vobis,
Aut solis nescire datum, nemora alta remotis
Incolitis lucis.

Huc referendum & sacrum nemus Batavorum apud Tacitum hist: *Civilis primores gentis, & promptissimos vulgi, specie epularum, sacrum in nemus vocatos &c.* Item: Lucus Baduhennæ apud Frisios, de quo Tacitus in Annal: *Compertum à transfugis nongentos Romanorum apud lucum, quem Baduhenna vocant, pugnâ in posterum extractâ, confectos &c. Clarum, inde interGermanos, Frisiorum nomen.* Apud eundem Tacitum alibi: *Sacrum nemus in insula Oceani.*

Lib. 4.
Lib. 4.

Similes Celtarum, ac Francorum veterum lucos, postmodum in monasteria conversos, notat Scedius libro de diis Germanorum cap. 24. fol. 345: *Celtæ autem non quoslibet lucos eligebant, sed eos tantum, in quibus vetustissimæ & maximè molis quercus*

quercus, & robora florescebant. Nihil enim Druydæ habebant, *teste Plin. lib.* 16. *cap.* 44. robore sacratius. „*Iam per se roborum eligunt „lucos: nec ulla sacra sine ea fronde conficiunt, uti inde appellati quoq; „interpretatione Græca possint Druydæ videri. Max. Tyr. Plat. disser- „tatione* 38. *scribit, Celtas excelsam quercum coluisse, & Iovis nomine „solemniter appellasse. Luidprandi Regis Longobardorum lex est: Qui „ad Arborem, quam Rustici Sanctivam vocant, adoraverit, vel incantationes fecerit, componat medietatem pretii sui in sacro palatio, Avent. lib.* 3. *Ann. Bojor.* „*Theodo Rex Bojorum lucum & montem proximè „Reginoburgium Danubio imminentem more majorum, Alemanno Her- „culi Victori, & Bellorum præsidi, dedicavit, ejusq; nomine appellari „jussit: ibi sacris ritu patrio Divis operari præcepit. Ea sylva postea Monachis D. Haymerani more majorum dicata est. Extabant in ripa Danubii & ora Germaniæ, duæ vetustissimæ quercus prodigiosæ magnitudinis: millibus passuum viginti distabant, altera superior, altera inferior cognominabatur. Has quoq; gentili ceremoniâ Bojus consecravit, eò frequens populus coiit, victimasq; immolavit. Boii ubi religionem Christianam receperunt, in templa, & inde cœnobia commutarunt, utrumque nomen vetus servat,* Altaichiumque *vocari solet, quod linguâ Bojâ veterem significat. Nam nihil sacratius quercu majores nostri habuerunt; nulla sacra sine hujus arboris fronde confecêre.*

Quod ipsum evenit etjam Querceto Brugensi. Postquam enim Franci bellis in Romanos gestis Galliam obtinuissent, Regesque longè, latèque dominarentur, omniaque loca publica, urbes, vicos, castra, nemora, lucos ad se attraherent, eaque filiis suis, atque nepotibus & propinquis partirentur; factum, ut non multò post Clodovæi tempora, sub quò Francos jam sæpiùs diximus primùm Christianâ religione instructos fuisse, Quercetum illud, cum aliis possessionibus, circa castrum, vicumque Brugensem, devenerit ad S. Trudonem, è Regum Francorum prosapia oriundum, qui gentilitate omni remotâ, Iovi antea sacratum nemus, Christo dedicavit, circa annum Christi 650. de quo sic lego in epistola Rodulphi, Abbatis Trudonensis ad Walramum Ducem Limburgensem, & Advocatum ecclesiæ Trudonensis in Hasbania, scripta anno 1130. quam adfert Miræus in Annalibus Belgicis ad annum 689: *Notum vobis facimus breviter S. Trudonem progenitum fuisse de nobili stirpe Francorum Regum, & Ducum Austrasiorum; propter amorem Dei, reliquisse militiam sæcularem, & Angelicâ revelatione, & B. Remacli admonitione, Metas transisse, & omne patrimonium suum B. protomartyri Stephano tradidisse; literas ibi didicisse.* Agit de patrimonio, quod habebat in Comitatu Hisbaniensi, teste Latomo in M. S. historia monasterii Trudonensis, apud eundem Miræum ibid: *S. Trudo prima pietatis fundamenta Metis apud S. Clodulfum Episcopum, S. Arnulfi filium, posuit: ubi existens, omnium prædiorum, quæ in Hasbania habebat, Christum. & S.*

Stephanum martyrem, Metensis ecclesiæ patronum, ac tutelarem, scripsit hæredem. Pergit Rudulphus Abbas &c: *Inter cætera Bruges in Flandria, alodium S. Trudonis fuit, ubi & congregationem* lxxx. *monachorum habuit. Idem,* teste Miræo, *Habent vetera monumenta cœnobii virginum, quod S. Trudonis conditoris sui nomen, hodieq; apud Brugenses retinet, ut in iisdem Annalibus refertur.*

De initiis hujus monasterii hæc ego hodieque lego in ejusdem archivis: *Circa annum Domini 628. natus est S. Trudo, Præsbyter, & Confessor, nec non Apostolus Hasbaniæ.*

Circa annum Domini 650. idem S. Trudo, juxta Brugas Flandrorum, ubi plura habebat bona, celebre fundavit Monasterium 80. Religiosorum.

Circa annum Domini 694. S. Trudo feliciter ex hac vita migravit.

Circa annum Domini 865. Bald. Ferrens primus Comes Flandriæ, munivit Burgum Brugense contra Danos, & Normannos, Flandriam depopulantes, quo Barbarico furore prædictum Sancti Trudonis Monasterium devastatum est, ex cujus reliquiis, & bonis, successu temporis duo Monasteria circa Brugas, Eechoutense, & Trudonense, excitata sunt.

Sed & ipsum nemus viciniſſimum Castello magnam cum eo communionem habuisse, ex hoc etjam apparet, quod ibidem reperio: Anno 1247. *generosus vir, Ioannes, Dominus Nigellæ, Castellanus Brugensis, attestatur, quod ipse, & omnes Castellani Brugenses, erunt, & sunt Advocati Ecclesiæ, & loci Eechout. Vendidit hic Castellaniam seu præfecturam Brugensem Ioannæ Comitissæ anno* 1224.

Eam communionem habuisse & vicum universum, Brugetum appellatum, (quem aliqui vocant Allodium S. Trudonis, voluntque ad S. Trudonem pertinuisse) docent sequentia ibidem annotata: *Porrò Abbas Eechoutanus ab antiquis temporibus semper dictus est, & etjamnum dicitur Abbas Brugensis, habitusque est protector trium Capitulorum Canonicalium Brugensium, & ante erectionem Episcopatus præfuit curiæ spirituali. Ipsa verò Abbatia Canonicalem habet confraternitatem, cum duobus Capitulis B. Mariæ, & S. Salvatoris; ratione cujus, illa collegialiter veniunt celebratum, vel honoratum exequias Abbatis, vel singulorum Religiosorum defunctorum; quam mutuam reciprocæ charitatis vicem, & ipsa quoties aliquis, ex prædictorum Capitulorum Canonicis, obierit, hactenus hucusq; reddere consuevit, denique gaudet eadem ipsa Abbatia insigniis ipsiusmet civitatis Brugensis, super additis duobus pedis, in modum Crucis Burgundicæ transversis.*

Quæ omnia eò libentiùs adduxi, ut Lector consideret non frustra nos, Castrum, & vicum Brughe, totamque primam Franciam, ab incolarum multitudine, deprædicasse, tempore Pharamundi, circa annum Christi 420; quandoquidem ducentis, aut circiter annis, post eruptionem Francorum in Galliam, qua

qua universa primorum Francorum regio, multâ nobilitate ac populo, nudata fuit; ita rursus tùm incolis, tùm advenis accreverit, ut statim atque Christum agnoscere cœpit, in uno Monasterio reperti sint ad octoginta, qui relictâ seculari militiâ, sese Christo devoverunt.

Factum id præsertim prædicatione D. Eligii Apostoli nostri, qui circa ea tempora Flandri dici cæpimus, & Flandrenses, ut peculiari capite postea ostendendum. In ejus vita sic scribit Oudoenus Rhotomagensium Episcopus ejus contemporaneus, & in aula Chlotarii, & Dagoberti, Franciæ Regum, cohabitator: *Multum præterea in Flandris laboravit, jugi instantia Andoverpis decertavit, multis erroribus implicatos Suevos convertit, fana aliquot profana, Christi clypeo protectus, Apostolicâ auctoritate destruxit, idolatriam quoque diversi generis, ubicumq; comperit, funditus evertit.* Item: *Cumq; circumquaque rura lustraret, inenarrabili subtilitate, desides Barbarorum animos, & minus de se solicitos, solerti sanè studio, verbis blandis nitebatur stimulare, atque ad amorem supernæ patriæ accendere; prædicans infestis pacem, ferocibus lenitatem, docens eos pariter debere ad ecclesiam convenire, Monasteria construere, atque in bonis actibus Deo sedulò servire. At quas ejus exhortationes ita pleriq; Barbari mutati sunt, ut subitò in arido & squalenti agro videretur fœcunda seges, & uberrima messis existere, &c.* Fol. 2. cap. 8.

Acta hæc circa annum 650. tradit chronographus Aldenburgensis in hunc modum: *Anno 650. Eligius ex Lemovicibus ortus constituitur Episcopus Noviomensis, qui publicè de religione in hac maritima gente concionatus, Flandros ad Christum convertit: Brugis præfuit; Rodenburgi .j. Ardenburgi prædicavit, ac Aldenburgi. Hic Eligius inchoat Monasterium D. Martini Tornacensis.* Molanus quoque, in natalibus Sanctorum Belgii, de S. Eligio: *Aldenburgi (inquit) Rodenburgi, Oostburgi, Brugis, & alibi sacras inchoavit ædes. Festa ejus primaria sunt: depositionis, calendis Decembris, quantumvis in festo S. Andreæ obierit primâ horâ noctis; & translationis, postridie nativitatis S. Ioannis Baptistæ. Corpus quiescit Noviomi; portio tamen aliqua habetur Brugis ad S. Salvatorem.* Brugis propè vetus Castrum, ab eo constructum templum Divæ Virgini Matri, credibile est, potiùs quam à Liderico Bucano, ut è chronico vernaculo suprà allatum. De S. Salvatoris, constantissima est traditio, exstatque adhuc ejus pars, versus Occidentem, è lapide prorsus impolito. Meyerus tom. 1. rerum Flandricarum: *Mortuo Clotario Dagobertus filius ejus, vir admodum religiosus, acceptis regni gubernaculis, ad convertendos ad Christum Flandros, animum adjecit, templum tunc jussu ejus Servatori Christo Brugis positum, atque ab Eligio, Sancto præsule, dedicatum.*

Vnde colligitur vicum illum Brugensem, quem suprà descripsimus, aquis cinctum, tum temporis adeò habitaculis, & populo

populo repletum fuisse, ut ad castrum Bruche affluentes, novas sibi sedes exstruere sint coacti; ad Occidentale videlicet castri latus, ubi nunc forum, item platea de Oudenburgh, de Steen-strate, Noort-sant-strate, Suyt-sant-strate, ad arenam usque, hodie de Wyndach-mart; cui multitudini (nunc constituenti parochiam Sancti Salvatoris) D. Eligius hoc templum exstruendum judicavit.

Ejusdem S. Eligii operâ factum existimo, ut & Torolti, sive Toroalti, nunc Torout, cui etjam nemus jugens & lucus adjacet, profanis quondam superstitionibus obnoxius, non templum tantum, sed & monasterium postmodum conditum sit, à S. Medardo quondam inceptum, in quo claruit Sanctus Domlinus, Sanctorum: Amandi, & Bavonis, &, ut vult Meyerus noster, etjam Sancti Eligii, coævus; unde sic habet dictus Meyerus ad annum Christi 650: *Inchoat Eligius Episcopus Monasterium D. Martini Tornacensis, &c. Et in pago Flandrensi, Cœnobio Torholtensi, per eosdem dies, Domlinus Præsbyter sanctitatis gloriâ nemini cedit.* Apud Baronium meminit hujus Domlini Theodoricus Abbas, ad annum Christi 632. quo eum tradit Divo Bavoni morienti adfuisse, quæ ob antiquitatem merentur adscribi: *Patrem* (hic S. Bavo) *habuit Agilulphum Hasbaniæ Comitem, fratrem patruelem Carlomanni senioris, cujus filius fuit Pipinus à Landa, quem primum vocant Brabantiæ Ducem. Deinde contemptis opibus, atque à B. Amando Tungrorum, Episcopo Christi gloriam plenius edoctus, soli Christo militare statuit: pecunias & reliquas opes in pauperes distribuit, eodemque S. Amando promotore, Gandæ Monasterium, in honorem S. Petri, construxit, egregieque dotavit, quod ab eo posteà denominatum est; in quo monasterio tonsurâ clericali insignitus, ibi diu vitam sanctissimè duxit; ac deinde in cellula, veluti sepulchro, se claudens, ubi exegisset in mira vitæ austeritate biennium, hoc anno ex hac vita recessit, à conversione sua anno quadragesimo diebus minus tribus. Hujus imitatione, Gertrudis, & Begga, Pipini filiæ, sese puriori vitæ addixerunt, multique principes viri, fœminæque, ipsius exemplum secuti, sanctimoniæ laudem apud posteros meruerunt. Quantus, quamque magni nominis fuerit, non solum miracula patefecerunt, quodque multæ Ecclesiæ ab eo extructæ fuerint: sed etjam quod viri celeberrimi eum religiosè visitarint. Siquidem Sanctus Amandus magnus ille Flandrorum Apostolus, noluit abesse, cum ex hac vita migraret. Domlinus religiosissimus præsbyter ex Turolto, Anglico ducatu advenit, ut antè mortem ei sacræ Eucharistiæ viaticum traderet. Beatus Livinus Archiepiscopus & Martyr in Flandriam adveniens, triginta diebus, supra ejus sepulchrum Missarum solemnia celebravit, & cum convertendis infidelibus operam dabat, Florberto Abbati in ejus memoriam elegiacum transmisit. Sed & Sanctus Eligius Episcopus non modò ejusdem sancti reliquias visitavit, verùm etjam è terra honorificè levavit Calendis Augusti.*

Toroltum

Torhoutum verò Castrum fuisse antiquitus, aut saltem ædificium cum turri .j. πύργῳ (vnde *Burgum* Gallis dictum voluêre) vel ipsa vox indicat; neque enim aliud **Torhout**, Flandricè significat, quam turrim in nemore. Etenim **Tor**, **Torze**, nobis, *turris*, fortè ex Latino: **Hout**, *nemus, lignum*, ut Brugis **Eechout**, Quercetum, nemus è quercu, quæ vernaculè **Eeck**, **Eyck**.

Mallobergium hîc quoque fuisse, jam inde à Pharamundi tempore docet lex Salica, hisce verbis, ex Heroldi editione tit. 17. §. 2: *Si quis hominem mortuum effodierit, & expoliaverit, Malberg. Thurnichalt* III. *M. den. qui faciunt sol.* XV. *culpabilis judicetur.* Item tit. 58: *Si quis tumbam super mortuum hominem expoliaverit, Malberg. Turnichalis* DC. *den. qui faciunt sol.* XV. *culpabilis judicetur.* Et alibi non semel de Torhouto, quod & Turholtum, & Turhaltum, & Turnibaltum, & Turnichaltum appellatur, ex **Torze**, quod & **Turze**, **Toorne**, **Turne** .j. *Turris*, & **Hout**, quod & **Holt**, & **Halt**, nemus. Sic Marchantius: *Torhoutum, à sylva Toroaldi, Teutonum Regis, quem Gassarus septingentis antè Christi natalem annis regnasse ariolatur, denominatum quidam asserunt. apud quos veri periculum sit. Antiquißimum esse vetustißimi emporii famâ Annales nostri asseverant.* Lib. II fol. 83.

Reges Francorum, non nemus tantum, sed & ipsum monasterium, ad se attraxisse, docemur ex vita S. Ansgarii, è Monacho Torhoutano facti Episcopi Hamburgensis, apud du Chesne t. 3. hist. Franc. ex codice M. S. Bibliothecæ Corbeiensis, Fol. 399. scripta per S. Rembertum ejus discipulum, & successorem, ubi sic de sede Episcopali Hamburgensi: *Ad hanc ergo sedem, dominum, & patrem nostram sanctißimum Ansgarium, prædictus Imp. (Ludovicus Pius) solemniter consecrari fecit Archiepiscopum, per manus Drogonis Metensis Præsulis, & summæ, sanctæq́; Palatinæ dignitatis tunc Archicapellani; adstantibus Archiepiscopis: Ebone Remensi, & Trevirensi, & Otgario Moguntiacensi, unà cum pluribus aliis, in conventu Imperii, præsulibus congregatis. Aßistentibus quoque & consentientibus Helingaudo, & Wigerico, Episcopis, à quibus jam dictas parochiæ illius partes commendatas acceperat, & quia Diocesis illa in periculosis fuerat locis constituta, ne propter Barbarorum imminentem sævitiam aliquomodo deperiret, & quia omnimodis parva erat, quandam cellam in Gallia Turholt vocatam, ad eandem sedem perpetuò servituram ejus legationi tradidit.* Mr. Adamus in hist. ecclesiastica: *Habentur in ecclesia Bremensi præcepta Imperatoris, & privilegia Papæ, S. Ansgario data, in quibus hoc quoque unà continetur: quandam ei cellam in Gallia, Turholt vocatam, ad supplementum legationis suæ à Cæsare concessam anno Domini 833. acta indictione* XXII. *qui est Luthowici* XXI. Meminit quoque hujus donationis Imperator Fridericus in diplomate privilegiorum ecclesiæ Hamburgensis, quod ibidem recitatur in hæc verba: Fol. 181. *In nomine, &c. Fridericus divina favente clementia Romanorum*

Imperator

Imperator Augustus, & quod cella Rodenach vocata à sanctissimo Imperatore Carolo magno prænominatæ ecclesiæ sit donata, & cella Torholt, in Comitatu Flandriæ sita, donatione Hludovici Imperatoris, ad perennem Hammaburgensis Ecclesiæ jurisdictionem debeat pertinere, &c. signum domini Frederici Romanorum Imperatoris invictissimi, data Franckenvort XVI. *Cal. April. indict.* VI. *anno ab incarnatiome Domini* 1158. *&c.* Legitur hic Ansgarius sæpenumero ad hanc Torholtanam cellam commeasse apud Adamum prædictum, ita scribentem: *Beatus autem Ansgarius nunc Danos, nunc Transalbinos visitans, innumerabilem utriusq; gentis multitudinem traxit ad fidem. Si quando verò persequutione Barbarorum impeditus est ab studio prædicandi, apud Turholt, cum discipulis suis, se retinuit.* Et aliquantò post: *Sæpe etiam monasterium Galliæ, quod dono Cæsaris possedit, Turholt, visitans, fratribus ibidem Deo militantibus, salutaris regulæ tramitem, verbo, exemploq; monstravit.* Discipulos verò Torholti non Flandros tantùm habuit, aut Gallos; sed & Danos, & Slavos; unde in vita ejusdem apud du Chesne, Tom. 2. fol. 400: *Dominus & pater noster in diocesi sibi commissâ, & in partibus Danorum, strenuè suum implebat officium, & exemplo bonæ conversationis, multos ad fidei gratiam provocabat, cœpit quoq; ex gente Danorum, atq; Slavorum nonnullos emere pueros, aliquos etiam ex captivitate redimere, quos ad servitium Dei educaret, quorum quosdam ad cellam prædictam Torholt nutriendos posuit, fueruntq; cum eo hic ex societate vestra, S. patres nostri, & magistri, quorum doctrinâ, & institutione, feliciter nobiscum religionis divinæ crevit opinio.* Item fol. 409: *Eo quoq; tempore, quando cellam prædictam Turolt habuerat, quoniam omnis ei cura de vocatione gentium erat, ut eis in sua legatione prodesse potuisset, nonnullos pueros ex Normannis, ac Slavis, emptos, in eadem cella, causâ discendi ad sacram militiam nutriendos posuerat, quorum quosdam, prædictus Reginarius, quando illi cella ipsa data est, inde abstulit, & ad suum servitium misit.* Quomodo verò Torholtum, defuncto Ludovico, ab Ecclesia Hamburgensi abalienatum sit, ita de Ludovici ditionum inter ejus filios partitione agens, tradit idem M. Adamus: *Hac inter fratres sortitâ divisione, Turholt monasterium, in partem cessit Caroli;* (Calvi) *sicq; alienatum est à jure S. Ansgarii.* In vita S. Ansgarii suprà du Chesne, fol. 401: *Contigit bonæ memoriæ, Ludovicum sereniss. Imper. divino ordinante judicio, vitâ præsenti discessisse, post cujus obitum, cùm de regni divisione magna fieret turbatio, posteris quoq; nostris aliquando labefactari cœpit legatio, nam cùm cella supradicta Turholt in partem concessisset venerandi Regis Caroli, eam à servitio, quod pater suus deposuerat, amovit, & vobis benè cognito dedit Reginario, pro qua re cùm à fratribus suis gloriosissimis Regibus, & à multis quoq; aliis sæpiùs fuisset admonitus, & ipse eorum petitioni nullatenus assentiret, jam dictus pater noster tunc cœpit atteri necessitatibus, & indi-*

& indigentiis; unde contigit, ut & fratres vestri, qui tunc cum eo hic aderant, ad vestram societatem redierint, & multi quoque alii causâ paupertatis, eum dereliquerint; ipse tantùm cum paucis, qui cum eo substiterant, prout poterat, se agebat, & licet in paupertate degeret, injunctum sibi officium nequaquam deficere voluit. Huic Ansgario in Hamburgensi Episcopatu successit Rembertus Torholtanus, discipulus Ansgarii, atque ejus vitæ autor; de quo idem Adamus, agens de monachis Toroltanis: *In quorum nobili contubernio, jam tùm à puero, sanctus refulsit Rembertus; quem sanctus pater Ansgarius adoptans in filium, prophetico spiritu, quo plenus erat, longè antè prædixit illum suæ virtutis æmulum, etjam Cathedra Pontificali succedere, gratiaque meritorum in celesti regno consortem fore.* In hujus sancti vita è Surio, & Crantzio ista refert Molanus in Natal. SS. Belgii sub XI. Iunii: *Bremæ S. Remberti Episcopi & Confessoris, qui natione fuit Flander, cum enim S. Ausgarius in Thorolto monasterio moraretur, vidit inter pueros in ecclesiâ graviter se gerentem, Deo dilectum Rembertum, quem consentientibus parentibus, in prædicta cella, seu monasterio, nutriendum, scholasticis disciplinis imbuendum commendavit, ac deinde in scholâ dimissum, individuum suæ legationis comitem habuit, & in Episcopatu successorem.* In fine verò sic addit ipse Molanus: *Thorolti autem nullum superest monasterii vestigium, quod Normannis debemus: sed est Canonicorum D. Petri collegium.* Acciderit id circa annum 880. aut circiter, cum Normanni, Corteriaci degentes, Suevos, & Menapios vastarunt, de quo, suo alibi loco. Corrigendi obiter hîc authores, qui Torholtum existimarunt esse Turnholt in Brabantia, ut Isaacius Pontanus hist. rerum Danicarum lib. 4. fol. 96: *Ludovicus insito sibi pietatis zelo, incensus, post annos aliquot, anno nimirum octingentesimo trigesimo tertio, probante & favente, quem circa se habebat, ecclesiastici ordinis senatu, Archiepiscopum eum (Ansgarium) constituit Hamburgensem, ejusque curæ Septentrionis populos, Danos, Norwegos, Suedos, Finnos, & qui his omnibus ulteriores sunt, Islandos, Groenlandosq; Christi doctrinâ, ac pabulo imbuendos, pascendosque commisit.* Et paulò post: *Quò autem haberet locum certum, quo se, ingruente fortassis circa Albim, easq; regiones, persecutionis procellâ, posset recipere, Turnholti, apud Belgas Brabantiæ, refugium, & veluti asylum, illi exstruxit, additis rerum necessariarum reditibus; sed hæc prolixius, propiusque edocebunt, quibus tùm à Ludovico donatus, ornatusque est, publici instrumenti tabulæ.* Vbi manifestè corrigendum, *Turnholti Brabantiæ*, ac legendum, *Torholti Flandriæ*, quemadmodum in ipso diplomate Ludovici, quod integrum recitat, pro *quandam cellam, Turnholt vocatam*, lege, Torholt; quamquam utrumque ejusdem putem esse originis, à turri in sylva exstante, nam quod Flandris Tor, Torze, Brabantis Toorn, Toorne, & Turn, Turne, unde fortassis etjam *Turninum*, propè Antuerpiam. In hunc errorem

errorem credo Pontanum inductum fuisse ab Vbbone Emmio rerum Frisicarum lib. 5. fol. 73. qui S. Ansgarium Toroltanum, aut Franconatem, Francum appellat; verba ejus sunt hæc: *His verò iisdem temporibus Ansgarius, genere Francus, multa doctrina & pietatis vir (quem Ludovicus Imperator cum Heraldo patriam repetituro, suadente ac rogante eodem Heraldo, è novo cœnobio Corbeiensi, nuper à se condito, evocatum, in Daniam miserat) assumpto uno atq; altero laboris socio, interea dum Rex bellum instruit ac gerit, Iutas proximos, mox Danos reliquos, demum Suedos adierat, labores & pericula plurima toleraverat, magnam plebis multitudinem hîc, illic, Christianâ religione imbutam sacro fonte abluerat: deniq; sævâ tempestate à patronis profani cultûs excitatâ, cui cedendum videbatur; in Germaniam reversus, Corbeiensi collegio sese reddiderat, omnibus gratissimus. Hunc Imp. Ludovicus initio anni* D CCC.XXXIII. *in medius turbis civilibus, probante, & favente sacri ordinis senatu, quem circum se habebat, Archiepiscopum creavit Hamburgensem, ejusq; curæ Septentrionis populos, Danos, Suedos, Norwegios, Finnos, & quotquot supra hos, in Christiana pietate erudiendos, pascendosq;, commisit. Atq; ut haberet idem, quò se recipere posset, si quando ingrueret persecutionis procella, neuquid ei deesset rerum necessariarum, evastatâ fortè à Barbaris Albis viciniâ, Turnholti in Belgio, confugium illi struxit, amplosq; census attribuit; hoc modo instructus, Ansgarius difficillimo operi accinxit quidem sese alacris, & impavidus, ac rem denuò tentavit, sed parum potuit eo tempore proficere.*

Atque hæc quidem de antiquitate Brugarum, & Torolti, locorum lege Salica expressorum, quorum alterutro, utpote sitis intra Legiam, Carbonariam, & Oceanum, meritò quispiam credat, & Pharamundum Regem constitutum, & ab eo latam esse legem Salicam, potiùs, quàm Neoporti, ut quidam somniarunt apud Charronem cap. 91. fol. 552: *Plusieurs, tant Princes, que Gentilshommes, & du peuple s'assemblerent dans la cité de Neopage (que plusieurs estiment estre celle de Nieuport en la Gaule Belgique) ainsi que rapporterent François Hotoman, & l'Abbé Trithemius, disans apres Hunibalde: „ Omnes Duces, Proceres, & No- „ biles Francorum, in mense Martio convenerunt apud Neopagum, pro „ novi Regis electione faciendâ.*

Vnicus restat dimovendus scrupulus, quod in loco legis Salicæ citato ex tit. 49. apud plerosque legatur: *Si intra Ligerim, aut Carbonariam.* Item: *Si trans Ligerim, & Carbonariam*, pro quo nos reposuimus *Legiam & Carbonariam.*

Id verò ita reponendum esse, mecum judicabit is, qui & tempus latæ legis, & sensum, attentè considerabit.

Quod ad tempus attinet, cum eam omnes latam scribant à Pharamundo circa annum 422. ut antea ostendimus, nihil tùm à Francis disponi potuit, de iis, qui ad Ligerim, aut trans Ligerim habitarunt: quia Franci tùm ne quidem habebant

Tornacum, ut neque Cameracum, neque Ambianum, nullas urbes ad Somonam, Isaram, Matronam, Sequanam, ut ostendimus cap. 9. & pluribus ostensuri sumus cap. 24. quo itaq; modo ad Ligerim usque pertigissent? Deinde inter Legiam, & Ligerim; ad Somonam, Isaram, Matronam, Sequanam, habitabant Romani; ultra Ligerim Gothi. Quis ausit dicere Gothos à Francis ad mallum citatos fuisse? Sed & sensus legis est, ut illi tantummodò citentur, qui lege Salicâ vivunt, quis tùm dicet eâ vixisse Gothos? Præterea cùm eâ lege, ad mallum citato statuantur ad comparendum noctes XL habitanti intra Legiam & Carbonariam; qui verò trans Legiam, & Carbonariam, noctes LXXX. Inde colligitur à loco malli, aut placiti, fluvium non ampliùs adfuisse, quam sylvam. Quomodo verò id fieri potest, si Ligeris hoc loco scribendum, qui à Carbonariâ miliaribus distat ut minimùm ducentis? Itaque aut Legia hîc omninò fuit reponendum; aut credendum legem Salicam non latam à Pharamundo primo Francorum Rege, ut hactenus omnes tenuêre; sed multis demum post annis, à Clodoveo, quinto Rege, filio Chilperici, qui Andegavum, & Aurelianum, urbes ad Ligerim sitas, expugnavit. Gregorius Turonensis: *Childericus Aurelianis pugnas egit*, & paulò post: *Veniente verò Odouacrio Andegavos, Childericus Rex sequenti die advenit, interemptoque Paulo Comite, civitatem obtinuit.* Vide & Aimoinum, aliósque ea de re citatos cap. 9. ubi etjam ostensum anno demum Christi quingentesimo nono, Gothos à Clodoveo (Ludovico, post baptisma susceptum, appellato) fuisse debellatos. Parisiis itaq; ubi sedem regni tenuisse Clodoveum docuimus, si lex Salica lata fuerit, quis credat ibi, aut alibi mallum habitum, ad quem citati fuerint, omnes intra Ligerim, aut Carbonariam habitantes, levissimâ de causâ, ut sunt pleræq; in lege Salicâ, & pro mulctâ aliquot denariorum? Aut si quispiam varios toto regno mallos fuisse contendat, ad mallum circa Carbonariam, qua ratione citatus fuerit, qui trans Ligerim habitat? aut si ad Ligerim mallum statuat, quis credat Carbonariæ accolam eò ad comparendum proficisci debuisse? Legat curiosus Lector capitula, & articulos legis Salicæ, & omninò judicabit, eos nullo modo convenire cum illa Francica majestate, quæ fuit tempore Clodouei, sed tantùm primis, ut ita dicam, Francorum incunabilis, ad Legiam, & Scaldim, atque iis sedibus, ubi, hodierno etjamnum die, vetus Francorum lingua conservatur. In originali dubitandum non est, quin scriptum fuerit Legia, quod exscriptor aliquis in Gallia, qui Legiæ nomen, neque audiverat, neque ullibi scriptum legerat, in Ligeris depravavit. Ego hac sola de causâ percurri Gregorium Turonensem, Aimoinum, eorumque epitomatores, item Glabrum, Helgaldum, Sugerium, Nangium, Rigordum,

Lib. 2. cap. 18.

Fol. 90.

Fol. 93.

Fol. 94.

gordum, ſcriptores omnes veteres, ab anno 708. uſque 990. à Pithoeo editos, notitiam Galliæ Ioſephi Scaligeri, item tomos hiſtoriæ veterum Francorum Andreæ du Cheſne, at nullibi Legiæ nomen inveni; unde mirum non eſt, pro Legia, flumine Gallis ignoto, Ligerim, unicuique notiſſimum, ſubſtitutum eſſe. Ipſe Brito Armoricus in ſua Philippide, quia Legiæ nomen, aut Liſæ (quod poſterius eſt) nullibi legerat, eum Lidum appellavit, lib. 9. fol. 345. ex edit. Francofurt. Wechel. deſcribens Gandavum:

Lidus, ubi Scaldo commixtus, ad æquoris undas
Nomen ferre ſuum, Scaldo ſuperante, vetatur.

Gaguinus Liſam vocat, lib. 1. fol. 3. ubi de fluviis Galliæ Belgicæ: *Celebres fluvii, & ipſi navigationibus accommodati ſunt, Sequana, Somona, Iſara, Lyſa, Scaldis.* Atque ita ſuperiùs Meyerus, (Fol. 381.) & Galli modò omnes, atque Wallones: *Le Lys*, Flandri: **De Leye.**

Sibi igitur hunc in modum reſtitutâ lege Salicâ, nemini nunc dubium eſſe exiſtimo, quin ea condita ſit inter Legiam, & Carbonariam, Scaldim, & mare, cujus regionis pars maritima Francia, incolæ Franci, & quidem Salici, aut Salii ſunt appellati.

Priuſquam tamen manum tollo de tabula Salica, monitum velim lectorem, pleriſque editionibus legis Salicæ, poſt tempora Caroli Magni, à ſacerdote quopiam, aut monacho, ut eſt apud Lindenbr. in gratiam Eccleſiæ inſertum titulum 58: (Fol. 340. tit. 1. lib. 9.) *De incendio, vel expoliatione Eccleſiæ, ſeu homicidiis clericorum. §. 1: Si quis Eccleſiam ſanctificatam, vel ubi reliquiæ ſanctorum recondita ſunt, incenderit, vel infra ipſam Eccleſiam aliquam expoliationem de altari, aut infra Eccleſiam aliquid tulerit,* VIII. *den. qui faciunt ſolid.* CC. *culp. jud. exc. cap. & dil.*

2. *Si quis ſubdiaconum interfecerit,* XII. *den. qui fac. ſolid.* CCC. *culp. jud.*

3. *Si quis diaconum interfecerit,* XVI. *den. qui fac. ſol.* CCCC. *culp. jud.*

4. *Si quis presbyterum interfecerit,* XXIV. *den. qui faciunt ſolid.* DC. *culp. jud.*

5. *Si quis Epiſcopum interfecerit,* DCCCC. *ſolid. culp. jud.*

Quæ non reperiuntur in editione Heroldi, de qua ſuprà; certumque eſt, è capitulis à Carolo Magno legi Salicæ additis, accepta eſſe, ac legi Salicæ inſerta; ſequitur enim apud Lindenbrogium fol. 351: *Incipiunt capitula quæ ad legem Salicam Dominus Auguſtus Karolus, anno ab incarnatione Domini noſtri Ieſu Chriſti* DCCCIII. *Imperii verò, anno* III. *proponendo addere juſſit.*

Si quis ſubdiaconum occiderit, & ei fuerit adprobatum, CCC. *ſolidos componat.*

Si quis diaconum, CCCC. *ſolid. componat.*

Si quis

Si quis presbyterum, solidos DC. *componat.*
Si quis Episcopum, DCCC. *componat.*
Si quis monachum occiderit, CCCC. *solid. culp. jud.*

Quamquam enim sub Victricio Rhotomagensium Episcopo, D. Paulinus apud Francos, Armoricis propinquos, jecerit aliqua fidei Christianæ fundamenta, ea Wandalorum incursione, reliquæ nationi incognita, sepulta jacuêre, ut suprà adnotatum. Fol. 393. Neq; dubium mihi est, quin Franci, utpote in Gallia siti, tot annorum pace & communione cum Romanis, eorum quoque Deos coluerint, præsertim cùm jam inde à tempore Iulii Cæsaris Galli Mercurium, Apollinem, Martem, Iovem, Minervam coluerint. Testis ipsemet hujus rei Iulius Cæsar VI. Comment. de bello Gal. fol. 156: *Natio est omnis Gallorum admodum dedita religionibus, &c. Deum maximè Mercurium colunt; hujus sunt plurima simulachra; hunc omnium inventorem artium ferunt; hunc viarum, atq; itinerum ducem; hunc ad quæstus pecuniæ mercaturasq; habere vim maximam arbitrantur: post hunc, & Apollinem, & Martem, & Iovem, & Minervam; de his eandem ferè quàm reliquæ gentes habent opinionem; Apollinem morbos depellere; Minervam operum, atq; artificiorum initia transdere; Iovem imperium cœlestium tenere; Martem bella regere, huic, cùm prælio dimicare constituerunt, ea quæ bello ceperunt plerumq; devovent.*

Sed & eosdem, linguâ Germanos, Solem, & Lunam coluisse, ex Franconum nostratium sigillo docebimus paulò post. cap. 26. Greg. Turon. lib. 2. cap. 29. à Francis, in religione habitos Romanorum Deos, apertè declarat, his verbis: *Igitur ex Chrotilde regina habuit filium primogenitum; quem, cùm mulier baptismo consecrare vellet, prædicabat assiduè viro, dicens: „ Nihil sunt Dii, quos „ colitis, qui neq; sibi, neq; aliis poterunt subvenire; sunt enim, aut „ ex lapide, aut ex ligno, aut ex metallo aliquo sculpti; nomina verò „ quæ eis indidistis, homines fuêre, non Dii; ut Saturnus, qui filio, „ ne à regno depelleretur, per fugam elapsus, adseritur; ut ipse Iupiter, „ omnium stuprorum spurcissimus perpetrator, incestator virorum, pro„ pinquarum derisor, qui nec ab ipsius sororis propriæ potuit abstinere „ concubitu, ut ipse ait; Iovisq; & soror, & conjunx. Quid Mars, „ Mercuriusq; potuêre? qui potiùs sunt magicis artibus præditi, quàm „ divini numinis potentiam habuêre. Sed ille magis coli debet, qui „ cœlum, & terram, mare, & omnia, quæ in eis sunt, verbo, ex non „ exstantibus procreavit; qui solem lucere fecit, & cœlum stellis or„ navit; qui aquas reptilibus, terras animantibus, aëra volatilibus ad„ implevit; cujus nutu terræ frugibus, pomis arbores, uvis vineæ de„ corantur; cujus manu genus humanum creatum est; cujus largitione „ ipsa illa creatura omnis, homini suo, quem creavit, & obsequio, & „ beneficio famulatur. Sed cùm hæc regina diceret, nullatenus ad credendum Regis animus movebatur, sed dicebat: „ Deorum nostrorum „ jussione, cuncta creantur, ac prodeunt; Deus verò vester nihil posse*

„ *manifestatur; & quod magis est, de Deorum genere esse probatur.* Item cap. 30. *Regina verò non cessabat prædicare, ut Deum verum cognosceret, & idola negligeret; sed nullo modo ad hæc credenda poterat commoveri, donec tandem bellum contra Alemannos commoveretur, in quo compulsus est confiteri necessitate; quod priùs voluntate negaverat. Factum est autem, ut confligente utroq; exercitu, vehementer cæderentur, atq; exercitus Clodouei valde ad internecionem ruere cœpit; quod ille videns, elevatis ad cœlum oculis, compunctus corde, commotus in lacrymis, ait:* „ *Iesu Christe, quem Chlotildis prædi-* „ *cat esse filium Dei vivi, qui dare auxilium laborantibus, victoriamq;* „ *in te sperantibus tribuere diceris, tuæ opis gloriam devotus efflagito;* „ *ut si mihi victoriam super hos hostes indulseris, & expertus fuero* „ *illam virtutem, quam de te, populus tuo nomini dicatus probâsse, se* „ *prædicat, credam tibi, ut in nomine tuo baptizer. Invocavi enim* „ *Deos meos; sed ut experior, elongati sunt ab auxilio meo; unde credo,* „ *eos esse nullius potestatis præditos, qui sibi obedientibus non succur-* „ *runt. Te nunc invoco, & tibi credere desidero, tantùm, ut eruar ab* „ *adversariis meis. Cumq; hæc diceret, Alamanni terga vertentes, in fugam labi cœperunt; cumq; Regem suum cernerent interemptum, Cludouei se ditionibus subdunt* Et cap. 31: *Tunc Regina accersiri clàm sanctum Remigium, Remensis urbis Episcopum, jubet, deprecans, ut Regi verbum salutis insinuaret; quem sacerdos accersitum, secretiùs cœpit instigare, ut Deum verum, factorem cœli & terræ crederet, idola negligeret, quæ neq; sibi, neq; aliis prodesse possunt. At ille ait:* „ *Libenter* „ *te sanctissime Pater audiam; sed populus qui me sequitur, non patitur* „ *relinquere Deos suos; sed vado, & loquor iis juxta verbum tuum. Conveniens autem cum suis, priusquam ille loqueretur, præcurrente potentiâ Dei, omnis populus pariter adclamavit:* „ *Mortales Deos abigi-* „ *mus, pie Rex, & Deum, quem Remigius prædicat, immortalem sequi* „ *parati sumus. Nunciantur hæc Antistiti, qui gaudio magno repletus, jussit lavacrum præparari, &c.*

Atque hactenus quidem de lege Salica lata intra Legiam Carbonariam, Scaldim, & Mare. Quemadmodum verò primos Francos, à salo .j. mari vicino, Salios docuimus appellatos. Ita alios, qui non attingebant Oceanum, atque ad fluviorum ripas præsertim habitabant, ut Scaldis, Mosæ, Rupelæ, Riparios, ac Ripuarios, fuisse nuncupatos, omninò credendum est. Hisce suas etjam leges, dictas Ripuarias, tradidisse Pharamundum, scribunt Francici auctores. Bernad Girard Sr du Haillan:

Lib. 1. fol. 11. (Pharamond) *Estant esleu Roy, il pensa, que le plus fort lien, qui lie, & serre les Estats à une longue durée, est la constitution & institution des loix, qui ne sont autre chose, qu'une raison plantée en la nature, commandant choses honnestes, & defendant les contraires, & qu'elles n'auroient esté jamais faites par les Legislateurs, que pour la conservation des Estats, Empires, Royaumes, & Seigneuries, villes, & habitans d'icelles. Et que pource les longues guerres, & leur fuite re-*

cente,

cente, avoeint porté à son peuple une grande licence de faire ce qu'il vouloit, il delibera de faire de nouvelles loix, pour faire vivre les siens, soubs certaine reigle, & police, considerant, qu'aussi peupeut un peuple vivre sans loix, qu'un corps sans membres, sang, & nerfs, & qu'il n'y a rien si convenable à la condition de la nature, que la loy, sans laquelle ny aucune maison, ny aucune ville, ny nation, ny tout le genre humain, ne peut subsister, ny demeurer, ny mesmes la nature des choses, ny le monde mesme: & que le fondement de la liberté, la fontaine d'equité, & l'entendement, le cœur, le conseil, & les volontez, & advis d'un Estat sont plantez, & establis sur les loix. Sur l'establissement des nouvelles loix qu'il voulut faire, il eut l'advis de quatre Barons, les plus notables d'entre tous les siens, les noms desquels estoient Visogast, Bosogast, Salagast, & Widagast. Il fit des loix qu'il appella Saliques, & Ripuaires, les chapitres desquelles sont en lumiere. Vtriusque legis meminit, & Comes Nuenarius apud du Chesne t. 1: *Duas Francos habuisse leges ipsorum auctores testantur: Salicam, atque Ripuariam, quibus nullus Regum ante Carolum magnum adjicere quidquam tentavit.* Adjecisse autem Carolum quædam utrique legi, & Salicæ, & Ripuariæ, colligitur è capitulo Aquisgranensi habito anno 3. Imperii .j. anno Christi 803. aut 804. Vnde codex Metensis apud Sirmondum t. 2. conciliorum Galliæ, titulo: *Capitula Caroli Augusti per annos Imperii digesta*; habet inter allia, anno III: *Aquisgrani capitula quæ in lege Salica jussit.* Item: *De lege Ripuariense, & alia diversa.* De Carolo ipso sic Eginhardus in ejus vita, apud eundem du Chesne: *Post susceptum imperiale nomen, cum adverteret, multa legibus populi sui deesse (nam Franci duas habent leges, plurimis in locis valdè diversas) cogitavit, quæ deerant addere, & discrepantia unire, prava quoque, & perperam prolata corrigere.*

Fol. 157. Tom. 2. Fol. 103.

Idem de se prædicat ipsemet Carolus in diplomate Aquisgranensi cod. donationum Miræi cap. 11. quod ita inscribitur: *Ego Carolus, qui Deo favente curam regni gero, & Romanorum Imperator existo, consilio Principum regni nostri, Episcoporum, Ducum, Marchionum, ac Comitum, rogatu vero, tam liberorum, quàm servorum, in plurimo generali conventu, in diversis locis regni nostri habito, discussi, prout justius, & melius, cunctis videbatur, primùm de lege sanctarum Ecclesiarum, de reddendis justitiis Episcoporum, de vita & jure presbyterorum, ac clericorum, & hæc omnia judicio, & assensu nostro, secundùm instituta patrum meorum corroboravi, firmavi, & auxi; nihil de his minuens, quæ Catholici viri, rectè, atque legitimè vivere volentes, ab observandum, spirituali, ac sæculari decreto, bonum, & utile contulerunt.* Fol. 43.

Deinde, prout cunctis placuit, prudentioribus regni nostri, legem Saxonum, Noricorum, Suevorum, Francorum, Ripuariorum, Salicorum, sicut mos & potestas Imperatorum est, & omnium antecessorum meorum semper fuit, distinxi, distinctam sub auctoritate Regia & Imperatoria,

peratoria stabilivi, non ex mea adinventione, aut corde prolatam, sed communi consilio, & generali conventu totius Galliæ, à me renovatam, & in melius auctam, sicut patres, & prædecessores mei, fecisse perhibentur. Scitis enim, & neminem latet, quia quidquid ab Imperatoribus, & Regibus præceptum, & decretum est, semper ratum, & pro lege tenendum est: ne quod ab universis sensatis, & justâ satis discretione vivere volentibus imperatum, & actum est, & nostra Imperatoria & Regia majestate confirmatum, & solidatum, violetur. Præponit hîc Francos Ripuarios, Francis Salicis, tum quia Aquisgranenses, in quorum gratiam edidit illud diploma, inter Ripuarios censebantur; tum quia ipse à Ripuariis Francis oriundus erat; tum deniq; quod devictis Saxonibus, Noricis, Suevis, Regiam suam esse voluerit Aquisgrani, medio ferme loco inter Germanos, & Gallos, quibus imperabat. Sequitur enim ibidem: *Acciti sunt etjam multi Romani Principes, præfecturâ, & qualicumq; dignitate promoti, ad id solemne, Duces, Marchiones, Comites, Principes regni nostri, tam Italiæ, quam Saxoniæ, tam Bavariæ, quam Alemaniæ, & utriusque Franciæ, tam Orientalis, quam Occidentalis, in omnibus voto meo & desiderio obsequentes.*

Illic verò domno Apostolico & omnibus prædictis nobilibus, & egregiis personis congregatis, merui ab omnibus obtinere, præ nimia devotione, quam erga ipsum locum, & matrem Domini nostri Iesu Christi habebam: ut in templo eodem sedes Regia locaretur, & locus regalis, & caput Galliæ trans Alpes haberetur, ac in ipsa sede, Reges, successores, & heredes regni, initiarentur, & sic initiati, jure debinc Imperatoriam majestatem, Romæ, sine ulla contradictione, planius assequerentur. Confirmatum & sancitum est hoc à domno Leone Romano Pontifice, & à me Carolo Romanorum Impratore Augusto, & primo auctore hujus templi & loci quatenus ratum & inconvulsum hoc statutum, & decretum nostrum maneat, & hic sedes regni trans Alpes habeatur, sitque caput omnium civitatum, & provinciarum Galliæ.

Nota Franciam hîc duplicem: Orientalem, & Occidentalem, quæ ante eum Austria, sive Austrasia, & Neustria dicebatur, fueruntque Salii, primi Neustrii sive Westrii; Franci verò Ripuarii, Austrii, sive Austrasii; à vernaculo Oost, & West, ut dictum in Glossario nostro cap. 21. Posteaquam autem
Fol. 293. Franci à Romanis cepêre, Tornacum, Cameracum, Ambianum, &c. etjam illa pars intra Legiam, Scaldim, Somonam, & mare, Neustria fuit; deinde & ultra Somonam, versus mare Britannicum, omnis regio sic potuit appellari, utpote sita ad Occidentem. Ab altera parte eâdem ratione postquam Franci invasêre Hannoniam, Luxemburgum, Metas, Coloniam, Treviros, aliaque etjam ultra Rhenum, Francofurtum usque, partes illæ omnes, Austriæ sive Austrasiæ nomine censitæ sunt. Itaq;, ut primi Neustrii, dicti sunt Pharamundo Salii, omnesq; Franci, intra Legiam, Scaldim, & mare, ubi nunc Gandenses,

Cortracenses, Iprenses, Dunkerkani, Teruanenses, omnesque Flandri; & tempore Clodionis, etjam Atrebatenses, aliique, Ambianum usque; Ita primi Austrasii fuêre Ripuarii, ubi nunc Anverpienses, Bredani, Sylvæducenses, Trajectenses, Trudonenses, Lovanienses, Bruxellenses, omnesque Brabanti, atque Campani Toxandri, nunc vulgò Campinienses; ad ripam Scaldis, Rupelæ, & Mosæ, mediamque inter illa flumina regionem, habitantes, quæ prima fuit Austria, sive Austrasia, ut Flandria, Artesia, Picardia, prima Neustria. Austrasios hos, Ripuarios etjam dictos tempore Pharamundi, & antequam Clodio novas sedes in Gallia conquisivit, tradit Vignerius, in tractatu suo, de origine veterum Francorum, apud du Chesne: *Qui ripæ proximiores, ii esse possunt, qui Ripuarii vocati sunt, priùs etjam quàm in Gallia sedes suas collocâssent.* Idem apertè scribit Saliis, ad Carbonariam sitis, in Neustriaco, conditam legem Salicam; Ripuariis, intra Scaldim, Mosam, & Rhenum in Austrasiaco habitantibus, Ripuariam. *Ripuarii, in quorum gratiam conditæ sunt leges, &c. quas à Rege Theodorico accepimus, videntur esse ii, qui inter Rhenum, Scaldim, & Mosam fluvios incolebant, qui etjam nunc Ribaroli vocitantur, atq; hoc nomine insigniti sunt, post regni Francorum divisionem, in Austriacum, ubi manebant; & Neustriacum; ad quod pertinebant ii populi, qui inter Carbonariam sylvam, & Ligerim siti erant, in quorum gratiam scripta sunt capitula legis Salicæ, quæ ad nos usq; pervenerunt.* Tom. 1. fol. 145.

De Saliorum, ac Ripuariorum nomine, ac situ, Vignerius omnino nobiscum convenit; tres nihilominus committit errores, ad quos emendandos, pro *Theodorico*, substitue *Pharamundo*; *Rhenum* omitte, quo Ripuarii demum attigêre, post submotos à Rheno Romanos, ac pro *Ligerim, Legiam* repone. Idem Vignerius putavit Ripuariorum mentionem fieri in notitia utriusque Imperii, agens de iis, qui temporibus Aëtii, Riparioli dicti, fol. 145. apud du Chesne, tom. 1. hist. Franc: *Adducor,* inquit, *ut credam, Ripariolos istos fuisse, legionarios illos milites, qui portuum, ac riparum, Galliæ fluminum custodiæ, præpositi fuerant, qui in libro notitiæ Imperii Romani, Riparienses, & Ripenses appellantur.* In notitia Imp. Occidentis, sic reperio: *In Provincia Gallica Ripensi (Ripariensi) præfectus classis fluminis Rhodani, Viennæ, sive Arelati, &c.* Itaque huc non pertinet. Rectè Isaacius Pontanus sub finem libri tertii, originum rerum Francicarum: *In notitia Imperii ampla est mentio legionum Ripariensium, quæ huc non spectant, nisi quòd intelligi queat: „ Qui ripas inhabitarent, Riparios appellatos.* Pancirolius in locum notitiæ citatum: *A ripis horum fluminum, ubi classes stabant, Gallia Ripariensis est appellata, unde Ripenses milites.*

Ad ripas Mosæ habitantium Francorum, meminit Ammianus Marcellinus, circa annum 358. loco suprà citato, ubi inter alia: Cap. 19. fol. 235. 236.

alia: *Profectos ad ripas* (Mosæ) *subitò cunctos aggressus, tamquam fulminis turba percussit.* Martinius in lexico Philologico: *Riparius* ὀχθοφύλαξ; ex glossario Philoxeni, id est: *Ripæ custos.* Item: *Riparius, ad ripam pertinens, in ripa habitans.* Papias: *Riparius, qui ripam tenet.* Et paulò post idem Martinius: *Videntur autem, plenioris soni ergò, dixisse Ripuarius, pro Riparius.* Item: *Ripuarius homo, Ripuaria regio, &c. omninò dictam censeo, à ripis fluviorum, juxta quas habitant.* Idem: *Est autem Ripuaria regio, illa ad Ruram fluvium (à quo Ruramonda civitas nomen accepit) qui inter Mosam, & Rhenum medius currit.* Flodoardus in chronico apud eundem Martinium: MDXIII. (lege DCCCC.) *Rotobertus (lege Rotbertus) in regnum Lothariense proficiscitur, loquuturus cum Henrico, qui ei obviam venit in pagum Ribuarium (malè Ribuariarium) super fluvium Ruram, ubi se invicem paraverunt, & pactâ amicitiâ, datisq; ab alterutro muneribus, discesserunt; ubi etjam quidam Lotharienses dederunt obsides, & inducias à Roberto acceperunt, usq; in Calend. Octobris.* Quamquam ad Ruram pagus Ripuarius nominetur, non inde tamen sequitur, ad Mosam, & Rupelam, ita nuncupatum non fuisse, quamquam, ut suprà dixi, Romanis à Rheni ripa expulsis, & invalescente in Brabantia, Toxandrorum, & Hasbaniorum nomine, ibi paulatim desierit Ripuariorum nomen, manseritq; inter Mosam, & Rhenum, ad fluvium Ruram, ut à nobis in tabula Geographica est adnotatum. Scripserat Altamerus Ripuarios æquè Neustrios esse; atque Austrasios, quem, in thesauro suo Geographico, reprehendit Ortelius, ita scribens de Ripuariis: *Austrasii mihi videntur, Neustrii non item.* Ripuarii nostri, sive Riparii, & ut arbitror; quòd pauca manus adfuerit (in bello Aëtii adversus Attilam) Riparioli, dicti, Toxandriæ, ac Ripuariæ provinciæ populi, qui, ut ait Vignerius, tom. 1. du Chesne, fol. 145: *In eodem bello, contra Attilam, unà cum Rege Meroueo, ab Aëtii partibus steterunt.* Ex Iornande, sive compendiatore Pauli diaconi, Papirius Massonius in historia calamitatum Galliæ, tom.
Fol. 107. 1. du Chesne hist. Franc. de iisdem sic habet: *A parte verò Romanorum tanta Patricii Aëtii providentia fuit, cui nunc innitebatur Respubl. Hesperiæ plagæ, ut undiq; bellatoribus congregatis, ferocem, & infinitam multitudinem non impar occurreret; his enim adfuêre auxiliares Franci, Sarmatæ, Armoritiani, Litiani, Burgundiones, Saxones, Riparioli, Ibriones quondam milites Romani, tunc verò jam in numero auxiliariorum exquisiti, aliæq; nonnullæ Celticæ, vel Germanicæ nationes; ac ne hoc quidem silentio involvendum est, quod ait: „Con-*
Fol. 123. *„venitur in campos Catalaunicos &c.* Hugo Floriac: *Vtraq; partes in campis Catalaunicis convenêre, ibiq; commissum est bellum atrox, & memorabile; adfuerunt in hoc bello cum Aëtio, & Theodorico, quem Theodonem jam superiùs diximus appellatum, Sagibanus Rex Alanorum, qui etjam tunc Aurelianâ regnabat in urbe; adfuerunt quoq; Franci, Sarmatæ, Burgundiones, Saxones, Ripuarioli, atq; Germani; ibi etjam* CLX.

jam CLX. *millia hominum cæsa referuntur, ibiq́; Theodoricus Rex est extinctus; Attila verò victus, in claustra, qua de plaustris præparaverat, se recipit; Aëtius verò Patricius, inde digressus, ad patriam remeavit; quibus expletis, Attila Italiam est aggressus.*

Porrò ex his legis Ripuariæ verbis, suprà citatis, tit. 33. *de intertiata re;* & tit. 72. *de homine intertiato*, clarè apparet, ab initio Ripuariorum ducem aliquem exstitisse sub Rege Pharamundo, atque intra regnum Francorum; ducatum ejus, suis limitibus fuisse distinctum, qui alius esse non potuit, quàm ducatus Pipini Heristalii, hujus nominis secundi, filii Ansigisi, & Beggæ, prout indicio sunt, ex Metensibus annalibus superiùs allata. Quibus & hæc adde ex iisdem annalibus, fol. 263. de eodem Pipino: *Orientalium Francorum, quos illi propriâ linguâ Osterliudos vocant, suscepit Principatum.* Et paulò post: *Eo tempore Theodericus Rex Occidentalium Francorum, quos illi Niuvistrios dicunt, regebat imperium, habens majorem domûs Ebroinum nomine, crudelem scilicet virum, &c.* Ibidem mox: *Eâ tempestate, plurimi Francorum, ob sævitiam prædicti Tyranni, Niuvistriam relinquentes, in Austriam, ad Pipinum confugiunt.* Fol. 384, 385. Cap. 22. fol. 332.

Devicto Theodorico Francorũ Rege, Austrasiam, omnemq́; Ripuariam, quæ postea Brabantia dicta est; deinde possedisse videtur Pipinus, tùm ex paterna, maternaque hæreditate, tùm conventione factâ cum Rege Theodorico; cujus ita meminit monachus Engolismensis, du Chesne: *Post Clodoueum, regnavit Clotarius filius ejus, post Clotarium regnavit Theodoricus frater ejus, cui Ebroinus fuit major domûs, & Leodegarius, sanctus Episcopus claruit; quem interemit ipse Ebroinus. Quo tempore Pippinus vetulus fuit major domûs in Austrasiis, cum Regibus Childerico, & Childeberto juniore. Qui Pippinus consensit nobilibus Francis interficere Ebroinum, & ipse Pipinus brevis, propter Childericum, Regem Austrasiorum, à Francis occisum, prælium fecit cum Theodorico Rege Francorum; & devicit eum, & cum eo postea concordans, major domûs exstitit in Francia, & bella multa, & alias gentes fortiter fecit, & ipse Pippinus brevis, de uxore sua Calpaide, genuit Carolum Martellum.* Tom. 2. hist. Franc. fol. 69.

Fragmentum historicum authoris incerti à Dagoberto usq́; ad Pipinum Regem, tom. 1. du Chesne: *Pipinus Dux, filius Ansigisi, nepos sancti Arnulphi, decedentibus Regibus, qui jam dudum dominabantur in Austria, terram sibi vendicaverat, & consurgens commoto hoste quamplurimo, contra Theodoricum Regem, & Berecharium, aciem dirigit; illisq́; inter se decertantibus, Theodoricus Rex unà cum Berechario terga vertit. Pipinus victor exstitit, & Berecharius ab inimicis suis peremptus est. Post hac Pipinus Dux, Theodorico annuente, cœpit esse in principali regimine major domûs, qui multa bella gessit contra Rapotonem gentilem, contra Suevos, & quamplurimas gentes.* Fol. 763.
Pipini authoritas, de locorum, terrarumque proprietate, etiam disponentis, patet ex vita S. Rigoberti, Remorum Episcopi, apud

apud Surium, tom. 2. quæ adfert du Chesne tom. 1. hausta è Flodoardi historia Rhemensi, lib. 2. cap. 11, 12, 13, &c:
Fol. 788. *Temporibus Childeberti, Dagoberti, & Chilperici, Regum Franciæ, exstitit vir Dei Rigobertus, quem quidam Rotbertum vocant. Traxit ille originem ex spectabili prosapia, in regione, quam Ribuariorum vocant, patre Constantino, matre è Francorum gente &c. Successit in pontificatu Remensi Reolo, magnarum virtutum viro; &, ut quidam ajunt, ipsi sanguine conjunctissimo. Quodam tempore vir sanctus de Culmisiaco, villâ Episcopatûs sui veniens, adiit Pipinum majorem domûs, patrem Caroli Martelli, præmissis quibusdam eulogiis, ad illum, à venatione redeuntem; quas crebrò illi mittere consueverant: Morabatur tum Pipinus in pagi cujusdam loco, cujus vocabulum est, Gremaca-cortis; ubi id temporis non villa erat, ut est hodie, sed sylva grandis, & fons, ad quem apri frequenter adventabant, qui hodieq; illic permanet. Ceperat tunc Pipinus eo loco feram quandam, quam ibidem assari voluit, tanquam illic pransurus. Interea oblatam ipsi Episcopi Rigoberti benedictionem, gratissimo accepit animo, dicens clientibus suis: ,, Quid dabimus huic Episcopo, qui nobis gratificari non desinit? illis tacentibus, ,, Pipinus ad sanctum conversus Rigobertum, his eum verbis liberaliter ,, compellavit:* Pete à me quicquid volueris, nec voto frustraberis tuo *Cui sanctus Rigobertus:* Da mihi, inquit, exiguam ,, hanc mansiunculam, & sufficit mihi. *Tum ille:* Et hanc tibi ,, do, & quantùm in ejus circuitu vendicare voles. *Itaq; sicut olim Clodoueus Rex beato Remigio, ita ille quoq; sancto Rigoberto tantùm largitus agri, quantùm posset ambulando circumire, dum ipse meridie dormiret. Porrò sanctus Pontifex per apertos ejus loci fines obambulans, passim certos fixit limites; ut, si qua lis oriretur, is eam dirimeret, omnibusq; peragratis, quæ sibi dari mallet, mox ad Pipinum, à somno surgentem, rediit; & ab illo quicquid circumierat locorum impetravit.*

Pipinus hic quamquam brevis, & nanus subinde appelletur, laudatur tamen ab audacia, & fortitudine; unde Paulus diaconus de Episcopis Metensis ecclesiæ, apud du Chesne, tom.
Fol. 202. 2: *Anchisus genuit Pippinum, quo nihil unquam potuit esse audacius.*
Fol. 205. Idem ibid. in hist. Longobard. lib. 6: *Apud regnum Francorum tunc temporis Pipinus obtinebat principatum, fuit autem vir miræ audaciæ, qui hostes suos aggrediendo statim conterebat; nam super suum quendam adversarium, Rhenum transgressus, cum uno satellite se irruit, eumq; in suo cubiculo residentem, cum suis trucidavit; bella quoq; multa cum Saxonibus, & maximè cum Ratbodo Frisorum Rege fortiter gessit. Hic & alios filios habuit, sed ex his Carolus præcipuus exstitit, qui ei post in principatu successit.*

Nota principem hîc Francorum appellari, sic & in chronico Odoranni, anni 688: *Pipinus Auster, major domûs Regiæ, Principatum Francorum suscepit.* Fragmentum Erchanberti, apud du Chesne, tom. 1. fol. 780: *Theodoricus Rex, filius Chlodouei, frater*

Chlotarii

Chlotarii, regnavit annis XIX. *major domûs Bertharius, quo occiso, Pipinus junior, filius Ansegisili, veniens de Austrasiis, successit in principatum majorum domûs; ex hinc Reges nomen, non honorem habere cœperunt.* Ab aliis authoribus idem Pipinus dux frequenter appellatur, ut in annalibus Francorum Fuldensibus, ex editione P. Pithœi, collata cum Germanica Freheri; du Chesne tom. 2: *Pipinus filius Anchisi, Dux Francorum, post mortem Wolfaldi Ducis, partem Austriæ regebat, obtinuitque regnum Francorum per annos* XXVII. *cum Regibus Ludovico, Hildeberto, & Dagoberto; moritur anno secundo Anastasii Imperatoris, qui est ab incarnatione Domini,* DCCXIV. *in mense Decembri.*

Et in chronico Fredegarii scholastici, jussu Childebrandi Comitis composito, du Chesne tom. 1: *In Austria quoque mortuo Vulfoaldo Duce, Martinus Dux, & Pipinus, filius Ansegisili, quondam Franci nobiles, dominabantur.* Et mox: *Ebroino perempto, ad Pipinum Ducem in Austriam, cum muneribus suis pervenit.*

Ego sic existimo: Pharamundum, Ripuariæ, postea dictæ Austrasię, ducem aliquem prępfecisse, Regũ Francorum sanguine oriundum, qui in ea multas habuerit possessiones; eo mortuo, illas inter filios divisas, ad nepotes, & pronepotes pervenisse, unde oriundi fuerint Pipini hujus progenitores, tàm à patre Anchiso, quàm à matre Begga, filia Pipini primi, cujus patrem Haræus vocat Tungrorum, & Hasbaniæ Ducem, his verbis incipiens Brabantiæ annales: *Pipinus, dictus de* LANDIS, *(oppidulum id nunc Brabantiæ est, in confiniis Hasbaniæ, olim Principum palatium) filius fuit Carolomanni, Tungrorum, & Hasbaniæ Ducis, præfecti, credo, limitanei, &, militaris eorum locorum, nomine Austrasiæ Regum; successisse eum patri anno Christi nati, sexcentesimo quintodecimo, annales vernaculi tradunt, veteresque scriptores Latini tacitè adstipulantur, uti in progressu ostendemus; cur autem is potiùs, quàm pater, vel avus, constituatur primus Brabantiæ, velut hæreditarius Princeps, ratio ea est, non quòd totam eam regionem, quæ nunc Brabantiæ nomine continetur, hæreditario jure, aut etjam donativo alicujus Regis possederit, sed quòd possessiones avitas iis in locis suâ industriâ ipse primus maximè augere cœperit, idcirco quòd tota etjam Austrasia, non solùm Hasbania, & Tungri, à Regibus Francorum, qui & Austrasiorum, ejus fidei fuerit commissa. De quo sic in ejusdem Pipini rebus gestis ante plura sæcula conscriptis. „ Beatus Pipinus (ita vocatur ob insignem sanctimoniam virtutibus ejus bellicis, quod rarum est, conjunctam) primò „ Regum Austrasiæ, postmodum ipsius Austrasiæ inferioris præpositus, & „ Dux gloriosus; erat linguâ, & natione Teutonicus, gloria, & decus „ Teutonicorum, via, & exemplar morum. Et paulò superiùs: „ Venerabilis Pipinus ex patre Carolomanno Principe, & matre Ænegarde, fuit major domûs Franciæ, sub Clotario Rege Francorum, & „ Dagoberto ejus filio; quâ dignitate, parùm à dominatione, ac sublimitate regia differente, præditus, omnia prudenti dispositione ordi- „ nabat,*

„ *nabat, præstabatq́ tam bello fortitudine, quàm justitiâ in pace.*
DuChesn. tom. 1. fol. 780. Pipini primi, sive senioris ita meminit fragmentum Erchamberti, de majoribus domus: *Chludarius Rex de Austris, postquam Theodoricus, & Theodebertus, Reges, & Germani, mortui sunt, recepit regnum eorum, consilio, & adjutorio Pippini senioris, qui tunc temporis major domûs erat.* Et post pauca: *Post non multum Rex præfatum Pipinum in Austris cum filio suo, jam adulto, Dagoberto misit, ibidem eum Regem constituendum, ipsumq́ ei in majorem domûs, ac pædagogum constituens.* Item: *Pipino interim in Auster Duce, ac non post multum mortuo, post mortem Dagoberti Regis, Chlodouaus Rex, filius Dagoberti, regnavit* XVI. *annis.* Dux appellatur in gestis Regum Francorum, ex editione Freheri. Du Chesne tom. 1. fol. 711: *Eratq́ Chlotario Regi tunc, nomine Dagobertus, puer efficax, atq́ strenuus, ad omnia solers, atq́ versutus, quem Rex adultum unà cum Pipino Duce in Auster regnaturum direxit.* Et in vita Pipini, ibidem fol. 594. ex codice M. S. Claudii Doremieux: *Fuit Pipinus Carolomanni filius, Dux & major domûs sub Chlotario, Dagoberto, & Sigeberto, potentissimis Regibus.* Itaque eodem tempore, quo & S. Amandus, & Eligius vixêre. De Carolomanno Pipini primi patre, Tungrorum, & Hasbaniæ Duce, videndus Massæus in chronico lib. 13. fol. 187. ubi Ducum Brabantiæ series enumeratur à Carolo Pulchro, qui uxorem habuit filiam Valentiniani Imperatoris; atque Pipinus primus tantùm vocatur tertius Austrasiorum Dux, at primus Regum Franciæ major domûs, in hoc versu Ioannis Marii de Pipino primo:

Iste Brabantinus Dux tertius Austrasiorum
Primus erat, majorq́ domûs, regni gladiator.

Quæ quamquam incerta sint, juvant tamen, ut Carolomannus (Massæo Carolus Mannus) Pipini primi pater, credatur à primo Ripuariorum Duce, primisque Francis, fuisse oriundus.

Sed, & Ansbertum, unde Pippinus II. paterno sanguine descendit, & à primis Francis oriundum, & à primo Ripuariorum Duce, non à Romanis, aut Aquitanis, ut quidam putavêre, colligitur ex Fredegario, suprà citato, ubi Ansigisus Pipini pater *nobilis Francus* appellatur. Quin & annales Metenses nobilissimum Francorum Principem vocant, loco citato apud du Chesne: *Anno ab incarn. Dñi. nostri Iesu Christi* DCLXXXVII. *Pipinus filius Ansegisili nobilissimi quondam Francorum Principis, post plurima prœlia, magnosq́ triumphos, à Deo sibi concessos, orientalium Francorum, glorioso genitori feliciter succedens, suscepit principatum.* In Genealogia B. Arnulphi idem dicitur Dux, & Comes Palatinus apud Pithœum, part. 2. fol. 304: *Blithild, filia Chlotarii, habuit Arnaldum Comitem Palatinum, ex Ansberto; Arnaldus Comes genuit B. Arnulphum Comitem Palatinum, qui postea fuit Episcopus Metensis; hic Arnulphus genuit Anchisum Ducem, & Comitem Palatinum; & Glodulphum Episcopum, & Walgisum; Anchisus genuit Pipinum*

maiorem domûs, ex Begga, ſorore S. Gertrudis de Nivella; hic genuit Grimoaldum, Drogonem, Duces, & Carolum Regem, Martellum dictum, ex Alpaide; & Carolus Martellus genuit Pipinum nanum, Regem, & Carolomagnum, poſt monachum; Pipinus genuit Carolum Magnum Regem Franciæ, & poſt Imperatorem; & Carolomannum Regem. S. Arnulphus, Anſegiſi pater, quamquam hîc non vocetur niſi Comes Palatinus, à Tegano quoque Dux appellatur, ſtatim in principio: *S. Arnulphus, cùm eſſet in iuventute Dux genuit Anſgiſum Ducem; Anſgiſus Dux genuit Pipinum ſeniorem, & Ducem.* Sed & Princeps Francorum dicitur apud Poëtam Saxonicum de geſtis Car. Magni: DuChesn. tom. 2. fol. 175.

Scilicet Arnulphus, Francorum qui fuit olim
Princeps, & Præſul poſt ſatus egregius.

De eodem ſic Warnefridus, ſive Paulus diaconus, in libro de Epiſcopis Metenſis eccleſiæ. Du Cheſne tom. 2. fol. 201: *Beatiſsimus Arnulphus, &c. qui ex nobiliſsimo, fortiſsimoq; Francorum ſtemmate ortus, ita Dei eccleſiæ præfuit, ut & palatii moderator, ſub honore maiordomatûs exſtiterit.* Arnoldum verò, qui & Arnulphus, & Arnaldus, & Arnualdus, S. Arnulphi patrem, dictum reperio Marchionem Antverpianum. Molanus in vita S. Arnulphi Epiſcopi Metenſis XVI. Auguſti: *Parentem habuit Arnulphum, qui inter cæteras dignitates, Marchio fuit limitis Antverpienſis.*

Verùm ut ad primam ſtirpem redeamus, Ansbertus major domûs nominatur in libello pervetuſto, de majoribus domûs Regiæ, tom. 2. du Cheſne: *Fuerunt autem maiores domûs, ex quibus generatio Regalis proceſsit, primus quidem Ansbertus Senator, qui in Blithild, filia ſecundi Chlotari, genuit Arnoldum, patrem S. Arnulphi, tandem Metenſis Epiſcopi, qui genuit Anchiſem, patrem Pipini, ex Begga, filia Pipini primi, qui & maior domûs ſub Clodouæo ſecundo.* Ibidem: *A temporibus Clodouæi, qui fuit filius Dagoberti, incliti Regis, pater verò Theodorici, regnum Francorum decidens, per maiores domûs cœpit ordinari, quorum primus apud Auſtraſiam Pipinus reliquit filium Grimoaldum, & Beggam.* Onuphrio Panuino de Principibus Romanis, l. 3. f. 181. Ansberti pater dicitur: *Sigebertus Francus.* Et ipſe Ansbertus: *Vir nobilis ex Francorum primoribus.*

Nota ſuprà ex Genealogiâ B. Arnulphi Carolum Martellum, Regem appellatum; ſic, & apud Anaſtaſium Bibliothecarium, in vita Zachariæ Papæ (teſte Aquinate à Sancto Ioſeph, in notis ad carmen authoris incerti de origine gentis Francorum) Carlomannus, filius Caroli Martelli, dicitur: *Filius Caroli Francorum Regis.* Et ipſemet Martellus in vita Stephani tertii: *Excellentiſsimæ memoriæ Francorum Rex.* Adfert, & prædictus Aquinas epitaphium tumulo ejus inſcriptum hujuſmodi: *Carolus Martellus Rex.* Subjungitque: *Pipinus Martelli filius, cujus vetuſta imago in eccleſiâ monaſterii Muſiacenſis, propè Ricomagum viſitur, ad lævam majoris altaris, cum hac epigraphe: „Pipinus magni Caroli genitor, Rex hujus*

„*nominis tertius Mosiaci restaurator. Quæ supponit duos alios Pipinos Reges dictos.* Videlicet Pipinum II. Heristallium, & Pipinum Landonem, primum nuncupatum. Quod opinionẽ meam prorsus confirmat; Pipinos videlicet à primo Duce Ripuariorum oriundos esse, atque ab Austrasiorum regimine, quod iis incumbebat, Reges, appellatos, retento veteri Regum nomine, apud Francos antiquitus usitato, quo plures diximus ita nuncupatos, tamquam belli Duces. Huic adde, ut suprà Erchambertus tradidit, sub majoribus domus, *Reges nomen, non honorem*, habuisse; majores verò domus honorem, & non ipsum nomen quidem in principio, at postmodum à nobilitate, & vulgo sibi traditum assumpsisse, & confirmatione summi Pontificis roborasse.

Certè Ansigisum Regis nomine honoravit filius ejus Pipinus secundus, vel ob ductam in uxorem Beggam, Pipini primi filiam, & hæredem; vel quod ipsius etjam majores à Ducibus Ripuariis oriundi essent; unde exstat hæc inscriptio: *Ego Pipinus, Anchisi Regis filius.* Authore eodem Aquinate, *In instrumento donationis Pipini Heristalli, & Plectrudis ejus conjugis, quo Nugaretum villam, ecclesiæ Sancti Arnulphi donant, & quod Martinius Meurissius, Madaurensis Episcopus, & Metensis suffraganeus edidit in historia Pontificum Metensium libro secundo, in Arnulpho.* Itaque non immerito carminis supradicti incertus author hosce Duces Austrasiorum canit paulatim sibi Regium nomen præparasse, sive, ut ipse loquitur, adornasse.

Et Regale Duces paulatim nomen adornant.

In quem locum idem Aquinas: *Vt ad Poëtam nostrum revertamur; rectissimè, ab eo scriptum est, Duces illos, de quibus est acturus, regale nomen paulatim adornasse. Revera enim in tantam excrevere illi sensim potentiam, maximèq; ille, qui, ut est in Annalibus Fuldensibus ad annum* 718, *Regem sibi constituit Hlotharium nomine, non potestate; & qui, ut alius scripsit, maluit regibus imperare, quam Rex esse; ut Pipino ejus filio, haud fuerit difficile, quod solum erat, Regium nomen consequi.*

Sed & hoc considerandum, Pipinum primum eodem tempore cum Arnulpho Duce, ac postea Metensium Episcopo, Dagoberti, Sigeberti, ac Chludouei secundi majorem domûs fuisse, regiamque, ac regnum administrâsse. Aimoinus lib. 4. cap. 19. de Dagoberto: *Consilio B. Arnulphi Metensis urbis Pontificis, nec non Pipini, in regno Austrasiorum majoris domûs, officium gerentis, usus est.* Et chronicon Fredegarii, iisdem penè verbis. Vnde facilè fuit utrique, inter proles suas, Ansigisum, & Beggam, matrimonium conciliare, cum ingentibus possessionibus, ac ducali authoritate, totâ Ripuariâ, sive Brabantiâ, quæ deinceps ad Pipinum secundum, ejusque filium Carolum Martellum devenêre, & inde ad Regem Pipinum III. Carolum Magnum, Ludovicum Pium, ejusque filium Lotharium, à quo Ducatus

Austrasiæ in regnum est ejectus. Atque hæc quidem ad confirmandum Ripuariam regionem Ducatum antiquissimum fuisse, situm in regno Francorum; ac sub Francorum Rege, in ea provincia, quæ nunc Brabantia appellatur, quod vel ex ipsius legis verbis manifestò colligitur, nam præter locum jam citatum: *De re, & homine intertiato;* hanc Regis mentionem reperio, tit. 11: *Si quis eum interfecerit, qui in truste Regis est*, DC. *solid. culp. iud.* Tit. 38: *Si quis hominem innocentem apud Regem accusaverit*, LX. *solid. culpab. iudic.* Tit. 48: *In præsentia Regis.* Tit. 50: *Si quis testes ad mallum ante centenarium, vel Comitem, seu ante Ducem patritium, vel Regem necesse habuerit, ut donent testimonium, &c.* Vbi adverte, Ducem, Patricium dici, quod procul dubio è regio sanguine oriendus esset, ut olim apud Romanos, patricii erant patrum filii, ac nepotes. Livius ab urbe condita: *Romulus centum creat senatores, qui patres ab honore, patricii quoq; progenies eorum appellati.* Lib. 1.

Sed & Comites fuisse sub Ducibus, sub Comitibus centenarios, innuit sibi succedens, accrescensque titulorum ordo; ac Comites Ripuariis quoque Graphiones appellatos .j. Iudices fiscales, ut est in lege Salica, docet titulus subsequens paulò post 52: *Si quis Iudicem fiscalem, quem Comitem vocant, interfecerit*, DC. *solid. mulctetur.* Vnde orti: *Comitatus Toxander, in Brachanto comitatus* IV. *in Hasbania Comitatus* IV. *item in Ripuaria Comitatus* V. ut est in divisione regni Chlotarii inter capitula Caroli Calvi tom. 2. hist. Franc. du Chesne, quamquam Ripuariæ nomen inter Rhenum, & Mosam, magis invaluerit quàm antè.

Fuisse & sub Duce Cancellarium in judiciis, prout hodieq; in Brabantia observatur, eadem lex demonstrat; tit. 49. his verbis, §. 2: *A testibus convincatur, aut Cancellarius cum sacramenti interpositione, cum simili numero, quo roboratum est, idoneum confirmet.* Item §. 3: *Quod si charta in judicio perforata, idonea fuerit, tunc ille qui causam prosequitur, duplâ repetitione culpabilis judicetur; & insuper ad partem Cancellarii* XLV. *solid. & unicuiq; de testibus* XV. *solid. culpabilis judicetur.*

Sed & in provincia Ripuaria sciendum, fuisse antiquitus Majores domûs, unde existimo Reges Francorum id observâsse semper, ut eos ex Austrasia, nunc Brabantia, potiùs cœperint, quam è Neustria, aliâve provincia, unde sic est lex Ripuaria tit. LXXXVII: *Hoc autem consensu, & consilio, seu patriâ traditione, & legis consuetudine super omnia jubemus, ut optimates, majores domûs, domestici, Comites, Grafiones, Cancellarii, vel quibuslibet gradibus sublimati, in provincia Ripuaria, in judicio residentes, munera ad judicium pervertendum non recipiant. Quod si quis in hoc deprehensus fuerit, de vita componat.*

Provinciæ Ripuariæ meminit etjam eadem lex tit. LXXXI.

§. 5: Quod si in provincia Ripuaria juratores invenire non poterit, ad ignem, seu ad sortem, se excusare studeat.

Limites ejus provinciæ eosdem fuisse, qui nunc Brabantiæ, etjam colligitur è populis vicinis, quorum in lege Ripuariâ mentio fit; videlicet Francorum ad Scaldim, & sylvam Carbonariam ab occidente, prout suprà hoc capite; Frisionum (quo nomine, & Zelandia, & Hollandia dicta) à septemtrione; Burgundionum, quos circa annum 407. suprà
Fol. 391. docuimus inter Mosam, & Rhenum habitasse multo inferiùs, quam nunc, ab oriente, ut & Alamannorum ultra Rhenum; à meridie Romanorum.

Francorum in lege Ripuariâ mentio, tit. XXII: *Quod si servus homini Franco, & Ripuario os fregerit, dominus ejus* XXXVI. *sol. culp. jud.* Item tit. XXXVI: *Si quis Ripuarius advenam Francum interfecerit,* CC. *sol. culp. jud.* Item tit. LVII: *Hoc etjam jubemus, ut qualiscumq; Francus sive Ripuarius servus, &c. libertare voluerit, &c.*

Frisiorum, & Saxonnm, tit. XXXVI. §. 4: *Si quis Ripuarius advenam Alemannum, seu Frisionem, vel Bajuvarium, aut Saxonem interfecerit,* CLX. *sol. culp. jud.*

Burgundionum, & Alemannorum, tit. 36. §. 2: *Si quis Ripuarius advenam Burgundionem interfecerit,* CLX. *solid. culp. jud.* Item tit. 31. §. 3: *Hoc autem constituimus, ut infra pagum Ripuarium, tam Franci, Burgundiones, Alemanni, seu de quacumq; natione commoratus fuerit, in judicio interpellatus, sicut lex loci continet, ubi natus fuit, sic respondeat.*

Romanorum, tit. 36: *Si quis Ripuarius advenam Romanum interfecerit,* C. *sol. mulctetur.* Pro quo suprà: CC. *si Francum.* Itaq; Francus à Ripuariis C. solidis ampliùs æstimabatur, quam Romanus. Item tit. 61: *Si quis servum suum libertum fecerit, & civem Romanum, portasq; apertas conscripserit, si sine liberis discesserit, non alium nisi fiscum habeat hæredem.* Additur subinde, de ecclesiasticis Romanis, quia, ut suprà diximus, Carolus magnus multa adjecit ad legem Ripuariam; neque dubitem, quin ea, quam edidit Lindenbrogius, omnes Caroli contineat additiones, præsertim cùm in dictis Lindenbrogii capitulis legis Ripuariorum, vetus lex Ripuaria, à Pharamundo lata, sæpissimè citetur, ut videlicet tit. 30: *Ego ignoro utrum servus meus culpabilis, an innocens, de hoc exstiterit; propterea eum secundùm legem Ripuariam super,* XIV. *noctes ad ignem repræsento.* Item tit. 30: de Franco Burgundione, Alemanno: *Quod si damnatus fuerit secundùm legem propriam, non secundùm Ripuariam, damnum sustineat.* Tit. 51. §. 2: *Quod si quis judex fiscalis amplius quàm lex Ripuaria continet, tulerit,* L. *solid. mulctetur.* Tit. 57: *Si quis libertum suum per manum propriam, seu per alienam, in præsentia Regis secundùm legem Ripuariam ingenuum dimiserit per denarium, & ejusdem rei chartam acceperit, nullatenus eum permittimus in servitium inclinare; sed sicut reli-*

ut reliqui Ripuarii liber permaneat. Tit. 70. §. 2: *Si quis fossam, vel puteum fecerit, seu pedicam, vel ballistam incautè posuerit, & ibidem hominem, vel pecus debilitaverit, vel interfecerit, omni compositione, sicut lex continet Ripuaria, culpabilis judicetur; aut si negaverit, cum legitimo numero juret.*

Porrò utramque legem, & Salicam, & Ripuariam, cùm Eginhardus tradat, pluribus locis esse valdè diversas; innuit etjam, pluribus locis inter se convenire, exempli gratiâ caput 1. legis Salicæ, tit. de mannire, sic se habet: *Si quis ad mallum legibus dominicis mannitus fuerit, & non venerit; si eum sunnis non detinuerit,* DC. *den. qui faciunt solid.* XV. *culp. jud. Ille verò, qui alium mannit, si non venerit, & eum sunnis non detinuerit, ei, quem mannivit, similiter* CC. *denar. qui faciunt solid.* XV. *componat.* Pro quo sic in lege Ripuaria, tit. de mannire: *Si quis legibus ad mallum mannitus fuerit, & non venerit, si eum sunnis non detinuerit,* XV. *solid. culp. jud.* Ibidem alia sequuntur, quæ in lege Salica non reperies, eodem titulo; ut contrà, sunt in lege Salica, quæ non reperies in Ripuaria. Nos non nisi titulos annotavimus, in quibus utraque lex convenit, hoc scemate:

	In leg. Salic.	*In leg. Ripuar.*
De mannire.	Tit. 1	Tit. 32
De damno in messe, vel clausura.	9	82
De iis, qui ingenuas mulieres rapiunt.	14	35
De Incendiis.	18	17
De maleficiis.	21	21
De eo, qui ingenuæ mulieri manum strinxerit.	22	39
De caballo sine permissu Domini sui ascenso.	25	40
De debilitatibus.	31	5
De viæ lacinia.	33	80
De eo, qui hominem ingenuum sine causa ligaverit.	34	41
De homicidiis servorum.	37	8
De quadrupedibus, si hominem occiderint.	38	46
De homicidiis ingenuorum.	43	7
De affatomire.	48	49
De testibus adhibendis.	51	50
De eo, qui Gravionem ad res alienas tollendas, injustè invitaverit.	53	51
De re præstata.	54	52
De eo, qui Gravionem occiderit.	56	53
De corporibus expoliatis.	55	85
De Ratimburgiis.	60	55
De Alode.	62	56

	Leg. Salic.	Leg. Ripuar.
De homine in hoste occiso.	66	63
De caballo excorticato.	68	86

In quo verò utraq; lex diversa sit, quia longioris esset examinis, curiosum Lectorem, ad utriusque legis lectionem, atque collationem, invito.

CAP. XXIII.

Francorum lex, vulgò Keure-brief, *collata cum lege Salica, atq; explicata.*

FRancones Keurebrief dixerunt, velut legis suæ, aut consuetudinum epitomen; sive *breve*, aut *breviculum coræ.* De brevi, & breviculo, vide quæ suprà cap. 20. fol. 247, 248. *Cora* consuetudo est, vernaculè Keure, Cuere, nunc usitatius Costuyme. Exstat apud me diploma Ludovici Nivernensis Comitis Flandriæ, quo cora universa continetur, hoc tenore: *Nous Loys, Cuens de Flandres, & de Nevers, faisons sauoir à tous: que come nos bonne gens dou Franc, de le Castelrie de Bruges, nous aient souploiet à grande instance, que nous vousissiems recognostre, & confremer leur franchise & loy; que li Cuens Philippes de bonne memoire, nos deuanchiers, leur donna; de la quelle il ont toudis depuis vsei, si come il dient; & le keurebrief, ainsi que leur dite loy contient, dou quel li teneurs sensient.*

Ex quo virscarna [a] bannitur [b], & homo prolocutorem accipit, & in causam trahitur, vel à Cricwardra [c], sive ab alio aliquo, & Scabini [d] super hoc submoniti [e] fuerint, (inter duas objectiones [f]) si Officialis [g] Comitis, monstraverit cartam [h] legis, quicquid in eadem carta ad hoc placitum pertiniens, firmum tenebitur; sed si Officialis tunc non monstraverit, quicquid Scabini tunc super hoc judicaverint, tenebitur, nisi Scabini inde habuerint aliquam cognitionem, que scilicet cognitio pre omnibus tenenda est.

Post judicium Scabinorum, non possunt summoneri, ut veniant, aut diem observent, nisi infra virscarnam, de omni eo, quod ad Scabinatum pertinet.

Post judicium Scabinorum si Crickwardra falsificare [i] voluerit aliquem Scabinorum; septem [k] comparibus [l] Scabinis, si ibi tunc habuerit, eum falsificare poterit, sed si tunc non habuerit, plegiare [m] poterit auxilium suum ad proximum diem placiti; & si tunc habuerit, falsificare predictum Scabinum poterit, ita ut falsificatus [n] det decem libras Comiti, & Castellano, & scamnum

mnum osculando, retro exeat, & nunquam ad scabinatum accedat. o Ad hec sciendum, quod si Crickwardra falsificare voluerit aliquem Scabinum, quotquot habere poterit Scabinorum, ad falsificandum eum; totidem se defendere poterit, contra eum, predictus Scabinus; hoc dico usque ad septem; sed si predictus Crickwardra, predictum Scabinum falsificare non poterit, emendabit p eidem Scabino decem libras. q

In nullius domum dinstmannum r mittent, de omni eo quod ad scabinatum pertinet, nisi per Scabinos; & ille erit legitimus dinstmannus. De domo autem illa, ad quam mittatur, victum suum accipiet, aut valens novem denarios s, & hoc de nullius domo, nisi in qua manens fuerit, sed in ceteris domibus, poterit benè persedere, licèt corpore presens non fuerit. Hoc dico, si homo, ad quem mittitur, eum non extra placitaverit t post octo dies, alioquin dinstmannus habebit ad exitum suum duos solidos.

De summonitione hominis

Homo summonitus u, per Scabinos ad lapidem x, dum Preco summonitionem suam stare fecerit, & ille per Scabinos bannitus fuerit y, si aliquis propinquorum suorum postea veniens, eum à banno liberare voluerit, & cognitionem tunc à Scabinis habuerit, plegiare poterit auxilium suum ad proximum diem placiti; & si tunc non habuerit, predictus homo remanebit in banno, & similiter ille qui eum educere voluit.

Sicut in domo Prepositi z tenetur de hominibus virscarne, ita in virscarna teneatur de hominibus Prepositi.

De bannitis equitandis. a

Castellanus equitabit bannitos, si vacaverit; sin autem, Officialis Comitis, & Castellani equitabunt, & hoc semel in anno; &, si Scabinis visum est, bis; & si adhuc opus est, ter. Ubicunque inceperint, totum perequitabunt, nisi sunnam b, aut pro Comite, aut pre egritudine monstraverint; sed de altis legibus licet equitare, quandocunque opus est, & infortunium evenerit. Sciendum, quod si Officiales non suffecerint ad equitandum, Castellanus equitabit, & si Castellanus non suffecerit, Comes equitabit; functâ omni equitatione suâ, Comes habere poterit veritatem c suam, que dicitur durginga d, & hoc semel in anno, & si non perequitatur, non habebit.

In anno erit semel unum gouding. e

In anno erunt duo weddinga. f

Quicquid invadiatur coram Scabinis, solvetur coram Scabinis; de omni eo quod invadiatur coram Scabinis, duo Scabini

poterunt cognoſcere, uſque ad decem libras; tres, quindecim libras; quatuor, viginti libras; ſeptem, omnia; & quotquot Scabini poſſunt cognoſcere alicujus debitum, totidem cognoſcere poterunt ejuſdem ſolutionem: & ſi debitor negans, ſuper hoc convictus fuerit, emendabit Comiti, & Caſtellano tres libras.

Quicunque ſcurram hoſpitaverit, pluſquam una nocte, ſi in craſtino abſcedere noluerit, poterit eum dominus in aquam projicere, abſque forefacto.

Quicunque ſcurre, vel joculatori, vel meretrici, aut alicui vago, veſtes ſuas ad nuptias dederit, aut ſi de nuptiis ei quiſpiam miſſus fuerit, & dederit, convictus emendabit tres libras; & in ſingulis nuptiis veritatem ſuam habere ſuper hoc poterit Comes.

Si homo bannitus eſt dudum, & poſtea aliquis eum causa odii in cauſam trahere voluerit, de altera re, quam pro ea, pro qua bannitus eſt; ſi bannitus ad juſtitiam venire voluerit, habebit conductum veniendi ad juſtitiam; & ſi ſe educere poterit per juſtitiam inde, liber erit; ſed non a banno, in quo prius fuerat; convictus vero ſatisfaciat.

Homo liber [g] ſummonitus ad lapidem, non reſpondebit ad ſummonitionem Preconis, ſi contra ſummonitionem hanc loqui voluerit, ſed Schoutete reſpondebit, ſi liber fuerit, & eum ſummonuerit, & non reſpondebit, niſi ſuo pari; hoc dico, ſi contra ſummonitionem loqui voluerit; ſin autem contra ſummonitionem nihil loquutus fuerit, poterit eum Preco, licet liber non ſit, bannire.

Qui hominem occiderit, communicato conſilio, occiſus reconciliabitur [h] de bonis illius, qui occidit; ſalva tamen parte uxoris, & filiorum indiſcretorum: quod ſi bona occidentis non ſufficiunt ad reconſiliationem occiſi, de bonis illorum, qui in auxilio fuerunt, ſupplebitur, dum tamen protracti fuerint a veritate, ſuper hoc a Scabinis accepta; & in hac libertate innocentes ſemper liberi erunt: ſi autem homo occiditur ſine conſilio, ſed in lite, vel caſu aliquo, quilibet ſequantur ibi ſuos parentes; & ſecundum Scabinatum reconciliabitur.

Omne injuſtum deponet Comes, ſive de nummis notarii, ſive de nummis Crickwardræ, ſive de alia qualibet re.

Sequitur de Wlpingis.

Homines de Wlpia, ſive de Caedſant ſummoniti, poterunt ſeipſos ſunnare [k], preſtito juramento, ad diem placiti, ad quem citius pre mari venire poterunt.

De terra Viſcal [l], ſi panditur, cum tertio denario ſolvetur; ſin autem in ſecundo die, ſive infra annum, ſolvetur cum uno denario tantum.

Quicquid

Quicquid mulieri contingere potest ex parentibus, hoc filio [m] suo contingere potest.

Quicquid homo dat filio suo fornicario, sine conditione, hoc post mortem ejusdem filii devenire potest in parentes matris pueri; si autem à patre conditio aliqua super donatione illa facta fuerit, conditio observanda erit post mortem predicti pueri.

Quilibet ad suam summonitionem respondebit, & hoc per Scabinos, & quilibet suo pari.

Quicunque dicum [n] maris ruperit, protractus a veritate, à Scabinis accepta, dextram amittet, & bonum illius in manu Comitis, & Castellani erit.

De palingis [o], & de dunis [p], & de quibus feodati vestri affirmant, quod sint advene, & de censu Viscal, cujus quilibet nummus requiritur, cum duodecim denariis, in secundo die post solutionem, de his quatuor rogant vos humiliter homines terre, quatenus per signum sancte crucis, quod assumpsistis, [q] & per terram sanctam, quam querere proponitis, heç quatuor predicta ita emendari faciatis, ut homines de cetero sufferre, & in terra vestra melius remanere valeant.

De omni re, & de omni eo, quod hic non est nominatum, sive in literis expressum, erit rectus [r] Scabinatus, excepto eo quod ad victum vestrum pertinet, & exceptis feodatis, & ecclesiarum redditibus, & exceptis his quatuor, que superius prediximus, que homines vestri requirunt a vobis, ut ea temperetis, & in melius mutetis.

Homicidium [s] de uno homine tantum, & incendium, & mortificatio relinquitur in manu Comitis, & Castellani.

Sequitur de insidiis.

Quicunque author fuerit insidiarum, in quibus homo occiditur, & auctor ille super hoc recto Scabinatu convictus fuerit, homicida erit; si insidie ponuntur in domo alterius, sive in domo alicujus, sive in orto ejus, & ille conscius fuerit, & hoc revocare possit, & non fecerit, & super hoc veritate convictus fuerit, homicida erit. Quicunque his insidiis auxilio affuerit, convicti super hoc, in gratia Comitis, & Castellani erunt, salva vita, & membris. Quicunque insidias struxerit, in quibus homo membrum perdiderit, qui membrum abstulit, membrum perdet, hoc est, manum: similiter & auctor insidiarum, & ille in cujus domo, sive orto, eo sciente, hoc factum fuerit, & prohibuisse poterat, & non fecit; si autem supradicti omnes hii, reclamando ad justitiam venire voluerint, veritas per Scabinos accipienda erit; quod si Iudex veritatem contradixerit, & falsificare voluerit, plegiare poterit auxilium suum ad proximum diem placiti; & si auxilium a duobus Scabinis

binis habuerit, hominem ecclesie falsificare poterit, & tribus Scabinis hominem liberum; & quotquot falsificati fuerint, singuli eorum, dabunt tres libras, & de cetero, quamdiu Comes vixerit, veritati nulli intererunt, & veritas alia loco eorum accipienda erit.

Sequitur de impetitione domûs. u

Vbi domus impetitur, & a Scabinis cognitum sit, si homo occiditur, & ille qui conductum fecit, non occiderit, reconciliabitur in occisum; & illi quem impetiit dabit decem libras, & de residuo suo erit in gratia Comitis, & Castellani, salva vita, & membris; quod si nullus occiditur, qui conductum fecit, emendabit impetito sex libras, & Comiti, & Castellano decem libras, similiter & sequaces, quotquot convincuntur, singuli eorum dabunt tres libras.

Sequitur de vulnere. x

Qui vulnus in capite, sive in ventre fecerit, quod dicunt penetrativum vulnus, convictus dabit vulnerato sex libras, & Comiti, & Castellano sex libras. Si homo ecclesie est, tres libras. De minutis vulneribus, & a Scabinis cognitis, dabunt tres libras. Protractus de doutslaga y, sive harna z, dabit homini ecclesie unam libram, libero vero duas libras.

Quicquid servientes patri familias invicem interceperunt, si dominus eorum hoc pacificare poterit, alterius jurisdictioni non stabunt, nisi de homicidio, aut talis fuerit lesio, que de jure judici presentari debeat.

De Wapeldring. a

Si homo ecclesie, hominem liberum injecerit luto, vel terre, emendabit ei sex libras, Comiti, & Castellano sex libras. Si vero liber hominem ecclesie injecerit, dabit tres libras, & totidem Comiti, & Castellano. Liber, libero sex libras; homo ecclesie, homini ecclesie tres libras, & totidem Comiti, & Castellano.

De furibus.

Qui aliquem ceperit pro fure, & jurare possit se septimo, ita ut illorum sex hereditas Scabinis satis cognita sit, quod illum, utpote furem, cum provenza β ceperit, fur suspendetur. Dum veritas accipitur de furibus, qui protractus fuerit, dabit illi, cui suum abstulit, estimationem rerum suarum ablatarum, & Comiti, & Castellano tres libras, & duos plegios satis cognitos, quod deinceps desistet, quemlibet eorum pro tribus libris. Si ille postmodum ceciderit, & eum plegii adducere

adducere non possunt, & tunc jurabunt illum adducere non posse. Quod si postmodum de furto impetitus venerit, purgabit se judicio frigide aque γ in suo corpore tantum.

De rapina. δ

De rapina protractus veritate Scabinorum, si infra viginti solidos rapina fuerit, spoliato sua duplum restituet, & Comiti, & Castellano tres libras: quod si supra viginti solidos fuerit rapina, duplum semper restituetur, & de residuo erit in gratia Comitis, salva vita, & membris.

Qui bannitum ε de altis legibus hospitaverit, ad hoc, ut per eum malum operetur amplius, dabit sex libras, & de alio bannito tres.

De omnibus forefactis ζ virorum, uxores, & filii, nihil forefacere possunt; nisi filii discreti forefacto interfuerint.

Oppressio mulierum η pertinet ad rectum Scabinatum.

De campulo, θ & clava torcoisa, ι sicut Comes juravit.

Omnes banniti qui banniuntur apud lapidem, debent denuntiari banniti in Ecclesia κ sua; & quando extra bannum sunt, debent similiter extra bannum denunciari in Ecclesia sua, alioquin a banno non erunt absoluti.

Cum Preco vocaverit hominem ad lapidem, debet prius jurare cum witschepa λ, vel testimonium a Scabinis habere, quod eum summonuerit, & tunc eum semel, & secundo, & tertio vocabit, & non amplius, & tunc banniet secundum judicium Scabinorum.

Quicunque de vulneribus, sive de harna, sive de doutslaga in caussam tractus fuerit, Scabinis hoc cognoscentibus, debet intrare lapidem super veritatem, & a lapide plegiarii, sed antequam veritas sonuerit, intus redire, usque ad nonam μ placitandum, & usque ad vesperam vocandum, & non amplius. Sabbato querele exhibebuntur, futura feria sexta de iis justificabitur, & ibi semper causa repetetur in futura feria sexta, ubi dimittitur in preterita; si vero festum fuerit, eo die placitabitur, quem ad hoc Scabini ponent.

Quicunque puellam infra annos discretionis ν existentem matrimonio ad se attraxerit, inconsultis parentibus ejus, in quos devenire debet hereditas predicte puelle, & super hoc citatus venerit, & convictus fuerit, erit in gratia Comitis, & Castellani, de omni bono suo, salva vita & membris, qui si citatus non venerit, extra leges erit; si autem ille puellam extra terram tulerit, proximi parentes hujus habebunt bona puelle in manu sua. Sed si puella postea resipiscens redieret, & virum

& virum injustum relinquere voluerit, sive discreta, sive indiscreta, bona sua habebit; si autem viro adheserit, bonis privabitur.

Sciendum quod nihil forefaciet homo in defendendo corpus suum. Post homicidium debent obsides pacis utrimque accipi; illi autem in quorum parte homo occisus est, debent extra fidari, o per bonos plegios, quatuor ad minus, & tales, quales Scabini cognoscent, illos posse plegiare, sicut debent; illi vero a quorum parte homo occisus est, non debent extra fidari, donec occisum reconciliaverint π ad placitum parentum, aut secundum arbitrium Scabinorum; de omni controversia obsidibus sumptis, possunt utrimque extra fidari, nisi de homicidio tantum. Omnes illi qui spectant ad amicitiam unius, qui in lapide est, expensam obsidii ρ sui solvent, ita ut marca σ respondeat marce.

De pignore.

Quando alicujus uxor mortua fuerit sine liberis, debet illa pecunia dividi in octo partes, quinque partes habebit homo ex pignore, & tres partes parentes uxoris mortue, ita ut hoc nunquam redeat, hoc est de pecunia; de terra, sicut esse consuevit.

De mensura.

Omnis mensura, sive pisa τ equalis erit in villis, & in oppido, & omnis mensura equabitur ad mensuram oppidi. Quicunque Preco de injusta mensura protractus fuerit, de qualibet injusta mensura dabit Comiti & Castellano tres libras. Quicunque homo ad domum alicujus injustam mensuram tulerit, sive penes eum inventa fuerit, emendabit Imperatori suo secundum statum suum, & dampnum duplum restituet.

De hominibus oppidorum, & de hominibus villarum, talis jurisdictio observabitur, qualem ad invicem melius advenire poterunt.

Quicunque citatus fuerit ad exhibendum querelam suam, & non venerit, ipse super hoc amplius non justificabitur; nichilominus tamen Comes & Castellanus querelam illam veritate Scabinorum prosequentur. Quicunque de querela sua non citatus infra annum tacuerit, responsum super hoc non habebit.

Si homo ecclesie υ velit aliquid loqui adversus hominem liberum, habebit liberum hominem advocatum, quilibet debet respondere suo pari.

Quicunque in pretorio fuerit bannitus, poterit emendare bannum suum de quatuor solidis, & uno denario infra septem dies,

dies, quod si venerit, extra legem [a] erit. Quicquid homo litigii inceperit aut controversie, protractus dabit tres libras.

Redditus Ecclesiarum [x] & Comitis, & feodatorum erunt, extra Scabinatum.

De presentia Comitis non est dies observandus, quo venit, sed in quo recedit, & in quibus est residens. Si de aliquo mentio facta fuerit, quod dicunt de presentia Comitis, & alii e contra negaverint, per rectum semper Scabinatum justificabitur. Si litigium aliquod fuerit de feodo, aut hereditate, quinque hominibus Comitis, & quatuor hominibus terre, quos Scabini ad hoc eligent, causa illa terminanda relinquetur.

De gouding.

Statutum est Sabbato post Epiphaniam [+] precones convenire ad virscarnam, & ibi edictum accipere, die Dominica in Ecclesiis denunciare, & placitum proxima feria secunda esse: durabit autem placitum per totam hebdomadam; hoc est, a feria secunda, usque ad vesperam proximi Sabbati, nullo die festo placitum intercipiente. Precones autem accipient apud virscarnam edictum suum ultimo Sabbato, quando brevia dari poterunt, ante vigiliam natalis Domini: Et ita in Ecclesiis suis denunciabunt gouding predicto tempore. Est autem gouding sic statutum: primo die, & ultimo, hoc est feria secunda, & Sabbato placitabunt Comes, & homines Ecclesie; interim homines terre. Qui alterum in causa traxerit, tractus potest plegiari usque ad Sabbatum, & non amplius: & tunc si non venerit, debet banniri, & plegius ejus. Nullus in hoc placito potest suniri. [a] Homines terre habent, sicut dictum est, quatuor dies in hoc placito, feriam tertiam, quartam, quintam, sextam: hic alter alterum potest plegiare de die in diem usque ad vesperam ferie sexte, & tunc si non venerit, debet banniri, & plegius ejus. Nullus Iudex potest deferre causam alicujus hominis nisi cognitum sit à Scabinis eum non sufficere ad hoc justificandum. Sabbato, finito placito, omnes precones & homines, ad magnam Viscarnam convenient, & ibi coram Scabinis omnia sua duella, [b] & cetera facta enumerabunt, & brevibus [c] committent; & tempus duellorum, & bannitorum à Scabinis, ibi statutum observabant. Ita ut de bannitis primò, postea de duellis tractandum, & de judiciis aque & ferri, [d]: placito autem isti debent interesse Comes, aut Comitissa, aut Castellanus. Si forte contingat quod Monachi vel Clerici aliqui affirmaverint aliquem infirmum ante mortem suam aliquod bonum contulisse, vel eis, vel Ecclesiis suis; & si litigium super hoc ortum fuerit, veritas accepta per Scabinos hoc declarabit, utrum donatio illa legitima fuerit, an non. Banniti non equitabuntur nisi à Comite, vel Comitissa, vel Castellano.

De omni cauſa, unde hic non eſt facta mentio, erit rectus Scabinatus.

*Et comme avoeques les cas, qui par leur kuerbrief, deſſeure eſcrit, ſont expreſſement excepte de le dite loy dou Franc, li Bailliu, li Crickboudere, ou autre Official des Contes de Flandres nos devanchiers, ayent ou tans paſſei pluſieurs cas, des quels li dis keurbrief ne faict nulle mention, calengiet, & maintenu deuoir appertenir a le Seignourie dou Seign*r*, & nient a loy, ſi comme ou cas quant on mesferoit ſour ſaincte Egliſe, ſour les perſones de ſaincte Egliſe, ſour le perſonne du Seigneur, ſour le perſonne des enfans dou Seigneur, ſour le perſonne dou Baillu, & aucuns autres cas ſemblables, & quant auſsi il keoit en doute, a qui, li cas, qui auenus eſtoit, deuoit appertenir, ou a Seignourie, ou a loy, par quoi, auant kon peuiſt entendre a adrechier ledit cas, & mesfait, il conuenoit cognoiſtre dou dit cas, & mesfait, a le fin, que on le delaiſſaſt la, ou il deuroit appertenir a adreſchier. Li Baillius, Crickhoudre, ou Official deſſus dit, ayent auſsi celle auant cognoiſſance calengiet, & maintenu deuoir appertenir a le Seignourie dou Seigneur, & nient a loy, des quelles choſes li lois dou Franc maintenoit toudis le contrare, par vne clauſule general, contenue, ou dit kuerbrief, le quele diſt, que de toute choſe, dont mention n'eſt faite, ou dit kuerbrief, doit eſtre drois eskeuinages; par la quele clauſule, il ont toudis vſei, ſi comme il diſoient de auoir le dite auant cogniſſance, & de faire loy en tout cas, qui ne ſont expreſſement excepte, ou dit kuerbrief. Par lequel debat li dite lois auoit mult de fois, & longuement ceſſei, pour ce, que on ne leur voloit delaiſsier le auant cogniſſance des cas deſſus dis, dont mains mesfais ſont demouret a adrechier, maintes amendes perdues, & maint malfaiteur montes en hardement de plus mesfaire. Nos dites gens du Franc nous ayent de rechief ſupployet, que nous le dite auant cogniſſance auſsi leur vouſiſsimes recognoiſtre, confremer, & delayer, ſi com ils ont vſei ou tans paſſei, les tourbles, & oſcurtes de leur dite loy, & kuerbrief eſclarcir, & tous empeechemens oſter, par quoi lois ſe puiſſe faire plainement, & deliurement dore en auant. Nous qui bien ſauons, que li ceſſemens de le dite loy, & les empeechemens, qui ont eſtei ou tans paſſet, ont porte, & fait grant damage au Signeur de ſes amendes & pourfis, & as boines gens dou pais auſsi, par ce, que li mesfais nont mie eſtei deuement adrechiet, ne li malfaiteurs corrigiet. Et que deuons, & volons a eaus, & as tous autres de no pais de Flandres, leur lois, franchiſes, boins vſages, & coſtumes, warder, & tenir, & tous tourbles, & empeechemens, qui al encontre ſeroient, oſter: En ſour chou grant conſeil, & meure deliberation auoeques pluiſeurs ſages de no pais, & diligemment rewardei, & examinei le dit kuerbrief, & enquis, & apris, comment il ont vſei, & maintenu, ou tans paſſei, ſur les choſes deſſus dites, leur dites franchiſe, loy, & kuerbrief recogniſſons, ottroyons & confremons, & les tourbles, & debas, qui ſour che eſcheu ſont ou tans paſſé, eſclariſſons, en le maniere, qui ſenſuit. Premierement, que*

des

des quatre cas contenu en l'article dou dit kuerbrief, qui commenche: De palingis: Cest a sauoir, des palens, des dunes, des incommelins, & dou chens Viscal, des quels il ont soupplyet, ou dit kuerbrief, que il soient amendet. Item, des trois cas expressement exceptes, de le loy dou Franc, en l'article continuelment ensuiant, ou dit kuerbrief, qui commenche: De omni re: Cest a sauoir, de ce que appertient a lyfnere le Conte, des fiefs, & des rentes des Eglises. Item, & ou cas, ou on mesferoit sur le persone du Conte, ou de ses enfans, le lois nara que cognoistre, ne que rewarder, ne avant, ne apres, ne de riens a le loy napertenront. Le quele chose nous declairons, estre entendue des incommelins en tel maniere, que de tout le droit, que nous y auons, deuons, ou poons auoir, & que nos deuanchiers Contes de Flandres ont eu, ou tans passeit, ou ont acostumei a auoir par le cause de che, quil sont incommelins, soit de main morte, si comme de milleur kief, ou d'autre droiture, quele que elle puist estre, soit de la cognissance, sauoir mon, si sont incommelins, ou non, a le fin de auoir, & sauuer les droitures, que nous, ou autres y porriemes auoir, ou deurimes avoir, li lois du Franc ne sen ara de riens, que entremettre, si comme dessus est dit; mais pour ce ne demeure mie, que incommelins ou dit Franc de leur biens, possessions, & heritages, que il aront ou dit Franc, & de leur mesfais contres conuenenches, seront a loy, & prenderont, & recheueront loy, tenront ghiselscep, & seront taillaule, ensi com il a esteit acostumei, & com il estoient ou temps de nos deuanchiers Contes de Flandres. Item, nous declairons, que li trois cas contenus en l'article continuelment suiuant, qui commenche: Homicidium, &c. Cest a sauoir, quant vne persone meismes se ochist, arsins, & murdres. Item, & li cas, quant on mesfait sur le Bailliu de Castelerie de Bruge, pour loquoison de son office, ou en faisant son office, & quant on mesfait sour sainte Eglise, ou quant on mesfait sour persones de S. Eglise, ou cas, ou li mesfais commencheroit dou lay, sour persones de S. Eglise, & ne mie ou cas, ou li persones de S. Eglise commencheroit le mesfait douient estre, & seront delaissiet a le Signorie dou Conte; mais quil soit auant conneu, que li cas soient tel, que dessus est dit. Le quelle auant cognissance nous recognissons a no dites gents dou Franc en la maniere, qui sensuit: Cest a sauoir, que ou cas de mourdre, & ou cas quant on mesfait sour le Bailliu dessus dit par locoison de son office, ou en faissant son office, & ou cas quant on mesfait sour Sainte Eglise, que nous, nos successeurs Contes de Flandres, ou li Baillius dessus dit, qui seront pour le tans, que li cas si offeront, deurons eslire, & eslirons quatre de nos hommes de fief, teils, que boins nous samblera pour no partie. & li lois du Franc deura eslire, & eslira chiunc de leur Escheuins, soient homme de fief, ou non, teils, que boin leur sambler a pour leur partie, li quel neuf ensamble enquerront dou fait, a le fin, que sil est trouue par leur enqueste, que li cas soient teil, que dessus est dit. Li lois sen doit du tout osteir, & delayer au Signeur, pour adrechier ensi com il apretenra: & aussi, sil estoit troueit,

que li cas ne fuissent mie teil, comme dessus est dit; il demorront a le loy pour adrechier, si com il apertenra. Es autres trois cas, cest a sauoir, ou cas, ou vne persone meismes se ochist, & ou cas darsin, & ou cas ou on mesfait sour persone de Sainte Eglise, ansi que dessus est diuisé; li auant cognissance apretenra as dis Escheuins a le fin dessus dite. Et entendons & declairons estre persones de S. Eglise, en ce cas, toutes gens de religion, moynes, conuers, nonnains, conuerses, & tous clers seculiers renteis de Sainte Eglise, & nient autres, & pour ce, que nous voulons, que ce demeure ferme, & estaule a tous jours mais; auons nous fait mettre nostre seel a ces presentes lettres, qui furent faites, accordées, ottroyes, & donnees a Courtray en l'an de grace Mil, trois cens, vint & trois, le second jour des mois de Septemb.

E verbis ipsius legis, ubi agitur: *De palingis & dunis*, colligitur hanc veterem fuisse legem & consuetudinem terræ Francæ, quam in unum volumen redactam, Francones obtulerunt Philippo Elsatio, confirmandam, & in quatuor articulis mitigandam, priusquam cruce signatus in Syriam proficisceretur, anno Christi 1190. verum cum anno sequenti in obsidione Ptolomaidis peste correptus obierit, eum non nisi verbo illas confirmasse existimo, neque unquam hanc in rem literas expedivisse. Francones nihilominus perrexerunt in legum observatione è Philippi authoritate, quasi ab eo datæ ijs fuissent, ut loquitur diploma Ludovici, quod nos docet ab ipso primum Ludovico partim corroboratas, partim immutatas, atque mitigatas fuisse, non sine Franci Magistratus assensu; præsertim cum ex legum contextu, multæ controversiæ exortæ fuissent inter Comitem & Magistratum super jure dicundo, quæ hac legum interpretatione, ac moderatione sunt assopitæ. Tenuit ea ad annum Christi 1427. 4. Iulii, quo die nova lex condita est, à Comite simul & Magistratu, ac vernaculè conscripta, multis omissis, quę Pontificum, Regum, ac Principum decretis vetita fuerunt, ut de duellis, judicio aquæ, & ferri, &c. Novæ coræ principium sic se habet: **Het is ghecuert ende gheordonneert byden Heere ende byder Wet van den Lande vanden Vrijen** &c. Sed & hæc postmodum immutata est à Magistratu, & decreto Alberti Archiducis corroborata anno 1619, ac typis Guilielmi de Neve excusa anno 1622, quæ in omnium manibus versatur. Nunc ad elucidationem veteris coræ nos accingamus.

a *Vierscarna*, idem est vetustissimâ Francorum linguâ, quod *placitum, mallus*, & *mallobergium*, videlicet, & locus ipse, & actus judicii; vnde lego in diplomate Theodorici Elsatii, Comitis Flandriæ anni 1151, quod ex archivis Afflegemiensibus adfert du Chesne in hist. Guisnensi fol. 104: *Coram Scabinis Brugensibus in placito, quod vierscarnen* dicitur. Nominis ratio est à

Vier.j.

Vier .j. *quatuor*, & scare .j. turba, conventus, quod in judiciis hæc quatuor necessaria sint: actor, reus, testes, & Iudex. In capitulis Caroli, & Lud. Imp. lib. 7. tit. 258: *Quod quatuor personæ judiciis semper adesse debeant*. Fol. 1096. apud Lindenbrogium, ubi sic in textu: *Quot personæ solent in judiciis esse? Quatuor; Accusator causæ, defensor causæ, testes; & Iudex. Quo quisq; utitur offficio? Iudex æquitate, testes veritate, accusator intentione, ad amplificandam causam, defensor extenuatione ad minuendam causam.* In Etymologico Kiliani, legitur inter alia: *Vierschaere, inquit* Iacobus Marchantius (lib. 1. fol. 142.) q. d. *quadriturba, quia quatuor personarum illic usus est: actoris, rei, Iudicis, & Baillivi.* Verum in rebus civilibus Baillivo opus non est, unde non discedendum ab authoritate Caroli Magni, qui pro quarto membro testes ponit, atque ipsam probationem, quæ est anima litis.

b *Bannitur* .j. *edicitur, indicatur, promulgatur*, à Ban .j. edictum, proclamatio, unde *Bannum* veteribus Francis *edicere*, fuit proclamare, nunc Bannen. Vide *Bannire* supra. Spelmannus in gloss: *Bannire pro edicere, statuere &c. Decretum Childeberti ad legem Salicam cap. 8. Bannivimus, ut unusquisque Iudex, criminosum latronem ut audierit, ad casam suam ambulet. Concil. Salegunstad anno 1022. cap. 15: Omnes bannitum jejunium (in quocumq; Episcopio celebratur) diligentissimè observent.* Idem: *Bannum pro proclamatione, sic omnium ore banni nuptiarum dicuntur; & Italis banditore, pro præcone.* Kilianus in Etymologico citato: Ban, *denunciatio publica, proclamatio, edictum publicum.* Idem: Ban *vetus, id est,* ghebannen Vierscare. Item: Ghebannen Vierscare, *Senatus legitimè coactus, sive convocatus.* Item: Bannen, ofte banden de Vierscare: *Tribunal denuntiare, senatum sive prætorium cogere, edicere conventum Senatorum, dare Senatoribus, diebus juridicis, dicendi juris authoritatem.* Quod erat Ballivi, aut Prætoris, sive apud Franconates *Crickwardræ*, .j. Crickwaerder, Crickhouder, qui fungitur officio Ballivi, cujusque est proloqui: Ick banne Vierchare &c. Neque enim absq; authoritate Regiâ, sive Comitis, aut qui ejus officio fungitur, Scabini jus dicere poterant, aut sententiam ferre. Cap. 20. fol. 246.

c *Crickwardra*, de quo paulò ante, nunc fere Crickhouder. Marchantius in Flandriæ descriptione l. 1. fol. 152: *Baillivis additur Crickhouderus, sic dictus, quasi custos ligni supremâ sui parte transversarii, quod axillis subjectum imbecilles sustentat, cujus forma argentea pedalis magnitudinis, illi Magistratui, munere suo in publico fungenti, rite gestatur, is Scabinos in tribunali publicè, tempestiveq; submonet, verbis conceptis*. Lignum in summitate transversum, vulgo Cricke dicitur, & Crucke. Lipsius de cruce ex L. 1. c. 8. latino factum opinatur, quod crucis habeat formam: *Nos Belgæ hodie bacillos in hanc formam, quos ægrorum brachiis sustentaculum subjicimus, vocamus ipsa latina voce cruckas.* Crickwardra

dra itaque Crickwaerder, propriè est, *Scipionem, aut baculum istiusmodi servans, à* waeren, *servare, nunc fere* bewaeren. Vide cap. 20. *Warandia* & *Warda.* Crickhouder autem baculum tenens, houden, tenere. Fuit vero baculus, & scipio, & sceptrum, majestatis signum, apud omnes gentes; illudque differentiæ ponitur, inter virgam, & baculum, ut illa correctionis sit hieroglyphicum, & disciplinæ, hic auxilii, & sustentationis. Vide Pierium lib. 4. in Hieroglyp. & Theologos ad illud Psalmi: *Virga tua, & baculus tuus, ipsa me consolata sunt.* Franci Regis effigiem, cum baculo in manu, cujus summitas bipennem habeat, ferme in crucis formam, vide apud Lasium in migrationibus gentium lib. 2. fol. 49. verso, quam & historiæ suæ Tornacensi inseruit Cosin l. 1. fol. 217. Accedit ad malleum ferreum, vulgo Macrs hamer, qualem, veteri terræ Francę Comiti, adscribit Guilielmus de Neve in frontispicio ordinationum politicarum terræ Francæ an. 1628 impressarum. Posset & referri ad crucem, quæ in judiciis adhiberi consuevit, postquam Franci Christianismum suscepere. Guibertus Francus hist. Hierosol. lib. 5. *Vir undecumq; canonicus Podiensis Episcopus, evangelia jubet, crucemq; deferri, quatenus verba ejus fides adstrueret & Sacramenti.* Beda auctor antiquissimus de remediis peccatorum cap. 4. *Qui perjurat in manu Episcopi, aut Presbyteri, vel altari, vel cruce consecrata, unum annum pœniteat.* In capitulari Caroli Magni anni Christi 779, t. 2. Conc. Sirmondi can. 10: *De eo qui perjurium fecerit, ut nullam redemptionem det, sed manum perdat. Quod si accusator contendere voluerit de ipso perjurio, stent ad crucem, & si jurator vicerit, legem suam accusator emendet.* In Concilio Vermeriensi sub Pipino Rege, patre Caroli Magni, habito Christi an. 752, canone XXVII: *Si qua mulier se reclamaverit, quod vir suus nunquam cum eâ mansisset, exeant inde ad crucem, & si verum fuerit, separentur, & illa faciat, quod vult.*

[d] *Scabini*, in lege Salica Scabinei fere legitur. vide capite 20. fol. 301. & paulò post lit. [k]

[e] *Scabini super hoc submoniti fuerint*, per Baillivum videlicet, aut Crickwardram, Comitis officialem, cujus erat Scabinos submonere ad jus dicendum, vulgò nunc Maenen, unde ortum *mannire*, & *manire*, sæpè usitatum in lege Salica. v. cap. 20. fol. 28. Ab hoc *submonendi* vocabulo, Galli hodierni retinuerunt *semondre*, submonere, *semonneur*, submonitor, *semonce*, submonitio. In lege Sal. pro *submoniti*, legitur etiam *admoniti*, loco mox citando, ad litteram [f]. In Flandrico (quod mihi suppeditavit D. Ioannes Rommelius, Francæ terræ syndicus, à se fortuitò nuper, in veteri libello, apud scrutarios reperto) sic transfertur superior textus: Ende Schepenen daer op gemaent sullen hebben ghesijn.

f *Inter duas objectiones*, quas faciunt procuratores, aut advocati utriusque partis, prolocutores suprà dicti in initio coræ, seu tuerebzief. In lege Salica causatores appellantur, L. Salica, tit. 60. de Ratinburgiis .j. Scabinis: *Siquidem Ratimburgii in mallo residentes, cum causa discussa fuerit, inter duos causatores, admoniti ab eo, qui causam requirit, ut legem Salicam dicant, &c.* Quæ vide paulò post, ubi de septem Scabinis.

g *Officialis Comitis*, .j. qui fungitur officio Comitis, primò Castellanus .j. *vice Comes*, deinde Baillivus, tum Criekwardra. In vernaculo exponitur: 's Graven maenre .j. mannitor Comitis, qui Scabinos submonet. Est officialis nomen in hac significatione usitatum in capitulis Caroli Magni, & Ludovici Pii lib. 2. tit. 29: *Magistratus autem, qui eadem instrumenta admiserunt, & ad officiales copiam dederunt.* Vide lexicon juris Calv: *Officiales rectores provinciarum sunt, præsides, &c.*

h *Monstraverit cartam legis*: sic suprà: *ut legem Salicam dicant.* In capit. Caroli Magni, & Ludovici, lib. 1. cap. 62: *Primum judici diligenter discenda est lex, à sapientibus populi composita, ne per ignorantiam, à via veritatis erret, & dum ille rectum intelligit judicium, caveat ne declinet, aut per adulationem aliquorum, aut per amorem cujuslibet amici, aut per timorem alicujus potentis, aut propter præmium à recto judicio.* Et paulò post tit. 67. de homicidiis: *A judicibus nostris secundum legem ex nostro mandato vindicentur, & non occidatur homo, nisi lege jubente.* A primis Francis omnia secundum legem fieri debebant, etjam ipsæ citationes; unde in ijsdem capitularibus lib. 3. tit. 45: *De mannitione secundum legem ad mallum.* Ideò carta legis, in qua videlicet universa lex conscripta fuit, semper erat ad manum, & quidquid in carta legis statutum erat, firmum tenebatur; debebatque religiosè observari, prout in hac lege præscribitur; cum verò casus esset aliquis, cujus in carta nulla mentio, poterant Scabini, prout ejs visum erat, sententiam ferre. Fuit verò vox carta Francis usitatissima. Capitula legi Salicæ addita à Carolo Magno, Lindeb. fol. 352. n. 7: *Si quis per cartam ingenuitatis à Domino suo, legitimè libertatem est consecutus.* Item in capitulis Caroli ad Lud. lib. 3. tit. 43: *Si verò interpellator, auctore, aut testimoniis, aut cartarum collatione victus fuerit.* In formulis Marculphi lib. 1. agitur de *cartis Regalibus*. Lib. 2. *de cartis pagensibus*, de quibus, v. Bignomium in Marculphum. In translatione Flandrica, *carta legis* exponitur: Wettelicken brief.

i *Falsificare aliquem Scabinorum*, quod videlicet, aut favore inductus, aut pecuniâ corruptus, malè judicarit. Contra judicum aut testium corruptores, gravissimam pœnam sanxit Theodoricus Francorum Rex, in edicto suo cap 91. apud Lindenbrog. fol. 254: *Qui testibus pecuniam dederit, ut falsum testimonium dicant, vel certè quod sciunt, taceant; aut non exprimant veritatem,*

vel judici præmium dederint, ut sententiam contra justitiam dicat, vel non judicet, humiliores capite puniantur, honestiores honorum suorum amissione multentur. Ibidem, alia sunt crimina falsi, cap. 90: *Qui testamentum, codicillum, tabulas, rationes, gesta, libellos, cautiones epistolas, in fraudem alterius, quocumque loco, deleverint, mutaverint, subjecerint, incenderint, raserint, aut æs, argentum, vel ferrum inauratum, scientes, pro auro dederint, vel vendiderint, vel supposuerint, vel exteriorem circulum solidi præciderint, quive, ut id fieret, jusserint, operamve dederint, pœnam sustineant falso crimini constitutam.*

Lib. 7. cap. 13. fol. 305. Falsariorum pœnas observat Cuiacius in observationibus suis: *Falsario incisos digitorum nervos, Alexandri decreto, Lampridius; Claudii, precisas manus, Suetonius scribit; idem, Galbam, nummulario non ex fide versanti pecunias, manus amputasse, mensæque ejus affixisse; & Iustinianus novellâ* XVII. *exactori, non ex legis præscripto apocham conficienti, manus abscindendæ jus dari præsidibus provinciarum.* Videnda & lex Cornelia de falsis.

[k] *Septem Scabinis*, sic, & septem Ratimburgii in lege Salica ijdem sunt, qui paulò post Scabini. Legis Salicæ tit. 52. num. 3: *Tunc grafio congreget secum septem Ratimburgios.* Item tit. 60. num. 1: *Siquidem Ratimburgii in mallo residentes, &c. ut suprà lit.* [f]. Et paulò post: *Si autem Ratimburgii legem judicant, & cui judicatum fuerit, hoc sustinere noluerit, & dicat contra legem judicasse sibi, & hoc comprobare non potuerit, contra unumquemque de septem Ratimburgiis,* DC. *den. qui faciunt sol.* XV. *culp. jud.* Vide eadem ferme in leg. Ripuaria tit. 55: *De Ratimburgiis legem dicentibus.* Ibidem tit. 32. *de mannire* §. 3. legitur: *Quod si ad septimum mallum non venerit, tunc ille qui eum mannit, ante Comitem cum septem Ratimburgiis in araho conjurare debet.* Carolus Magnus Scabinos hosce, & Scabineos appellavit. Cap. Car. & Lud. lib. 3. tit. 880: *Vt nullus ad placitum banniatur, nisi qui causam suam quærit, ut si alier ei quærere debet, exceptis Scabineis septem, qui ad omnia placita præesse debent.* Vnde Hincmarus ep. 4. c. 14. apud Lindenbrogium: *Ne contra capitulum Domini Imp. Caroli, &c. ut nemo ad mallum, vel ad placitum cogeretur venire, nisi Scabinei, & qui causam suam quærit, & cui quæritur.* Vide plura de Ratimburgiis cap. 20. fol. 297.

[l] *Comparibus*, qua ratione Scabini pares & compares appellentur; vide cap. 20. in voce *Sachbarones* fol. 330.

[m] *Plegiare poterit auxilium suum ad proximum diem,* idem infrà de insidiis. .j. Crickwardra, falsi accusans Scabinum, si testes, aut probationes paratas, non habet, debet cavere, se proximo die placiti effecturum, ut ij, eæque paratæ, & ad manum sint; quæ auxilium sunt accusatoris; nam si non probaverit, quod intendit, eandem pœnam subire cogitur, quam reus convictus. Ideoque nisi præstitâ cautione, & accusator, & reus, debebant carcere detineri. Edictum Theodorici Regis Lindenb.

denb. fol. 246. §. 13: *Qui alterum quolibet crimine putaverit accusandum, non priùs audiatur, nec de exhibitione aliquid jubeatur, nisi se præmissæ inscriptionis vinculis obligarit, & istud caverit apud competentem judicem, se eam penam subiturum, si non probaverit, quod intendit, quam poßit reus convictus, secundum leges excipere: & usq; ad eventum judicii, tam reus, quam accusator, æquali custodiæ sorte teneantur, nisi fortè, aut minora sint crimina, in quibus fidei jussor præberi debeat, aut reus adeò nobilis, & spendidi honoris sit, ut suæ committi debeat dignitati.* In formulis Marculphi fidei jussorum frequentissima mentio lib. 1. tit. 27: *Si noluerit, & aliquid contra hoc habuerit, quod opponere, ipsum illum per fidei jussores positos, tunc ad nostram dirigere studeatis præsentiam.* Et tit. sequenti: *Si noluerit, & ante vos rectè non finitur, memoratum illum, tultis fidei jussoribus* KL. *illis, ad nostram eum, cum omnimodis, dirigere studeatis præsentiam.* Gregor. Turonen. lib. 8. cap. 12: *Episcopum vallat, fidejussores requirit, & ad præsentiam Regis Gunthramni direxit.* Capit. Caroli M. lib. 3. tit. 34: *De his, qui legem servare contempserint, ut per fidei jussores ad præsentiam Regis deducantur.* Postea fidejussor dictus est plegius, & plegiare est *cavere, satisdare, vadari, vadimonium dare, dato fidejussore certum, & securum reddere, semetipsum debitorem constituere, debitum quasi suum cognoscere*, à veteri vernaculo, **Plegen**, *certiorare, certum & securum reddere*, vnde Gallis dictum *pleger* & *plevir*, pro *certiorare*. Indice de Rageau: *Pleger* & *plevir*. Item: *Plevir en l'ancienne chron. de Flandres* chap. 5. *cest promettre & asseurer*. Item: chap. 68. *en la dicte chron: Fille pleuré, qui est promise en mariage*; pro eo nunc usitatum: **Plechten, Plichten**, & **Pluchten**, *certiorare, & spondere*. Etym. Kiliani: **Plechten**, *Fland. spondere rem sinceram, Angl. plichte.* Nostrates cum quid vendunt, & de rei probitate securum volunt reddere emptorem, solent dicere: **Ick pluchte u dat.** Idem Kilianus: **Plichtich**, *vetus, devinctus, obnoxius obligatus, qui debet.* Idem: **Plichtvry**, vetus, *immunis*, videlicet liber ab obligatione; nam **Plech**, & **Plege**, fuit *obligatio, debibitum.* Kilianus: **Plegh**, **Plege**, *debitum*, & **Pleght** .j. **Plicht**, *officium, debitum.* Item: **Wt de pleght doen**, *vetus, emancipare*. Propriè à cautione præstita absolvere, & immunem reddere. Mattheus Vossius de vitiis sermon. l. 2. c. 25: *Plegius, vas, sive fidejussor.* Ioannes, Angliæ Rex, in carta libertatum concessarum, apud Mattheum Parisium in ann. 1217: „ *Nec plegii ipsius debitoris destringantur, quamdiu ipse capitalis debitor sufficiat* „ *ad solutionem. Plegium verò, est vadimonium.* Idem Parisius an. 1164: „ *Excommunicati non debent dare vadium ad remanantiam,* „ *nec præstare juramentum; sed tantum vadium, & plegium, standi* „ *judicio ecclesiæ, ubi absolvuntur. Proq; eodem, & plegagium dixere. Vtrumq; in ejusdem Parisii historia reperias.* Idem Vossius: *Replegiare est reposcere bona mobilia, dato apud præfectum, vade, sive fidejussore.*

jussore. *Sic canes replegiatos, dixit Mattheus Parisius in an.* 1240 *Sanè, & Anglis breve, per quod bona ea reposcerent, to replevii, quasi replegium dicitur.* In vernaculo exponitur: Soo mach hy hem vermeten, hulpe te hebbene aen Schepenen, te naesten dinghe-dage. Falsificare verò exponitur: Valschen, & Valsch maken.

n *Falsificatus det decem libras Comiti, & Castellano*, gravissimo crimini in judice, non nisi mulcta pecuniaria imponitur, quales in lege Sal. omnes mulctæ sunt. Sed, & depositio additur cum infamia.

In cap. Lud, Pii. o *Nunquam ad Scabinatum accedat.* Apud Sirmondum in conciliis Galliæ tom. 2. fol. 469: *Volumus, ut quicumq; de Scabinis, deprehensus fuerit, propter munera, aut propter amicitiam, injustè judicasse, ut per fidejussores, missus ad presentiam nostram veniat, &c.* Item: *Vt missi nostri, ubicumq; malos Scabinos inveniunt, ejiciant.* Marchantius l. 1. in descriptione Flandriæ titulo: *Terra Franca*, fol. 137. notat Philippi Comitis instituto Scabinis Franconatibus non adimi functionem, *nisi aut Principem mutantibus, aut falsi convictis.* De quo exstat peculiare diploma Ferdinandi Comitis, *datum apud Maleam anno Domini* 1030. *feria sexta post Martini hyemalis.*

p *Emendabit, &c.* quia videlicet Scabinus convictus decem libras solvere debuisset. In lege Salica tit. 32. §. 8: *Si quis alterum falsatorem clamaverit, & non potuerit comprobare,* DC. *den. qui faciunt sol.* XV. *culp. jud.* Ab hoc emendare nostratibus est Amende, pro mulcta, qua, & Galli hodierni utuntur.

q *Libra*, ut & solidus, & denarius, non est ubiq; certæ quantitatis; alia libra Romana, alia Flandrica, alia Turonensis, Parisiaca, &c. de qua, vid. infrà litera ſ, ubi de denariis, & solidis nonnulla. Sub Pipino Rege, patre Caroli Magni, libra Francica continuit XXII. solid. sic enim legitur in concilio Metensi Sirm. tit. 2. conc. Galliæ ad annum Christi 653. canone 5. *de moneta*: „De moneta constituimus, ut ampliùs non habeat in li„bra pensante, nisi XXII. solidos, & de ipsis XXII. solidis, mo„netarius accipiat solidum unum, & illos alios, Domino, cujus „sunt, reddat. Vbi Sirmondus in jndice, ad verbum *moneta*: *In libra non ampliùs sint, quam sol.* XXII. *de quibus monetarius solidum accipiat.*

r *Dienstmannus* .j. vir Magistratui serviens, Man, enim virum significasse veteribus Francis, jam ostendimus in Glossario nostro cap. 22. fol. 28. Dienen, .j. *servire*, Dienst, *servitus, serviendi actus.* Kilianus in Etym: Dienst-man, *vetus, servus, & cliens, vasallus.* Item: Dienst-manschap, *vetus, servitus, & clientela,* nunc Dienaer, & 'sHeeren dienaer, .j. *servus*, & *Dominorum servus*, ita appellatur. In ordinationibus politicis terræ Francæ cap. 291. hodie etjamnum ita legitur: Sullen de Ammangs, elck in hun ambocht, stellen drie, soo vier dienst-mannen .j. *Ammanni*

manni in ambachto suo singuli constituent tres aut quatuor dienstmannos. Ammannnus itaq; fuit dienstmannorum præfectus, præco etjam appellatus, à citationibus, & denunciationibus faciendis.

Valens novem denarios. In vernaculo est: De waerde van neghen penen. Sequitur paulò post: *Duos denarios, duos solidos.* Voces in lege Salica usitatissimæ, ac de numini utriusq; quantitate, sic Lindenbrogius in Glossario ad veteres leges, fol. 1480: *Francici solidi, sive Germanici, taxatio, non una ubiq;, aut semper eadem fuit, unde solidus, .j. tres tremisses. Bojor. tit. 8. cap. 2. §. 4. Sax. tit. 18. & in leg. Sal.* „Si quis fœminam gravidam „occiderit, duorum millium octogintorum denariorum, qui „faciunt sol. DCC. culp. jud. *Item:* „Si quis puellam inge„nuam infrà annos, antequam infantes possit habere, occide„rit, DCCC. denar. qui faciunt sol. CC. culp. judicetur. *Sic enim si quis rationem inibit quilibet solidus, quatuor denarios habebit. Alibi solidus* XII. *denarius expretiatur, cap. 5. tit. 3.* „*Solidus .j.* XL. „*denarii. Cap. 4. tit. 75. Quo maximè pertinent, quæ Hincmarus, Archiepiscopus Rhemensis, scribit, in libro, de vita, & actibus B. Remigii:* „*In testamento à B. Remigio condito lector adtendat, quia solidorum* „*quantitas numero* XL. *denariorum computatur, sicut tunc solidi ha*„*bebantur, & in Francorum lege Salica continetur, & generaliter in* „*solutione, usq; ad tempora Caroli perduravit, velut in ejus capitulis* „*continetur.* Pipinus Rex hoc immutavit can. 41. Synod. Rhem: „*Vt Dominus Imp. secundum statutum B. M. Pipini, misericordiam fa*„*ciat, ne solidi, qui in lege habentur per* XL. *denarios discurrant,* „*quoniam propter eos multa perjuria, multaq; falsa testimonia repe*„*riuntur.* Quod tamen omninò non placuit Carolo Magno, cap. lib. 3. tit. 30. Sed tamen Ludovicus Pius constituit c. 3. t. 75: *Vt omnis solutio atq; compositio, quæ in lege Salica contineretur, inter Francos per* XII. *denarios sol. componatur, excepto, ubi contentio inter Saxones, & Frisiones exorta fuerit.* Nunc quoq; apud Franconatenses duodecim denarii, .j. grossi, sive semisses, faciunt unum solidum Flandricum, ac viginti solidi unam libram, valentem sex florenis, ut, & denarii, solidi, & libræ Turonenses, vulgò *Tournois* (quod malè quidam existimant esse Tornacenses) quæ libræ Turonenses multò minoris pretii sunt, quam Flandrenses, & non valent, nisi sextam partem. Libræ quoq; solidi, & denarii Parisienses, non nisi demidium sunt Turonensium. Benè Spelmannus in Glossario suo: *Denariorum tot sunt genera, quot populorum, singula autem enarrare, neq; instituti nostri est, neq; scientiæ. Maximè tamen conduceret (fateor) ad rei antiquæ notitiam; in priscis enim legibus, mulctarum ratio, ob ignotum denariorum valorem, valdè obscura est, & incerta.* Idem paulò post: *Denarii numero plurali, ubiq; gentium usurpatur pro pecunia in genere, ut in lege Salica pluribus locis.* Idem: *Denarius autem*

autem alius ex ære fuit, alius ex argento, ille à colore niger, iste albus nuncupatus, Græcis inferioribus δηνάριον λευκὸν, ἔκλευκον, καὶ ἄσπρον. *Metell. Quirin. Ecc. 3: Argenti dedit albos.* Idem: *Albus, moneta argentea, in Britannia Armoricana, tempore Alani Ducis, (an. Domini 1087.) valens sex denarios Turonenses. Chronographus quidam.* In lib. I. hist. de Bretaigne: ,,*Tunc temporis currebat in Britannia moneta* ,,*argentea, valente quolibet albo argenteo, sex denarios Turonenses:* ,,*& parvi denarii nigri currebant, tunc in Britannia; in qua quidem* ,,*moneta alba, erant inscripta duæ hermina circa crucem, & in pila* ,,*tres herminæ, in cujus quidem monetæ margine, seu circumferentia,* ,,*erat sculptum, sic*: moneta Alani, Dei gratia, Britonum Ducis. Olim apud Francos, & Franconas solidus æreus tantum fuerit, ut existimo, qui nunc nobis quadrans, Een oort, vulgò Twaelvaert, quod duodecim denariis valeat, nam Twaelve, nobis est, *duodecim,* ejusq; dimidium fuit, Een seshen, .j. *sex denarios continens;* nam Ses, Sesse, Flandris est, *sex.* Kiliani Etym: Twaelf, .j. Twelf, *duodecim.* Item: Twaelfaert Fland. .j. Oort, *duodecim minuta,* .j. *quadrans, teruntius.* Nobis Twaelfaert, viginti quatuor minuta continet; nam nostrum Mite, contractum arbitror ex *minuta,* voce à Romanis acceptâ, pro nummo minuto. De solido Saxonico, ita lex Saxonum apud Lindenbrog. fol. 478. 18: *Solidus est duplex, unus habet duos tremisses, qui est bos anniculus* XII. *mensium, vel ovis cum agno: alter solidus tres tremisses, id est bos* XVI. *mensium. Majori solido aliæ compositiones, minori homicidia componuntur. Westfalaiorum, & Angrariorum, & Ostfalaiorum solidus est, secalis sceffila* XXX. *ordei* XL. *avenæ* XL. *Apud utrosq; duo si de mallis sol. quadrimis, bos duo solidi: duo boves, quibus arari potest, quinque sol. bos bonus tres solidi. Vacca cum vitulo solidi duo, & semis.*

t *Extra placitaverit,* extra placitum posuerit, .j. extra judicium, extra causam; solvendo videlicet id, quod debet; vernaculè: Witten ghedynghe sal hebben ghedaen: nam *placitum* fere exponitur Ghedynghe, unde *dies placiti,* Dynghe-dagh.

u *Summonitus,* .j. quod in lege Salica *mannitus,* Ghemaent; hodie, Ghedaghvaert. In vernaculo textu: Soo wat manne ghemaent wort: per præconem videlicet, qui, & Ammanus. Vide suprà litera r.

x *Ad lapidem,* .j. ad ingens illud ædificium, quod est pars veteris castri, vulgò De steen, ubi vierscarnam suam primo habuere Castellani, cameramq; suam appellarunt; deinde Franci Scabini; unde sic lego in diplomate Theodorici Elsatii asservato, apud S. Bertinum: *Theodoricus, Dei gratia, Flandriæ Comes, &c. hoc autem factum est Brugis, in camera Hacketti Castellani, anno à passione Domini* 1133. Sed, & in S. Petri Gandensis, vidi diploma Reineri Baillivi Brugensis hoc fine: *Hoc autem arbitrium, sicut præmissum est, prolatum fuit, feria quinta post diem cinerum, in*

claustro

claustro B. Donatiani, & feria sexta sequenti, Sabbatho videlicet, lectum fuit, & promulgatum coram me Reinero Baillivo Brugensi, & Scabinis Liberis, & communitate officii Brugensis, in vierscarna, ad locum, qui dicitur Stegher, *&c. datum, & actum anno Domini* 1247, *mense Martio, feria sexta post cineres.* Den stegher, hodieq; dicitur, gradus ad Sancti Basilii, quo videntur etjam usi Franconates ad cameram suam, sive vierscarnam ascendentes, hinc sacello, tum propinquam; inde Den steen, sive *lapidi*, sic dicto, quod esset è lapide impolito conditum, ubi alia ædificia Francorum priora fermè erant è ligno; eo postea Comites Flandriæ pro carcere usi, tum Brugis, tum aliis in locis. Kilianus Etym: Steen, *domus lapidea, & castellum, & turris, hinc multa arcium, castellorum, oppidorum nomina.* Idem: Steen, Ghevanghenisse, *carcer publicus, ergastulum,* &: Steen-waerder, *carcerarius, carceripræfectus, ergastularius*, ad verbum: *carceris custos*, nam Waeren, *custodire.*

y *Bannitus*, .j. in exilium missus, vide cap. 20. fol. 246, ubi enim dienstmannus summonitionem suam stare fecerat, .j. legitimè probaverat, aut verificaverat; in absentem, ut contumacem, statim exilii sententia proferebatur, donec videlicet absentiam suam, aut per se, aut per propinquum aliquem purgaret; tunc enim, ut ibidem sequitur: *prædictus à banno liber erat.* Sic fere in lege Salica, apud Lindenbrog. tit. 19. §.6: *Si in mallum vocatus fuerit, & is, qui vocatus est, non venit, &c.* ut cap. 20. fol. 284. *de vita componat.* v. Marculphi formulam 37. lib.1. ubi ad illud: *Nec venisset ad placitum, nec nulla sunnia nuntiasset, &c.* Sic Bignomius: *Franci tamen perpetuò observarunt, ut absens causâ caderet, nisi justam absentiæ causam nuntiasset. Consuetudines regulæ à Ricardo, Abbate Floriacensi, constitutæ, consilio Vicecomitum, & Baronum terræ, anno 977. ille, qui die assignata ,, usq; ad horam septimam, coram priore non comparuerit, tamquam ,, convictus judicabitur. Illud quoq; passim occurrit in veteribus amplissimi Senatus Parisiensis monimentis, donec constitutione Francisci I. R. statutum est, ut absente reo, actor tamen necesse habeat legitimè probare justam actionis causam; quod antea à judicibus ecclesiæ, qui lege Romana utebantur, observatum. Eleutherius P. P. apud Gratianum in can. caveant judices 3. quest. 1.* In lege Salica tit. 49: *Qui admonitus non venerit, super quem testes juraverint, erit latro illius, qui res suas agnoscit, & ei secundum legem eas componat, & insuper pretium ei reddat, &c.* Atque ita quidem in re criminali; at in civili, & pro debito, cum mannitus non comparebat ante solis occasum, tres solidi super debitum addebantur. Vnde est in lege Sàlica, tit. 52. §. 2: *Roget eum solvere debitum suum; quod si noluerit, solem ei collocet, & si ei solem culcaverit, (collocaverit) tres solidos super debitum addat. Solem collocare,* aut *solem statuere*, apud Francos, erat: *diem dicere ad comparendum,*

 quod,

quod, & nunc Galli dicunt, *adjourner*, & *donner jour*, Dagh-vaerden, Dagh stellen, Dagh gheven, nostrates. Nam, ut habet in glossario Lindenbrogius: *Sol. occasus suprema tempestas erat*, pro eo, quo est in duodecim tabulis: *Solis occasu diei suprema tempestas esto*, apud Varronem lib. 6. de ling. Lat. Gregor. Turonensis lib. 7. cap. 23: *Injuriosus tamen ad placitum in conspectu Regis Childeberti advenit, & per triduum usq; ad occasum solis observavit, sed cum hic venisset, neq; de hac causa ab ullo interpellatus fuisset, ad propria rediit.* Hinc in form. Marculphi solstatisse, lib. 1. cap. 37. Bignomius exponit: *Ante solis occasum judicio non stitisse*, hoc adjungens: *hunc morem*, solis occasum opperiundi, *apud Francos multis seculis durasse, probant veteris duelli formulæ, quas doctiss. Ioan. Savaro edidit, in quibus ante solis occasum adversarium vincere necesse erat, aut id nominatim excipiendo sibi cavere. De civilibus quoq; negotiis illud ipsum Philippus de Beaumanoir testatur, qui sub Philippo III. R. Claromontensis Comitatus in Bellovacis, leges patria lingua scripsit, cujus verba sunt hæc, cap. 11. ex codice optimi, doctissimiq; viri Ant. Oiselli: „Se li aiornemens est fais à relevé, ou as vespres, l'euvre de la presentation, dure jusques à soleil „escousant, & qui de soleil luisant se presente, il ne peut estre en „defaute du jour.* Postea statutum, nemo absens condemnaretur; unde in capitulis Caroli, & Ludovici Pii, lib. 7. tit. 27: *In capitulo absens nemo damnetur, neq; absens per alium accusare, aut accusari potest.*

[z] *Præpositi.* Vult idem jus observari in Franca virscarna adversus homines Præpositi; vulgò Proostlaeten, .j. qui sub districtu Præpositi habitant, quod in domo, sive virscarna Præpositi adversus homines Francos. In domo verò Præpositi placitum, sive mallum antiquitus habitum, jusque dictum fuisse, docent nos varia Comitum Flandriæ diplomata. Atq; imprimis Caroli Boni, in arch. Sancti Petri Aldenburgensis: *Carolus, Dei gratia, Flandrensium Comes, &c. datum Brugis in domo Præpositi* 16. *Kal. Aug. anno* 1019. Et in diplomate Philippi Elsatii, Com. Fland. & Florentii Comitis Holl. in arch. S. Donatiani: *Philippus, Comes Flandriæ, F. Comes Hollandiæ, &c. acta Brugis feria tertia post Dominicam reminiscere, in domo Præpositi Brugensis, anno Domini incarn.* 1167. In ijsdem arch: *Hæc est forma compositionis, & pacis perpetuæ, inter Ludovicum, Comitem de Los, & de Hollandia, & Wilhelmum Florentii Comitis Hollandiæ, quondam filium, &c. actum Brugis in domo Præpositi, mense Octob. in die festo Sancti Donatiani, anno verbi incarn.* 1206.

Fol. 422. Sic suprà docuimus legi Salicæ ab Ecclesiasticis addita posterioribus temporibus, quæ nullo modo quadrant cum primâ lege.

[a] *De bannitis equitandis*, .j. equo, seu (ut olim loquebantur) veredo prosequendis, unde natum diximus eorum officium,

qui

qui hodieque apud Francones *veredarii*, vulgò Berijderen appellantur. Primitus tamen eo fungi tenebatur Castellanus, vice Comitis, eo impedito, Officialis Comitis, sive Baillivus, qui hic in textu Flandrico 'sGraven maender appellatur. Cap. 10. fol. 104.

[b] *Nisi sunnam, aut pro Comite, aut pro ægritudine monstraverint.* *Sunna*, aut *sunnis*, vox nota, non alibi magis, quam in lege Salica, unde manifestò patet legem hanc ex ea natam esse. Statim in principio dictæ legis, tit. 1. de mannire §. 1: *Si quis ad mallum legibus Dominicis mannitus fuerit, si eum sunnis non detinuerit, &c.* quod idem occurrit etjam §. 2. & alibi sæpissimè totâ lege. Ibidem §. 4: *Si in jussione Regis fuerit occupatus, manniri non potest.* Sunna verò, *pro Comite*, hic est, quod ibi: *in jussione Regis*. Et tit. 19. §. 6: *Si eum, aut infirmitas, aut ambascia Dominica.* In lege Salica editionis Germanicæ apud Lindenbrogium in voce *sunnis*. Quod non aliud est, quam ministerium Domini, aut Regis, à veteri Francica voce Ambacht, uude & *Ambasciator*, propriè minister Regis. Mattheus Vossius, lib. 2. de vitiis serm. fol. 175: *Vox ambachti generatim notat ministerium, etjam honestius, ut dictum nobis l. 1. c. 2: Ambasciator igitur κατ' ἐξοχὴν sit vocatus, quasi minister Regis, vel reipublicæ*, nunc Ambassadeur. In synodo Constantiensi, *Ambasciator*, idem fere, qui diaconus, aut minister in monasteriis. Can. 5. p. 14. apud Lindenbrogium: *Paulus Dei misericordia diaconus, & Ambasciator monasterii.* Et p. 16: *Thomas Dei misericordia Presbyter montis Sinai, & Ambasciator.* Annales Steronis p. 215: *Centum Ambasciatoribus civitatum rebellium Lombardiæ.* Itaque, qui in jussione Regis, aut pro Comite iter faciebat, quod, & ambascia Dominica, legitimam non comparendi rationem habebat, quæ *sunna* hic dicitur, ut in lege Salica *sunnis*, & alibi *sunia*, *sonia*, *exsonia*, de quibus, v. cap. 20. fol. 307. In vernaculo textu, *sunna*, transfertur Nootsinne. In veteri consuetudine feodali burgi Brugensis, aliarumq; curiarum, ita legitur articulo 80. titulo: Hoe datmen eene van live sinnen mach. Die dach heeft van live of lede, men machene sinnen; maer in vele Hoven niet meer dan eene waerven, ende in vele steden van live drie waerven/ ende der sinnen zijn sesse by hofrechte. D'eerste es dreffnee, soo dat de persoon niet liden mach: d'ander es sprinckvloet van water, ende de persoon en heeft geene schepen: de derde es vangenisse, ende de persoon ne kan niet ghekrijghen delivrance: de vierde es openbare heirczaehte van princelicke vianden, ende de persoon ne mach niet liden: de vijfste es, dat straten ende wech niet ghebrijet waren, ende elcke van dese heeft veerthien daghen vuerst: de seste, dat hy es over zee, ende over sant, of in een ander Koninckrijcke, ende die sal hebben veerthien daghen vuerst. Noch sijn drie sinnen: dats bedde-sieck, quael-sieck, ē wege-sieck. Quæ Latinè ferè reperies suprà cap. 20. fol. 307. ex Spelmano.

Qq 2 c Veritatem,

[c] *Veritatem.* Quando Comes, aut ejus loco Castellanus, & Baillivus, universum districtum Franconatum perequitabat, ad inquirendum in singulis pagis, num quis crimen aliquod commisisset, debebant inquisiti sub gravi pœna veritatem dicere, neq; quidpiam ullius gratiâ celare. Fuit verò Francis usitatum per inquisitiones ediscere rei veritatem. Cap. Lud. Pii, in conc. Galliæ Sirmondi, fol. 469. can. 2. anno 828: *Vt in omni Comitatu; hi, qui meliores, & veraciores inveniri possunt, eligantur à missis nostris, ad inquisitiones faciendas, & rei veritatem dicendam, & adjutores Comitum sint ad justitias faciendas.* Erat id præsidis provinciarum apud Romanos, ff. de officio præsidis, leg. congruis, ex Vlpiano fol. 146. lib. 1. tit. 18.

[d] *Durginga.* A perequitando, aut perambulando singulos pagos, dicta est *duerginga*, & ab inquirenda veritate, Duergaende waerheyt. Meminit, & hodierna consuetudo, aut lex Franconatensium, tit. 14: Men vermach ten Ozpen, ende Appendansche van dien te procederen by inquisitie, die tweederley es, te wetene, d'eene generael, die men noemt Duergaende waerheyt, de welcke den Heere vermach te hebben eenwarf 'sjaers, t'sijnen coste, naer eenich vande dzie wettelicke heyvden, ofte als den Heere, ende Wet 'tselve goet dunckt, naer uyt-wijsen vande pzivilegien, daer of oock wesende; ende d'ander speciale, soo van officie weghe, als ter instantie van den Heere, ende ten bedzachte van partije. Duergaen, Flandricè est *pertransire*, Ick duerginghh, *pertransibam, perequitabam. Duerginga* verò, ut suprà *Crick-Wardra*, & infrà *Weddinga*, & similes terminationes totâ terrâ Francâ, ac Brugis, usitatissimæ fuerunt, jam inde à primorum Francorum temporibus, quibus eam terminationem admodum familiarem fuisse, apparet è capite 21. ubi fol. 329. *Min sela,* dicitur pro Mijn siele, *saliga* pro salich. Fol. 329. verso *Miltida,* Miltheде. Fol. 374: *Friundinna min, min duua, min scona,* pro Mijn vziendinne, mijn duve, mijn schoone. Fol. 375. *Stemmasuoza,* Soete stemme. In diplomate Ph. Elsatii an. 1180. quod est in archivis Abbatiæ Aldenburgensis, ita testes subscribunt: *Boidin de Ravescota, Christianus de Ghistella, Theodoricus de Damhoudra, Weitin de Iabbeca, Henr. de Paschendala, Henr. de Scirvelda.*

[e] *Gouding*, fuit judicium summarium, ut Goograve, qui summariè judicat. Kilianus: Goograve, Gograef. *Vet. Sax. Iudex Pedaneus, sive Pedarius. Iudex, qui plano pede judicat, neq; tribunal habet. Eligebatur autem apud veteres Saxones ad vim illatam, illico judicandam, eodem die, quo violentia facta erat.* Ibid: Gograeve, *festinus Iudex, qui in necessitate celeriter judicat à* Goch, .j. *celer. Andr. Altham. vulgò Gogravius.* Pro Goch, hic legendum puto Gouw; & Gouding; fuisse Goulwdingh, .j. festinum judicium, quodque celeriter peragitur. Gandenses, & Brabanti, nunc ferè Gauw dicunt, ut Gaut pro eo, quod nos Gout,

Gout, *aurum*, Aud pro Oud, *vetus*. Kilianus: Gauw, *cautus, catus, solers, acutus, agilis, alacer, acer, attentus ad rem, gal, gay*. Apud eundem legitur: Gouwe ghedinghe, Gemeyn ghedinghe, ende Jaer ghedinghe, *vetus*. Quod licet non exponat, mihi dubium non est, quin Gouwe ghedinghe, idem sit, quod nostrum Goudingh, quod semel in anno, summariè, & omnibus fit, ut in fine hujus coræ latius apparebit. In archivis Cœnobii Thosani, vulgò Ter Doest, apud Religiosos Dunenses, reperi diploma Florentii Hollandiæ Comitis anni 1232. hac clausulâ: *Actum anno Domini 1232. mense Iulio, Brugis in gouwedinga*. Ex quo apparet eum goudingæ tum interfuisse. In Zelandia solent hoc placitum appellare De hooghe vierschaere, ut ex veteri M. S. adfert Zuerus in Chron. Zelandiæ p. 2. folio 82. quod in additionibus integrum, ad hasce terræ Francæ consuetudines elucidandas, adscribetur.

f *Wedddinga*, .j. *invadiatio*, vulgò nunc Weddinghe, ut docent verba sequentia. V. cap. 20. fol. 319. *Wadium*. Capitula Caroli Magni ad legem Salicam 1. cap. 8. apud Lindenbrog. fol. 352: *Liber, qui se loco wadij in alterius potestatem commiserit, ubiq; constitutus damnum aliquod cuilibet fecerit, qui eum in locum wadij suscepit, aut damnum solvat, aut hominem in mallo perductum dimittat; perdens simul debitum, propter quod eum in wadio suscepit; & qui damnum fecit, dimissus, juxta qualitatem Regi cogatur emendare. Si verò liberam fœminam habuerit, usq; dum pignus extiterit, & filios habuerit, liberi permaneant*. Pro *quidquid invadiatur coram Scabinis*, habet textus Flandricus: Soo wat dat men wet voor Schepenen, &c. Glossa in legem Salicam apud Lindenbrogium, in voce: *Wadium* ad legem Salicam, tit. 52: *De eo, qui fidem factam alteri reddere noluerit*, .j. *qui wadium alteri dat, & postea persolvere spreverit*. Ibidem in voce: *Wadiare: Inwadiare: Guil. Neubrig. lib. 3. cap. 23. Gall. engager. Solvere* verò in textu Latino Flandricè exponitur: Betaelen. *Solutio*, Payement.

g *Homo liber*, .j. Francus, Franconas, sic infrà sæpiùs.

h *Reconciliabitur*, in lege Salica, fol. 342. tit. 65. de compositione homicidii: *Si alicujus pater occisus fuerit, medietatem compositionis filii colligant, & aliam medietatem parentes, qui proximiores fuerint, tam de paterna, quam de materna generatione, dividant. Quod si de una parte, vel paterna, vel materna, nullus proximus fuerit, portio illa ad fiscum perveniat, vel cui fiscus concesserit*.

i *Wulpingi*, sunt, ut mox sequitur: *homines de Wulpia*; quæ parochia fuit in insula Casanto, nunc mari hausta.

k *Sunnare*, .j. debita excusatione se purgare, quod videlicet, mari præter ex solitum æstuante, tempori venire non potuerint; ex *sunna*, seu *sunnis*, de quo suprà cap. 20. fol. 307. Translator Flandricus habet: Zinnen.

[l] *Terra viscal*, .j. ad fiscum, aut Regem pertinens. Marculphus formularum libro 1. cap. 2. fol. 14: *Ille Episcopus, aut Abbas, aut inluster vir, monasterium, in honore illius, in pago illo, aut super proprietate, aut super fisco, noscitur ædificasse, &c.* Vbi Bignomius, fol 435: *His verbis duæ notantur bonorum species, & velut maxima rerum divisio, quæ eo sæculo recepta erat, quod, & ex cap. 33. infrà colligi potest. Omnia namq; prædia, aut propria erant, aut fiscalia. Propria seu proprietates dicebantur, quæ nullius juri obnoxia erant, sed optimo maximo jure possidebantur, ideoq; ad hæredes transibant. Fiscalia verò beneficia, sive fisci vocabantur, quæ à Rege, ut plurimùm, posteaq; ab aliis, ita concedebantur, ut certis legibus, servitiisq; obnoxia, cum vita accipientis finirentur.* Fol. 436. *Fisci verò nomen frequenter in ejus ævi auctoribus, & vetustissimis instrumentis occurrit. Childebertus R. apud Aimoin. lib. 11. cxx. basilicæ S. Vincentii Martyris, fiscum Isciacensem concedit. Sangallensis lib. 1. cap. 14. „Cum illo fisco, vel curte, illa abbatiola, vel ecclesia, „tam bonum, vel meliorem vassallum, quam ille Comes est, vel E„piscopus fidelem mihi facio. Caroli Calvi pro S. Dionysio præceptum, „Fiscus noster, ubi fiscalinus Manbertus custos esse videtur. Sigebertus ad annum 886. & 890. Ex quibus locus, plenius autem ex hoc Marculphi loco, declaratur fiscum id appellari, quod à fisco profectum, Regis liberalitate alicui in beneficium concessum est, & ideo nomen fisci, seu terræ fiscalis, retinebat. Capitul. Caroli M. l. 3. c. 82. Synodi Valentinæ sub Lothario Imp. c. x. Census viscal*, paulò post etiam significat pecuniam annuè, fisco seu Comiti debitam, idemq; existimo fuisse, quod hodie Proofchult, debitum, quod Præpositus D. Donatiani, ut Flandriæ Cancellarius, per homines suos, olim colligebat ad ærarium Comitis; unde sic habetur in diplomate Roberti Hierosolymitani, quo Præpositus creatur perpetuus Flandriæ Cancellarius, apud Miræum in notitia ecclesiarum Belgii, cap. 112. fol. 233: *Ego Robertus, &c. Præpositum sanè hujus ecclesiæ, quicumq; sit, Cancellarium nostrum, & omnium successorum nostrorum, susceptorem etjam, & exactorem de omnibus reditibus principatus Flandriæ, perpetuo constituimus, &c. Actum Brugis pridiè calendas Novembris anno dominicæ incarnationis millesimo octogesimo nono.*

[m] Quia videlicet repræsentatio hîc habet locum.

[n] *Dicum maris*, .j. aggerem, vulgò Den dijck, nunc etjam ubi desunt arenacei colles, Dunen, appellati, aggeres hominum operâ exstruuntur, & mari opponuntur.

[o] *Palingi*, .j. termini, sive limites, nunc Palen, olim etjam Palinghen, unde remansit: Pitte-pallinghe, cum fossâ limites distinguuntur.

[p] *Duni*, Dunen, ut suprà lit. [n]. Habebat verò olim Comes singulare jus in terminos, & aggeres illos, ut, & in advenas .j. extraneos, qui aliunde in Franca terra veniebant habitatum, à quibus

quibus Comes solitus erat etjam accipere censum, aut pensionem annuam. In diplomate Ludovici Nivernensis, Inkommeling transfertur. Glossarium Kiliani, Inkomelinck, *advena.* Idem, Inkomghelt, *symbola, quæ dantur introitus causa.* Suprà fol. 447.

q *Crucem assumpsistis*, notandum tempus, quo Philippo Elsatio traditum fuit harum legum volumen, de quo suprà f. 448.

r *Erit rectus Scabinatus*, vernaculè: Sullen behooren ten rechten Schependomme, .j. pertinebunt ad judicium Scabinorum, aut potiùs; rectè de iis Scabini judicabunt; nam alia erant Comiti reservata, ut spectantia ad victum Comitis, ad feuda, ad reditus ecclesiarum, item questiones de palingis, dunis, advenis, & censu fiscali; & mox: homicidium, incendium, & mortificatio.

ſ *Homicidium*, hic intelligendum, cum quis seipsum occidit, ut in diplomate Comitis Lud. fol. 447. alioquin cum quis alium occidit, vocatur *mortificatio*, item Doutslage, de quibus paulò post.

t *Mortificatio*, à Ludovico Comite exponitur *murdre*, Flandricè verò Mordaet. Kilianus: Moor-daet, *homicidium, latrocinium.* v. fol. 291. *Murtridus.* v. & titulum 43. in lege Salica, *de homicidiis ingenuorum, &c.* ut, & tit 18. de incendiis.

u *Impetitio domus*, v. titulum 16. *de eo, qui villam alienam assiluerit*, in lege Salica.

x *Vulnere*, v. tit. 19. *de vulneribus*, in lege Salica.

y *Doutslaga*, .j. occisio, nunc Dootslagh, in translatione Flandrica, etjam Doutslage, ut videatur Dout, dictum olim pro Doot: Angl. *death:* Germ. *doth.*

z *Harna*, in Flandrico Harne, .j. armatura, unde Harnasch, vulgò vestis armaturæ accomoda. Radevicus in gestis Frederici I. lib. 1. cap. 26: *Simili vociferatione siqui litem commoverit, auferetur ei omne suum harnasca.* & mox: *redimas eum cum omne suo harnasca*, hodie fere ita dicitur ferrea lorica.

a *Wapeldring*, Wase, vulgò lutum, lutosa terra, unde, & Wapel, pro eodem: Dringhen verò est intrudere. v. cap. 20. fol. 263. *Drungus.* v. ante fol. 385. ex lege Salica: *Si quis in puteum impinxerit, &c.* Fortè legendum Waterdringh, nam Water, vulgò *aqua.* In legibus Suythollandiæ, titulo: Hantveste van dat recht van Zuydhollandt, ghegheven by Graef Jan van Henegouwe, apud D. Ioan. van Eyck, in descriptione Suythollandiæ, fol. 116. ita legitur: Van wapendrenken. Item: Soo wie ghewapendrenckt wesen sal, die sal wesen gheslaghen, of gheworpen upt sijn ghewelt in sijn onghewelt, soo dat hy nat wert, &c. Wapendrenken, significare videtur impellere in aquam, aut aquarium; vnde participium præt. Ghewapendrenckt, .j. in aquam impulsus, ut Water, Wapel, Wapen, olim aquam significarit. Aliter Kilianus in Etymologico Theutonico: Wapendrencken,

Drencken, Hollandicum, *vinum, cerevisiam, aquam, aut simile quid in facie alicujus incutere.* Idem : **Drencken**, *aquare, adaquare, aquari, dare potum, .i. appellere ad aquam, agere potum.* Idem: **Drencke**, *aquarium.* Et: **Drenkelinck**, *res submersa.* Qua ratione etymum nominis videtur à **Wapen**, quod arma significat, & **Drencke**, aquarium, ut voluntas denotetur cupientis aliquem non aliis armis vitam adimere, quam submersione.

β *Provença*, videtur ipsa res ablata, quacum repertus fur suspendebatur, quæ pœna erat furti manifesti; alioquin pecuniaria tantum furti non manifesti, ut ibidem sequitur. Sic, & in lege Salica, tit. 2. usq; ad 14. Item 23. 29. 40. 41. non nisi pecunia furti pœnaria. At in lege Ripuaria fur suspenditur tit. 79: *Si quis homo propter furtum comprehensus fuerit, & legitimè superjuratus, & judicio Principis pendutus, vel in quocumq; libet per patibulo vitam finierit, omnes res ejus hæredes possideant, exceptis capitali, & dilatura, quæ in locum restituant.* Translator vernaculus *provenca*, etjam transfert **Provence**. Idemq; id esse putem, quod nunc **Provisie**, generalis vox: continens omnem rem ad victum necessariam, ut apud Latinos *provisio*. **Provisie doen**, nobis etjam est *præparare cibos, ligna.* Item: *comparare argentum.*

γ *Iudicio frigidæ aquæ*, certissimum est tractum illud a veteribus Francis. Lindenbrog. in Glossario suo ad Codicem legum antiquarum ad vocem: *Iudicium aquæ. Magna fuit veterum, non dicam religio, sed inconsulta superstitio, qua desciscentes à vero judiciorum ordine, rem sanctissimam, abusu fecere pessimam. Purgationem vulgarem vocaverunt. Cap. 2. q. 5. c. 7. Decret. Greg. lib. 5. tit. 35. (Canonica enim erat, quæ per sacramentales fiebat. Decret. Gregor. lib. 5. tit. 33.) Itaq; nulla etjam frequentior, aut certior habita fuit, quam quæ per crucem, duellum, aquam frigidam, aut calidam, ferrum ignitum, vomeresq; candentes, fiebat. C. 2. q. 5. c. 20. Aimoin. lib. 5. cap. 34. „Ludowicus, Ludowici Reg. filius decem „homines cum aqua calida, & x. cum ferro calido, & x. cum aqua „frigida, ad judicium misit, coram eis, qui cum illo erant, petentibus „omnibus, ut Deus illo judicio declararet, si per jus, & æquum ille „habere deberet portionem de regno.* Ibidem ad verba: *Aqua ferventis judicio*, fol. 1356: *Hincmarus pro Lothario: „Hoc examinandus judicio conligatus in aquam dimittitur, & aut purgatus statim judicio arbitrorum absolvitur, aut usq; ad purgationem conligatus, judicio examinatur. Idem Hincmarus contra Hincmar. Lauden. „Præfati homines, quia non liberæ conditionis sunt, aut cum „aqua frigida, aut cum aqua calida, inde ad judicium Dei exirent. Ivo Carnotens. Epist. 91. „Vulgarem deniq; legem ac nulla canonica sanctione fultam, ferventis scilicet sive frigidæ aquæ, ignitiq; ferri „contactum, aut cujuslibet popularis inventionis (qua fabricante „hæc sunt omninò facta invidua) nec ipsum exhibere, nec aliquo*

Fol. 1417. (margin, beside "gum antiquarum ad vocem")

Ibid. fol. (margin, beside "Ivo Carnotens.")

„*modo*

„*modo te volumus postulare, imò Apostolicâ auctoritate prohibemus* „*firmissimè*. Sirmondus in capitula Caroli Calvi, ad illa verba edicti Pistensis, cap 31: *Contra quod Sacramentum, si quilibet fecisse reputatus fuerit, judicio Dei se examinet*, ita scribit folio 73: *Infra iterum cap. 20. & tit. 39. cap. 3. & 7. Quibus ex locis liquet solitos olim, cùm de crimine suspectus, atq; insimulatus quispiam fuerat, si per testes comprobari non poterat, ad Dei judicium compellere, ut ex ejus eventu, vel liberaretur, vel condemnaretur. Carolus M. in capitulis anni 9. cap 9.* „*ut omnes judicio Dei credant absq; du*„*bitatione. Quod genus examinis meritò improbat ac refellit Agobardus in libello, quem de eo argumento scripsit: in quo, & varios ejus modos explicat:* „ *Mitte unum de tuis, qui congrediatur me*„*cum singulari certamine, ut probet me reum tibi esse, si occiderit:* „*aut certè jube ferrum, vel aquas calefieri, quas manibus illæsus at*„*trectem: aut constitue cruces, ad quas immobilis perseverem. Quadruplex genus recenset, monomachiam, ferrum ignitum, aquam ferventem, & crucem; aquam frigidam prætermittit, cum in aquam colligati dimittebantur, de quo judicio prolixa est Hincmari epistola ad Hildegarium Episcopum Meldensem.* „ *Et vani homines, inquit A*„*gobardus, nominant ista judicium Dei. Unde probari potest judi*„*cium esse Dei, quod Deus nunquam præcepit? Verùm hæc omnia tandem legibus, tum Ecclesiasticis, tum civilibus damnata, & abrogata sunt.* Lindenbrogius pergit loco antea citato fol. 1417: *Verosimile autem est morem hunc à Iudæis ad Christianos transmigrasse: aquæ enim amaræ ad purgationem zelotypiæ mentio num. 5. Sed & apud paganos simile quid observatum. Eustathius lib 7. & 11. de amoribus Ismenii ait, Artecomii, & Daphnopoli fontem fuisse, in quem si virgo intraret, aqua pellucida maneret; si quæ verò depudicata, & cui vitium additum esset, turbida continuo redderetur. Similis fons propè Ephesium memoratur, Stygis nomine vocatus, de quo mira narrat Achilles Tatius de amorib. Clitoph. lib. 8 p. 205.* ὅταν τις αἰτίαν ἔχῃ Ἀφροδισίων, εἰς τὴν πηγὴν εἰσβᾶσα ἀπολούεται. ἡ δέ ἐστιν ὀλίγη, καὶ μέχρι κνήμης μέσης. ἡ δὲ κρίσις· ἐγγράψας τὸν ὅρκον γραμματείῳ μηρίνθῳ δεδεμένον περιεθήκατο τῇ δέρῃ. κἂν μὲν ἀψευδῇ τὸν ὅρκον, μένει μετὰ χώραν ἡ πηγή. ἂν δὲ ψεύδηται, τὸ ὕδωρ ὀργίζεται καὶ ἀναβαίνει μέχρι τῆς δέρης, καὶ τὸ γραμματεῖον ἐκάλυψεν. „*Cum violatæ aliqua pudicitiæ arguitur, eum in fontem descendere* „*compellitur, cujus unda vix medias tibias attingit. Iudicium autem* „*fieri hoc pacto consuevit. Quæ delata est, falsò se insimulari jurat,* „*jusjurandumq; in tabella descriptum collo suo alligatum sustinens,* „*in fontem descendit; ac si verum jusjurandum juraverit, aqua om*„*ninò immota manet; sin minus, intumescit, atq; ad collum usq; se* „*adtollens tabellam contegit, &c. Consentanea sunt, quæ de Palicis scribit Stephanus* Ἐστὶ δὲ καὶ ὅρκος ἅγιος αὐτόθι. ὅσα γὰρ ὀμνύει τις εἰς πινάκιον γράψας, βάλλει αὐτὸ εἰς τὸ ὕδωρ. ἐὰν μὲν οὖν εὐορκῇ, ἐπιπολάζει, ἐὰν δὲ μὴ εὐορκῇ, τὸ μὲν πινάκιον ἀφανίζεται, αὐτὸς δὲ πίμπραται. „ *Est verò,* „*& jusjurandum sacrum ibidem. Quæcunq; enim quis juraverit, in* „*tabellam*

„*tabellam scribit, atq; in aquam abjicit. Si verè juraverit, tabella* „*supernatat: sin pejeraverit, illa quidem evanescit, ipse autem per-* „*jurus uritur. Mentionem faciunt ejusdem fontis Aristotel. in lib. de admirand. auditionib. Diodor. Sicul. Biblioth. lib. 2. & alterius cujusdam planè consimilis potentiæ apud Philostrat. de vita Apoll. Tyanai lib. 1. Sic aquâ tingebant oculos juratores in Sardinia. Plin. lib. 31. cap. 2. Sed & aliæ probationum species erant. Tucca virgo Vestalis incesti criminis accusata, aquam cribro gestavit. Dionys. Halicarn. lib. 2. Plin. lib. 28. cap. 2. Val. Max. lib. 7. cap. 1.* De purgatione aquæ calidæ, & ferri igniti, quia huc non pertinet, postea erit dicendi locus. De harum purgationum prohibitione, ita Spelmannus in Glossario suo, fol. 393: *Tandem igitur prohibentur Purgationes vulgares, seu non Canonicæ: & illa primùm aquæ frigidæ. Ludovicus Imp. (qui excessit an. Dom. 840.) in Addit. IIII. ad capitular. cap. 8. & totidem deinceps verbis Lotharius (successor ejus) in Longob. lib. 2. tit. 55. lib. 31.* „*Examen* „*(inquiunt) aquæ frigidæ, quæ hactenus fiebat à Missis nostris om-* „*nibus modis interdicatur, ut non ulteriùs fiat. Sustulit & idem Lotharius Crucis iudicium, quod suprà videas in hac dictione. Ferri, unà & aquæ ferventis examina, inhibuit Stephanus PP. V. ad Humbertum Episcopum Moguntinum scribens, annum ultra citravè 887. ut cap. 2. q. 5. cap. 20. & Ivo p. 10. c. 7.* „ *Nam ferri candentis vel* „ *aquæ ferventis examinatione confessionem extorqueri à quolibet, sa-* „ *cri non censent canones: & quod sanctorum patrum documento san-* „ *citum non est, superstitiosâ adinuentione non est præsumendum. Parùm autem cùm valeret Canon iste, & consimiles: Imp. Fredericus II. in Constitut. Neapolit. lib. 2. tit. 31. sancivit denuò in hunc modũ:* „ *Leges quæ à quibusdam simplicibus dicuntur paribiles, quæ nec re-* „ *rum naturam respiciunt, nec veritatem attendunt, nos, qui, &c. in* „ *perpetuum inhibemus. . . . Eorum etenim sensum non tam corrigen-* „ *dum duximus quàm ridendum, qui naturalem candentis ferri calo-* „ *rem tepescere, imò (quod est stultius) frigescere nulla justa causa su-* „ *perveniente confidunt: aut qui reum criminis constitutum, ob con-* „ *scientiam læsam asserunt ab aquæ frigidæ elemento non recipi, quem* „ *submergi potiùs aëris competentis retentio non permittit.* Ibidem fol. 395: *Demum verò (inquit D. Cocus Capitalis nuper Iustitiarius regii tribunalis, in casu Abbatis de Strata Mercella, Relationum p. 9.) sublatum est auctoritate Parlamenti: vel ut suis utar verbis, fuit ouste per Parliament, & ceo appiert Rotulo Patientium de anno 3. Hen. III. membrana 5. Car le Record dit, Provisum fuit per Regem, & Concilium, &c. Intuere Recordum, seu rescriptum de quo loquitur. Henricus, Dei gratia, Rex, &c.* „ *Dilectis & fidelibus suis Philippo de* „ *Vlecot, & socius suis Iusticiariis itinerantibus in Comitatibus Cum-* „ *berland, Westmerland, & Lancaster, Salutem. Quia dubitatum fuit,* „ *& non determinatum ante inceptionem itineris vestri, quo judicio* „ *deducendi sunt illi, qui rectati sunt de Latrocinio, Murdro, Incen-*

„ *dio, &*

„ dio, & hiis similibus, cum prohibitum sit per Ecclesiam Romanam Iu-
„ dicium Ignis, & Aquæ, Provisum est à Concilio nostro, ad præsens,
„ ut in hoc itinere, sic fiat de Rectatis, de hujusmodi excessibus. Vide-
„ cet, quòd illi, qui rectati sunt, de criminibus prædictis majoribus, &
„ de eis habeatur suspicio, quod culpabiles sint, de eo, unde rectati sunt
„ (de quibus etjam licet Regnum nostrum abjurarent, adhuc suspicio es-
„ set, quod postea malefacerent) teneantur in prisona nostra, & salvo
„ custodiantur, ita quod non incurrant periculum vitæ, vel membro-
„ rum occasione prisonæ nostræ. Illi verò, qui medius criminibus re-
„ ctati fuerint, & quibus competeret judicium Ignis, vel Aquæ, si non
„ esset prohibitum. & de quibus si regnum nostrum abjurarent, nulla
„ fuerit postea malefaciendi suspitio, Regnum nostrum abjurent. Illi
„ verò, qui minoribus rectati fuerint criminibus, nec de eis fuerit ma-
„ li suspicio, salvos, & securos plegios innueniant de fidelitate, & pa-
„ ce nostra conservanda, & sic demittantur in terra nostra. Cum igi-
„ tur nihil certius providerit in hac parte Concilium nostrum ad præ-
„ sens, relinquimus discretioni vestræ hunc ordinem prædictum obser-
„ vandum, in hoc itinere vestro, ut qui personas hominum, formam
„ delicti, & ipsarum rerum veritatem meliùs cognoscere poteritis, hoc
„ ordine secundum discretiones, & conscientias vestras, in hujusmodi
„ procedatis. Et in hujus rei testimonium, &c. Teste Domino P. Win-
„ toniensi Episcopo, apud Westmonasterium, xxvj. die Ianuarii anni
„ regni nostri tertio. Per eundem, & H. de Burgo Iusticiarium.
Quod provisum fuit per Regem, & Concilium, sigilloq; regio confirmatum, legis proculdubio sub hac ætate vigorem habuit. Porrò, quia superiùs mentio est epistolæ Hincmari ad Hildegarium, ex ea quædam libet adferre, è tom. posteriore operum Hincmari, fol. 676. cap. 39: *Dum confabularemur, & inter nos de quibusdam quæreremus; sermo habitus est de judicio aquæ frigidæ, de quo Hrabanum venerabilem Archiepiscopum Mogontinæ civitatis quædam scripsisse dixisti, ut cujus scriptis, quid mihi videretur, sciscitari curasti. Vnde inter alia, & me scripsisse ad interrogationem fratrum, ac coepiscoporum nostrorum de regno quondam junioris Hlotarii tibi respondi, quæ ex scriptis nostris excipi, & tibi transmitti magnopere postulasti. Et quia scriptum est,* „ *Omni petenti te da. & volenti mutuari a te ne* Matth. 5.
„ *avertaris; quæ petisti de responsionibus exiguitatis nostræ, ad in-* 42.
terrogationes prædictorum fratrum nostrorum, excepta tuæ delectioni transmitto, quæq; utrum probabilia, aut per auctoritatem, & rationem improbanda sint, catholici rectoris judicio derelinquo. Loquens Dominus de judicio, quod in secundo adventu suo est futurum per ignem, commemoravit illud, quod primùm per aquam factum est, „ *Sicut,* Matth. 24.
„ *inquiens, factum est in diebus Noe, ita erit, & in die filii hominis.* 37.
& referens, quòd per ignem Sodomam judicaverit, similiter, inquit,
„ *sicut factum est in diebus Loth. Sollertia Christianitatis, inter acta,* Luc. 17.
& agenda judicia consistentis, ex antiquo sanxit, & frequentavit ju- 28.
dicium, quod fit per aquam, quòdq; sub Noe factum fuerat in arca fi-
dei,

dei, liberans innocentes, & condemnans noxios. In ignita autem aqua, sicut factum est sub Loth, in igne, & fiendum in adventu filii homi-
2. Pet. 3. 5. *nis, Petro attestante, qui dicit: „ Quòd cœli erant priùs, & terra, de „ aqua, & per aquam consistens Dei verbo, per quæ ille tunc mundus „ aqua inundatus periit. Cœli autem, qui nunc sunt, & terra, eodem „ verbo, repositi sunt, igni reservati in diem judicii, & perditionis „ impiorum hominum. Apertè docens, quia non alii cœli sunt igne perituri, quàm qui aqua perditi, hoc est inania hæc, & nubilosa ventosi aëris spatia. Neq; enim aqua diluvii, quæ quindecim tantùm cubitis montium cacumina transiit, ultra aëris ætherisq; confinia pervenisse credenda est. Quocumq; autem pervenire potuit, eò nimirum, juxta præfatam beati Petri sententiam, & ignis judicii perveniet. Sed*
Matth. 24. 35. *quia scriptum est: „ Cælum, & terra transibunt. & iterum: „ Terra*
Eccl. 1. 4. *„ verò in æternum stat, sciendum est; quia cælum, & terra per eam quam nunc habent imaginem transeunt, attamen per essentiam sine fine subsistunt. Præterit enim figura hujus mundi, & erunt, inquit, cælum novum, & terra nova. Quæ quidem non alia condenda sunt, sed hæc ipsa renovabuntur. Transient, & permanebunt, quoniam ab ea specie, quam nunc habent, tergentur, & in sua semper natura serva-*
Psal. 101. 27. *buntur. Vnde scriptum est: „ Mutabis ea, & mutabuntur. Quapropter fieri aquam ignitam, ad hæc duo copulata in unum indaganda judicia, illud videlicet, quod jam per aquam factum est, & illud, quod per ignem fiendum est, licet sint pro temporum varietate disparia, sed unum sunt operationis mysterio, in quibus sancti liberantur inlæsi, & reprobi puniuntur addicti. Ecclesiæ, quam designavit arca diluvii, creditur tradidisse auctoritas, quæ etiam inde sanxit, ut aquæ baptismatis halitu sacerdotali sanctus insufletur Spiritus, qui inter ipsa mundi primordia ferebatur super aquas.* Item fol. 678: *Quoniam quidem de purgationis judicio per aquam ferventem, vel frigidam se ratio intulit, dicamus, quod quidam sagacis ingenii vigilanter adjiciunt. Constant nimirum, ut inquiunt, quia in aqua ignita coquuntur culpabiles, & innoxii liberantur incocti. Quia de igne Sodomitico Loth justus evasit inustus. Et futurus ignis, qui præibit terribilem Iudicem,*
Dan. 3. 50. *sanctis erit innocuus, & scelestos aduret: ut olim Babylonica fornax, quæ pueros omninò non contigit, neq; contristavit, vel quicquam molestiæ intulit, sed vincula eorum comburens, incendit quos reperit*
Ibid. 48. *de Chaldæis ministros Regis, qui eam succendebant. Sed in aquæ frigidæ judicio quibusdam non constare videtur, quòd innoxii submerguntur, & aquam culpabiles supernatant, cùm in cataclysmi judicio*
Exod. 14. 24. *innocentes cum arca levantur, & noxii submersione perierint. Et Ægyptii insequentes Hebræos per mare rubrum, respiciente Domino in vigilia matutina per calumnam ignis, & nubis, submersi sint quasi plumbum in aquis vehementibus, & ne unus quidem superfuit ex eis.*
Num. 16. 32. *Et filii Israel super litus stantes viderunt Ægyptios mortuos. Et infideles ac peccatores terra sustinere non potuit, quando aperta est, &*
Mat. 14. 29 *deglutivit Dathan, & operuit super congregationem Abiron. Et Petrum*

fide

fide fidentem aquæ instabilitas se calcantem sustinuit, in fide verò dubitantem jam pene dimersum absorbuit, quando eum Christi dextra allevavit. & ipsius epistolæ sententiam de figura baptismatis in arca diluvii exponentes Patres catholici, dicunt, quia non aliis, sed ipsis aquis hæretici, & mali Christiani ad inferna merguntur, quibus orthodoxi, & justi quiq; ad cælestia regna sublevantur. Et fol. 682: *Ad ignota investiganda invenerunt judicium aquæ frigidæ. In quo aquæ frigidæ judicio, ad invocationem veritatis, quæ Deus est, qui veritatem suo mendacio cupit obtegere, in aquis, super quas vox Domini majestatis intonuit, non potest mergi, quia pura natura aquæ naturam humanam, per aquam baptismatis ab omni mendacii figmento purgatam, iterum mendacio infectam, non recognoscit puram, & ideò eam non recipit, sed rejicit ut alienam.* Item fol. 683: *Arguendus est peccator, & si negaverit, & ordine judiciario comprobari non poterit, examinetur, ut probatus, manifestus fiat, & reprobatus latere non possit. Deprehensus autem confiteatur, & pœniteat, & non tenebitur fune peccatorum suorum, quo est inligatus, ut non mergatur, & levetur aqua salutari perfusa lacrymis, & dimergatur, ut Ægyptii, & qui corrupti erant carnali corruptione coram Domino, sicut plumbum in aquis vehementibus, & secundùm Prophetam, projiciantur iniquitates ejus in profundum maris, quia antea cum mendacio suo mergi, ut ablueretur non poterat, donec confessione à se illud in profundum projiceret & ablutus emergeret, qui ante confessionem, sicut ferrum Helisæi, premebatur aqua, usquedum ad confessionem divini nominis ad lignum rediit. ita nihilominùs negans peccati pondere premitur anxia conscientia, usq; dum pronuncians impietatem peccati sui Domino, in cujus ligno crucis omnium hominum, ut dicit Ambrosius, levatur infirmitas.* Item fol. 684: *Hæc diligens lector legat, & non mirabitur in judicio aquæ frigidæ innocentes ab aqua recipi, nocentes autem non recipi: sicut & in aqua calida coquuntur noxii, innoxii verò reservantur incocti. Quia & Christus, cælestis medicina patris, verus humanæ medicus salutis, invocatus à suis fidelibus, ut & medici carnis ipso inspirante solent, contraria contrariis, calida frigidis, frigida calidis curat. Et in veteri Ecclesia, quæ vocatur usitatiùs Synagoga, de unius ejusdemq; seditionis hominibus, quosdam terra absorptos operuit, quosdam verò super terram edax flamma consumpsit. Dùmq; caro innoxia Salvatoris aquis frigentibus tinguitur, opposita quondam noxius romphæa ignea paradisi restinguitur. Sed & dispositione ipsius elementorum conditoris atq; rectoris, uno eodemq; sole lutum stringitur, cera liquatur. Hæc dicta sint, quia elementum instabile in mergendo, pro fide credentium, quosdam recipit, quosdam autem non recipit: sed & fervore elementi ejusdem quidam coquuntur, & quidam evadunt incocti. Nec prætereundum quia legimus in capitulis Augustorum, fuisse vetitum frigidæ aquæ judicium: sed non in illis Synodalibus, quæ de certis accepimus Synodis. Quod, ut quidam insulsè dicunt, propterea fuerat vetitum, quoniam quasi rebaptizatur, qui in nomine Domini*

1. Pet. 3. 20.

Mich. 7. 19.

4. Reg. 6. 7.

Num. 16. 36. & 35.

Addit. IV. cap. XXC.

aquis immergitur. Sed hoc ibidem scriptum nequaquam reperimus, &c.

δ *Rapina.* Rapina hîc vernaculè dicitur Roof, ac significat exspoliationem, latrocinium, gassationem, foris, sive ruri commissam, à prædone, aut latrone; alioquin, quidquid rapitur, rapina dicitur, at de feminis, raptus. In capitulis Caroli Calvi sæpiùs occurrit: *Rapinæ, & deprædationes.* In synodo Carisiaca capitulo 20. fol. 158. *Si quis infrà regnum rapinam fecerit, aut cuiquam nostro fideli, ejusq; homini, aliquid vi abstulerit, in triplo, cui aliquid abstulit, legibus componat, & insuper bannum nostrum, id est* LX. *solidos nobis persolvat. Postmodum verò à Comite ante nos adducatur, ut in bastonico retrusus, dum nobis placuerit, pœnas luat. Nam si publicè actum fuerit, publicam indè agat pænitentiam, juxta sanctorum Canonum sanctionem. Si verò occultè, sacerdotum consilio ex hoc agat pænitentiam: quoniam raptores, ut ait Apostolus, nisi veram egerint pænitentiam, regnum Dei non possidebunt. Qui verò de rebus Ecclesiarum aliquid abstulerit, graviùs inde judicetur: quia sacrarum rerum ablatio, sacrilegium est, & sacrilegus vocatur, qui ex ejs aliquid abstulerit, aut rapuerit. Extorres namq; à liminibus sanctæ Matris Ecclesiæ, tales personæ, usq; ad satisfactionem Ecclesiæ, quam læserunt, sunt habendæ, atq; firmiter denotandæ.*

ε *Hospitaverit bannitum de altis legibus.* In lege Ripuaria, tit. 87: *Si quis hominem, qui forbannitus est, in domum recipere præsumpserit, si Ripuarius est,* LX. *sol. & culp. jud* v. & forbannitus, fol. 267. ubi ex legibus Longobardicis simile adfertur. De altis verò legibus bannitus, videtur is esse, qui bannitus est ob grave crimen, ut est in textu vernaculo: Ballinck van grooten saken, sic suprà: *De bannitis equitandis, de altis legibus, quando opus est, & infortunium advenerit.*

ζ *Forefactum.* v. cap. 20 fol. 271.

η *Oppressio mulierum.* Titulus 22. in lege Salica: *Si quis homo ingenuus femina ingenuæ manum, aut digitum strinxerit,* DC. *den. qui faciunt sol.* XV. *culpabilis jud &c.* Item tit. 14. §. 10: *Si quis puellam, quæ druchte dicitur ad maritum, in via adsalierit, & cum ipsa violenter mechatus fuerit,* VIII. *den. qui faciunt sol.* CC. *culp. judicetur.* v. ibidem plura.

θ *Kampulum*, est baculus curvus, & inflexus ex Græco καμπυλος, .j. incurvus. Henr. Stephanus in thesauro: καμπυλος, *inflexus, curvus, unde* καμπυλα τόξα *apud Græcos Poëtas, ut apud Latinos curvi arcus.* Ibidem: καμπύλη, *curvus baculus, sive retortus, quo venatores utuntur.*

ι *Clava torcosa*, lege tortosa, ut suprà *baculus retortus; arma, erant ruralia*, vulgò een Kolf, & Kolbe; sed, & ijs in hostem Francos fuisse profectos omninò credibile est, ut, & campulis, sive baculis tortosis, præsertim cum & Græci, & Romani, similibus armis sint usi. Homerus Iliade 2:

Ἀλλὰ σιδηρείῃ κορύνῃ ῥήγνυσκε φάλαγγας.

.j. *Sed*

.j. *Sed ferrea clava rumpebat agmina.*

Vbi κορύνη, .j. *clava*, Eustatio dicitur ῥάβδος κεφαλωτὴ παρὰ τὸ κάραν, .j. *virga, seu fustis capitatus*, à κάρα, .j. *caput*. *Docetq; appellari* σιδηρείην, .j. *ferream*, ἧς τὸ τοῦ ξύλου ἐξ ἄκρου παχὺ σιδήρου ἐστι, *cujus ligni extremitas densè ferrata est*. Aristot. Polit. lib. 5. cap. 10. περιόντας, καὶ τύπτοντας ταῖς κορύναις, .j. *qui quoquo versus circumibant, & clavis obvium quemq; cedebant*. Hinc κορυνήτης Homero, libro citato circa initium, *clavator, clavarius, clavam gestans, claviger.*

Α'ρνη ναιετάοντα Μενέσθιον, ὃν κορυνήτης
Γείνατ' Α'ρηΐθοος, καὶ φιλομέδουσα βοῶπις.
.j. *In Arna habitantem Menesthium, quem claviger*
Genuit Areithous, & Philomedusa pulchra oculis.

Hinc, & Herculi adscribitur clava. Festus: *Clava teli genus, quo Hercules utebatur.* Vnde claviger vocatur ab Ovid. in Metam:

——— *Illic lavere bimembres*
Vulnera, clavigeri quæ fecerat Herculis arcus.

Non tamen memini me vidisse Herculem cum clava in extremitate ferreâ, aut plumbeâ, seu potiùs cum campulo, seu baculo retorto, quali pinguntur homines sylvestres ad insignia terræ Francæ. Turn. adversf. lib. 13. c. 6. ad illud Ennii fol. 5: „*Sibi habeant igitur arma, sibi equos, sibi hastas, sibi clavam, sibi pilam, sibi venationes. Hæc exercitationum genera omnibus intellectu facilia sunt, præter quàm, quòd clava ista nobis caput obtundit, & cerebrum excutit. Sed militaris genus exercitationis commemorari existimo, quo se ad palum gravi clava numeros omnes armaturæ implentes exercebant. Itaq; milites Romani servos clavigeros habebant, qui apud Comicum Plautum clavatores appellantur. Illius exercitationis ita meminit Vegetius:* „*Itemq; clavas ligneas duplicis æquè* „*ponderis, pro gladiis, tironibus dabant. eoq; modo non tantùm mane,* „*sed etiam post meridiem exercebantur ad palos. Iterum:* „*Contra* „*illum palum tanquam contra adversarium tiro cum crate illa, aut* „*clava velut cum gladio se exercebat, & scuto. Apud Festum quoq; ita scribitur:* „*Calones militum servi dicti, quod ligneas clavas ge-* „*rebant. Nam Græci ligna κάλα vocant. Hinc quoq;, qui ejusmodi te-* „*lo utitur, clavator appellatur.* Apud nos quoq; officiarii **Kolfdragers**, etiamnum appellantur.

κ *Ecclesia.* Hinc familiare Franconatibus **Kerck-ghebοden,** .j. *banni seu denuntiationes in ecclesia.*

λ *Witschepa*, in textu vernaculo: **Wetten wetschepene**, .j. ex certa scientia, quæ olim **Witenisse**, & **Witschip**, nunc **Wetenschap**. Kilianus: **Wite, Witte**, *vetus*, .j. **Wete**, *notitia, scientia.* Idem: **Wite, Witich, Witte. Wittich**, *sciens, prudens, peritus*, unde: **Wite vrauwe**, *saga*: **Wittingh**, *magus*. Idem Kilianus: **Weternisse**, *vetus, cognitio, scientia, & testis, testimonium: Angl. Witnesse*. Ibidem: **Wetenschap**, *scientia.*

μ *Nonam*, .j. meridiem, unde nunc **Noene**. Kilianus in Etymo-

tymologico: Noene, *nona hora diei, meridies.* A Romanis credo, quibus hora quarta erat prima; hinc duodecima erat nona, qua accumbebat mensæ, unde Martialis:

Imperat exstructos frangere nona toros;

Inde videtur Noon, *ad prandium invitare.*

v *Infra annos discretionis*, adhuc videlicet sub mundeburdio, aut tutela. Leg. Sal. tit. 14: *De ingenuis hominibus, qui ingenuas mulieres rapiunt.* Vbi §. 5: *Si puella, quæ trahitur in verbo Regis fuerit, propter fredum,* II D *den. qui faciunt* LXII. *sol. cogatur persolvere.* v. cap. 20. fol. 292. *Mundeburde in verbo Regis.* Item: *Quod in regio mundeburdio.*

o *Extra fidari*, .j. plegiari, Flandricè Wt-borghen, ut apud Latinos *expromittere*, .j. *fidejubere, cavere.* Quod, & Verborghen Flandris. Fortè à burgis, in quibus obsides collocabantur. Robertus Stephanus in thesauro: *Expromittere, fidejubere, & pro alio promittere.* Vlpianus de jure dotium: *Debitor mulieris jussu ejus, pecuniam viro suo expromisit.* Idem de donationibus, l. hoc jure: *Si quis servo suo pecuniam crediderit, deinde liber factus eam expromiserit. Expromissor item fidejussor, qui pro alio promittit,* ejdem Rob. Steph. Pomponius de verborum obligationibus lib. 5: *Satis acceptio est stipulatio, quæ ita obligat, ut expromissores quoq; ab eo accipiantur*, .j. ut ait Budæus, *qui idem promittunt.* Vlpianus ibidem: *Eum expromissorem appellat, qui loco promissoris est apud creditorem, nec accedit obligationi, sed solus obligatur, liberato debitore. Sic meliùs est expromissorem, quàm fidejussorem accipere, quoniam ille statim fidejussor, nisi excusso debitore conveniri non potest. Vnde licet, qui damnatus est pecunia, debeat statim solvere, aut satisfacere; dicetur satisfacere, si det expromissorem locupletem, non si velit dare fidejussorem.*

π *Reconciliari.* Leg. Sal. tit. 65. *De compositione homicidii.* Item tit. 66. *De homine in hoste occiso*, .j. in pugna, sive in exercitu. Notandum verò *homicidium*, vernaculè transferri Manslach, ut sit propriè *viricidium*, aliud est Dootslach, cum, & mulier, & puer, occiditur.

ρ *Obsidii sui.* .j. Ghiselschip. Obsides, Ghiselen, unde Ghisel-huys, Brugis, ubi obsides collocabantur.

σ *Marca*, .j. pecunia. v. cap. 20. fol. 289. ut videlicet sumptus obsidum ab una parte, respondeat sumptui obsidum ab altera. In Flandrico textu est: Gelden elck even ghelijck sijne ghiselteere.

τ *Pisa*, unde nunc vulgò Een pise boters, &c. *oppidum*, est urbs Brugensis, à quâ mensuram suam posterioribus temporibus accepere Franconates. Vnde est in textu vernaculo: Naer de mate vande poort. Item: *Homines oppidorum*, Poortlieden; *villarum*, Dorplieden. Poort verò Bruga castrum, ac deinde urbs, dicta antiquitus, quod celeberrimus esset Francorum

corum veterum, ac deinde Flandrorum portus, quo naves in mare deferebantur; primò Dammum versus, ubi alveus marinus fuit, mille navium capax, ut docuimus cap. 1. fol. 35. 37. Deinde Lamminsvlietum, postea Slusam appellatum, atq; ita per Zuinum in mare. Kilianus in Etymol: **Poort**, *Germ. Sax. Fland*, .j. **Haven**, *portus: Germ. port, schiff port: Gall. port: Ital. porto: Hisp. puerto: Angl. port: quasi dicas, porta maris*, inquit *Becanus*. Idem: **Poort-ghelt**, *portorium*. Locus Becani est in Hermathenis lib. 7. fol. 151: *Portus, quia maris porta fit*. Sic **Nieupoort**, .j. *novus portus*. **Poort** etjam Gandavum dictum, & fuisse olim portum marinum docebimus in Flandria nostra Frisica, & Imperiali. Ab his impropriè **Poort** etjam urbs appellata, quæ portum non habet. In hac significatione à porta nomen exortum putavit Kilianus.

v Homo ecclesiæ. **Proost-laet**, **Canoninckx-laet**: *homo liber*, **Vry-laet**. In Flandrico textu habetur: **Kerckelick man**, & **Vrye man**. Debebant autem homines ecclesiæ habere Advocatum, aliquem è terra Franca, non ecclesiasticum, ut apparet ex hoc textu, ubi vernaculè legitur: **Sal moeten hebben een vryen man t'eenen Advocaet.**

φ Extra legem, id vulgò appellabant *utlagus*. vi. cap. 20. fol. 316. vernaculè dicitur **Wetteloos**, unde **Verwaet** derelictus, extra legem positus, **Waet**, **Wet**, lex. **Ver**, autem in pejorem partem accipi, suprà docuimus multis exemplis fol. 268. cap. 20. in *Forbannitus*. Cæsar Comm. VI. de bello Gallico, de iis, quibus sacris interdictum apud Gallos fol. 154: *Quibus ita est interdictum, ii numero impiorum ac sceleratorum habentur: iis omnes discedunt, aditum eorum, sermonemq; diffugiunt, ne quid ex contagione incommodi accipiant, neq; iis petentibus jus redditur* &c.

χ Redditus ecclesiarum, quia pertinent ad Propositum, aut Canonicos, qui peculiarem habebant virscarnam. Sic Comes suos habebat judices qui pares dicebantur, ut & feudalis curia homines feudales, **Mannen van Leene**.

ψ Sabbatho post Epiphaniam. j. post trium Regum. *De Goudinga*, vide quæ superius allata sunt.

ω Potest sunniri. j. excusari, ut ante, Flandricè: **Magh wesen ghesin** &c. Supra *sunnare* dixit *à sunna*, hoc *à sunnis*.

a Magnam virscarnam, Flandricè: **Ter grooter Vierschaere**, quæ erat in burgo, ubi quondam domus Comitis ex opposito D. Donatiani, nunc de **Lede Camer** .j. cubiculum, in quo conveniunt Ecclesiastici, & quatuor Flandriæ Membra.

b Duella. vide cap. 20. fol. 251. *Campus*. Vbi notatus Francorum mos duello, sive campo rem decernendi, quibus hæc adde ex Spelmanno in voce: duellum: Capitula domini Ludovici Imp. ad legem Salicam an. 1II. §. 1: *Si quis cum altero de qualibet causa contentionem habuerit & testes contra eum, ad judicium*

 producti

Producti fuerint, si ille falsos eos esse suspicatur, liceat ei alios testes, quos meliores putaverit, contra eos opponere, ut veracium testimonio, falsorum testium ita inter se dissenserint, ut nullatenus alteri una pars cedere velit, eligantur duo ex ipsis .j. ex utraque parte unus, qui scutis & fustibus in campo decertent, utra pars falsitatem, utra veritatem suo testimoninio sequatur, & campioni qui victus fuerit, propter perjurium, quod ante pugnam commisit, dextra manus amputetur. De purgatione per duellum seu monomachiam vide multa apud P. Delrio disquisitionum Magicarum lib. 4. c. 4. quæst. 4. sect. 2. ubi hoc imprimis adnotat : *In moribus & armorum genere præsertim non idem observatum apud singulas nationes; plerumq; receptum, ut armis militaribus regionis ejus uterentur.*

In legibus feodalibus Burgi Brugensis, aliarumque curiarum feodalium, totâ Flandriâ, reperio olim in curia Comitum disceptatum fuisse de duellis; neque unquam sive venia Comitum fuisse permissa; rationes verò, cur duello contendendum judicaretur, hasce præcipuas fuisse; cum quis in pugnando usus fuisset armis indebitis; cum quis proditoriè cum altero egisset; cum res adeò obscura esset, adeoque tecta, ut veritas aliter elici non posset; item pro judicio quod alius rectum, alius falsum esse contendebat; nobilem ex omni parte non coactum inire certamen cum seminobili; citationem præviam fuisse ad 14 noctes, citato non comparente, alium indici diem, intra tres noctes, ac post tres similes citationes contumacem è Flandria universa pelli sub poena suspensionis, attributis fisco ejus bonis tam mobilibus, quam immobilibus. At vero cum post citationem ad 14 noctes, uterq; comparet, ac de duello sententia lata est, certum diem præfigi intra quadraginta dies, ut interea arma sua uterque paret, aut si alteruter non bene valeat, aut vulnus aliquod accepent, curetur, amicisque suis ac propinquis insinuet, aut si fieri potest, res componatur. Fiebat autem duellum sole lucescente, sole & vento divisis, .j. æquè in favorem unius quam alterius dispositis, in circo creta notato, armis consimilibus; atque nobiles quidem planè catafracti, & in equis pugnabant, ignobiles vero pedites, fustibus, & clypeo. Statim atque circum ingressi erant, ambo pugnabant donec circi satelles, consilio hominum feodalium, eos vetabat pergere, operamque adhibebat, ad utrumque, si fieri posset, conciliandum; cum vero non acquiescerent, atque secunda vice aliquamdiu pugnassent, jubebat eos secundâ vice ab armis desistere, agebatque rursus de reconciliatione, at tertiâ vice peragebatur duellum, atque occisus in campo ad patibulum suspendebatur, secusq; eum clypeus. Eique qui se victum fatebatur, aut extra limites circi fugiebat, mox in circo caput amputabatur, ac postea corpus etjam appendebatur patibulo,

tibulo, ac bona ejus fisco attribuebantur. Textum Flandricum, prout est in ipsis legibus feodalibus, in additionibus ad hoc caput, postmodum subjungemus.

c *Brevibus*. v. brevis, cap. 20. fol. 247.

d *Judiciis aquæ & ferri.* Duplex erat judicium aquæ: frigidæ, de quo suprà, & ferventis. In concilio Rhemensi, c. 11. p. 19: *Hæc si quisquam vestrum aliter esse putat, meq; indignum, cui credatur, credat igni, ferventi aquæ, candenti ferro: faciant fidem tormenta, quibus non sufficiunt mea verba.* Apud Lindenbrogium, Fol. 1356. ubi & hoc legas: Sylvester PP. II. dicit Lamberto Episcopo Moguntino: *Ferri candentis, vel aquæ ferventis examinatione confessionem extorqueri à quolibet, sacri non censuerunt Canones, & quod sanctorum patrum documento sancitum non est, superstitiosa adinventione non est præsumendum.* In lege Frisionum ita legitur apud Lindenbrog. fol. 493. tit. 3. §. 4: *Si servus furti reus esse dicatur, dominus ejus in vestimento suo sacramentum pro illo perficiat. Aut si res grandis erit, in reliquiis juret, aut servum ad judicium Dei in aqua ferventi examinet. Quod si servus in judicio probatus apparuerit, vel confessus fuerit, quanti res, quæ ablata fuerit, æstimabitur, tantum dominus pro servo componat, & servus vapulet, nisi dominus ejus quatuor solidis corium ejus redimere voluerit. Si quis in furto deprehensus fuerit, & ab ipso, qui eum deprehendit, furti arguatur; & negaverit, juret uterq; solus, & ad examinationem ferventis aquæ judicio Dei probandus accedat: si ille qui fur esse dicitur, fuerit convictus, componat weregildum suum ad partem Regis, & manum* LX. *sol. redimat, & in simplo furti compositionem exsolvat. Si verò is, qui alium furem interpellavit, falsum eum calumniatus est, & in judicio ferventis aquæ fuerit convictus,* LX. *solidis manum suam redimat.* Ibidem tit. 14. §. 3: *Is qui compositionem homicidii quærit, in reliquiis Sanctorum juret, se non alium de hac re interpellaturum, nisi eos, qui ei ipsius homicidii suspecti sint: & tunc unum, vel duos, vel etiam tres, aut quatuor, vel quotlibet fuerint, qui eum, qui occisus est, vulneraverunt, de homicidio interpellet. Sed quamvis viginti, aut etiam triginta fuerint, non tamen amplius, quam septem interpellandi sunt, & unusquisq; eorum, qui interpellatus est, sua duodecima manu juret, & se post sacramentum judicio Dei examinandum, ferventi aqua innocentem ostendat. Qui primus juravit, primus ad judicium exeat, & sic per ordinem. Qui in judicio probatus inventus fuerit, compositionem homicidii persolvat, & ad partem Regis bis weregildum suum. Ceteri conjuratores, sicut superius de perjuris dictum est.* Item in legibus Longobardorum, tit. 9. leg. 29: *Si quis ex levi causa, aut sine causa, homines in ecclesia interfecerit, de vita sua componat. Si verò foris rixati fuerint, & unus post alterum fugerit in ecclesia, & ibi se defendendo eum interfecerit: si hujus facti testes non habuerit, cum* XII *juratoribus legitimus persacramentum affirmet, ut se defendendo eum interfecisset, & pro hoc*

DC. *fol. ad partem ipsius ecclesiæ, quam polluit; componat, & insuper bannum nostrum. Is verò qui interfectus est, absq́; compositione jaceat, ac deinde interfector, secundum Canonum judicium, congruam facinoris, quod admisit, pœnitentiam accipiat. Si proprius servus hoc admiserit, judicio aquæ ferventis examinetur, utrum hoc sponte an se defendendo fecisset. Et si manus ejus exusta fuerit, interficiatur: si verò non fuerit, publica pœnitentia mulctetur. Si fortè ipse auctor commotæ inter eos rixa fuerit inventus, tunc dominus ejus, juxta quod Widrigil ejus fuerit, ad ecclesiam persolvat, aut si voluerit, ipsum ecclesiæ tradat.* In speculo Saxonico: *Ferrum calidum ferant; vel in aquam bullientem brachium usq́; ad cubitum mittant.* Apud Lindenbrog. loco citato, fol. 1417: Beda in Martyrol. Kal. Febr. B. Bricius Episc. Turonens. cum falsò criminis accusaretur; *ad satisfaciendum populo, prunas ardentes in byrrum suum posuit, & ad se stringens, usq́; ad sepulchrum B. Martini, una cum populorum turbis accedit. Projectisq́; ante sepulchrum prunis, vestimentum ejus inustum apparuit.* Gregor. Turon. Histor. lib. 2. cap. 1. Quale & illud est, quod de Montano Episc. Tolet. Ildefonsus Episc. in præfat. de viris Eccles. memorat: *Montanus sedis ejusdem beatissimus præsul, ut à se conjugalis conversationis infamiam propulsaret, tamdiu adsumptos veste candentes narratur tenuisse carbones, donec Domino consecrans oblationem totius per semetipsum compleret Missæ celebritatem.* Probationis per ferrum ignitum, aut candens meminit & Æthelstanus Anglorum Rex, in legibus cap. 32. fol. 1418. Lindenbrog: *De ijs qui sententiam subituri sunt. Qui se sententia examinandum obtulerit, triduo quam id fit aggressurus, sacerdotem (ut is sacra de more pergat) adito: atq́; interim pane, sale, aqua, & holeribus tantummodo vescitor, missa præterea illis ipsis diebus interesto, munusq́; suum offerto. Sub ipso autem, qui est sententiam subiturus, die, panem eucharisticum sumito, ac jurejurando se illius, de quo appellatur, sceleris purum, minimeq́; conscium jurato. Tum si aqua gelida facienda est quæstio, ad sesquiulnam funis in aquam mergitor. Sin ferro fiat candenti, per continuum triduum obsignanda non resignetur manus. Accusator autem (quemadmodum de accusato antea à nobis dictum est) jurejurando interposito criminationem prosequitor. Vterq́; etiam jussu Dei ac sacerdotis jejunato, nec pluribus quam duodecim alteruter stipatus advenito. Quin si accusatus pluribus comitatus accesserit, perinde sit, ni illi discedant, atq́; si is in judicio cecidisset.* Vide & Spelmannum ubi inter alia fol. 392: *Mira in istiusmodi olim examinibus fiducia, & non immeritò; cum miracula sic quotidiè exhiberentur. Quis enim credat, aut ferrum candens, aut aquam bullientem aliquando non ustulam? Docuit hoc tamen illis diebus trita admodum, & vulgaris experientia, ut è locis citatis deprehendas; præsertim illo Aimoini, ubi tot unà homines ab utroq́; remanserunt illæsi. Sed, & memoria, & mirationis est dignissimum, quod in nostris percrebuit historiis de*

Emma

Emma matre Divi Edouardi Confeßoris. Rem enim cum Wintonienſi Epiſcopo incontinentiùs habuiſſe inſimulata; judicio Archiepiſcopi Cantuariæ, novem ignitos, & candentes vomeres, pleno premens veſtigio, ſingulos (hoc enim curabant utrinq; Epiſcopi) totidem paßibus ſupergreſſa eſt: nec ferrum obcæcata decernens, nec incendium caſta ſentiens. Refert etjam Eadmerus in Will. II. lib. 2: 50 *Circiter viros nudis manibus igniti ferri judicium unà abſq; inuſtione ſuſtinuiſſe. Quo hoc factum ſit numine, non hîc diſſero. At ſi Dei digito regerentur iſtæ probationes, cur aliquando abolitæ ſunt? ſin minus; cur uſq; adeò in eccleſiâ toleratæ? Reperiuntur in Ethnicorum hiſtoriis ſimilia miracula, & probationes conſimiles.* Strabo Geogr. l. 5. ὑπὸ δὲ τῷ Σωράκτῳ ὄρει Φερωνία πόλις ἐστὶν ὁμώνυμος ἐπιχωρίᾳ τινὶ δαίμονι τιμωμένῃ σφόδρα ὑπὸ τῶν περιοίκων. ἧς τέμενός ἐστιν ἐν τῷ τόπῳ θαυμαστὴν ἱεροποιΐαν ἔχον. γυμνοῖς γὰρ ποσὶ διεξίασιν ἀνθρακιὰν καὶ σποδιὰν μεγάλην οἱ κατεχόμενοι ὑπὸ τῆς δαίμονος ταύτης ἀπαθεῖς, καὶ συνέρχεται πλῆθος ἀνθρώπων ἅμα τῆς τε πανηγύρεως χάριν, ἣ συντελεῖται κατ' ἔτος, καὶ τῆς λεχθείσης θέας, .i. *Sub monte Soracte* (20. à Româ lapide) *urbs eſt Feronia, cognominis indigenæ cujuſdam deæ, à vicinis admodum veneratæ: cui & in eodem loco lucus, ſeu delubrum eſt, mirabile habens ſacrificium. Hujus enim numine afflati, nudis pedibus magnam prunarum ardentium ſtruem perambulant illæſi: & huc confluunt annuatim multitudo hominum, tum ad celebritatem, tum ad ſpectaculum intuendum.* Refert hoc idem Plinius lib. 7. cap. 2. de Hirpiis, quibuſdam familiis in agro Faliſcorum. *Sacrificio* (inquit) *annuo quod fit ad montem Soractem Apollini, ſuper ambuſtam ligni ſtruem ambulantes non aduruntur: & ob id perpetuo ſenatuſconſulto, militiæ, omniumq; aliorum munerum vacationem habent.* Kilianus in Etym. fol. 649: **Water-oordeel.** Vndæ ſententia, judicium aquarium: judicium aquæ ferventis: examinatio ad aquam ferventem: vulgò ordalium aqueum. *Genus purgationis, cùm ille, qui in aquam bullientem brachium uſq; ad cubitum immittit, aduritur, criminis reus ſive noxius habetur: innocens autem & purus, ſi minimè. Aut cum accuſatus in gelidam aquam totus immittitur, criminiſq; purus in fundo reſidet; ſceleris verò conſcium aqua protinus à ſe rejicit. Qua etjam ratione ferrum ignitum nudis manibus deferri, aut nudis pedibus calcari in innocentiæ ſignum ſolet, idq;* **Vier-or-deel** *vocabant.* Specul. Saxon. lib. 1. artic. 39: *De ijs qui omnem facultatem probandi per juramentum perdiderunt, ſic ait: Ex tribus actibus magis eligant congruentem: ut calidum ferrum ferant, vel in aquam bullientem brachium uſq; ad cubitum mittant, aut ab incurſu in area certantes ſe defendant, &c. Verùm hujuſmodi diras conſuetudines Chriſtiana religio tandem abolevit, ut patet ex Decreto Stephani Papæ 2. quæſt. 4. cap. conſuluiſti, &c. Fit etjam mentio poculi redargutionis, & aquarum amariſsimarum, quæ mulieri dantur exhauriendæ, Num. 5. in quibus cum execratione congeruntur maledicta in ſacrificio zelotypiæ, ſive oblatione inveſtigante adulterium. Ad hujuſmodi aquæ* judicia

judicia accedit quoq; veterum Teutonum consuetudo, qui puerulos recens natos clypeo, vel galea impositos in Rheno flumine explorare solent: qui si fluitarent natarentve, ut legitimi recipiebantur; si verò subsiderent, ut adulterini deserebantur: unde & Rhenus ἐλευχέγαμος *dicitur, velut arbiter conjugii, atq; vindex severus conjugalis fidei, &c. Est etiam apud Plinium Olochas Bithyniæ fluvius, cujus gurgite perjuri notantur pati velut flammam urentem, &c. Erat & aquæ frigidæ judicium, teste B. Rhenano. in formula pacis Elsat: Plebeius & minoris testimonii rusticus aquæ frigidæ se purget judicio, &c.* Sed, & apud Lindenbrogium, benedictiones sunt aquæ calidæ, & exorcismi in ecclesia in talibus probationibus observati, folio 1299: *Exorcizo te creatura aquæ, in nomine Dei Patris omnipotentis, & in nomine Iesu Christi, filii ejus, Domini nostri, ut fias aqua exorcizata, ad effugandam omnem potestatem inimici, & omne phantasma diaboli, ut si hic homo qui manum suam in te missurus est, innocens undæ reputatur, pietas Dei omnipotentis liberet eum. Et si, quod absit, culpabilis est, & præsumptuose in te manum mittere ausus fuerit, ejusdem omnipotentis virtus super eum hoc declarare dignetur: ut omnis homo timeat, & contremiscat nomen sanctum gloriæ Domini nostri qui vivit & regnat Deus per omnia, &c.* Ibidem fol. 1300: *Iudicium aquæ frigidæ Cum homines vis mittere ad judicium aquæ frigidæ ob comprobationem, ita facere debes. Accipe illos homines, quos vis mittere in aquam, & deduc eos in ecclesiam, & coram omnibus illis cantet presbyter Missam, & fac eos ad ipsam Missam offerre. Cum autem ad communionem venerint, antequam communicent, interroget eos sacerdos cum adjuratione, & dicat: „ Adjuro vos homines, per Patrem & Filium & Spiritum Sanctum, & per vestram Christianitatem quam suscepistis, & per unigenitum Dei filium, & per Sanctam Trinitatem & per Sanctum Evangelium, & per illas sanctas reliquias, quæ in ista ecclesia sunt, ut non præsumatis ullo modo communicare, neq; accedere ad altare, si hoc fecistis, aut consensistis, aut scitis, quis hoc egerit. Si autem omnes tacuerint, & nullus confessus fuerit, accedat sacerdos ad altare, & communicet, separatis illis, qui examinandi sunt: postea verò communicent illi, quos vult in aquam mittere. Cum autem communicant, dicat sacerdos per singulos ante altare: „ Corpus hoc & Sanguis Domini nostri Iesu Christi sit tibi ad probationem hodie, ad laudem & gloriam nominis sui, & ad ecclesiæ suæ utilitatem. Expleta Missa faciat sacerdos aquam benedictam, & deferat eam ad locum examinis, ubi homines probantur. Cum autem venerit ad ipsum locum, letaniam faciens, omnibus pro eadem causa Dominum deprecantibus, det examinandis bibere de aqua illa benedicta. Cum autem dederit, unicuique dicat: „ Hæc aqua Domini fiat tibi ad probationem hodie, per Dominum nostrum Iesum Christum, qui est verus judex & justus. Deinde conjuret aquam, ubi mittendi sunt. Post conjurationem autem aquæ, exuat illos vestimentis suis, & faciat illos per singulos osculari Sanctum Evangelium, & cru-*

& crucem Christi. Et post hæc de ipsa aqua benedicta aspergat super unumquemq; hominem, & projiciat eos statim per singulos in aquam. Hæc autem omnia facere debet jejunus: neq; illi antea comedant, qui ipsos mittant in aquam. Et paulò post folio 1301: *Hoc judicium autem petente Domino Hludovico Imperatore constituit beatus Eugenius, præcipiens: ut omnes Episcopi, Comites, Abbates, omnisq; populus Christianus, qui infra ejus imperium est, hoc judicio defendant innocentes, & examinent nocentes, ne perjuri super reliquias sanctorum, perdant suas animas, in malum consentientes.* Item fol. 1309: *Incipit ordo judicii, quo rei aut innoxii probantur ferro candenti. Post accusationem legitime factam, & triduum in jejuniis & oratione consumptum, Sacerdos vestibus sacris præter casulam indutus, ferrum ante altare positum forcipe accipiat, & hymnum trium puerorum, videlicet: „ Benedicite omnia opera, decantans, ad ignem deferat, & dicat hanc orationem super locum, ubi fiet ignis ad faciendum judicium. Benedic Domine Deus locum istum, ut sit nobis in eo sanctitas, castitas, virtus, & victoria, & sanctimonia, humilitas, bonitas, lenitas, & plenitudo legis, & obedientia Deo Patri, & Filio, & Spiritui Sancto. Hæc benedictio sit super hunc locum, & super omnes inhabitantes in eo. Benedictio super ignem: Domine Deus Pater omnipotens, lumen indeficiens, exaudi nos, quia tu es conditor omnium luminum. Benedic Domine hoc lumen, quod ante sanctificatum est, qui illuminasti omnem hominem vel mundum, ut ab eo lumine accendamur igne claritatis tuæ; & sicut igne illuminasti Moysen, ita nunc illumina corda nostra, & sensus nostros, ut ad vitam æternam mereamur pervenire, per Christum, &c.* Et paulò post hæc subjungitur oratio folio 1310: *Deus qui per ignem signa magna ostendens Abraham puerum tuum de incendio Chaldeorum quibusdam pereuntibus eruisti, Deus qui rubum ardere ante conspectum Moysis, & minime comburi permisisti, Deus qui incendio ignis populum Sodomæ involvens, Loth famulum tuum cum suis salute donasti, Deus qui in adventu Sancti Spiritus tui illustratione ignis fideles tuos ab infidelibus decrevisti, ostende nobis in hoc pravitatis nostræ examine virtutem ejusdem Spiritus, &c. & per ignis hujus fervorem discerne fideles & infideles, ut à tactu ejus, cujus inquisitio agitur, conscius exhorrescat, & manus ejus comburatur, innocens verò pœnitus illæsus permaneat, &c. Deus cujus notitiam nulla umquam secreta effugiunt, fidei nostræ tua bonitate responde, & præsta, ut quisquis purgandi se gratia hoc ignitum tulerit ferrum, vel absolvatur innocens, vel rei noxius detegatur. Deinde sacerdos super ferrum aquam benedictam spargat, & dicat: Benedictio Dei Patris, & Filii, & Spiritus Sancti descendat super hoc ferrum ad discernendum rectum judicium Dei: & mox accusatus ad novem pedum mensuram ferrum perferat. Hujus deniq; manus sub sigillo triduum tegatur, & si sanies erudescens in vestigio ferri reperiatur, culpabilis ducatur: sin autem munda extiterit, laus Deo referatur.* Vide & P. Delrio disquisitionum Magicarum, lib. 4. cap. 4. qu. 4. sect. 4.

Atque

Atque hactenus quidem ostensa communio legis Salicæ cum ea, quæ fuit terræ Francæ, post susceptum baptisma, certissimum argumentum Francos primos, eosq; Salicos, atq; nostrates eandem prorsus originem habere.

Aliud argumentum est indubitatum omninò, & reliqua omnia confirmans, quod ut Franci Salii, tempus, non per dies, sed per noctes numerabant, ita quoque nostrates. Tacitus de moribus Germanorum (sub quibus, & primos Francos, quamquam in Gallia sitos, & Cisrhenanos, fuisse comprehensos, jam antea docuimus): *Non dierum numerum, ut nos, sed noctium computant, sic constituunt, sic condicunt, nox ducere diem videtur.* Iulius Cæsar quoque Comm. 6. de bello Gallico, cap. 18: *Spatia omnis temporis, non numero dierum, sed noctium finiunt, & dies natales, & mensium, & annorum initia, sic observant, ut noctem dies subsequatur.* Sic loco paulò ante citato è lege Salica: *In* XL *noctes.* Item: *In* XIIII *noctes.* Et sub initium, cap. 22. suprà, folio 380: *In noctes* XL *placitum faciant.* Item: *In noctibus* LXXX *lex ista custodiatur.* Et alibi totâ Salicâ lege. Nostrates Francos idem etjam observasse patet ex formula hodie adhuc usitata in Franca virscarna: *De redimendis bonis subhastatis intra noctes ad id constitutas.* Quod dicunt: Binnen de ghenachten daer toe staende. Sic in nova cora anno 1624. impressa, titulo: *De executionibus*, fol 82, & 83. capitulo 190: Wel verstaende, dat ingheballe partye binnen de ghenachten vanden voorseyde exploicte, eer anderstont de vercopinghe vande ghesaysierde goede volbracht waere, quaeme te gheven, eenich respijt, uptstel, ofte dilay, ende dat danof blijcken mochte, onder sijn handteecken, de executie sal vallen interrupt, ende den officier danof ontsleghen wesen; zoo van gelijcken den officier niet en sal vermeugen sijn ontgonnen exploict van executie te prolongueren, tot eenighen voorderen ofte langeren tijde, buyten de voorseyde ghenachten, op peyne van interruptie, als vooren, ende van costen, schaeden, ende interesten. De ghenachten sunt hîc spatium septem dierum, & septem noctium, ut est in capitulo præcedenti: Op seven daghen ende nachten lossens.

Sic & in cora sive consuetudine Brugensi, impressa anno 1621. tit. 24. attic. 3: Ende indien niemant hem daer jeghens en opposeert, wort de selve pandinghe gheboden te lossen binnen de ghenachten daer toe staende. Et tit. 25. de arrestis, artic. 3. quantum ad res mobiles: Soo wort by den Amman gheboden 'tselve te lossen binnen de ghenachten daer toe staende, 'twelcke zijn een-en-twintich daghen. In cora quoque seu lege feodali, nominatim burgi Brugensis, jam antea citata, cap. 9: Van dien daghe dat hy op den gront es, binnen veerthien nachten. Item c. 14. de venditione feodi: Heeft'er ymant naerhede aen, die come in tijden en wijlen van heden in veerthien nachten. Item c. 22. ubi de duello: Te daghene te veerthien nachten. Item c. 136, 137,

164,

164, 170. Kilianus in Etym. f. 134: Ghenachte, Ghenacht-dagh, Ghenechte: Nachte, Nechte. Constitutum, dies ad jus experiendum condictus, & constitutus, dies fastus, dies judicialis, dies juridicus, dies utilis, dies sessionum, concilium nocturnum; *dicitur* Ghenachte, Ghenechte: Nachte, Nechte, *q. d.* nox: *Veteres enim Germani & Galli tempus per noctes computarunt, noctiumq; non dierum tempus nominarunt, & numerarunt*: teste Iulio Cæsare, lib. 6. de Bello Gallico: teste etjam Cornelio Tacito, de Morib. German. *Idem quoq; observant Britanni, ut scribit G. Camdenus: quod enim Latini* septimanam, *&* duas septimanas *dicunt, illi* Wijtnogs, .j. octo noctes, *&* Pethesnogs, .j. sedecim noctes *appellant. Diurnum autem tempus ab occasu inceptum, liquet Genes. cap. 1. Et factum est vespere & mane dies unus, dies secundus, dies tertius, &c. nox enim diem quasi ducere videtur.* Ghenachte ten veerthien daghen. *Actio juridica post decimam quartam noctem.* Ghenacht houden. *Ius dicere, forum agere.*

CAP. XXIV.

Postquam Galliæ universæ, Franciæ nomen inditum, à victoribus Francis, terrã Francam appellatam Franciam maritimam, Francum, quoq; & Liberum substantivè, item Vriam, Friam, Frisiam, Frilandam, Frilandiam, & contractè Flandriam, Flandram; ipsos verò incolas Francos, Francones, *Liberos, Vrios, Frisios, Frilandos, & contractè* Flandros. *Tum enumerati Duces, & Comites* Franciæ *maritimæ, ab anno Christi* 450, *usque* 900. *Raginarius, Alquarius, Angilbertus, Nitardus, quibus successere Ingelramus & Balduinus, dicti Comites seu Marchiones* Flandræ, *aut* Flandrarum.

EO tempore, quo Franci Gallias invasere, habitabant Romani à Legia fluvio, ut ostendimus passim hoc opere

L. 1. c. 3. *usq; ad Ligerim*, ut scribit Baldericus in chronico suo Cameracensi: *Vltra Ligerim Gothi dominabantur, Burgundiones quoq; habitabant trans Rhodanum, qui adjacet civitati Lugdunensi.* Franci itaque Legiæ, Scaldis, & Mosæ accolæ, inhiantes toti Galliæ, ad Gothos & Burgundiones pertingere non poterant, nisi primò devictis Romanis sibi maximè propinquis. Horum itaque urbes: Tornacum, Atrebatum, Cameracum, Ambianum, Noviomum, Suessionem, Parisios, aliasque quamplurimas, ad Ligerim usque, expugnarunt, regionemq; universam, à Romanis priùs obtentam, Franciam appellavere. Quod nomen deinde Massiliam usque, & in ultimam Galliam protractum est, quando, & Burgundia, & Aquitania, sive Gasconia, totaq; Gothia,
Fol. 23. in Francorum potestatem devenit. Vnde rectè Brito Philippidos lib. 1:

Et sic terra fuit Francorum nomine dicta
Francia, cujus erat antiquum Gallia nomen.

Factum deinde, ut regno Francorum inter Regum filios aliquoties partito, alia Francia diceretur Orientalis, sive Austria, & Austrasia, utpotè ad orientem sita, alia Neustrasia, quæ ad occidentem, de quibus alibi plura.

Post Lud. Pium in Austrasia Franciæ nomẽ cœpit interire, nisi quod tam Austrasiæ, quam Neustriæ Rex, in diplomatibus semper titulum observavit Regis Francorũ. Verum postquam Lotharius Austrasiæ partem sortitus, quæ erat inter Scaldem, Mosam, & Rhenum, eam à suo nomine Lotharingiam appellari voluit, ea in parte, Franciæ nomen penitus est extinctum, solique adhæsit Neustrasiæ, ita tamen, ut Burgundia, & Aquitania, sive Vasconia, quamquam Burgundis, Gothisque dudum devictis, vetus nomen retinerent. Quin & Austrasiæ regnum, quamquam intra Scaldim, & Rhenum, cum paulatim Imperatoribus, & Germaniæ Regibus subjiceretur, deficiente stirpe Carolina; factum ut ne Galliæ quidem pars censeretur. Vnde Romanam ecclesiam reperio Galliam divisisse in Franciam, (quæ fuit Neustria) Gasconiam, sive Aquitaniam, & Burgundiam.

Tom. 1. fol. 19. Apud du Chesne in coætaneis Francicarum rerum scriptoribus, titulus est: *Descriptio Galliarum, ex libro M. S. de otiis imperialibus, quem illustris Gervasius Tisleberiensis, Marescallus Regni Arelatensis, scripsit ad Othonem IV. Imp. post annum* 1210. ubi ita sequitur: *Nunc singulares Galliarum urbes enumeremus: Galliam in Franciam, Burgundiam, & Gasconiam, more Romanæ ecclesiæ, distinguentes:*

FRANCIA.

Francia ergo VII. habet metropoles cum suis suffraganeis. Lugdunensis, cujus titulus est nummismatis: prima sedes Galliarũ, *hos habet suffraganeos.*

Eduensem.
Matisconensem.

Cabilo-

Cabilonensem.
Lingonensem.
Remensis hos habet suffraganeos.
Suessionensem.
Catalaunensem.
Cameracensem.
Tornacensem.
Morinensem.
Atrebatensem.
Ambianensem.
Noviomensem.
Silvanectensem.
Beluacensem.
Landunensem.
Senonensis Franciæ Archiepiscopus hos habet suffraganeos.
Parisiensem.
Carnotensem.
Aurelianensem.
Niuernensem.
Antissiodorensem.
Trecensem.
Meldensem.
Turonensis hos habet suffrageneos.
Cenomanensem.
Redonensem.
Andegavensem.
Nannetensem.
Corisopitensem.
Venetensem.
Macloviensem.
Briocensem.
Leonensem.
Dolensem.
Rothomagensis hos habet suffraganeos.
Bajocensem.
Abricensem.
Ebroicensem.
Sagiensem.
Lixoviensem.
Constantiensem.
Bituricensis hos habet suffraganeos.
Claromontensem.
Ruthenensem.
Caturcensem.
Limovicensem.
Mimatensem.
Albigensem.
Aniciensem, qui est domini Papæ.
Burdegalensis hos habet suffrag.
Pictavensem.
Xantonensem.
Engolismensem.
Petragoricensem.
Agennensem.

GASCONIA.

Gasconia duas habet metropoles.
Anxitanus hos habet suffraganeos.
Aquensem.
Lectorensem.
Episcopatum Convenarũ.
Consuranensem.
Bigornensem.
Adurensem vel Tarviensẽ.
Olorensem.
Lascurensem.
Bisatensem.
Bajonensem.
Narbonensis Gasconiæ Archiepiscopus hos habet suffraganeos.
Carcasonensem.
Biterrensem.
Agathensem.
Lodouensem.
Tolosanum.
Magalonensem.
Nemausensem.
Vticensem.
Elnensem.

BVRGVNDIA.

Burgundia sex habet metropoles.
Bisuntinus hos habet suffraganeos,
Basiliensem.
Lausanensem.
Belicensem.
Viennensis Burgundiæ Archiepiscopus, & Regni Cancellarius, hos habet suffraganeos.
Valentinum.

Vivariensem.
Diensem.
Gratianopolitanum.
Maurianensem.
Gebennensem
Tarentasiensis hos habet suffragáneos.
Sedunensem.
Augustensem.
Ebredunensis hos habet suffraganeos.
Digniensem.
Niciensem.
Antipolitanum.
Glandetensem.
Senetensem.
Venciensem.
Aquensis Burgundiæ Archiepiscopus, hos habet suffraganeos.
Aptensem.
Regensem.
Forojuliensem.
Vapincensem.
Cistaricensem.
Arelatensis Burgundiæ Archiepiscopus, & Regni caput, hos habet suffraganeos.
Massiliensem.
Auinionensem.
Aurasicensem.
Vasionensem.
Cavellicensem.
Tricastrinensem.
Carpentoracensem.
Tolonensem.

Hinc apud veteres hæc, & similia leguntur. Flodoardus in chronico ad annum 925: *Rodolphus interea de Burgundia revertitur in Franciam.* M. S. meum vetus ad an. 894: *Suaserunt Regi, ut, relictâ Franciâ, hyemandi gratia, peteret Aquitaniam, &c.*

Sub metropoli Rhemensi habes hic diœcesim Tornacensem, & Morinensem, in Francia, sub quibus universa prima Francia, & Flandria hodierna, exceptâ eâ parte, quæ est sub Episcopo Vltrajectino. Itaque & Flandri & Francones generali Franciæ nomine comprehensi, ac Franci Neustrij dicti, sive Occidentales, respectu Austrasiæ, quæ ad orientem vergit.

Sic Toroltum dicitur, situm in occidentali Francia à S. Remberto, in vita S. Anscarii, apud du Chesne: *Quia Carolus Rex frater prædicti Regis Ludovici, post decessum Imperatoris patris sui, piæ memoriæ Ludovici, abstulit à prænominato loco, qui dicitur Hammaburgh, monasterium, quod appellatur Torholt, utpote, quod post partitionem inter fratres suos, in regno suo, conjacere videbatur, situm in occidentali Francia.*

Tom. 3. hist. Frāc. fol. 403.

Gandavum quoq; in Francia situm nominat chronologia Saxonica nuper Cantabrigiæ edita, cum historia Bedæ Anglo-Saxonica, anno 1644, de exercitu Normannorum, ad annum 800: *Hic exercitus Cyrenceastriam apud Anglos orientales venit, terramq; occupatam distribuit, eodemq; anno exercitus transfretavit (qui priùs ad Fullanhamme, mansit) in Francos, apud Gaent, ibiq; annum moratus est.* In Saxonico textu est: On Fronc-lond to Gent, .j. In't Franckenlant tot Gent. Pro quo sic habent gesta Normannorum à Duchesne edita Lutetiæ anno 1619. fol. 4. anno Domini 880: *Normanni incendiis, & devastationibus inhiantes, san-*

Fol. 536.

tes, sanguinem humanum sitientes, ad interitum, & perditionem regni, mense Novembrio, in Gandavo monasterio, sedem sibi ad hyemandum statuunt.

Sed, & Tornacum, & Cortracum, vicinaq; loca, eadem chronologia Saxonica Franciam appellat, populumque Francum; pergit enim hoc modo: *Hic exercitus in terram Francorum latius perrexit, quibus Franci repugnarunt.* Pro quo sic gesta Normannorum eodem anno: *Normanni demum Tornacum civitatem, & omnia monasteria super Scaldim fluvium, ferro, & igne devastant, interfectis accolis terræ, atq; captivatis; deinde sedem sibi mutaverunt, & Cortriaco castrum ad hyemandum construunt.* Annales Bertiniani apud eundem du Chesne: *Prædicti Reges* (Lud. & Carolomannus) *ordinatis, qui regnum suum, contra Normannos in Ganto residentes, custodirent, in Burgundiam, &c. perrexerunt.* Annales Fuldenses, apud eundem tom. 2. ad annum DCCC.XXVII: *Corpora B. Christi Martyrum Marcellini & Petri, mense Novembri in Francia allata sunt.* Gandavum videlicet, ad requisitionem Abbatis Eginhardi, unde sic est in martyrologio Gallicano Saussei: *Gandavi susceptio sacrorum corporum beatorum Martyrum Marcellini presbyteri, & Petri exorcistæ, quæ Eginhardus Abbas Gandensis, tempore Caroli Magni, Româ in Gallias advexit, partimq; in Bavonico monasterio, partim in Hasnoniensi veneranda reposuit.*

T. 3. f. 260.

T. 2. f. 545.

Tornacenses etjam Francos jam dudum appellavit Gregorius Turonensis: *Inter Tornacenses quoq; Francos non modica disputatio exorta est.* In chronico quoque Marchianensi, cœnobium S. Amandi, dicitur situm in Francia, circa annum 812: *In Francia apud cœnobium Elnonense Sanctus Amandus à Lanthario elevatur anno ab ejus depositione circirter* 152. Sigebertus ad annum 884: *Rodolphus quidam corpus Sancti Callixti Papæ & Martyris, à Romanâ urbe in Franciam transfert.* Cisonium hîc intelligit, cujus fundator Everardus cũ Gisla conjuge, corpus illud impetravit, de quo ita Flodoardus apud Buselinum: *Adnotat etjam qualiter Everardus Marchio, S. Callixti Papæ & Martyris venerabile corpus, à Româ sede impetraverit.*

Lib. 10. cap. 27.

Fol. 718.

In Gallo Fland. fol. 103.

Demum quidquid nobis cis Scaldim, Francia semper fuit appellata; quod ultra Scaldim, olim Toxandria, Ripuaria, Austrasia, Lotharingia, ac demum Brabantia, Hannonia, &c. Hinc Scaldis utriusq; regni limes dictus, Francici, & Lotharingici. Sigebertus in chronico, ad annum 1086: *Castrum Valentianas, situm in marcha Franciæ, & Lotharingiæ, quod Balduinus Comes Flandrensium invaserat, Imp. Henricus obsidet, concurrentibus ad auxilium ejus Roberto Rege Francorum, & Richardo Comite Normannorum.* Diploma Henrici III. Imp. quod in notitia ecclesiarum Belgii refert Miræus, ita infit: *Henricus divinâ favente clementiâ Rex. Est ecclesia quædam in pago Bragbatensi sita, vulgò Nivella dicta. In hac requiescit virgo Gertrudis, pietate quidem ineffabilis,*

Fol. 164. an. 1041.

bilis, quæ utiq; nescit misericordiam denegare cuivis; sed dum sit gens ferox, & dura cervicis (jungitur enim indomitis Francigenis) non quærit vicem reddere tantæ pietati, sed potiùs furit rabie intollerabili &c.

Ibid. c.88. fol. 170. Item aliud Henrici IV. anno 1095: *Henricus divinâ favente clementiâ Rex. Nivialensis ecclesia Francorum regno finitima, permaximas sæpè calamitates sustinuit. Quod pater meus Henricus III. Imp. animo indoluit, &c.*

Ibid. fol. 169. Aliud item Leonis Papæ sic habet: Leo servorum Dei servus, &c: *Iuxta confinium, quo Lotharingi junguntur Francigenis, est Abbatia quædam sita, Nivella scilicet, S. Gertrudis virginis, terrarum quidem affluens copiis, sed miserrimè perdita, rabie indomitæ gentis.* Eos, qui Brabantis erant ultra Scaldim, Lotharingi *Francigenas* appellant, sibi infestos. *Francigenas* fortè, quod ibi prima sedes, ubi velut geniti Franci primi.

In Flandria generosa nuper edita ex archivis monasterii Sancti Gisleni, capite 12: *Scaldis fluvius à fonte suo usq; ad mare decernit Regum Lothariense à Comitatu Flandriæ, qui est de regno Franciæ.* Idem adfert du Chesne in probationibus suis ad Genealogiam de Guines, Gand, Coucy, &c. folio 52.

Cum itaque eâ ratione invalescet Franciæ, & Francorum nomen, Franci nostri, primorum Francorum, ac Saliorum reliquiæ, ad differentiam reliquorum totâ Flandriâ, dicti Franci maritimi. Reperio enim jam inde à Regibus Merovingicis, & Clodovæi I. tempore, Franciæ maritimæ Ducem exstitisse.

L. I. c. 5. Atque imprimis Raginarium, seu Rachnacharium eo munere functum, colligitur, ex hoc Balderici, in chronico Cameracensi: *Clodovæus Rex IV. post Clodionem in urbe Cameraco, Rachnachario, consobrino, aut nepote suo, custode relicto in terris, aut civitatibus &c.* Terras hîc intelligit tractum maritimum, in quo custodia erat adversus piratas.

Sed & Alquarium Rachnacharii filium eam dignitatem in beneficium obtinuisse à Clodoveo scribit Alcuinus in vita S. Richarii, Abbatis Centulensis, quam mihi videre licuit beneficio D. Ioannis Iacobi Chiffletii ex M.S. Centulensi, & Codice Vallis Rubeæ, ubi ita legitur de Alquario, filio Raginarii: *Rex igitur* (Clodovæus I.) *adultum juvenem pulcherrimum cingulo militiæ adornavit, &c. exinde facto homagio, sumptis quoq; fidei juramentis, donavit illi in perpetuum beneficium Ducatum maritimæ Franciæ, à fluvio Scalta, usq; ad Sequanam, retentis sibi civitatibus, & castellis, quæ pater ejus tyrannicè invaserat.*

Lego & Angilbertum Nithardi patrem maritimæ Franciæ Ducem, à Carolo Magno constitutum, teste Petro Petavio, T. 2. fol. 351. apud du Chesne: *Pipino mortuo, Carolus Angilbertum habuit præ omnibus familiarissimum, omnium secretorum conscium, & primatem capellanorum fecit; sibi quoq; eundem silentiarum statuit, ut ejus consilio*

filio regnum totum componeret, atq; ejdem Bertham filiam suam conjungem dedit, ad augmentum Palatini honoris, illi totius maritimæ terræ Ducatu commisso, hincque Nithardus noster, & Harnidus procreati.

Hariulphus quoq; in historia Centulensi tradit à Ludovico Pio, Caroli Magni filio, Nithardum Angilberti filium in eundem Ducatum (quem ipse etjam Comitatum appellat) successisse. Ibid: *Post domnum Hludovicum, præfectus dicitur domnus Nithardus, & quoniam tum persecutio gravis insistebat Paganorum, etjam maritimæ Comitatum suscepit.* In quem locum adnotat Petavius ibidem: *Comitatum illum maritimæ Franciæ ab illius ævi authoribus promiscuè etjam Ducatum nominari.* Quod verò suprà de persecutione Paganorum scribit, de Normannis intelligendum; sic enim pergit idem Petavius paulò post: *Nithardus paucissimis diebus Centulensi monasterio præfuit, bello ipse peremptus, anno, ut è multis conjicio, 853; cum Dani, Sueviq;, quos Theotisci Nortman, .i. Aquilonares, appellant, suæ habitationis finibus egressi, jam per viginti annos omnem oram maritimam incendijs, rapinis, omniq; crudelitatis genere afficerent.* Addit ad marginem Petavius hæc Hariulphi verba è lib. 3. cap. 5. & lib. 2. cap. 17: *Paucis diebus in regimine expletis Nithardus prælio interemptus est.* Meminit, & maritimorum Francorum Flodoardus ad annum 925. ubi de Arnulpho primo, Comite Flandriæ: *Arnulphus quoq; Comes, & cæteri maritimi Franci, præsidium quoddam Romanorum aggrediuntur.* Item: *Annus 926 incipiebat, & Rodolphus Rex, cum Heriberto Comite, & quibusdam maritimis Francis, Normannos, in pago Atrebatensi, quodam saltu coarctatos, obsidebat.* Quibus locis videntur generali nomine omnes Flandri sub Arnulpho Comite militantes, Franci maritimi nuncupari. Quare, ut ad primorum Francorum posteros redeam, maritimam omnem regionem à Scalda (qui inter Scaldiam, & Walachriam in mare influit) Gravelingam usq; incolentes; eos reperio paulò post Clodionis ac Merovæi tempora, ac sub ævum Clodovæi I. præter Francorum, & Francorum maritimorum nomen, vernaculum etjam De Vryen assumpsisse; unde Romani vicini, aut Franci Latinisantes, regionem eorum Vriam, & Friam, ac Frisiam, ipsos verò Vrios, Frios, Frisios, ac Frisones appellarunt; quod nomen à libertate ortum esse, jam pridem indicavi, atque hinc hodieq; 't Landt vanden Vryen, non aliud est, quam *terra Francorum*, sive *Liberorum*. Fol. 355. Fol. 356.

Vnde factum existimo, quod Francos quidam à Frygibus, sive Phrygibus provenisse scripserint, quo nomine, & Troës, seu Trojanos appellatos fuisse, novit, quicumque Poësios, vel minimum degustavit; inde nata fabula de origine Francorum à Trojanis, quam capite decimo hujusce libri refutavi. Alii Friga quendam secundum fingunt Regem Francorum, ut est apud

apud Toromachum lib. 4. cap. 2. tomo 2. antiquarum lectionum Canisii, ubi Franci dicuntur: *Priamum primum habuisse Regem, cum Troja fraudulenter caperetur, exindeq; fuisse egressos: postea Frigam habuisse; bifariâ divisione partem eorum Macedoniam fuisse aggressam. Alii cum Friga, vocati Frigii, Asiam pervagantes, ad litora Danubii fluminis, & mare Oceanum consedisse; denuò bifariâ divisione Europam, mediam ex ipsis partem cum Francione eorum Rege ingressam fuisse; Europam pervagantes cum uxoribus, & liberis, Rheni ripam occupasse, &c.* Sunt, & qui Frigum faciunt Æneæ fratrem, patrem Francionis, unde sit natum Francorum nomen. Charron cap. 35. fol. 18: *Aucuns ont escript, que Phrygus frere d'Æneas auoit vn fils, nommé Francion, fort vaillant & ardy, lequel ne voulant s'assubjecter à aulcun Prince, s'alla retirer auecq quelques Troyens, en une contree d'entre le Rhin, & le Danube, &c.* Fabulis hisce non alia origo, quam quod primi Franci sese à libertate denominarint **Fry**, & **Franc**, ut jam dudum ostendimus in sigillis Comitem, f. 34. ubi ex authoritate Adriani Iunii, Frisii, & Franci, *eadem, & conjuncta gens à studio libertatis* appellantur; cui accedit, & hoc Vbbonis Emmii testimonium, lib. 2. rerum Frisicarum, fol. 131: *Frisiam latioribus quondam terminus patuisse, tum contra occidentem solem, tum etjam in meridiem, quam hodie pateat, è patriis annalibus, & consensu exterorum, plerumq; satis planum est. Per Zelandos enim, oramq; omnem Brabantiæ, & Flandriæ, coloniis, litora eos implesse, &c. deprehendimus.* Verum in eo fallitur Emmius, quod adventitios existimet è Frisia hodierna, eos Frisios, qui olim in Zelandia, & Flandria ita appellati sint, cum certum sit, eos fuisse indigenas, neque alios, quam ipsos Francos, à libertate jam inde ab Augusti temporibus ita appellatos. Sanderus in Flandria illustrata, lib. 1. cap. 3. fol. 86: *Pagi*, inquit, *Gandensis, qui ante quoq; pagi Flandrensis, & Frisiæ maritimæ nomen habuit, &c.* De quibus pluribus agemus in Flandria Frisica, Zelandica, & Imperiali. Vrie nomen pro terra Franca, reperio ad annum usque 1260. aut circiter, in Latinis diplomatibus, ut notavi in sigillis Comitum, fol. 43: *Factum coram Scabinis de Vrie.* Subinde: *De Vria.* Item: *De Vrien.* Pro quo alibi: *Coram Scabinis Francis.* Et alibi: *Coram Scabinis liberis.* ut paulò post amplius apparebit. Ex vernaculo: **Vry**, **Vrie**, .j. *liber, francus.* In plurali: **Vryen**, *liberi, franci.* Et neutro genere: **Het Vrye**, *Francum*, & *liberum*, etjam substantivè, pro *terra Franca*, sive *libera*, quæ & vernaculè: **Vrye-lant**, & **Vry-lant** dicta; unde & sese proculdubiè appellarunt **Vrylanders**, & **Frylanders**, ut **Zeelanders**, **Hollanders**: Latinè, *Frilandros*, .j. terram liberam incolentes; pro quo Romanos verosimile est, tum abbreviationis causâ, quæ ejs familiaris, tum vitandæ asperitatis duplicis r, tum deniq; ut nomen libertatis supprimerent, *Flandros* pronuntiasse, ut, & pro Frilanda, *Flandra*: pro Frilandia, *Flandria*.

V. & cap. 5. fol. 39.

Cap. 26.

Sic ex

Sic ex capital factum *catal*, ex minuta, *mita*, ex directum *droict*, ex Præpositus, Proost, &c. De quibus alibi suis locis. Ejus rei clarissimum est argumentum, quod eo tempore *Flandra* sola dicta terra Franca, sive Francorum, subinde etjam *Flandriæ* & *Flandræ* numero plurali, quod tres habeat districtus, ad orientem videlicet, septemtrionalem, & occidentem, quæ pluribus antea probavimus, v. cap. 4. ubi de Flandriæ etymologia plura.

His accedit aliud argumentum, quod nobis suggerit situs urbis Brugensis, in qua constat olim viam ad Flandram, aut Flandras, è foro Brugensi fuisse, versus septemtrionem, qui medium occupat terræ Francæ districtum, quam viam etjamnum appellamus de Vlamingh-strate .j. *platea Flandrensis*, ubi & Vlamingh-brugghe, *pons Flandrensis*, & Vlamingh-damme, *agger Flandrensis*. Erat vero porta urbis ad Vlamingh-brugge; extra quam facillimum erat iter, tam versus orientalem terræ Francæ regionem, quam septemtrionalem, & occidentem. Viâ Cortracensi, nunc adhuc de Cortrijck-wegh, versus portam Catarinicam, ut neque viâ Gandensi, nunc etjam Den ouden ende nieuwen Ghendt-wegh, non ibatur ad Flandram, aut Flandras; quod neq; Gandavum, neq; Cortracum Flandrarum pars censerentur.

Chronica nostratia vernaculè conscripta Flandrum nomen proprium fingunt, aut Falandrum, cujus filius Flantbertus ex ijs Francis fuerit, qui Romanos Galliâ expulerunt; unde Marcus Varnewijck, in versibus suis vernaculis, de Flandriæ antiquitate, tractatu secundo, titulo: Oude Regimenteurs van Vlaenderen, .j. Veteres Flandriæ Rectores. n. 14:

Falander begonst te regneren in't jaer,
Vier hondert en tsestich, dat es waer.

Et paulò post num. 15:

Flantbertus, tweetste sone van Falander voorseyt,
Hadde in't jaer ons Heeren de superioriteyt,
Vier hondert lxxviij over mannen en wijven,
Hy hielp de Romeynen uyt Vranckrijck verdrijven.

Quibus affirmat Falandrum, regnasse anno Christi 460. ejusq; filium Flantbertum, anno 478. Francis auxilio fuisse, ad expellendos Galliâ Romanos; alii Flantbertum fingunt Clodionis nepotem, ex sorore ejus Blesinde, ut est apud Charronem cap. 93. fol. 662. Alii à Flandra quadam, aut Flandrina, Liderici filia (quibusdam uxore) Flandrarum nomen oriundum, ut est in fabula de forestariis; alii à Forest, Forest-lant, primo dictam volunt, deinde per abbreviationem Forlant, Fland, ut est apud Charronem his verbis, cap. 113: *De mots*, Forest-landen, *qu'on à depuis dict par abbreviation* Forlande, *& finalement* Flandre, *avecq quelque transposition de lettres*. Quibus omissis fabellis, consideret

consideret Lector, quanto propiùs è *Frilandia*, aut *Frilandra*, contractè dictum sit *Flandria*, & *Flandra*; & pro *Frilandri*, *Flandri*; pro *Frilandenses*, *Flandrenses*.

Flandrensium prima mentio est apud Venantium Fortunatum, in vita S. Medardi: *Ferocem Flandrensium gentem suæ Noviomensi ecclesiæ sociavit*, circa an. 540. ex quo sic Miræus in fastis Belgicis, & Burgundicis, ad Iunii diem octavum, f. 307: *Medardus, vir, cùm rara vitæ sanctimonia, tum miraculis jam inde à pueritia nobilitatus, Veromanduorum Episcopatum, diu precibus fatigatus, administrandum suscepit; quorum sedem (quòd metropolis Augusta à Wandalis & Hunnis eversa esset) Noviomi, opido propugnaculis egregiè munito, collocavit. Ceterùm quo tempore Noviomensem ille ecclesiam gubernabat, S. Eleutherius Tornacensium Episcopus, anno quingentesimo vicesimo tertio, vitam cum morte commutavit: cui jam seni quoniam S. Medardus fuerat adjutor, clerus ac populus Tornacensis, statim, ut justa fuerunt Eleutherio persoluta, Medardum sibi Episcopum dari postularunt; nec destitit reluctantem, & multa excusantem obsecrare, donec, adjuvante etjam Remigio Metropolitano, ceterisq́ provinciæ Episcopis, Rege etjam, & proceribus, sua auctoritate rem promoventibus, animum viri expugnarunt, & ut curam ecclesiæ sibi commendatæ susciperet, pervicerunt. Victus igitur tanto bonorum omnium consensu, utriusq́ ecclesiæ administrationem suscepit, Flandrosq́, gentem tunc temporis silvestrem, quindecim annorum spatio, docendo, instando, orando, erudivit, & magnis laboribus, præfractos, ferocesq́ animos, ab impietate, & barbarie, ad mansuetiorem vivendi rationem, per Christi Iesu doctrinam, perduxit. Qua in re compos factus voti, ex hac vita, anno Domini quingentesimo quinquagesimo sexto, juxta Sigeberti calculum, emigravit. Defuncti corpus Clotharius Rex, filiis lacrymantibus, abstulit, & proprios in humeros sublatum, ad sepulturam apud Suessiones paratam, transportavit, monumentoq́ honorifico illatum, exstructo insigni monasterio, condecoravit.* Attulimus etjam suprà ex Oudoëno, in vita S. Eligii, Flandrorum Apostoli, circa annum Christi 660: *Multum præterea in Flandris laboravit.* Ad quæ verba sic Miræus ad annum prædictum: *Maritimam oram, eo tractu, Flandras, id seculum appellabat, ut in multis mediæ ætatis scriptis videre licet, erantq́ ibi tum vici, seu castella præcipui nominis: Aldenburgus; Turholt; Rodenburgus, jam Ardenburgus; Oostburgus.* Idem ibid: *Eligius ex lemovicibus ortus, lumen id temporis sanctitatis, ac religionis, constituitur Episcopus Noviomagensis, sive, ut nunc loquimur, Noviomensis, qui publicè de religione in hac omni gente maritima concionatus, Flandros, usq́ ab Gessoriaco, hoc est Bononia, ad Oostburgum, ad Christum convertit; Aldenburgi, Rodenburgi, Oostburgi, Brugisq́, sacris inchoatis ædibus.* Universum itaq; littoralem tractum, qui tum incolebant, à Bolonia Oostburgum usque, Flandri appellabantur, qui videlicet antea Franci primi, & nunc pro magna parte Franconates.

Surius tom. 3.

Cap. 4. fol. 27.

Gandenses,

Gandenses, & Cortracenses, tum inter Flandros nequaquam censitos, suprà etjam docui ex hoc Oudoëni in D. Eligii quoq; vitâ: *Aurificem constituerunt custodem urbium, seu municipiorum, quorum hæc vocabula: Tornacensis, quæ quondam fuit Regaluscivitas, Noviomensis. Et Flandrensis; Gandensis, atq; Corturiacensis.* Quo loco Tornacum, & Noviomum *civitates*; Flandras, Gandam, & Corturiacum *municipia* sum interpretatus. Dictum verò Romanis municipium conventus, sive societas; municipes autem, qui quamquam non essent cives Romani, munera tamē capiebant, & munia quædam objbant. Festus: *Municeps est, ut ait Aëlius Gallus, qui in municipio liber natus est, &c. Item municipes erant, qui ex aliis civitatibus Romam venissent, quibus non licebat magistratum capere, sed muneris partem. At Ser. filius aiebat initio fuisse, qui eâ conditione cives Romani fuissent, ut semper rempublicam separatim à populo Romano haberent, Cumanos videlicet, Acerranos, Atellanos, qui æquè cives Romani erant, & in legione merebant; sed dignitates non capiebant.* Paulus ibidem: *Municipium id genus hominum dicitur, qui cum Romam venissent, neq; cives Romani essent, participes tamen fuerunt omnium rerum, ad munus fungendum, unà cum Romanis civibus, præterquam de suffragio ferendo, aut magistratu capiendo.* At postea *municipium* dictum, pro hominum conventu, aut urbecula muris nondum munita; & *municipes*, similis urbeculæ concives. Vlpianus lib. 1. ff. ad municipal: *Propriè quidam municipes appellantur muneris participes, recepti in civitate, ut munera nobiscum facerent, sed nunc abusivè municipes dicimus cujusq; civitates cives.* Glossarium Philoxeni: *Municeps*, πολίτης, .j. civis, nam π'ολις, *urbs*. Glossarium Cyrilli: πολίτης ὁ ἀπὸ πολιχνίου, *municeps*, .j. *civis parvæ urbis, aut urbeculæ*, dicitur municeps. Glossarium Philoxeni: *Municipium*, πολίχνιον, .j. urbecula. Et Gloss. Cyrilli: πολίχνιον, *municipium oppidum.* Item: πολύδριον, *municipium, oppidum.* Lexicon Gesneri: πολίχνιον, *civitatula*, πολύδριον. Idem: πολιτης, *civis, municeps.* Ex quibus apparet tum temporis, cum Oudoënus scripsit, municipia fuisse loca illa, ubi castrum, aut burgum, ad quod populus conveniebat, quale fuit castrum Ganda, Corteriacum, & Bruch, nunc Brugæ, quod antea docuimus fuisse præcipuum, & antiquissimum castrum primorum Francorum, qui tempore D. Eligii Flandri dicebantur, neq; aliud loco citato esse opinor municipium Flandras, quam castrum Brugh, quod Brugæ D. Eligium peculiarem habeant Patronum, de quo suprà quædam attigimus, plura dicturi in Flandria Christiana. Chronicon Aldenburgense scribit D. Eligium *præfuisse Brugis*, quod interpretor, ut Episcopum Tornacensem, ibi resedisse, toto eo tempore dum Flandris convertendis insudaret. Chronici hæc sunt verba: *Anno* 650 *Eligius ex Lemovicibus ortus constituitur Episcopus Noviomensis, qui publicè de religione in hac maritimâ gente concionatus, Flan-*

Cap. 4. fol. 25.

Cap. 22. fol. 405.

Cap. 22. fol. 415.

dros ad Christum convertit, Brugis præfuit. Rodenburgi, id est Ardenburgi, prædicavit, ac Aldenburgi. Quo videlicet tempore in rebus civilibus Flandras moderatus est Charimundus Comes Flandrensis, qui cum D. Eligio Clodovæi II. diploma signavit, datum libro præcedenti, & prout dubio se etjam continuit in burgo Brugensi. Sed & S. Vrsmarus apud Sigebertum dicitur prædicasse in Flandrensi provincia quinquaginta aut circiter annis post D. Eligium, atque in ea templum Aldenburgense condidisse. Verba Sigeberti sunt ad annum 1081, ex editione Pistorii Francof. anno 1613: *Regis Dagoberti tempore, Sanctus præsul Vrsmarus in Flandrensi provincia prædicans, sub honore S. Petri Apostoli, ipso sibi revelante, Ecclesiam in Aldenburgh oppido ædificavit & consecravit.* Ego hunc locum in Sigeberto Miræi opera Antuerpiæ excuso anno 1608 non reperio, quod videlicet nihil faciat ad illum annum, scribit enim Sigebertus ad annum 713: *S. Vrsmarus Episcopus & Abbas Lobiensis cœnobii obiit, eiq; Sanctus Erminus successit.* Vnde apparet haud multo post tempora S. Eligii. S. Vrsmarum Flandris prædicasse. In chronico Aldenburgensi, quod mihi ex archivis suis suppeditavit Ven. D. Ioannes Maximilianus d'Enghien, ejusdem Monasterii Præsul & restaurator, ita lego post locum superius citatum an. 650: *Vrsmarus Episcopus sanctitate præclarus, Flandriam Idolatriæ deditam ob baptismi gratiam, prædicando perlustravit* &c. *Ecclesiam in nomine Christi, sub titulo B. Petri Apostoli, & omnium Apostorum, ædificans in Aldenborgh.* Itaque quod supra scripsit Sigebertus tempore Dagoberti, intelligendum Dagoberti II, qui filius fuit Childeberti II. nepos Theodorici I. & Theodorici II. pater. Vixisse S. Vrsmarum anno 691, patet ex hoc diplomate Pipini in arch. Laubiensibus: *In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Amen.* &c. *Ego quidem Pipinus Senior, eo favore & desiderio ductus, maximè quidem, quia de Rege superbo Theodorico per gratiam Dei cum victoria, sum liberatus, Monasterio religiosissimi viri, & eximii prædicatoris Vrsmari Pontificis, quod est in Laubias, super Sambram fluvium, concedo* &c. *S. Domini Pipini senioris* &c. *Ego Asdelgus Cancellarius ad vicem Rhuotperti Archicapellani recognovi, & subscripsi. Data Lephtinus XVII Kal. Dec. anno Dominicæ Incarnationis DC.XCI. Indictione IV.* &c.

Cap. 9. fol. 64.

Porro Aldenburgum oppidi jus habuerit, ab omni tamen antiquitate, præter burgum, vicus tantum fuit apertus, ac muris nullis cinctus, ut nunc etjamnum est. Molanus ex archivis Laubiensibus & Ratherio scribit tempore Vrsmari ab Aldo quodam inditum loco nomen, unde nata fabula Aldenburgum urbem esse antiquissimam, quod Alt, olim nunc Out, Aut, antiquum significet. Ita enim ille in natalibus SS. Belg. 18. Aprilis de S. Vrsmaro: *Ad prædicandum Flandris contulit*

se versus

se versus Menapum fines, qui adhuc detinebantur ritu gentis, vanis superstitionibus, cujus miraculis, & prædicatione assiduâ, ad fidem conversi, magna ex parte, eum, & eam quæ est Lobiis ecclesiam Christi, prædiorum hæredem statuerunt. Ipse etjam provinciæ Dominus Aldo, donavit à suo vocabulo dictum Aldenborgh vicum, in quo in honorem B. Petri ecclesiam consecravit, quatenus B. Apostolus Flandrensibus, & Menapiis, patrocinaretur. Quin & anno 1087. Aldenborgh non nisi vicus appellatur apud eundem Sigebertum ex editione Pistorii: *S. Arnulphus ex Abbate S. Medardi, postmodum etjam ad Pontificatum civitatis Suessionicæ promotus, pro pacis redintegratione inter Flandrenses, Flandriam venit, atq; in vico nomine Aldenborgh, ecclesiam Sancti Petri jam divinis miraculis illustratam, cœnobium Monachorum fecit, ordinem regularis vitæ instituit, tandemq; in eodem monasterio, & finem vitæ, & sepulturam, secundum quod ipse prædixerat, accepit.* In Sigeberto Miræi sic reperio, ad annum 1086: *Arnulphus Suessionicæ civitatis Episcopus, spiritu prophetiæ, puritate vitæ, & miraculis venerabilis claruit, & in Aldenbort (lege Aldenborgh) in ecclesia Sancti Petri, Dei nutu sepelitur.* Molanus in Natal. SS. Belgii 16. Aug: *Pacis minister, pro pacis redintegratione, Apostolica auctoritate Flandriam rediit, ibi in Insula civitate, Roberto Comiti, habens Apostolicas literas, quosdam ab eo proscriptos reconciliavit, pertæsi onerum, quibus ab illo pressi erant, inter se tractarant, ut illo profligato humaniorem Principem asciscerent. Composuit etjam atroces, & mutuas cædes, Brugis, Turolti, Furnæ, Aldenburgi, præterea in dicto Aldenburg per manus Radbodi Episcopi, ecclesiam Sancti Petri, & omnium Apostolorum, olim à Sancto Vrsmaro constructam, usibus Abbatiæ aptandam suscepit.*

Sed, & vicus adhuc dictus Aldenborgh, anno Christi 1121. quo contigit elevatio dicti S. Arnulphi, de qua idem Molanus hoc modo: *Multum claruit prophetiæ dono, & miraculis, quæ tot fuerunt post mortem, ut ijs motus Lambertus Episcopus, cum aliquot Abbatibus, corpus sacrum, ceu revera sanctum, juxta morem Gallicanæ ecclesiæ, de terra levaverit, & reposuerit, præhabitâ tamen auctoritate, tam concilii Beluacensis, quod miracula examinaverat, quam Reverendi Domini Cononis, qui erat Legatus Apostolicæ sedis. De qua translatione habent martyrologia ecclesiæ ipsius Calendis Maij.* „In Flandria, vico Aldenburg, elevatio Sancti Arnulphi, Episcopi, & Confessoris, quæ facta est anno Domini millesimo „centesimo vigesimo primo, indictione decima tertia.

Sub Carolo Magno nullæ adhuc urbes tota Flandria memorantur, pagorum tantum mentio Flandrensis, & Mempisci; ubi accidisse scripsimus servorum conjurationem. Ac Flandrensis quidem pagus utpote fertilissimus dabat ei censum tritici, casei, & boum, ut ibidem est annotatum. Cap. 4. fol. 27.

Carolum hunc quamquam extra Regnum suum fere bella gesserit, pacemq; intra conservari, fuisse tamen primum existimo,

istimo, qui firmitates fieri jussit, in locis Franciæ maritimis, adversus Nortmannos piratas; unde in capitulis ejus, ab Ansigiso collectis, sic statuitur: *Volumus ut Comites, qui ad custodiendam maritimam deputati sunt, quicumq; ex ijs in suo monasterio residet, de justitia facienda se non excuset, propter illam custodiam, sed ibi secum suos Scabineos habeat, & justitiam faciat.* Quo anno id ordinatum sit, à Carolo, an verò à Ludovico, nihil comperti est; id tamen certum anno Christi 800. aut circiter, paulò ante quam Carolus Romæ coronatus esset Imperator, per maritimam Franciam eum profectum esse, Flandramque universam visitasse, ac firmitates, sive præsidia statuisse, quæ initia fuisse existimo urbium: Burburgi, Audomarensis, Bergæ, Furnæ, quæ loca paulatim magis, magisque munita sunt, ac primo quidem castra, deinde urbes evasere. Annales Francorum vetustissimi, apud du Chesne hist. Franc. ad annum prædictum: *Ipse* (Rex Carolus) *medio Martio mense, Aquisgrani Palatio digrediens, litus oceani Gallici perlustravit, in ipso mari, quod tunc piratis infestum erat, classem instituit, præsidia disposuit, Pascha in Centulo apud Sanctum Richarium celebravit. Indeq; iterum per litus oceani Rotumagum civitatem profectus est, ibiq; Sequana amne transmisso, Turonis ad Sanctum Martinum orationis causa pervenit; moratus ibi dies aliquot, propter adversam Dominæ Liutgardæ conjugis valitudinem, quæ ibidem, & defuncta, & humata est, obijt autem die pridiè nono Iun. Inde per Aurelianos, ac Parisios regressus, Aquisgrani reversus est.* Sed, & aliàs sæpiùs naves ædificari jussit, classesque statui, ac nominatim anno 812. quo, & Bononiam venit, & inde per Flandras universas, Gandavum. Meminit Monachus Engolesmensis hoc modo, fol. 86: *Ipse* (Rex Carolus) *propter classem, quam anno superiori fieri imperavit, videndam, ad Bononiam civitatem maritimam accessit: farumq; ibi, ad navigationum cursus dirigendos, antiquitus constitutam, restauravit, & in summitate ejus nocturnum ignem accendit. Et inde ad Scaldim veniens fluvium, in loco, qui dicitur Gant, naves ad eandem classem ædificatas aspexit, & medio Novembrio Aquas rediit.* Ea præsidia in Flandris constituta, sæpè Nortmannos repulere, atque imprimis anno 820. ut habet Eginhartus, folio 264: *De Nortmannia verò XIII. piraticæ naves egressæ, primo in Flandrensi littore prædari molientes, ab ijs, qui in præsidio erant, repulsæ sunt. Vbi tamen ab ejs, propter custodum incuriam aliquot casæ viles incensæ, & parvus numerus pecoris est abactus. In ostio Sequanæ similia tentantes, resistentibus sibi littoris custodibus, quinque suorum interfectis, irritæ discesserunt.*

L. 4. f. 59. vers. c. 5.

T. 2. f. 4.

Tom. 2. Chesn.

Tom. 2. Chesn.

Anno 853. *Flandram* lego Comitatum fuisse Inghelramni, unà cum quatuor aliis Comitatibus: *Curtricisio, Adertiso, Vermendiso, ac Noviomiso*; unde Inghelramnum illum existimo successisse Nithardo Duci Franciæ maritimæ eodem anno 853. (ut Petavius suprà tradidit) à Normannis occiso. In capitulis

Caroli Calvi in Sylvaco editis, titulo: *Missi, & pagi per missaticos qualiter fuerint tunc ordinati.* Num. 3: *Immo Episcopus, Adalardus Abba, Waltcaudus, Odelricus, missi in Noviomiso, Vermendiso, Adertiso, Curtriciso, Flandra, Comitatibus Engilramni, & in Comitatibus Waltcaudi.* Noviomisus Comitatus est *Noyon;* Vermandisus, *Vermandois;* Adertisus, *Artois;* Curtricisus, Cortrijck; Flandra, Vlaendre, .j. districtus maritimus terræ Francæ. Qui Comitatus proculdubio Comites suos antiquitus habuere, unde *Garifredus Comes Viromanduensis*, ejque successor *Ingomarus*; & *Amelbergus Comes Noviomensis*, legitur apud du Chesne, tom. 1. hist. Franc. f. 634. in vita Sancti Eligii scriptore Oudoëno. Eodem tempore, & Charimundum Comitem Flandrensem fuisse, suprà attigimus, & pluribus ostendemus in Flandria Christiana. At deinde, Regum concessione, uni, plures dati sunt Comitatus. Hi verò quinque, in rebus ecclesiasticis, suberant Immoni Episcopo Noviomensi, & Tornacensi, prout olim subfuisse Sancto Eligio, docuimus ex Oudoëni loco antea citato. Fol. 491.

Immoni missus adjungitur Adelardus Abbas Corbejensis. Item Walcaudus, & Oldericus, Comites. Quod verò missorum officium fuerit, tradit capitulare secundum Ludovici Pii, t. 3. Conc. Gall. Sirmondi, fol. 457. Canone 26. circa annum Christi 823. sub Ludovico Pio: *Commemoratio, quæ ad prædictorum missorum legationem pertinebat. Primo, ut conventum in duobus, aut tribus locis congregent, ubi omnes, ad eorum legationem pertinentes, convenire possint: & omnibus generaliter notum faciant, qualis sit eorum legatio. Scilicet ad hoc se esse à nobis missos constitutos, ut si quilibet Episcopus, aut Comes, ministerium suum propter quodlibet impedimentum implere non possit, ad eos recurrat, & cum eorum adjutorio ministerium suum adimpleat: & si talis causa fuerit, quæ per eorum admonitionem emendari non possit, per eos ad nostram notitiam deferatur. Et si fortè Episcopus, & Comes, aliquid negligentiùs in suo ministerio egerit, per istorum admonitionem corrigatur. Et omnis populus sciat, ad hoc eos esse constitutos, ut quicumq; per negligentiam, aut incuriam, vel impossibilitatem Comitis, justitiam suam adquirere non potuerit, ad eos primum querelam suam possit deferre, & per eorum auxilium justitiam adquirere: & quando aliquis ad nos necessitatis causâ reclamaverit, ad eos possimus relatorum querelas ad definiendum remittere.* Missi tum fuerant, ut habetur ibidem Can. 25. super quatuor Episcopatus, qui ad dioecesim Remensem pertinent: .j. *Noviomensem, Ambianensem, Teruanensem, & Cameracensem, Ragenarius Episcopus, & Berengarius Comes.* Erat verò Ragenarius, Episcopus Noviomensis, & Tornacensis (ut notat in indice tom. 3. conciliorum Sirmondus) qui ad suam imprimis sedem visendam à Ludovico Pio mittebatur; itemque ad sedem Ambianensem, cui tunc præerat, Hilmeradus; ad Teruanensem, cui Folcoinus; & ad Cameracensem, cui

Theodoricus. Berengarius verò Comes erat Teruanensis, qui ad suum Comitatum, tum ad Noviomensem etjam, & Ambianensem, & Cameracensem mittebatur.

Idem Berengarius inter missos Caroli Calvi, anno 753. etjam fuit, ad proprium, aliosque Comitatus, sub diœcesi Folcoini, Episcopi Teruanensis. Sequitur enim loco suprà citato è capitulis Caroli Calvi: *Folcoinus Episcopus, Adalgarius, Engiscalcus, & Berengarius, missi in Comitatu Berengarii, Engiscalci, Gerardi, & in Comitatibus Reginarii.* Vnde clarissimum fit, uno eodemque tempore, cum Cortricisi, & Flandræ, &c. Comes esset Ingelramus, Berengarium, Teruanensem, ac Morinensem Comitem fuisse.

In præcitato Caroli Calvi capitulo anni 853. numero 6. etjam missi leguntur in Comitatu Ambianensi, & Pontivensi, his verbis: *Paulus Episcopus, Hilmeradus Episcopus, Herloinus, Hungarius, missi in Rotmense, Tellau, Vitnau, Pontiu, Ambianense.* Paulus Episcopus tum fuit Rhotomagensis, Hilmeradus Ambianensis, unde in Synodo, apud Vermeriam, in cap. Caroli Calvi, tit. 10. fol. 92. ita legitur: *Omnibus sanctæ dilectionis fratribus, ad quorum hæc poterunt pervenere notitiam, Wenilo Senonum, Hincmarus Remorum, Paulus Rotomagensium, Almaricus Turonum Archiepiscopi; Teutboldus Lingonum, Pardulus Lugdunensium, Hucbertus Meldensium, Ansegaudus Abrincatum, Hrothadus Suessionum, Immo Noviomagensium, Hilmerardus Ambianensium, Trminfridus Beluacensium, Erpoinus Silvanectensium, Baltfridus Baiocacensium, Guntbertus Ebrocensium, Eirardus Lixoviensium, Erloinus Constantiæ, Hildebrannus Sagorum, Godelsadus Cabillonensium, Ionas Æduorum, Braidingus Matisconensium, Agius Aurelianensium, Episcopi, apud Vermeriam palatium, jussu gloriosi Principis Caroli, anno ab incarnatione Domini 853. indictione prima, 6. Kalend. Septemb. in nomine ejusdem Domini nostri Iesu Christi synodaliter congregati, salutē.* Herloinus quoque, & Hungarius, missi in Rotmense, .j. Rotomagense, Comites proculdubio fuerunt; atq; Herluinus quidem Comes Monasterioli, vulgo *Monstruel,* cujus filius fuerit aliud Herluinus, de quo Flodoardus in chronico, anno 938: *Castellum Herluini maritimum, quod vocatur Monasteriolum, Comes Arnulphus, tradente quodam proditore, cepit.* Et paulò post: *Herluinus castrum pugnando recepit.* Item anno 943: *Ludovicus Herluino Rodomum committens, revertitur ad Compendium, &c.* Hungarium verò simile est fuisse Comitem Pontivensem, de quibus etjam suo loco.

Atque hæc quidem loca, ex capitulis Caroli Calvi, eo lubentiùs adduxi, quod inde ad oculum videam, quosnam sub se habuerit Comitatus, Dux Franciæ maritimæ Alquarius, Angilbertus, Nithardus, toto districtu, qui à Sequana, secus oceanum, Scaldiam usq; protenditur; videlicet Rotmensem,

sive

ſive Rotomagenſem, Ambianenſem, Tellau, Vitnau, & Pontivenſem, ſub Comitibus Herluino, & Hungario; deinde Bolonienſem, ſeu Teruanenſem, aut Morinenſem ſub Comite Berengario; aliaque vicina loca (ut fortaſſe Balliolum, Caſtellum, &c.) ſub Comitibus Engiſcaldo, Gerardo, & Reginario; ac deniqúe Flandram, Cortriciſum, Adertiſum, Vermandiſum, & Noviomiſum, ſub Comite Engilramo; alioſque non nominatos ſub Comite Waltcaudo. Præſertim cum evidens ſit Comites eo tempore ſub Ducibus fuiſſe, quamquam etjam plures ſub ſe Comitatus haberent, ut rectè notavit Dadinus de Ducibus, & Comitibus, qui auctor demum poſt editum librum prodromum priorem in manus meas devenit: *Ducatus,* inquit, *plures continebat comitatus, ſed in numero paſſim variatum pro arbitrio Principis: nec certus fuit modus Ducatuum. Malè Pithœus duodecim Comitatus Ducatui velut neceſſarios adſtruit, ſecutus annalem Pipini, & Aymoinum Monachum, ubi Pipinum bello captum Griffonem fratrem duodecim Comitatibus ornaſſe ſcribunt, idq́; more Ducum: reclamant enim infiniti Gregorii Turonenſis loci, qui vix plures tribus, aut quatuor Comitatibus Ducatui affigunt, & nihil certi habent. Cautiùs H. Bignonius, ne ab Aymoini fide recederet, Pipini ævo id obſervatum tentat, ut duodecim Comitatibus Ducatus conſtaret. At ego, ſi quid aſſequor,* τὸ: *Ducum more, planè imperiti Monachi commentum eſſe auſim affirmare; nullum enim aliud hoc ævo hujus moris veſtigium apparet: imò verò proximâ Ludovici P. ætate, Ducatum Forojulienſem in quatuor Comitatus ſectum is agnoſcit: ex quo ſatis colligitur veterem modum Ducatuum hoc ſeculo non defeciſſe: vel Aymoinum fortè fefellit, quod vidit Conſtitutionem Pelagii II. quæ provinciæ tribuit decem, aut undecim civitates, unde Ducatum totidem civitatibus, vel unâ ampliùs ornandum duxit; ſed obſervare debuit provinciam hîc magis, quo ad Eccleſiaſticum, quàm civilem ſtatum definiri, nec certum uſpiam in Gallia fuiſſe modum Ducatuum.* Idem ibidem: *Comitatu gradus erat ad Ducatum, Ducatus votum Comitum, & apex dignitatum. Fortunatus ad Galactorium Comitem:*

C. 4. l. 1. fol. 15.

1. Adverſ. 8.

L. 5. c. 11.

n. ſcitote, qu. 3.

L. 7. c. ult.

Vive Comes, cui ſint jura regenda Ducis.

Et rurſus ad eundem: L. 10. c. 25.

Debet, & ipſe potens, ut adhuc bene creſcere poſſit
Præſtet ut arma Ducis, qui tibi reſtat apex.

Idem ad Sigoaldum Comitem: L. 10. c. 22.

Rex Childebertus creſcens te creſcere cogat,
Qui modò dat Comitis, det tibi dona Ducis.

Porrò omnes illos, quos è capitulis Caroli Calvi enumeravimus, Comites, reliquoſque regni ſui Gubernatores, voluit Carolus hoc anno 853. quo Britones ei rebellarunt, ac Normanni Regnum infeſtabant, diligenter invigilare cuſtodiæ maritimæ, quæ videlicet fieri debebat in caſtellis, firmitatibus, & hais. Item viarum refectioni, & pontibus exſtruendis, navibuſq;

 reſtaurandis,

restaurandis; de quo Sangallensis Monachus, in gestis Caroli magni: *Fuit consuetudo in illis temporibus, ut ubicumq; aliquod opus, ex Imperiali præcepto, faciendum esset, siquidem pontes, vel naves, vel trajecti, sive purgatio, seu stramentum, vel impletio cœnosorum itinerum; ea Comites per vicarios, & officiales suos exequerentur, in minoribus dumtaxat laboribus; à majoribus autem, & maximè noviter exstruendis, nullus Ducum, vel Comitum, nullus Episcoporum, vel Abbatum excusaretur aliquo modo.* Præter hæc voluit etjam Carolus, missisque suis ordinavit, ut in latrones, falsarios, aliosque malefactores inquirerent, ac denique, ut omnes Franci fidelitatem de novo sibi jurarent.

Cap. 13. fol. 114. Hinc in capitulo, apud Attiniacum, in cap. Caroli Calvi, ibidem: *Hæc memorialia capitula, quæ sequuntur, dedit missis suis domnus Carolus, anno 854. in mense Iunio, quando apud Attiniacum cum fratre suo Hlothario fuit locutus, ut illa unusquisq; missus, in suo missatico per regnum illius exsequi procuret. De missis pro latronibus, scilicet, ut addantur, & suppleantur missi, qui illa peragant, quæ in capitulis continentur, quæ suprà in Silvaco illum edidisse præscripsimus. De maritima custodia, ut secundum consuetudinem vigilanter disponeretur. De vijs per aquas, videlicet, ut, ubi noviter clausæ erant, aperirentur, sicut antiquitus fuerunt apertæ. De pontibus restaurandis, videlicet, ut secundum capitularia avi, & patris sui, ubi antiquitus fuerunt, reficiantur ab his, qui honores illos tenent, de quibus antè pontes facti, vel restaurati fuerunt. De navibus, quæ vadunt sub pontibus, videlicet, ut inde teloneum non exigatur. De advenis, quos affligunt ministri reipublicæ, scilicet, ut qui ab aliis, quos Nortmanni, vel Brittones adflixerunt, & ideò mendicando in istud regnum venerunt, vel qui propter adflictionem Aquitanicam huc venerunt, censum, vel operationes exegerunt, hoc cum sua lege illis emendet: & qui deinceps hoc facere præsumpserit, simul cum emendatione dominicum bannum componat. De latronibus, qui nunc nihil mali faciunt, & quod jamdiu fecerunt, emendatum habent, & nullus modo super eos clamat, videlicet, ut propter hoc modo non puniantur. De hominibus, qui in banno, & in pœnitentia missi sunt, & pejus semper faciunt, scilicet, ut à missis capiantur, & constringantur. De monetis, & falsariis fabris, videlicet, ut diligenter inquirantur, & emendentur. De rebus ecclesiarum in alodum datis, videlicet, ut à missis inquirantur, & describantur, & Regi renuncientur. De monasteriis circumeundis, .j. ut sicut ordinatum fuit, ita missi exsequi procurent. De hominibus, qui iterum à novo raptus faciunt, ut à missis comprehendantur, & constringantur, & ad Regis præsentiam deducantur. De fidelate Regi promittenda, .j. omnes per regnum illius Franci fidelitatem illi promittant, & qui dicunt se illam promisisse, aut certis testibus hoc ad probent, aut jurent se illam ante jurasse, aut illam ipsam fidelitatem promittant.* Sacramentum autem fidelitatis tale est. *Ego ill, Carolo Hludouvici, & Iudith filio, ab ista die,*

Fol. 117.

in ante

inante, fidelis ero, secundum meum savirum, sicut Francus homo per rectum esse debet suo Regi: sic me Deus adjuvet, & istæ reliquiæ. Sequitur eodem loco: *Anno incarnationis Domini* 854. *v Nonas Iulias in mallo Remus, isti juraverunt, quod juratam habuissent fidelitatem.* Isti juraverunt antiquitus: *Teudactus, Amalricus, Rotboldus, Amalbertus, Dodo, Vvingboldus, Berulfus, Vvala, Herilo, Heirbertus, Airardus, Gotlandus, Hilpricus, Gerlegius, Amalgisus, Heico, Amalricus major de Buxido.* Isti juraverunt fidelitatem: *Goderamnus, Dodilo, Sigebertus, Fidentius, Ermenulfus, Teutgriminus, Wicboldus, Ermengaudus, Rotmundus, Gislulfus, Haimiricus, Teutbaldus, Drogo, Teodoricus, Ebroinus, Rodoinus, Cislinus, Wlfridus, Haimuinus, Wandrebertus, Berecarius, Angelinus, Ado, Meinardus, Ottradus decanus, Guntbertus decanus, Heruuincus decanus, Ozias, Ailus, Teudaldus, Teodoldus decanus, Bertricus, Rothaus, Ingobertus, Amblinus decanus, Gozselmus decanus, Wlfarius, Flodoinus, Anglebertus, Einmenulfus, Sicbertus decanus, Hecto, Isaac, Gislardus, Alaricus, Madergaudus decanus.* Franci hîc intelliguntur, omnes Carolo subditi, à veteribus Francis oriundi, ut erant universâ Flandrâ, Cortricisо, &c. Sed neq; Francorum nomine dicebantur, oriundi à Romanis, Burgundionibus, Toringis Gothis, &c. quamquam intra Caroli regnum nati, neq; etjam servi, quorum sub Carolo Magno, & Ludovico Pio, tanta multitudo fuit in Flandris, & pago Menapisco, ut inter se adversus dominos conjurarint, de quo suprà satis. Cap. 4. fol. 27.

Nunc verò, ut ad Ingelramum nostrum Flandræ, & Curtricisi Comitem revertamur, credibile omninò est eum Cortraci, aut Harlebeckæ ferè commoratum fuisse, præsertim invalescente jam ætate; ac filio suo Balduino Ferreo inveni imperterrito, & fortissimi Brachii, unde nomen accepit, Flandram omnem, quæ non Brugensem tantùm, sed, & Furnensem, & Bergensem, & Burburgensem destrictum continebat, adversus Normannorum impetum vice suâ defendendam, jam dudum ab anno 840. commisisse, eumque esse Balduinum illum Marchionem, ad quem, in Brugensi castro potissimùm residentem Ebo Rhemensium Episcopus sacrum D. Donatiani corpus transmisit, hoc diplomate adjuncto, quod refert Miræus, in codice Donatianum Belgii, cap. 16: *Ego Ebo, indignus Rhemorum Archiepiscopus, hunc thesaurum, super aurum, & gemmas pretiosum, tibi gloriose Marchio Balduine, nostrorum consilio clericorum, transmitto; Donatianum scilicet, septimum nostræ sedis Episcopum, miræ sanctitatis virum, pium exauditorem, & promptissimum apud Deum intercessorem, tam sæcularibus angustiis occupatis, quam peccatorum sceleribus detentis. Quod nostris, & antecessorum nostrorum temporibus, miraculorum insignibus satis evidenter comprobatum est. Ejus, Sanctiq; Remigii, ac innumerabilium Sanctorum vitæ scripta, Vuandalorum vastatione scias esse deleta. Hunc* Fol. 64.

attestatione divina, tua fidei committo, quatenus eum divino servitio, in quantum vales, honorifices, & sæcularibus dites. Vale dilectissimè in Domino. Subjungit Miræus: *Recitatas à me Ebonis ad Balduinum Ferreum literas, Petrus Curtius Brugensium primus Episcopus, in feretro, seu loculo, cui ossa D. Donatiani erant inclusa an. 1566. reperit.* Balduinum Ebo Marchionem vocat, quia maritimum omnem districtum gubernabat à Gravelinga ad Scaldiam, quæ marcha erat, sive limes regni Francici, Flandra tum appellata, itemque terra Franca, & Francum, aut Liberum, substantive, vulgò Het Vrye. Videtur, & *marcha*, tum temporis usurpata vox pro territorio, .j. terræ districtu, sub castro aliquo, aut civitate condita è veteri castro; sic enim legimus in edicto Pistensi inter capitula Caroli Calvi, anno 864. fol. 297: *Et in civitate, atq; in marcha, wactas faciant, ad defensionem patriæ.* Potuit & fuisse Balduinus, Ingelrami nomine, Castellanus, seu Vice-comes castri Brugensis, in quo docuimus Francos primos, & domum Comitis, seu Graphionis sui, itemque Castellani, & Iudices suos, sive Scabinos, & mallobergium, & virscarnam antiquitus; &, post susceptam religionem Christianam, sacram D. Virginis ædem, habuisse.

Anno verò 840, aut 841. literas hasce scriptas fuisse omninò constat; siquidem compertum est Ebonem dissentientibus inter se fratribus Lothario, Ludovico, & Carolo, filiis
Fol. 871. Ludovici Pii, post Ludovicum Pium Imperatorem, ejus po-
Fol. 560. tissimum consilio, & operâ, exauthoratum, à sede sua Rhemensi, anno 835. dejectum fuisse. Meminit Baronius annal. eccl. tit. 9. & Sirmondus in Conciliis Galliæ, tom. 2. ubi actui exauthorisationis Ludovici Pii præfexus titulus ita sonat: *Quæ sequuntur gesta sunt apud Compendium palatium, contra Christianissimum Imperatorem. Acta sunt autem studio non imitandæ dejectionis ejus, ab Ebone, authore ejusdem mali, & cæteris Episcopis,*
L.1.f.305. ex edit. Pithæi. *vel errore annuentibus, vel timore consentientibus. Non sunt autem hæc, ut salubris concilii decreta amplectenda, sed, ut exitialis commenti molimina respuenda.* De restitutione Imperatoris ita Nithardus: *Occurrebat* (inquit) *insuper etjam filiis, verecundia, & pœnitudo, quod patrem bis honore privaverant; universæ plebi, quod bis Imperatorem dimiserant, ac per hoc, hinc inde, in restitutionem ejus consentiunt, & undiq; ad Sanctum Dyonisium, ubi tunc Lotharius patrem, & Carolum servabat, affluere contendunt. Cernens Lotharius prædictam animositatem vires suas excedere, antequam conveniant, arma sumit, patrem, ac Carolum dimittit, itinereq; arrepto Viennam petit. Plebs autem non modica, quæ præsens aderat, & jam jamq; Lothario, pro patre, vim inferre volebat, Rege recepto, in basilicam S. Dyonisii unà cum Episcopis, & omni clero confluunt, laudes Deo devotè conferunt, coronam, & arma Regi suo imponunt, & ad cætera deliberatiùs contendunt.*

Subsecuta

Subsecuta tum depositio Ebonis de sede Archiepiscopali, cujus in hæc verba meminit Hincmarus adversus Gotheschalcum, apud Sirmondum in Conciliis Galliæ: *Nunc videndum, de quo ordine adjudicatorum, vel condemnatorum Ebbo fuerit, quem manifestum est fuisse depositum. Qui postquam in ecclesia Sancti Stephani, apud Mediomatricum civitatem, ambonem conscendit, & se publicè denotavit coram Episcopis, & Imperatore, & clero, ac populo, qui adfuerunt, quoniam eundem Imperatorem Hludouvicum falsò criminatum, & injustè ab Imperiali sede depositum, publicæ pœnitentiæ subdidit. De quibus, & libellum de manu sua scriptum ejdem Imperatori porrexit, quem qui quæsierit, in archivo ipsius Mettensis ecclesiæ invenire valebit. Vnde etjam accusatus ab ipso Augusto, in generali Synodo, habita in Palatio Theodonis villa, inducias petiit, & secundum canonicam institutionem, elegit sibi per consensum Synodi Episcopos judices peccatorum suorum, quos canones electos appellant. De quibus scriptum est in Concilio Africano, cap. 63, ut ab electis judicibus provocari non liceat. Et dedit libellum Synodo manu suâ firmatum hæc eadem continentem: „Ego Ebbo, indignus Episcopus, „recognoscens fragilitatem meam, & pondera peccatorum meorum, „testes Confessores meos, Aiulfum videlicet Archiepiscopum, & Badaradum Episcopum, nec non & Modoinum Episcopum, constitui „mihi judices delictorum meorum: & puram ipsis confessionem dedi, „quærens remedium pœnitendi, & salutem animæ meæ, ut recede„rem ab officio, & ministerio Pontificali, quo me recognosco esse „indignum, & alienum me reddens pro reatibus meis, in quibus pec„casse secretò ipsis confessus sum. Eo scilicet modo, ut ipsi sint testes, „aliò succedendi, & consecrandi, subrogandiq; in loco meo, qui dignè „praeesse, & prodesse possit ecclesiæ, cui hactenus indignus præfui; &, „ut in ultra nullam repetitionem, aut interpellationem auctoritate „canonicâ facere valeam, manu meâ propriâ subscribens firmavi. Ebbo quondam Episcopus subscripsi. Hac scripturâ coram Synodo prolatâ, atq; confirmatâ, confessus est ipse vivâ voce, & dedit testes alios exceptis judicibus. Nothonem Archiepiscopum, Theodericum Episcopum, & Achardum Episcopum, & sic ab omnibus, qui in eodem Concilio fuerunt, Episcopis, accepit sententiam, dicentibus per ordinem omnibus, secundum tuam confessionem cessa à ministerio. Et sic coram ipso, jubente ac audiente Synodo, dictatum est à Iona Aurelianense Episcopo, Heliæ Presbytero, postea Carnotensi Episcopo, & præscriptæ paginæ confessionis ejusdem in ipsa Synodo subscriptum, atq; subjunctum hoc modo: „ Acta est hæc Ebbonis professio, ejusq; propriæ manus „subscriptione roborata, in conventu Synodali generaliter habito, a„pud Theodonis villam, anno incarnationis Domini nostri Iesu Chri„sti 835. anno etjam Imperii gloriosi Cæsaris Hludovici XXIII. in„dictione 12. sub die Kalendarum, 4. nonarum Martii. Hi sunt Episcopi, qui confessionem manu suâ propriâ firmatam audierunt, in qua continebatur, quod ipse Ebbo pro quibusdam criminibus, quæ confes-*

T.2.F.567.

„*soribus*

scribus suis: Aiulfo Archiepiscopo, Badarado Episcopo, Modoino Episcopo, Achardo Episcopo, Theoderico Episcopo, & Nothoni Archiepiscopo confessus est, nullatenus officium Pontificale agere deberet, nam, & ipsi testes, eodem Ebbone poscente, & coram adstante, in conspectu omnium, qui adfuerunt, tam Episcoporum, quam, & ceterorum Sacerdotum, vivâ voce testificati sunt, quia tale peccatum ejs confessus fuerat, pro quo dignus non erat Episcopale ministerium ultrà jam agere. Sed, & hoc ipsi testes, & Confessores subtulerunt; quia si idem peccatum ante ordinationem admisisset, nullo modo Episcopus ordinari debuisset. Pro qua re, ad eorum Concilium, dixit se idem Ebbo coram omnibus, ad ministerium Episcopale indignum, & ab eo recedere debere, & sub pœnitentia modo Dominum sibi propitium facere velle. Nam, & Episcopi secundum confeßionem ipsius manu suâ propriâ roboratam, & testimonium confessorum suorum, decreverunt, ut à ministerio recederet Pontificali, & aliis orationum officiis, & excubiis Domino serviendo, eum sibi propitium faceret. Hæc sunt nomina eorundem Episcoporum: Drogo Archiepiscopus, Hecti Archiepiscopus, Otgarius Archiepiscopus, & Raganarius Episcopus, &c.

Literas eas, ante depositionem suam, Ebo nullo modo scripsisse, credendus est, ad Balduinum Marchionem, ob nimis juvenilem tum Balduini ætatem; depositus verò, neque accessum habebat ad reliquias, neque Archiepiscopi Remorum titulum sibi attribuebat. Scriptæ itaque sunt literæ, an. 840, aut 841. postquam mortuo Ludovico Pio, Lotharius, Carolo fratre ultrà Sequanam pulso, & profligato, Franciæ universæ Monarchiam præ se ferens, Ebonem ab Italiâ evocatum sedi Rhemensi restituit. Qua de re ita Flodoardus in historia Rhem: *Ebo post hanc depositionem suam, in Cisalpinis fertur regionibus conversatus, usq; ad obitum Ludovici Imp. qui contigit, anno Dominicæ incarnationis* 840. *quo Imperatore defuncto, Lotharius ab Italiâ in Franciam venit, cui Ebo ad Wormatiam civitatem occurrit, ejq; Lotharius, post aliquot dies, sedem, & diœcesim Remensem, per edictum Imperiale, restituit. Cujus edicti hoc habetur exemplar:*

L. 2, c. 20. fol. 273.

„In nomine Domini nostri Iesu Christi Dei æterni, Lotharius divinâ „ordinante providentiâ Imperator Augustus. Quia confeßio delictorum, non minùs in adversis necessaria est, quam in prosperis, „& cor contritum, & humiliatum Deus non despicit, gaudium etiam „esse Angelorum in cælo, super uno peccatore, pœnitentiam agente, „non dubitamus, nos mortales in terris eos nequaquam despicimus, „pro quibus gaudere Angelos in cælo, divino testimonio non ignoramus; potestatem ergo, quam, pro causa nostra raptus, perdidisti, „repetentibus ecclesiæ tuæ filiis, præsentibus quoq; adstantibus, ac decernentibus, præsulibus, sedem, ac diœcesim Remensis urbis tibi, Ebo, restituimus, &c. Drogo Episcopus assensi, Otgarius Archiepiscopus, Hecti Archiepiscopus, &c. Actum in Engilenheim, in Palatio publico, in mense Iunio, 8, *Kalend. Iulii, regnante, & imperante Domino*

,,*mino Lothario Cæsare, anno reversionis ejus* 1. *successor factus pa-*
,,*tris in Franciâ.* Recenset, & hoc edictum Sirmondus in Conciliis Gall. tom. 2. fol. 631. Flodoardus autem paucis interpositis ita subjungit: *Ita eo tempore, quo Lotharius Carolum à regno expulit, & ultrà Sequanam fugavit, Ebo sedem Remensem, post sex annos suæ depositionis recepit, sicq; ordinationes celebrans quosdam clericos ordinavit.*

Restitutum itaque in hunc modum cathredæ Remensi Ebonem primò statim anno, sacras D. Donatiani reliquias, ad Balduinum in castro Brugis habitantem, destinasse, pro certo habendum; cum uno tantùm anno à restitutione, Archiepiscopatûs munere eum fuisse functum, asserat idem Flodoardus, libro suprà citato: *Per totum circiter annum hoc Episcopium tenuit, donec Carolus resumptis viribus in Belgicam reversus est. Quod audiens Ebo, relictâ sede Remensi, ad Lotharium profectus est, & in ejus familiaribus mansit obsequiis: donec una cum Drogone Metensium Præsule, Romam petiit, ubi à Sergio Papa reconciliari, ac pallium sibi tribui postulavit; cui idem Papa communione tantum concessâ, pallium renuit. At Ebo Româ reversus, Abbatiam Sancti Columbani, in Italia dono Imperatoris Lotharii possedit, donec legatione in Græciam ab eodem Imperatore sibi commissam exequi detrectavit; quo circâ rebus sibi ab Imperatore, quæ datæ fuerant, ablatis, ad Ludovicum Regem Germaniæ dimigravit, à quo in regione Saxoniæ quoddam Episcopium promeruit, ubi, & Episcopi deinceps perfunctus est ministerio.* Miræus in notationibus ad suprà relatum diploma, scribit Episcopium illud fuisse Hilsdesheimense, Ebonemq; ibidem obijsse anno 851. vel, ut alii scribunt 854. Cum itaque Ebo demum in diplomate Lotharii dicatur fuisse restitutus anno ejus primò, is autem fuerit 841. non potest, nisi hoc anno, sacrum illud pignus Remis Brugas misisse, minimè verò anno Meyeri 893. quo constat eum ne in vivis quidem, nedum Remis fuisse.

Hist. Rhena. lib. 2. cap. 20. f. 275.

Observandum verò, inter hæc tempora, in usu fuisse, ut in castra, & ad ipsum prælium, Sanctorum lipsana, à Sacerdotibus, ac Episcopis deferrentur. Quod liquet ex Capitulis Caroli Magni in Synodo Wormatiensi editis, apud Sirmondum, ita enim ibi, cap. 4: *Volumus, ut nullus Sacerdos in hostem pergat, nisi duo, vel tres tantùm Episcopi, electione cæterorum, propter benedictionem, & prædicationem, populiq; reconciliationem, & cum illis electi Sacerdotes, qui benè sciant populis pænitentias dare, missas celebrare, de infirmis curam habere, sacratiq; olei cum sacris precibus unctionem impendere, & hoc maximè prævidere, ne sine viatico quis de sæculo recedat. Hi verò, nec arma ferant, nec ad pugnam pergant, nec effusores sanguinum, vel agitores fiant: sed tantùm Sanctorum pignora, & sacra ministeria ferant, & orationibus pro viribus insistant, ut populus, qui pugnare debet, auxiliante Domino*

mino, victor existat, & non sit Sacerdos, sicut populus.

Fol. 25. Chronicon Turonense M. S. apud du Chesne, in hanc rem ita, libro de gestis Normannorum, ad annum 841: *Lotharii Imperatoris anno* 1. *Hastingus cum innumera Danorum multitudine Franciam ingressus, oppida, rura, vicos, ferro, flamma, fame depopulatur. Galliæ itaq; superioribus finibus accensis, Turonum venit; ibiq; Ambazia, & universis, quæ inter Ligerim, & Carim fluvios continebantur, in favillam redactis, Turonum obsidet, cumq; urbem crebris assultibus infestaret, Turonici viribus diffidentes, corpus Sancti Martini, flentes, & dolentes rapiunt, & super murum, quo belli violentior impetus erat, mortuum pro vivis propugnatorem opponunt. Quid plura? virtute sancti, Dani fugiunt, fugientes Turonici persequuntur, secum corpus B. Martini cum laudibus deferentes, sicq; pars Danorum gladio cadit, pars capta reducitur, pars altera fugiens, sic evasit, &c. In honore verò Sancti eo die, quo de Danis habuerunt victoriam, scilicet IV. Idus Maii, instituerunt solemnitatem annuam celebrandam, quam subventionem propriè nuncuparunt. Dani verò, qui remanserant in unum congregati, per mare Britannicum Ligerim ingressi aggrediuntur Namnetem civitatem, & in Sabatho Paschæ, Episcopum fontes benedicentem, trucidant, clerum, & populum diversis cruciatibus occidendo. Contra quos Carolus Calvus Rex, cum Britonibus, & Francis veriliter occurrens, eos fortiter debellavit.*

Erat, & huic Eboni familiare, in partes infidelium invasionibus patentes, Sanctorum reliquias, aut dirigere, aut asportare, ita enim antea Danorum Apostolicus Legatus cum esset, aliorum Episcoporum Remensum sacra corpora, vel ipse detulit, vel ad Apostolicæ vineæ cultores, eodem transmisit; qua de re hæc M. Adamus: *Eodem tempore B. Ansgarius corpora Sanctorum, quæ dono Ebonis Archiepiscopi susceperat, trans Albiam fertur deportasse, & corpus quidem Sancti Martiniani, apud Heiliganstad reposuit, Xisti verò, & Sinicii, cum aliorum Martyrum patrociniis, in urbe Hammaburgii collocavit. Beati verò Remigii cimilia, cum ingenti honore servavit Bremæ.* Sixtus, & Sinicius, primi fuere ecclesiæ Remensis Episcopi, Flodoardo teste, qui de ijs agit, lib. 1. cap. 3. Maternianus Donatianum prædecessit, eodem teste, lib. 1. cap. 5: *Inde Maternianus, cujus reliquias ossium, Dominus Hincmarus Archiepiscopus Ludovico Regi Transrhenensi, se direxisse, commemorat in epistola, pro ejusdem, aliorumque Sanctorum pignoribus ad eundem Regem transmissa.* Fit, & ibidem mentio reliquiarum D. Donatiani, in partes Episcopii Tornacensis transmissarum, hoc modo: *Hinc Donatianus exstitit Episcopus, cujus etjam pignora, maritimas in partes Episcopii Noviomagensis, vel Tornacensis perlata, vario signorum memorantur splendore decorata.* Partes autem Tornacensis Episcopii maritimas, esse Flandram, atque imprimis castrum Brugas, Tornacensi ecclesiæ, tum subjectas, liquidius est, quam, ut probari debeat, &

Hist. eccles. c. 19.

attestatur

attestatur Colvenerius, in hunc Flodoardi locum; sed, qui de translationis tempore, Meyerum sequitur errantem. D. Ioannes Iacobs, S. Donatiani Canonicus, edito nuper libello de festis propriis eccclesiæ Cathedralis Sancti Donatiani Brug. agens de translatione S. Donatiani, existimat, anno 841. ab Ebone missum quidem sacrum corpus ad Balduinum Ferreum, at in monasterio Toroltano per viginti duos annos conservatum, inde demum anno 863. Brugas delatum fuisse, his verbis: *Circa annum verò Domini octingentesimum quadragesimum primum, corpus illius ab Ebone, ejusdem sedis Episcopo, Flandriam ad Balduinum Ferreum, ut ferocis gentis animi, cultu religionis mitescerent, transmissum est, cum hujusmodi litteris: Ego Ebo, indignus Rhemorum Archiepiscopus hunc thesaurum super aurum, & gemmas pretiosum, tibi gloriose Marchio Balduine, &c.* ut suprà. Et mox: *Sacrum igitur hoc donum primum ad Turholtum monasterium, inde verò anno Domini octingentesimo sexagesimo tertio, jussu ejusdem Balduini ad portum Brugas, (quæ nunc est ampla Flandriæ civitas) cum magna celebritate delatum est, & collocatum in æde sacra Deiparæ Virginis, in qua Arnulphus Comes à se aucta, in honorem Sancti Donatiani, anno nongentesimo quadragesimo, instituit duodecim Canonicos, cum Præposito, quibus varias decimas, aliaq; bona attribuit: eamdemq; Paulus Papa IV. anno 1559. in Cathedralem erexit, ubi adhuc quiescit clarum miraculis, ut patet ex sequentibus desumptis, ex antiquo Lectionario ejusdem ecclesiæ, unde eadem habet Surius, tom. 5. ad diem 14. Octob.* Fol. 64.

Quod nullo modo verosimile est, cum Toroalti non fuerit castrum munitum, ut Brugis, in quo Comes domicilium habuit, &, ubi sacra lipsana tutò poterant conservari. Sed, & clarè suprà scribit Flodoardus: *D. Donatiani pignora, maritimas in partes Episcopii Tornacensis, transmissa esse*, quæ aliæ esse non possunt, quam castrum Brugense, totaq; terra Franca ad mare sita, Flandra tum temporis appellata, &, ubi Balduinus Comes duplex habebat domicilium. Ingelrami videlicet, patris sui, Flandriæ Comitis, ob ingravescentem ætatem, Cortraci, aut Harlebecæ habitantis; & fortè suam, ut Castellani, seu castri Vice-comitis; & Flandræ Marchionis. Martyrologium Gallicanum Saussay, de translatione sacri corporis, ex urbe Rhemensi Brugas, ita loquitur ad diem trigesimum Augusti: *Brugis in Flandria translatio Sancti Donatiani, Remensis Episcopi, cujus venerabile cadaver in ecclesia S. Agricolæ sepultum, ibidem tamdiu jacuit, quousq; Ebbo, Remensis Archiepiscopus, id religiosis votis concessit Balduini Ferrei Marchionis: postq; Comiti Flandriæ, qui id honorificè Brugis collocavit, in Basilica, titulo conspicua ipsius B. Pontificis.* Rectè dicit primò Marchionis, deinde Comitis Flandriæ; quamdiu enim Inghelramnus in vivis fuit, non erat Balduinus Comes. Idem Martyrologium sub 14. Fol. 566. Lib. 2. C. 97.

Octobris: *Ipso die Sancti Donatiani, Remensis metropolis Episcopi, & Confessoris, qui ortu Romanus, filius Cornelii, & Lucinæ, primum ætatis florem, divinæ sapientiæ studiis exornavit. Obq; virtutum Christianarum dotes, ablegatus in Galliam, ad religionem promovendam, & animas incolarum excolendas; Sancto Materniano, Remensi Archipræsule ad sedes beatas ascendente, selectus in ejus vicem, ecclesiæ illius nobilissimæ gubernacula, ab anno Christi trecentesimo sexagesimo primo, ad annum usq; trecentesimum nonagesimum, laudabili moderamine direxit. Demumq; rerum admirabilium cœlestiumq; virtutum splendore coruscans, filius lucis, pacisq; parens, & pietatis, atq; justitiæ egregius sator, & cultor, cursu egregiè confecto, ad coronam emeritam properavit. Cujus tumulum miracula inde ingentia illustrârunt. Ob quæ cœlestis gloriæ insignia, ut potens opitulator, à Balduino Ferreo, Flandriæ Marchione expetitus est, quatenus sacrorum ejus pignorum præsidio, tota hæc regio, oceano vicina adversus Danos, Normannos, cæteramq; Aquilonis barbariem, muniretur, &c.* Et mox: *Ab Ebbone Archiepiscopo Remensi, sacratissimum ejus corpus in scrinio conditum pretioso, Brugas ad ipsum Balduinum dono transmissum est: hoc cum monitu, ut ab eo congrua veneratione observaretur: cum jam pridem comprobatum esset, virum miræ sanctitatis, pium exauditorem, & promptissimum apud Deum intercessorem se consuevisse præbere, tam sæcularibus angustiis occupatis, quàm peccatorum nexibus detentis. Igitur ab ipso Principe, magna cum devotione suscepto tanti cœlitis corpore: in Basilica Sanctæ Mariæ collocatum est eximio cum ornatu. Radiavit autem illic beatus hospes tot prodigiis, ut ædem sacram, tandem in suum patrocinium, & titulum vindicârit.* Idem ad 6. Ianuarii de corpore Sancti Donatiani: *Illud Ebbo, Remensis Archiepiscopus, religioso munere transmisit Balduino Ferreo, Marchioni Flandriæ, qui hodie illud collocavit summa cum veneratione in ecclesia Sanctæ Mariæ Brugis: ubi cum crebris miraculis coruscaret, templi ipsius veteri mutata nuncupatione, beati ipsius Donatiani nomen, ædi ipsi sacræ, communi voce inditum est.*

Chronica nostra vernacula scribunt Balduinum, Inghelrami nepotem fuisse, filium Audoacri; verum series temporum, ac rerum gestarum, perspicuè demonstrat eum debere fuisse filium; utpote anno 841. Marchionem appellatum, & agentem minimùm annum ætatis vigesimum secundum, adeò, ut anno 862. cum rapuit Iuditham, habuerit annos quadraginta duos, ut alibi pluribus demonstrandum.

Inghelramum Comitem vixisse adhuc anno Christi 858. patet ex sacramentis, apud Carisiacum Regi Carolo eo anno præstitis, præsente Hincmaro, Archiepiscopo Remensi; Immone, Episcopo Noviomensi, & Tornacensi; Hungario, Engiscalco, Herluino, Comitibus præscriptis, ipsoque Engilramo, de quo sic in Capitulis Caroli Calvi, cap. 22: *Sacramenta apud Carisiacum. Acta sunt hæc sequentia apud Carisiacum Palatium anno*

Fol. 164.

tium anno incarnationis Dominicæ 858. regni autem domni Caroli 18. indictione 6. 12. Kal. Aprilis, in Dei nomine feliciter. Sacramentum fidelium: Quantum sciero & potuero, Domino adjuvante, absq; ulla dolositate, aut seductione, & consilio, & auxilio, secundum meum ministerium, & secundum meam personam, fidelis vobis adjutor ero, ut illam potestatem, quam in regio nomine, & regno vobis Deus concessit, ad ipsius voluntatem, & ad vestram, ac fidelium vestrorum saluationem, cum debito, & honore, & vigore, tenere, & gubernare possitis: & pro ullo homine non me inde retraham, quantum Deus mihi intellectum, & possibilitatem donaverit. Sacramentum Regis: Et ego quantum sciero, & rationabiliter potuero, Domino adjuvante, unumquemq; vestrum secundum suum ordinem, & personam honorabo, & salvabo, & honoratum, ac saluatum, absq; ullo dolo, ac damnatione, vel deceptione conservabo, & unicuiq; competentem legem, & justitiam conservabo. Et qui illam necesse habuerit, & rationabiliter petierit, rationabilem misericordiam exhibebo, sicut fidelis Rex suos fideles per rectum honorare, & saluare, & unicuiq; competentem legem, & justitiam in unoquoq; ordine conservare, & indigentibus, & rationabiliter petentibus rationabilem misericordiam debet impendere. Et pro nullo homine ab hoc, quantum dimittit humana fragilitas, per studium, aut malivolentiam, vel alicujus indebitum hortamentum deviabo: quantum mihi Deus intellectum, & possibilitatem donaverit. Et si per fragilitatem contra hoc mihi subreptum fuerit, cùm hoc recognovero, voluntariè illud emendare curabo. Hincmarus Archiepiscopus, Immo Episcopus, Yrminfridus Episcopus, Hincmarus Episcopus, Hilduinus Abba. Hungarius, Engilramnus, Isembardus, Odo, Osbertus, Ratbodus, Hunfridus, Odalricus, Rhodulfus, Engischalcus, Herluinus, Hitto. Neque eum diu crediderim postea super vixisse, utpote in grandæva tum ætate existentẽ. Massæus itaq; Inghelramum, quem, ut & Chronica Flandriæ, statuit filium Liderici Harlebecani, malè, obijsse narrat anno 753, ita scribens ad annum 835: *Eodem anno defunctus est Lidericus Princeps Flandriæ, sepultus in Harlebeca, filius ejus Engilramus regnavit annis 18. terram sylvestrem arabilem fecit, multos pagos constituit.* Ad annum 835. adde octodecim, habebis 853. quo obijsset Inghelramus. Porrò, quod ait Massæus, de terra sylvestri ab eo arabili reddita, prorsus convenit officio ejus, & dignitati, utpote Comiti Cortricisi, quæ prima sedes fuit pagi Menapisci, & fortasse non aliunde Meenen, urbs Cortraco vicina, quam à veteribus Menapiis nomen accepit. De pagis verò constitutis, quadrat ejdem Inghelramo, ut Comiti Flandrarum, quæ pagis erant repletæ, quarum aliqua nomina jam dedimus, ex diplomatibus antiquis. Meyerus jam inde ab anno 808. eum Flandriæ præfuisse scribit: *Engilramus Comes Harlebecanus, &c. fit saltuarius Flandriæ, in fide, ac clientela Caroli Magni. Hic omnium primum habuit tutam ab prædonibus reddere patriam: piratas*

Cap. 4. fol. 27.

Fol. 10. vers.

terroremq; omnem maritimum littoribus arcere, quietem securitatemq; præstare agricultoribus, terram rudem, ac sylvestrem, ad meliorem perducere cultum. Templa passim, & nova facere, & collapsa restituere: religione civilibusq; moribus ferocem imbuere gentem: summâ ope justitiam legumq; reverentiam introducere: oppida, castella, vicos, ab Hunis, Vandalis, Francisq; excisa, pontes, arces, aliaq; ædificia diruta, ac vastata, reficere; nova subinde ab fundamentis educere, fluvios imprimis, torrentesq;, ac fertilissima quæq; loca frequentiùs colere, omni ope juvare nascentis imperii primordia, talemq; rebus omnibus agere Principem, ut rem longè augustiorem, quam acceperat, relinqueret. Et ampliùs, Buselinus anno 808. fol. 98: *Engleramus, Enguerramum quidam vocant, ejus filius, provecta jam ætate vir, Flandriæ gubernaculis admotus, hereditario jure brevi formidinem extinxit. Fuerant illi paternæ virtutes, emulatio æqui, rectiq; studium, animus imperterritus, consiliorum vis magna, præclarum aliquid adeundi ardor, insignis corporis robur nulli secundùm. Igitur quantùm mæstitiæ Liderici mors attulit, tantùm spei, & lætitiæ Englerami primordia fecere. Præcipuus labor illi fuit, prædonibus (qui Principum interitu ad rapinas etiam apertas incitantur) ditionem nudare: coq; terra, & mari graviùs incubuit, ab ipso præsidium littoribus impositum, arcendis Oceani piratis: per regionis itinera, latronibus opprimendis, frequentes cum armis milites collocati. Ita brevi parta quiete animum ad cultum, ornatumq; omnis Flandriæ contulit. Templa passim erigere, disjectas quondam arces, oppidavè solo prostrata restituere, urbes novas moliri, opacas multis locis eruere silvas, frumenti sationibus agros parare; vicinos fluminibus tractus excolere, mortales probos amare & laudibus ornare, pervicaces, & improbos legum sævitiâ coërcere, & castigare, jucundissimum studium fuit.* De eo breviter Heuterus, in Genealogia Flandrica: *Qui multa Flandriæ oppida ad mare sita, muro cinxit, atque in plerisq; arces exstruxit.* Quæ omnia originem habent, ex Capitulis, apud Sylvacum, & Attiniacum, suprà datis, sub Carolo Calvo, ac per missos executioni mandatis.

Quædam vetera Chronica notant Enghelramum singularis fuisse fortitudinis. Liber M. S. Gallicus Doremieux, qui ex Gallicorum scriptorum antiquissimis est, hæc de eo habet: *Chieulx Liedrix, engendra le Conte Engerram, qui moult fu hardis, Vaillans, & de grand force.* Quem secutus, ut in cæteris Den. Sauvaige, sic ait fol. 1: *Si eut Liederic un fils, qui regna apres luy, estant nommé Enguerram. Cet Enguerram fut de si grand force, que nul homme ne luy pouuoit contrester.* Item Oudegherstius, cap. 15. fol. 31. verso: *Ie ne treuue de luy aucunne chose memorable par escript, fors quil estoit si fort, & robuste de sa personne, quil ny auoit en son temps homme, qui osast lucter contre luy.* Vnde mirum nemini videri debet, quod filius ejus Balduinus tantæ fuerit fortitudinis, ut *Ferreus*, & *Ferreum brachium*, appellaretur.

Massæus

Maſſæus, id, quod alii ſuprà Engelramo adſcripſere, de urbibus, & caſtris, & templis exſtructis, tribuit filio ejus Audoacro, ſub annum 854. ita enim ſcribit, fol. 10: *Anno 851. Normanni vaſtaverunt Flandriam, & alia multa. Poſt annos 3. Ingelrami filius Audacer, Flandriæ Rector, ſtatuit, quantùm quiſq; terræ excoleret, evulſis arbuſtis, tantùm ſibi vindicaret. Hinc plurimi convenerunt coloni, qui terram purgarent; extruxit Toroltum, Caſletum, Curtracum, arcem Aldenardi, muroſq; Gandavi, ubi, & primum lapidem poſuit templi Sancti Ioannis Baptiſtæ.* Sic, & alii, Audoacrum hunc, cum ipſo Engelramo, aut cum filio ejus Balduino, confundentes. Vnde conjicio confictum eſſe nomen, è cura cuſtodiæ maritimæ, dum exhortando cuſtodes, ſæpiùs pronuntiant: **Houd**, vel **haud u wacker**, quod nobis ſignificat: *vigilem te tene.* Vnde natum Odoacer, & Audoacer, Inghelrami, ſeu Balduini agnomen, nataque fabula de Odoacro, Audoacro, ſeu Audacro, Inghelrami filio, Balduini patre.

Quidquid ſit, certum eſt Balduinum Ferreum, aliquot annis, Engilramo Comite vivente, Flandram adminiſtraſſe; neq; dubium, quin, eo mortuo, omnes Comitatus ejus ſit adeptus, utpote, ob fortitudinem, ſummo loco, apud Carolum Calvum ſemper exiſtens. De quo Meyerus hoc modo ad annum 837. in Annalibus, fol. 10. verſo: *Balduinus Ferreus vir erat ingenti animo, prævalido, ac robuſto corpore, vultu decoro, ſtaturâ, ac moribus planè Regiis, domi, militiæq; longè clariſſimus; cum Carolo Rege cognomine Calvo, ejuſq; filio Ludovico, ſtrenuam adverſus Normannos navavit operam: nec minora in Saracenos fecit facinora. Ab eximiis corporis viribus, armorumq; exercitatione, ac fortibus factis, brachium Ferreum Albericus Monachus cognominatum tradit.* Quod, ad rei veritatem, magis explicat Marchantius, hoc modo: *Balduinus primus, ut Ferreus vulgò diceretur, robur, virtuſq; militaris viri, effecit, & quod ſæpiſſimè armis ſplenderet. Sub Carolo Calvo, Galliæ Rege, contra Saracenos, ex Mauritania, Hiſpaniaq;, in Aquitaniam ſubinde irruentes, Danoſq; Aquilonares, militiæ tyrocinium poſuit.*

Quod adoleverit in aula Caroli Calvi, patet, vel ex Capitulis ipſius Calvi, quibus docemur in more fuiſſe, ut Comitum filii in aula Regis alerentur, & quotieſcumq; uſu veniret, in hoſtem pergerent, cum ipſo Rege; deinde, ut Comite defuncto, filius in ejus locum ſuccederet, cap. 44. apud Kariſiacum, fol. 444: *Si Comes de iſto regno obierit, cujus filius nobiſcum ſit, filius noſter, cum cæteris fidelibus noſtris ordinet, de his, qui eidem Comiti plùs familiares, & propinquiores fuerunt, qui cum miniſterialibus ipſius Comitatus, & cum Epiſcopo, in cujus parochiâ fuerit ipſe Comitatus, ipſum Comitatum prævideant, uſq; dum nobis renuntietur, ut filium illius, qui nobiſcum erit, de honoribus illius, honoremus; ſi autem filium parvulum habuerit, iſdem filius ejus, cum miniſterialibus ipſius Comitatus, & cum Epiſcopo, in cujus parochiâ conſiſtit, eundem*

Comitatum prævideat, donec obitus præfati Comitis ad notitiam nostram perveniat, & ipse filius ejus per nostram concessionem, de illius honoribus, honoretur. Si verò filium non habuerit, filius noster, cum cæteris fidelibus nostris, ordinet, qui cum ministerialibus ipsius Comitatus, & cum Episcopo, in cujus parochiá consistit, eundem Comitatum prævideat, donec jussio nostra inde fiat, & pro hoc ille non irascatur, qui illum Comitatum praviderit, si eundem Comitatum alteri, cui nobis placuerit, dederimus, quam illi, qui eum hactenùs prævidit.

Sed, & Balduinum mortui patris Comitatus omnes adeptum, frequenter in aula Regis conversatum fuisse, facilè apparet ex ea, quæ cum filia Regis Iuditha ei intercessit familiari consuetudine; quæ tanta fuit, ut eum ipsa præ cæteris dilexerit, & in conjugium ejus consenserit, circa annum Christi 861; eas nuptias velut conciliante, saltem consentiente, fratre Iudithæ Ludovico, quicum summam inierat gratiam Balduinus, qua de re loquitur in hunc modum Flodoardus, lib. 3. cap. 12: *Sed, & de conjunctione Balduini Comitis, & Iudith indebita, quæ scilicet Iudith, Caroli Regis filia, Ediluulfo Regi Anglorum, qui, & Edelboldus, dudum fuerat in matrimonium copulata, & Reginæ decore, ac benedictione insignita; post cujus obitum, venditis, quas in Anglorum obtinuerat regno, possessionibus, ad patrem revertitur, quæ sub regali tutela sic manere decernitur: sed illa Balduinum Comitem, ipso lenocinante, & fratre suo Ludowico consentiente, secuta est. Vnde Rex Carolus Episcopos, ac cæteros regni sui primores consulens, post mundanæ legis judicium, canonicam in jam dictum Balduinum, & Iudith, secundùm edicta B. Gregorii, ab Episcopis depromi sententiam fecit.*

Ad castrum Brugense Balduinum secutam fuisse Iuditham, tradit Ioannes Gerbrandus à Leydis, his verbis: *Anno Domini octingentesimo sexagesimo secundo, Balduinus invenit in civitate Saulis* (lege *Senlis*, .j. Sylvanecti) *filiam Caroli Calvi, Regis Francorum, relictam Oswaldi* (lege *Ethelwulfi*) *cujusdam Regis Angliæ, cum fratre suo Ludovico Balbo habitantem, visaq; pulchritudine ejus, Balduinus captus est amore ejus; qui loquens cum ea, perduxit secretè Brugis.*

Lib. 6. cap. 8.

Ejus rei constans est traditio apud Brugenses, quam, & adstruit Chronicum vernaculum, cap. 6. fol. 8: Die welcke Boudin Dyserin soo schoone toesprack, soo dat hyse ontscaeckte de, ende brachse in Vlaendren te Brugghe.

Exstat ea de re epistola Caroli Calvi ad Ludovicum, Germaniæ Regem, fratrem suum; item epistola Nicolai Pontificis ad Carolum Calvum pro Balduino, & Iudith intercedentis. Item ejusdem Pontificis ad Hirmentrudem Reginam Caroli uxorem, ut apud maritum agat pro Balduino, qui Romam supplex confugerat. Ejusdem quoq; Pontificis ad Episcopos

synodi

ſynodi Sylvanectenſis, ubi Iudith rapta fuerat, ut pro Balduino apud Carolum intercedant. Deinde exſtat epiſtola Hincmari, Archiepiſcopi Remenſis, ad Nicolaum Pontificem, qua ſignificat Carolum in nuptias, non tantùm conceſſiſſe, ſed, & *honores* Balduino donaviſſe, unde & tertia eſt Nicolai Pontificis ad Regem Carolum, qua ei pro munificentia in Balduinum gratias agit.

Eas omnes ſcriptas anno 862. pro magna parte dedimus in Genealogia Comitum Flandriæ, ad probationes tabulæ primæ, quò Lectorem remittemus; ibi notatum per *honores*, quorum meminit Hincmarus, & *dapſilitatem*, de qua ſcribit Pontifex, intelligi Flandriæ Comitatum; ſic videlicet ſuprà in Capitulis Caroli Calvi folio 444. Filius patre Comite mortuo dicitur *honoribus* patris honorandus, & ſæpiùs in ijſdem Capitulis *honores* ponuntur, pro Comitum dignitate, ut, & apud omnes ejus temporis Auctores. Fol. 54

Verùm non patris tantùm *honoribus*, .j. quinque Comitatibus, ſæpiùs antedictis, honoratus fuiſſe, credendus eſt Balduinus; ſed, & Comitatibus Berengarii, Herluini, &c. omnibuſque inter Somonam, Oceanum, & Scaldim, quà patuerat Franciæ maritimæ Ducatus, ſive Comitatus; quos omnes Balduinus jam factus gener Regis, unum tantùm eſſe Comitatum voluit, ut oſtendemus capite ſequenti.

Notandum hoc loco, intercedente Papa, alijſque Francici regni Epiſcopis, Balduino, cui jam ſacris interdum fuerat, eam gratiam datam, illoſque honores conceſſos, à Carolo Calvo, quia verebantur omnes, ne Balduinus, ob interdictum illud, & exilium, nimiamque ſoceri indignationem, velut in furias actus, Normannis, tum Belgicam Provinciam mirè infeſtantibus, ſeſe conjungeret; quo facto actum de Belgica fuiſſet. In quam rem operæ pretium mihi viſum eſt integram epiſtolam Nicolai Papæ ad Carolum Regem ſcriptam, prout eſt apud Sirmondum, tom. 3. Conc. Galliæ, fol. 193. hoc loco adferre: *Nicolaus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Carolo glorioſo Regi majori: Beato, ac pretioſo Chriſti Dei noſtri cruore Eccleſia ſancta redempta, & ſacro ipſius Domini ſuper ſolidam veræ fidei petram fundata eloquio, pietatis ſuæ viſcera omnibus, non ſolùm quos ex aqua regenaverit, & ſpiritu delinquentibus, verùm etjam quos ſacri necdum lavit unda baptiſmatis, patet, atque gremio gratulatur fovere ſalubri. Vnde ab ipſo inſtitutionis ejus exordio, ad eam omnes, velut ad pium cariſſimæ genetricis gremium, confugere digna devotione procurant, qui ſe in aliquo flagitii ſcelere jacere cognoſcunt: ut per ſpiritualem gratiam, quæ ritè ignoſcit pœnitentibus, à peccatorum nexibus abſolvantur. Et quoniam ad hanc ſanctam Romanam, cui Deo auctore deſervimus, Eccleſiam, quæ ob ſui privilegii principatum, quo ceteras Dei eccleſias orbe univerſo diffuſas excellit divinitus, de di-*

versis mundi partibus quotidie multi sceleris mole oppressi confugiunt, remissionem scilicet, & venialem sibi gratiam tribui, supplici, & ingenti cordis mœrore poscentes: à qua verò ob insigne dilectionis meritum, & debitæ compassionis gratiam, recti liberaminis auxilium cunctis fida petentibus intentione tribuitur, atque largitur. Idcirco ad beatissima Sanctorum Apostolorum Principum Petri, ac Pauli confugere lumina, nostrumq; Pontificium Balduinus, vasallus vester, ardenti animo accedere studuit: qui vestram se habere indignationem, eo quod Iudith filiam vestram, illum præ ceteris diligentem, sine vestræ voluntatis consensu, in conjugium elegerit, eamque volentem acceperit, ore proprio retulit. Quamobrem præsulatui nostro preces multimodas fudit, orans, & petens obnixè, ut magnitudinis vestræ per nostram interventionem adipisci gratiam mereretur. Cujus non crebris petitionibus, & misericordiæ largitate commoti, vestram regalem excellentiam his Apostolatus nostri apicibus, præsentibusque legatis, Radoaldo videlicet, & Ioanne, reverentissimis, & sanctissimis Episcopis, deliciosis nostris, valdè precamur, ut pro Iesu Christi Domini nostri amore, & Sanctorum Apostolorum Petri ac Pauli, quorum auxilium ipse Balduinus, magis quàm Regum terræ, fide devota quæsivit, nostraq; dilectione, quam vos luculenter habere agnoscimus, jam dicto Balduino, quia, & tale jam olim aliis evenisse Regibus scitur, indulgentiam pariter, & plenariam gratiam largiamini, ut vestræ amplitudinis fretus benignitate consistat, maneatq; inter ceteros vobis fideles securus. Qui sanè ideo vestræ sublimitatis gratiam, ut tribuatis deposcimus, non solùm, quia pio amore omnibus, qui aliquo fuerint sceleris contagio maculati, hujus Apostolicæ sedis opem, atque misericordiam, & præsidium postulantibus, humiliq; devotione quærentibus, pro qualitate facti subvenire debemus: verùm etiam metuentes, ne propter iram indignationemq; vestram ipse Balduinus impiis Normannis, & inimicis ecclesiæ se sanctæ conjungat, & in populo Dei, quem prudenti consilio, menteq; sollicita, salvum, & incolumem regere, & gubernare debetis, aliquod ingerat periculum, & scandali fomitem, qui fidelium cœtus depopuletur, immittat; & ob hoc animæ vestræ, quod absit, contingat discrimen. Dextra vos supernæ protegat majestatis, & ab omnibus semper adversitatibus illæsos custodire dignetur. Data IX. Kalendas Decembres, Indictione XI.

Hisce aliisque literis, eaque consideratione, ut arbitror, Caroli Calvi *animus paternus motus, ex hoste prædoneq; sanguinis sui* Balduinum *generum salutavit, Flandriâ eum donavit, eundem Comitatum instituit*; ut loquar verbis Æmylii optimi scriptoris.

Eâ itaque gratiâ, iisq; honoribus sibi concessis, post celebratas Auxerræ nuptias, nihil habuit antiquius Balduinus, quam ad defendendam adversus Normannos Flandram, in castrum Brugense, statim cum uxore reverti; unde milites suos per totam Flandram emisit, castra quædam sive firmitates ex aqua eduxit, & custodiæ maritimæ diligenter insudavit, Norman-

Normannosque navibus suis appulsos, ita excepit; ut deinceps, eo vivente, in Flandrensem destrictum ausi nunquam fuerint reverti. Meminerunt archiva Bertiniana, apud du Chesne, tom. 3. anno 864. fol. 221: *Normanni, qui cum plurimo navigio in Flandris appulerunt, resistentibus sibi pagensibus per Rhenum ascendunt.* Flandris videlicet, qui pagatim ferè habitabant, custodiam maritimam rectè observantibus, sub fortissimo, ac vigilantissimo Comite Balduino.

Eo anno 864. & anno sequenti, Balduinus operam adhibuit Brugensi castro, & vico, aquis, & firmitatibus muniendis, adversus Normannos, ex edictis synodi Pistensis anni 862, & 864, quæ habentur in Capitulis Caroli Calvi editis à Sirmondo. Acta synodi Pistensis anni 862. ita incipiunt in ijsdem Capitulis: *In nomine sanctæ, & individuæ Trinitatis, Carolus gratiâ Dei Rex, & Episcopi, Abbates quoq́, & Comites, ac cæteri in Christo renati fideles, qui ex diversis provinciis super fluvium Sequanam, in locum, qui Pistis dicitur, ubi exigentibus peccatis nostris, aliquamdiu sedes fuit Normannorum, convenimus, anno ab incarnatione Domini 862. anno verò 23. Regni Domini nostri Caroli Regis gloriosi, indictione 10.* Ex ipsius verò Capitulis ita habeto: *Supervenientibus perturbationibus, tam à paganis, quam à nomine tenus Christianis, &c. in hoc regno mala horribilia increverunt, &c. Contra quos defensionem paravimus; sed defensionis auxilio sicut necesse fuerat, hactenùs non fuimus adjuti, &c. reparemus ergo nos per pœnitentiam, &c. & quantùm quisq́ recognoscit se à Deo aruisse per culpas, tantùm bibat compunctionis suæ lacrymas, & tunc proficient, in aqua ista, quas facimus firmitates, si bonas restruxerimus, quas in nobis destruxerunt peccata, virtutum, munitiones.* Sed, & in edicto Pistensi anni 864. ibidem, ad fideles suos, inter quos Balduinus noster, ita adnuntiat Carolus Calvus: *Vos commonemus, ut de ipsa pace conservanda, & de istis operibus, quæ contra Normannos incepimus, sine defectu, & lassatione viriliter laboretis: scientes qualiter nobis placuisset, si istas firmitates sic factas habuissemus, quando in tali angustia, sicut experti estis, ad Meldis contra eos communiter laboravimus.* Itemque in eodem edicto: *Vt illi, qui in hostem pergere non potuerint, juxta antiquam, & aliarum gentium consuetudinem, ad civitates novas, & pontes, ac transitus paludum operentur; & in civitate, atq́ in marcha Vuactas faciant, ad defensionem Patriæ, omnes sine ulla excusatione veniant.*

Tit 29. fol. 257.

Cap. 35. fol. 297.

Volunt Chronica nostratia paulò post, anno videlicet 865. vetus burgum Brugense à Balduino Ferreo munitum fuisse, ut notavimus è veteri Chronico vernaculo D. Roberti Maldeghemii, ut, & archivis Eeckhoutanis, locis suprà citatis; quod & asserit Chronicon Bertiniense Iperii M. S. apud Canonicos Ipris, unde hoc exscripsi: *Villam Brugensem ipse Balduinus incepit, & contra Danorum, & piratarum incursiones munitione burgum,*

C. 22. fol. 405. & 414.

gum, id est castellum cinxit, in qua cinctura, sive muro, vel fortalitio, ecclesiam B. Mariæ prædictam, quæ nunc dicitur S. Donatiani, capellam S. Basilii, in qua Sanguis est Domini nostri Iesu Christi, domum Scabinatus, domum petræ, quæ carceres villæ habet, domumq́, ac turrim, quæ burgis dicitur, ac domus omnium Canonicorum S. Donatiani inclusit. Hæc quidem muro ex impolito lapide inclusit, cujus hodie adhuc vestigia apparent; at reliquum vicum Brugensem, quem descripsimus fol. 407. aggere educto, & fossis ampliatis munivit, unde hodie aggerum adhuc nomen ijs locis remansit, vulgò Dijck; Steen-hauwers dijck, Verwers dijck. Hunc districtum, si in charta geographica urbis Brugensis Marci Gerardi, alijsque, ad ejus exemplar excusis, apud Damhouderium, Guichardinum, Sanderum, aliosque, contempleris, videbis formam urbis referre ferè quadratam; erantque passim ædes exstructæ antiquitus, exceptis locis castro vicinis, quæ non habitata erant, & patentia; non tantùm ad meridiem, & occidentem, quà fluvius Roya castrum allabitur, ubi nunc forum frumentarium, & magnum forum; sed, & ad orientem, ubi nunc De Hoogh-straete, & septentrionem, ubi De plaetse Mallebergh, placitum Mallobergicum, jam inde à Francorum Saliorum tempore sic appellatum, quod tum non erat ea angustia, qua nunc, sed multò ampliùs, & ferè quacumque se porrigit De Slip-stock-strate, & Wap makers-strate, vicinæq; plateolæ, atque ædes. Eratque Mallobergium illud forum veterum Francorum, ubi jus dicebatur, ut olim in foro Romano. Suetonius in Augusto, cap. 29: *Fori exstruendi causa fuit, hominum, & judiciorum multitudo, &c.* Vide, quæ ante à nobis data, cap. 20. fol. 286. ubi notavimus Ratimburgium dictum judicium in burgo habitum, Mallobergium sub dio ante burgum, quemadmodum est in veteri cora Brugensi: *Brugis in castello, vel ante castellum, placita tenebunt.* Mallobergium illud, forum Comitis, memini me legisse, ad distinctionem alterius fori, in suburbio, de quo diploma Arnulphi Magni, anni 961. quo Canonicos Sancti Donatiani instituit, quibus confert inter cætera: *Capellam Sancti Christophori juxta forum.* Vide illud integrum paulò post, cap. 25. *Forum Maubertium, vel Maubertium* id nominavit antiquus autor vitæ S. Caroli Boni Comitis Flandriæ, asservatus in archivis eruditissimi viri Iani Lernutii, atq; à Iacobo ejus filio excudi jussus anno 1621 Brugis apud Guilielmum de Neve, ubi pagina 33. sic legitur: *Lambertus, & Bertolphus, cæteriq́ ex sorore nepotes, Wintrius, & Werinus, atq́ Isaacius, silentio noctis descenderunt è turri Donatiana in forum Maubertium, fugâ protinus arreptâ.* Item pagina 35: *Fortè intempestâ nocte D. Benedicti, gravis aër, & nebulis undiq́ spissus erat, ante diem, 11. Kal. April. usi temporis opportunitate, octuaginta facinorosi, & plures, cum Boscardo Stratio, & Ingelramo Eesenio delapsi*

lapsi in forum Maubertium, per tenebras evaserunt; non omnes omninò, nam quidam ex ijs inciderunt in vigilum manus. Eadem habet D. Ioannes Gregorius collector etjam vitæ Caroli Boni, è variis auctoribus, cap. 27. fol. 70. Fuit & forum Malbertium dictum, ex inscitia vocis Mallobergium, ut notavimus loco antea citato. Fol. 168.

Atque hoc quidem forum erat castri Brugensis, & vici, aggeribus eductis, Royaque flumine circumcincti.

De suburbio Brugensi pergit ibidem dictum Chronicon S. Bertini, hoc modo: *Post hoc, ad opus, seu necessitates illorum de castello, ceperunt ante portam, ad pontem castelli, confluere mercenarii, sive mercemanni, inde majorum rerum mercatores, deinde tabernarii, deinde hospitarii, pro victu, & hospitio, præparare, ubi se recipiebant illi, qui non poterant intra castellum hospitari. Et erat verbum eorum: Vadamus ad pontem; ubi tantùm accreverunt habitationes, ut statim fieret villa magna, quæ adhuc in vulgari suo, nomen pontis habet, nempe* Brugghe *in eorum lingua pontem sonat.* Verbum eorum erat: Naer Brugh. .j. ad castrum *Brugis*, & *Bruche*, unde *Bruge*, & *Bruga*, de quo egimus suprà cap. 22. fol. 205. Verùm postea cum ad vicum aqua cinctum, etjam Bruge appellatum, pluribus pontibus opus esset, quos enumeravimus folio 407. fortè factum, ut postea vernaculè locus universus, circum, circa castrum, tam munitus, quam non munitus, Brugghe sit appellatus, duplici g, prout vulgus cœpit pronuntiare, latinè loquentibus semper in veteri locutione persistentibus: *Bruga*, *Bruge*, unico g; usis tamen nonnunquam in plurali numero ob pontium multitudinem *Brugæ*, *Brugarum*, *Brugis*.

Potest itaque castrum, & vicus Brugensis, munitus à Balduino Ferreo, sub Rege Francorum Carolo Calvo, unà cum suburbio, in quo monasterium Eeckhoutanum, & parochia S. Salvatoris, censeri, inter civitates novas regni Francici, quarum idem Carolus Calvus suprà meminit, in edicto suo Pistensi, anni 864. innuitque, ad pontes, & transitus paludum, fuisse constructas, de quo plura capite sequenti.

Nunc hoc adnotasse sufficiat, cum totâ terrâ Francâ, sive Vriâ, aut Frisiâ, invalesceret Flandrorum, ac Flandrensium nomen, ita præsertim appellari cœptos, qui à castro Brugensi vergerent in occidentem, Gravelingam usque. At Frisiæ, Frisiorum, seu Frisonum nomen, ab eodem castro, in orientem, versus Isendicam, Bierfletum, & quatuor Officia, Hulstum, Assenedam, Axelam, & Bouchautum. Neque alios Flandrenses, & Frisones intelligo in hoc Oudoeni de Sancto Eligio, circa annum Christi 650: *Porrò autem Pastoris curâ sollicitus, lustrabat urbes, & municipia, circumquaque sibi commissa; sed Flandrenses, atque Audoverpenses, Frisones, quoque, & Suevi, in principio eum hostili animo, & aversâ mente exceperunt, &c.* In Zelandiam Fol. 2 cap. 3.

landiam enim, & Hollandiam, quæ etjam Frisiæ nomen à libertate affectare ceperunt, nunquam legimus Sanctum Eligium pervenisse, neque eo usque protendebatur Tornacensis Episcopatus; unde mihi non placet eorum opinio, qui *Suevos*, hîc **Zeeuwen** interpretantur, quos omninò existimo reliquias esse veterum Suevorum ab Augusto in Galliam transductorum, à quibue remansere hodieqꝫ pagi **Suevegheem**, & **Zuevesele**, versus Cortracum. Meminit horum Suetonius hisce
Cap. 21. verbis in Augusto: *Coërcuit & Dacorum incursiones, tribus eorum Ducibus cum magna copia cæsis, Germanosque ultrà Albim fluvium summovit; ex quibus Suevos, & Sicambros dedentes se, traduxit in Galliam, atq; in proximis Rheno agris collocavit.*

Fol. 486. Frisiam à libertate dictam suprà satis probavi, ut, & terram Francam, sive Liberam, **Het Vrye**; ejus incolam cum alii dicerent **Een Vry**, aut **Vrye**, in plurali **Vryen**, unde: **'tlandt vande Vryen**; alii **Een Vries**, aut **Fries**, in plurali **Vriesen**, aut **Friesen**, Vriæ, & Frisiæ, ac Vriorum, & Frisiorum nomen, hinc inde, ab omni antiquitate, arbitror exortum. Willeramus, qui se profitetur exponere Cantica Canticorum linguâ Francicâ, *Antfristen*, quod est *Verfriesen*, exponit pro **Verfrancen**, ut **Verblaemschen**, cap. 4. folio 67: *Davithes namo wirthet gheanfristet manufortus, thar quijt armstrangigh*, quo indicat Davidis nomen Francicâ, aut Frisicâ linguâ nostrate, significare eum, qui est manu, sive brachio forti. Quam vocem **Armstrangigh** pro forti, in terra Franca, & Frisia nostrate, usitatam fuisse, vel ex eo apparet, quod Balduinus noster, ob fortitudinem, vir Ferrei brachii, sit appellatus.

Sanctus Willebrordus circa annum Christi 696. à Romano Pontifice, missus in Frisiam, Gravelingam appulit, non procul à vetere portu Iccio, ubi, vicinisq; in locis aliquamdiu est commoratus, Vriam, **Het Vrye**, habens pro initio provinciæ sibi commissæ, unde Gravelingam denominatam reperio *parochiam Sancti Willebrordi*, in diplomate Theodorici Elsatii, Flandriæ Comitis, in archivis Bertinianis asservato, ex quo hæc sunt excerpta: *Ego Theodoricus Dei gratiâ Flandrensium Comes, notum facio, tam præsentibus, quam futuris; quod Robertus Comes, prædecessor, avunculus meus, dedit S. Bertino, pro anima filii sui Guilielmi, qui sepultus est in monasterio prædicti sancti, quandam terram, quam bercariam vocant, in parochia S. Willebrordi, &c. Actum anno incarnati verbi* 1159. *&c.* Antea *pagus Sancti Willebrordi* tantùm fuerat districtus Gravelinganus. Marchantius lib. 1. fol. 70: *Gravelinga, &c. à Theodorico Elsatio ad annum* 1160. *condita, in pago S. Willebrordi, &c.* Sic ferè, & Meyerus in annalibus Flandriæ, fol. 47. vers. ad annum 1160: *Conditum abs Theodorico Principe oppidum novum in pago D. Willebrordi.* Hinc proculdubio per universam Vriam, seu Frisiam, S. Willebrordus

in castrum

in castrum Brugas venit; ubi honorifice à Christianis susceptus, confirmando in Christiana religione populo absque ulla dubitatione aliquamdiu etjam insudavit, indeque in quatuor Officia, Bierfletum, Walachram, vicinaque loca, cum sociis profectus, dein Trajectum venit, ubi postea Episcopus Frisiæ universæ inauguratus, & Brugas castrum, & terram Francam, & quatuor Officia, itemque Bierfletum, Walachram, Duvelandiam, Bevelandiam, Wolferdicum, Borselam, loca omnia Frisiæ nomine tum appellata, putavit Episcopatui suo esse applicanda.

Idem D. Bonifacius existimavit, quem, & Brugis fuisse cum sorore sua S. Walburge omninò credendum est, præsertim cum legatur initium dedisse ecclesiæ D. Mariæ ad Royam exstructæ, atque ædes sacra D. Walburgis in vico Brugensi, non procul à castro non aliam agnoscat fundatricem, quam S. Walburgem. Auctor vitæ Caroli Boni à Lernutio editæ suprà citatus, tradit ecclesiam illam B. Virginis, antea templum S. Bonifacii appellatum, fol. 9. his verbis: *Illius* (Caroli Boni) *decreto moniales, quæ in templo Sancti Bonifacii Brugis habitabant (quod nunc templum D. Virgini sacrum est, & ab ea nomen gerit) migrarunt in aulam Hoedegemiam ante urbanam; atq; isthic eas cœnobium S. Trudonis dicatum extruxisse autumo, nunc temporis intestini belli malitiâ (eheu nostri ævi conditionem) magna ex parte dirutum, ipse in honorem magnæ Matris ampliavit templi præfati molem ineptam, & collegium in ea Canonicorum dimidiatum auxit, ut scribunt quidam, &c.* D. Ioannes Gregorius similiter in vita ejusdem Caroli Boni à se descripta, cap. 6. fol. 13: *Ad ecclesiam B. Mariæ (olim S. Bonifacii dictam) quamvis jam erecta esset, plurimum tamen ornamenti contulit.* E lapide impolito conditam fuisse, docet pars muri, etjamnum hodie exstans ejusdem templi, ex adverso Nosocomii Sancti Ioannis, è simili lapide, notatque Meyerus antiqui illius templi turrim concidisse anno 1163. his verbis: *Concidit eodem anno Brugis turris templi B. Mariæ.* Certè initium huic ecclesiæ dedisse S. Bonifacium argumento est, quod, & ipse peculiaris sit illius Basilicæ Patronus, & præstes; ejusque solemne festum per totam parochiam hodieque privativè celebretur. Quapropter majorum nostrorum diligenti instantiâ factum esse credimus, ut sacrarum ejus exuviarum pars è Fuldensi monasterio, ubi corpus depositum fuit, ad hanc ejus ecclesiam deportata fuerit, quod pari, quà devotione, quà magnificentiâ contigit anno 1324. Quæ deinde exuviæ anno 1470. non minore cum apparatu ibidem elevatæ sunt. De quo audiamus Meyerum sub annum eundem, fol. 351. verso, ita scribentem: *Sexto Idus Martias, Brugis ad Virginis, translatio reliquiarum in novum feretrum D. Bonifacii Episcopi, per Episcopum Sareptanum, Suffraganeum Episcopi Tornacensis, præsentibus sex Abbis, & multa nobilitate.* In hac nobilitate fuisse Ludovicum Brugensem, Gru-

thusæ Dominum, docent aulæa pretiosissima, vitam S. Bonifacii exprimentia, sparsis ubique Gruthusianæ familiæ insignibus, quotannis ipsius sancti festo expandi solita, atque ab eo tempore conservata. Pari modo ecclesia S. Walburgis, olim lignea, tantùm effecit, ut obtinuerit partem etjam reliquiarum S. Walburgis, vitamque ejus in veteri membrana manu-scriptam, unde sic Sanderus in Flandria illustrata, lib. 2. fol. 230. titulo, ecclesia parochialis S. Walburgis: *Inter antiquiores Brugana urbis ecclesias hac censeri potest, &c. habet aliquam partem corporis D. Walburgis, quod ex Eystetensi cœnobio Antuerpiam primò, inde Furnas delatum fuit. Conservatur in eadem ecclesia vita, & legenda ejusdem virginis M. S. in pergamena.* De templo S. Walburgis Antuerpiensis ita Carolus Scribanus, in originibus Antuerp. cap. 7: *Arx, sive castrum, burgum vetus, &c. quo nunc loco templum D. Walburgis, sororis D. Bonifacii, &c.* Plures sunt huic virgini ædes à Flandris dedicatæ, argumento ipsam cum Sancto Bonifacio ijs exordium dedisse. Fuit autem non tantùm Episcopus, sed, & primò Archiepiscopus, & Vicarius Pontificis Romani, per universam Franciam, sive Galliam, quo nomine anno 743. Concilio Leptinis, in agro Cameracensi, celebrato, interfuit, ut est tom. 1. Conciliorum Gallicorum, apud Sirmondum, unde ibidem, fol. 537. adfertur hæc præfatio: *In nomine Domini nostri Iesu Christi ego Carolomannus, Dux & Princeps Francorum, anno ab incarnatione Domini 743. XI. videlicet Kalendas Maii, cum consilio servorum Dei, & optimatum meorum, Episcopos, qui in regno meo sunt, cum Presbyteris, ad concilium, & synodum pro timore Christi congregavi: id est, Bonifacium Archiepiscopum, & Burchardum, & Regenfridum, Wintarum, Witbaldum, & Dadanum, & Eddanum, & reliquos Episcopos cum Presbyteris eorum.* Ejus Concilii, Canon. 5. fol. 539. ita statuit: *Decrevimus quoque, ut secundum Canones unusquisque Episcopus in sua parochia sollicitudinem gerat, adjuvante Gravione, qui defensor ecclesia ejus est, ut populus Dei paganias non faciat; sed omnes spurcitias gentilitatis abjiciat, & respuat; sive profana sacrificia mortuorum, sive incantationes, sive hostias immolatitias, quas stulti homines, juxta ecclesias, ritu pagano faciunt, sub nomine sanctorum Martyrum, vel Confessorum; Deum, & Sanctos suos ad iracundiam provocantes: sive illos sacrilegos ignes, quos nodfijrs* vocant; sive omnes ac, quumque sunt, paganorum observationes diligenter prohibeant.*

* V. c. 20. fol. 293.

Eodem tempore Sanctus Bonifacius ordinavit Danielem Archiepiscopum Rhemensem, ex authoritate sibi concessa à Zacharia Pontifice; ut est in hac epistola Zachariæ in ijsdem Conciliis, fol. 547. anni prædicti: *Reverentissimo, & sanctissimo fratri Bonifacio Coëpiscopo Zacharias servus servorum Dei. Suscipientes sanctissimæ fraternitatis tuæ literas per præsentium gerulum, &c. Et quia tres Archiepiscopes per singulas metropoles ordinasses, reserasti, id est*

Grimonem

Grimonem in civitate, quæ dicitur Rodomas, secundùm verò Abel in civitate, quæ dicitur Remorum, tertium quoq; Artbertum in civitate, que dicitur Sennis, &c. In fine autem: *Authoritate B. Petri Apostolorum Principis tibi præcipimus, ut quemcumq; reperiris sacris Canonibus deviare, nulla ratione patiaris sacrum ministerium tractare, & quia sciscitatus es, an deberes in Baioaria provincia jus habere prædicationis, quam à decessore nostro habuisti concessam: nos, Deo auxiliante, ea, quæ tibi largitus est decessor noster, non minuimus sed augemus, & non solùm Baioariam, sed etjam omnem Galliarum provinciam, donec te divina jusserit superesse Majestas, nostra vice per prædicationem tibi injunctam, si repereris contra Christianam sentire religionem, vel Canonum instituta spiritaliter ad normam studeas rectitudinis reformare. Dominus te incolumen custodiat Reverentissime, & Sanctissime frater. Data nonis Novembris Imperante Domino pijssimo, Artavasdo à Deo coronato magno Imperatore anno* III. *P. C. ejus anno* III. *Sed, & Nicephoro magno Imperatore ejus filio anno* III. *Indictione* XIII.

Eâ authoritate Brugensem ecclesiam, terramque Francam, Frisiæ nomine, tum etjam censam, nondum statutis limitibus fortè potuit Sanctus Bonifacius Archiepiscopus sedi suæ applicasse, non contradicente Daniele Rhemensi Archiepiscopo ab eo ordinato. Fuisse verò Sanctum Bonifacium totum in promovenda sede sua Trajectensi, quam, & à jurisdictione Coloniensis Archiepiscopi vindicavit, colligitur ex ejus Epistola ad Stephanum Papam circa annum 754. scripta, atque excusa ab Auberto Miræo, in Codice Donationum, cap. 9. fol. 36. hoc tenore: *Venerando, ac diligendo Domino Apostolatus privilegio prædito Stephano Papæ, Bonifacius, exiguus Legatus, vel Missus Germanicus Catholicæ, & Apostolicæ Romanæ eccesiæ, optabilem in Christo charitatis salutem. Tempore Sergii Apostolicæ sedis Pontificis, venit ad limina SS. Apostolorum Presbyter quidem miræ abstinentiæ, & sanctitatis, generis Saxonum, nomine Willibrordus, & alio nomine Clemens vocatus, quem præfatus Papa Episcopum ordinavit, & ad prædicandam paganam gentem Fresonum, transmisit in littoribus Oceani occidui. Qui per quinquaginta annos prædicans, præfatam gentem Fresonum maxima ex parte convertit ad fidem Christi, fana, & delubra destruxit, & ecclesias construxit, & sedem Episcopalem, & ecclesiam in honore S. Salvatoris constituens, in loco, & castello, quod dicitur Trajectum, & in illa sede, & ecclesia S. Salvatoris, quam construxit, prædicans usq; ad debilem senectutem, permansit, & sibi Coëpiscopum ad ministerium implendum substituit, & finitis longævæ vitæ diebus, in pace migravit ad Dominum. Princeps autem Francorum Carolomannus commendavit mihi sedem illam ad constituendum, & ordinandum Episcopum, quod, & feci. Nunc autem Coloniensis Episcopus, illam sedem præfati Episcopi Clementis, à Sergio Papa ordinati, sibi usurpat, & ad se pertinere dicit, propter fundamenta cujusdam destructæ à paganis ecclesiolæ, quam Willibrordus dirutam usq; ad solum, in castello Tra-*

jecto reperit, & eam proprio labore à fundamento construxit, & in honore S. Martini consecravit. Et refert, quia ab antiquo Rege Francorum Dagoberto castellum Trajectum, cum destructa ecclesia, ad Coloniensem parochiam donatum, in ea conditione fuisse, ut Episcopus Coloniensis gentem Fresonum ad fidem Christi converteret, & eorum prædicator esset: quod, & ipse non fecit. Non prædicavit, non convertit Frisios ad fidem Christi, sed pagana mansit gens Fresonum, usque quò venerandus Pontifex Romanæ sedis Sergius supradictum servum Dei Willibrordum Episcopum ad prædicandum supradictæ genti transmisit, qui illam gentem, ut præfatus sum, ad fidem Christi convertit. Et modò vult Coloniensis Episcopus sedem supradicti Willibrordi prædicatoris sibi contrahere; ut non sit Episcopalis sedes subjecta Romano Pontifici, prædicans genti Fresonum. Cui respondebam, ut credidi, quod majus, & potiùs fieri debeat præceptum Apostolicæ sedis, & ordinatio Sergii Papæ, & legatio venerandi prædicatoris Willibrordi (ut, & fiat sedes Episcopalis subjecta Romano Pontifici, prædicans gentem Fresonum, quia magna pars illorum adhuc pagana est) quàm destructæ ecclesiæ fundamenta diruta, & à paganis conculcata, & per negligentiam Episcoporum derelicta. Sed ipse non consentit. Sed modò Paternitatis vestræ judicium mihi intimare dignemini: & si hoc justum sit responsum, & vobis placeat, quod illi Coloniensi Episcopo reddidi, vestra authoritate roborare, ut præceptum Sergii Papæ, & sedes illa stabilis permaneat. Sic enim potestis nos, si vobis placet, adjuvare, si de scrinio ecclesiæ vestræ exemplare jubetis, & mihi transmittere, quidquid præfato Episcopo Willibrordo S. Sergius præciperet, & conscriberet, ut ex authoritate Sanctitatis vestræ contradicentes convincere, & superare valeam. Si autem aliter justius Sanctitati vestræ videatur, consilium Paternitatis vestræ mihi insinuare dignemini, ut sequar.

Fresonum gens hîc nullo modo intelligenda, ubi nunc Frisia, sed Hollandia, Zelandia, Brabantiæ, & Flandriæ pars maritima, etjamnum terra Franca, & Vria dicta, ut jam sæpiùs est inculcatum. Nam cum primum Bonifacius ad Frisios illos ulteriores, ad Westergoam, & Oostergoam profectus esset, ab ijs, cum sociis, est trucidatus.

Ab hujus morte reliqui Trajectenses Episcopi quatuor Officia, Bierfletum, Walachriam, aliaque loca enarrata sibi retinuerunt, & Flandram Orientalem cum ecclesia Brugensi prætenderunt, per ducentos, & ampliùs annos. Vnde gravis controversia est exorta, in curia Romana, cujus testis est epistola S. Gregorii Papæ VII. lib. 2. ep. 58. tom. 3. Conciliorum generalium, editionis Coloniensis, apud Ioannem Gymnicum, anni 1618. fol. 298. hoc titulo: *Vt Noviomensem Episcopum ad Brugensem villam à Trajectensis Episcopi jurisdictione ereptam, si id ibi constiterit, restituendum compellat: si quid autem juris se putet habere, in synodo causam agat.* Tenor verò epistolæ sic se habet, a Bochelio quoque recitatæ: *Gregorius Episcopus servus servorum Dei* In Hedam fol. 136.

Manassi

Manaſſi Remenſi Archiepiſcopo. Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Confratris noſtri, Trajectenſis Epiſcopi, Wilhelmi querelam, de Brugenſi eccleſiâ in Noviomenſi Epiſcopatu ſita, literis ipſius expoſitam accepimus, quam, & ante D. & prædeceſſorem noſtrum P. Alexandrum depoſitam, necdum competenti termino contigit definiri. Aſtruit autem Epiſcopus Trajectenſis eandem eccleſiam traditione antiquâ ſedi ſuæ delegatam ducentis ferme annis abſolutè, & quietè ad uſus ſtipendiarios Can. Trajectenſium detentam; donec Raboth Noviomenſis Epiſcopus abſq; ullo canonico judicio ſibi eam ſurripuit: &, ut affirmant legati (quod gravius eſt, & omnino illicitum) alteri quidam Clerico vendidit. Quapropter Suffraganeum tuum Noviomenſem Epiſcopum per te conveniendum eſſe cenſuimus, & de tantâ perverſitate, (ſi ita eſſe conſtiterit) ſeverè eſſe increpandum, ac ſubinde admonendum, imò etjam compellendum, ut canonum ſtatuta ſequendo, eccleſiam Trajectenſem, quæ tanto tempore poſſedit, ſine expoliatione ſine morâ, reinducat: ac poſtea ſi quid habet, quod jure conqueratur, Synodali judicio diſceptare contendat, quod ſi huic authoritati noſtræ, vel monitis tuis obtemperare neglexerit, tam diu Epiſcopali privetur officio, quoad uſq; cauſas Eccleſiaſticas non potentiæ magnitudine, ſed juſticiæ cenſurâ finiri oportere doceatur. Hujus ergo negotii deciſionem per te ſtudiosè, & impigrè volumus adimpleri, & literis judicium nobis, quantocitius poteris, notificari. Datum Romæ 3. Non. Martii, Indict. 13. Rabothum, ſive Radbodum II. notat Coſin in hiſtoria Tornacenſi, ad Tornacenſem, & Noviomenſem ſedem, evectum fuiſſe anno 1068. Wilhelmum verò Trajectenſem Epiſcopum Beca ſcribit Bernulpho ſuffectum anno 1061. atque vita exceſſiſſe anno 1075. Itaq; ſcripta fuerit hæc epiſtola D. Gregorii circa anuum 1070. trecentis annis poſt tempora Sancti Bonifacii, quem anno adhuc 754. in vivis fuiſſe docet ejus epiſtola ſuperius allata. Ob hanc prætentionem Epiſcoporum Trajectenſium in Flandram veterem, ut Friſiæ nomine cenſam, ex vernaculò Het Vrye, Friſiæ nomen deinceps adhæſit ſolùm quatuor Officiis, viciniſque locis, in quæ, & Hollandiæ Comites jus ſe habere contenderunt; ac reliqua Flandria eſt extinctum, de quo plura libro peculiari.

Lib. 3. c. 24. f. 91.

CAPVT XXV.

Flandra, aut Flandria nomen pro sola terra Franca paulatim desiisse, postquam Balduinus, à Carolo Calvo socero suo, in Comitatum hæreditarium, obtinuit regionem omnem, inter Somonam, Oceanum, & Scaldim; quam à primo suo Marchionatu, seu Comitatu Flandra, Flandriam voluit nominari. Tum exstructis à Balduino novis castris, eorumque singulis assignato territorio, seu castellaniâ, terram Francam etiam appellatam Castellaniam Brugensem, item Latinè Officium, & Ministerium, Francicè Ambachtum Brugense, à veteri castro Brugensi, retento semper avito nomine libertatis.

BAlduinum à Carolo Calvo hæreditariè assecutum omnem regionem, quæ est inter Somonam, Oceanum, & Scaldim, dudum ostendimus in Genealogia nostra Flandrica, idque docuimus in probationibus ad tabulam primam, ex authoritate Tilletii, Fauchetii, aliorumque præstantissimorum rerum Francicarum scriptorum. Eo districtu, quia varii Comitatus olim fuerant, variis insigniti nominibus, placuit Balduino, à Flandra .j. terra Franca, quam vivente Ingelramo patre moderatus fuerat, atque ubi prima fortitudinis suæ dederat documenta, Comitatum suum universum Flandriam denominare. Vnde reliqui Comites, ejus successores, sese Flandriæ Comites, aut Marchiones, in diplomatibus suis scripserunt, ut docui in Flandriæ Comitum sigillis; Arnulphi Magni, Balduini Ferrei nepotis, exstat diploma in Sancti Petri Gandavi, hoc procemio anni 953: *Ego in Dei nomine Arnulphus Flandriæ Comes, & Marchisus.* Et in Sancti Donatiani suprà anni 961: *Ego Arnulphus dictus magnus, Balduini Calvi genitus, per Dei misericordiam*

V. Sigil. Comitum fol. 2.

misericordiam Flandriæ Marchio. Balduinus Barbatus, Arnulphi Magni nepos, anno 1034. diplomati Roberti Regis Francorum, his verbis subscripsit: *S. Balduini Comitis Flandriæ, honestæ Barbæ.* Ibid. fol. 31

Flandriæ itaque nomine hunc in modum dilatato, mansit adhuc aliquamdiu terræ Francæ, nomen Flandræ, & pagi Flandrensis, ut notatum cap. 4. fol. 25. ex diplomatibus ipsius Arnulphi, & Othelboldi Abbatis ad Otginam Comitissam Flandrensem, Balduini Barbati uxorem. Quo loco etjam notavimus Flandriæ nomen postremum fuisse, atque universo Comitatui Balduini Ferrei fuisse applicatum, cum antea tantùm Flandra, Flandræ, Flanderes, pro terra Franca, in usu esset.

Ea circa hæc tempora etjam dici cœpit Castellania Brugensis, hac occasione:

Munito Brugensi castro à Balduino Ferreo, ut suprà scripsimus, circa annum Christi 864. Normanni à maritima Flandrensium custodia egregiè excepti, versus Zelandiam, atque Hollandiam, tum Frisiam dictam, naves suas direxerunt, Rhenumque ascenderunt, Coloniam usque, omnia depopulantes; unde sic se habent gesta Normannorum du Chesnii suprà citata, fol. 3: *Anno Domini* 864. *Normanni mense Ianuario per Rhenum versus Coloniam navigio ascendunt, & Dorestado depopulato, villâ, ad quam Frisii confugerant, occisis multis Frisiorum negotiatoribus, & capta populi multitudine, usque ad quandam insulam, secus castellum Novesium perveniunt; sed concilio accepto, sicut concesserant, recedunt.* Quæ ratio fuit, cur toto Flandrensi districtu, à Gravelinga ad Scaldiam, varia castra à Balduino Ferreo hæreditario jam Comite, excitata sint, etjam in Episcopatu Folcuini, & in Comitatu Berengarii; atque tum temporis effectum, ut, quæ inchoaverat Carolus Magnus præsidia, jam in fortia, munitissimaque castra, assurrexerint, inter quæ proculdubio Furnense, Bergense, Brouburgense. Sed, & castris data territoria, quæ castellanorum jurisdictioni subjacerent; ita enim observatum, jam inde à temporibus Romanorum, ut singulis castris, singuli terrarum districtus, qui territoria appellabantur, assignarentur. Hinc Cod. lib. 11. de fund. limit. leg. 2: *Quicumque castellorum loca quocumque titulo possident, cedant, ac deserant, quia his tantùm fas est possidere castellorum territoria, quibus adscripta sunt, & de quibus judicavit antiquitas.* De hisce videndus Ioannes Heringius Mantissæ, cap. 1. de jure Burgorum, ubi inter alia: *Communi Francorum sensu hodiè adpellationem castri comprehendere territorium, ejque adnexam jurisdictionem, testes sunt Choppinus, & Quetta, quos adducit Andreas Knichen d. cap. 1. numero 1126. atque ideò illa omnia accipienda esse secundum cujusque regionis morem, ac consuetudinem suadet inf. th. 26. num. 363. 372. 412. addo nunc l. legatis 65. in fin. D. de leg. 3. l. 8. in fin. D. de instrum. leg. lib. 2. feud. titul. 34. §. 2. ibi:* Fol. 57.

 in qui-

in quibusdam curiis. Gail. dict. observation. 62. num. 3. Argentræum dict. comment. ad consuetudinem Britann. titul. 16. articul. 329. numero 10. pagina 1441. Hinc postquam prior ille regionum diversitatem, & nominis ambiguitatem apud Doctores alios id facere intenderat; inserit tamen, quod quando castra cum territorio jurisdictionem habent, hoc fieri non de jure communi: sed de consuetudine, quia de facto fuerint adsignata, ut existimat Barbatias in addition. ad Panormitan. dict. cap. quod ad sedem. vel ex præscriptione, vel privilegio, & statuto illud obtineant jus, juxta Abbatem, & Tuschum dict. loc. numero 34. Et quidem per consuetudinem dari jurisdictionem, videmus ex l. 1. l. fin. Codic. de emanc. lib. l. more majorum. 5. D. de jurisdict. l. pen. C. de jurefisci. lib. 10. l. neminem. C. de suscept. eod. lib. Bald. consil. 278. num. 1. lib. 5. incip. dico, & consulo. Oldrad. consil. 9. col. 2. in fin. quum consuetudinem omnium jurisdictionum originem, formam, & principium, constituit idem Baldus consil. 439. incip. amplius. colum. 5. circa med. lib. 3. & confirmet Thomas Maulius de tract. de homag. titul. 12. numer. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. Theoderus Reincking tract. de regim. secul. & eccls. lib. 1. cl. 5. cap. 2. num. 15. & 17.

Permissu præterea Balduini Ferrei, obtinuit ab eo tempore consuetudo, ut Castellani tota ora maritima à Neoporto, Gravelingam usque, in assignatum sibi territorium, jurisdictionem exercerent; quod annotavit Meyerus in tomis suis rerum Flandricarum: *Sub castellanorum imperio fuisse credimus omnem oram maritimam, ubi nunc Brughburgus, Gravelinga, Bergiacum, Dunkerck, cum Mardiciaco, veteri portu, ruinis collapso, ortus non procul novis portubus, Dunkerck, & Gravelinga.* Addendum, & Furna, neque enim tum temporis plura castra exstructa sunt, quam Furnense, Bergense, & Boucrburgense, quò antea imperium castri, & castellani Brugensis protendebatur, parsque erat Flandræ, & terræ Francæ, adhuc sub Comite Charimundo, ut suprà ostensum. Ne tamen Brugense castrum, & Scabini Franci omne prorsus imperium perderent in novarum Castellaniarum districtum, voluit Balduinus, eas Francis Scabinis subesse, quoad censum, & contributionem, toti Flandriæ communem, quod inviolabiliter huc usque est observatum. Vnde in recentibus terræ Francæ consuetudinibus ita legitur articulo secundo, planè sub initium: Met, ende onder wien ('t Landt van den Yperen) oock mede contribueren de Casselrien van den West-quartiere, van Veurne, Berghen S. Winnocx, ende Brouckburgh, in alle ghemeene impositien, ende lasten van 's Princen beden. Ende het Collegie van tselve Landt heeft daer of by sijnen Commys, ofte Ontfanghere de opheve, inninghe, ende administratie. Atque hinc etjam, postquam castrorum illorum suburbia, confluente ob metum Normannornm populo, aggeribus, ac deinde muro circumvallata, atque oppida effecta sunt, ea quoque, qnantum ad contributionem, subfuerunt oppido Brugensi, ad castrum Brugense

Tom. 1. fol. 3.

gense exstructo, ejusque Magistratum in sententiis dicendis, ut superiorem iudicem agnoverunt, quod vulgò Beroupen ter hoofbonnisse appellatur. Hac ratione civitas Brugensis velut illarum civitatum caput est censita, sicut castrum Brugense velut caput aliorum castrorum, & castellaniarum.

Chronographus Eeckholtanus suprà cap. 22. postquam scripsit, circa annum Domini 865: *Balduinus Ferreus primus Comes Flandriæ, munivit burgum Brugense contra Danos, & Normannos Flandriam depopulantes*, postea subingit, eorum *Barbarico furore Sancti Trudonis monasterium*, Eeckholtanum videlicet, *devastatum esse*. Quia nimirum erat tantummodò in suburbio, & extra munitionem castri, & vici Brugensis. Fol. 44r.

Accidisse id opinor statim à morte Balduini Ferrei, qui velut Normannorum flagellum, ferreâ suâ manu eos ita cohibuerat, ut ab anno 864. quo Comitatum Flandrensem hæreditariè obtinuit, nemo Normannorum ejus regionem ausus sit infestare, ut colligitur ex eorum gestis, à Duchesnio per singulos annos in lucem datis. Chronicum meum M. S. ita agit de obitu Balduini Ferrei: *Anno 979. Balduinus Comes, cognomine bonus, moritur, sepeliturque in Sithiu monasterio.* Et Chronicum Bertinianum: *Balduinus postquã Flandriam rexit annis 17.* (ab anno videlicet 862.) *obijt anno 879. successit Balduinus Calvus, &c.* Pergit paulò post de Normannorum infestatione Chronicon meum M. S: *Ludovicus etjam Rex graviter infirmatur, & die sancto parasceve, anno ætatis suæ 33. Indictione 12. diem clausit extremum, sepeliturque in ecclesia B. Dei genitricis Mariæ, quam ejus pater Regio cultu in Compendio palatio suo construxerat. Post ejus verò obitum, miserabilis, & excidiosa inter Francos orta est dissensio. Nam Hugo Abba memor fidelitatis, quam promisit Hludovico Regi, suo videlicet consebrino, filios ejus, Hludovicum, & Carolomannum, in paterno regno, cum sibi consentientibus, statuere volebat. Eozlinus verò Abba, Chuonradus Comes, multique alii, ejs consentientes, supradictum Regem Hludovicum in regno advocarunt. His denique inter se discordantibus, Normanni, ultrà mare positi, eorum audientes discordiam, navali evectione, cum infinita multitudine mare transito, Taruennam urbem Morinorum, mediante mense Iulio, igne, & gladio vastaverunt nemine sibi resistente. Videntes autem initia suorum prosperè accidisse, omnem terram Menapiorum perambulando, ferro, & igne, vastant. Post hæc Scaldim fluvium intrant, & omnem Bracbansiorum terram, incendio, & ferro delent. Contra quos Hugo, filius Hlotharii Regis, arma sumens, inconsultè, non mediocrem ejs intulit audaciam; nam nil prospere egit, & utile: verùm, & turpiter inde aufugit, interfectis, & captis, quamplurimis ejus socijs, inter quos etjam Abbas filius Adalardi captus est. Et dum hæc aguntur, Hugo Abba, Waltherum Aurelianensium Episcopum misit, obsecrans Hludovico Regi, ut partem regni Hlotarii, quam suus genitor Carolo inter se dividendo regnum, consensit, acciperet, & abjret in regnum suum. Quod* Fol. 30. Fol. 64.

ille audiens receptâ parte regni, abiit in terram suam. Hugo verò Hludovicum, & Carolomannum, per manus Ansegisi, benedici fecit in reges. Per idem tempus mense Septembrio natus est Carolus frater illorum. Normanni verò non cessant devastare ecclesiam, & populum Christianum interficere, captivareq. Boso etjam Dux Provinciæ, per tyrannidem, nomen Regis sibi vendicat, partemq Burgundiæ occupat; sed Normanni incendiis, & devastationibus inhiantes, sanguinem humanum sitientes, ad interitum, & perditionem regni, mense Novembrio in Gandavo monasterio, sedem sibi ad hyemandum statuunt, & mense Decembrio corpus S. Vedasti Vallis suprà Sunam, in villa sua defertur. Ragelmus Tornacensium Episcopus moritur Indictione XII. *Anno Domini* DCCCLXXX.

Normanni verò Tornacum civitatem, & omnia monasteria super Scaldim, ferro, & igne devastant, interfectis accolis, atq captivatis. Et paulò post: *Eodem anno Normanni, seu Dani sedem sibi mutaverunt, & mense Novembri Curtriaco sibi castrum ad hyemandum construunt. Indeq Menapios, atq Suevos usq ad internitionem delevere: quia illis valdè infesti erant, omnemq terram vorax flamma consumpsit.* Cum itaque metu Normannorum è locis Gandavo, & Cortraco vicinis, itemque è terra Franca, ad Brugas castrum, & vicum, plurimi confugerent, neque castrum illud, & vicus eos recipere posset, jussit Balduinus Calvus, pars populi suburbium universum, totumque districtum *Brugis* appellatum, fossa, & aggere muniret, pars verò, in ijsque præsertim, qui antiquitus Franci dicti sunt, in hostem proficisceretur. De ijs, qui in hostem profecti sunt, ita Chronicon Bertinicum ad annum 880. *Circa idem tempus in sylva Franciæ Carbonaria plusquam novem millia Normannorum à Francis perimuntur,* pro quo sic Meyerus eodem anno: *Occisa sunt à nostris in sylva Carbonaria novem ampliùs millia Normannorum.* De Brugis munitis eo tempore magis, quam antea, atque urbe jam ex castro facta. Ita Chronicon Aldenburgense: *Anno* 881. *Balduinus Calvus Comes Flandriæ oppidum de Brugis in Flandria construit.* Chronicon Bertinicum: *Balduinus iste, de Iudith uxore sua, filium procreavit, nomine Balduinum; quem Rex de sacrò fonte levavit, unde postea Balduinum Calvum se nominari fecit, ut, & avi nomen suscitans, nomen proprium exaltaret. Villam etjam Brugis, quam (ut dictum est) pater suus Balduinus Ferreus inceperat, pro castello, quod ibi firmaverat, iste Balduinus Calvus postea muro cinxit, & firmavit.* Rectè, inquit, *firmavit*, voce tum temporis usitatâ, cum ubique castra exstruerentur, ad vicos muniendos, quæ Carolo Calvo in Capitulis *firmitates* appellantur, ut suprà demonstratum. Prout Latinè mœnia, & muri à muniendo, adeò, ut è ligno, & sepibus, èque terra aggesta, facta munitio, murus etjam appelletur Latinè. Cæsar VII. de bello Gallico: *Totum autem murum ex omni parte turribus contabularunt.* Varro I. de re rustica: *Aggeres, qui faciunt, sine fossa, eos quidam*

vocant

vocant muros, ut in agro Reatino. Cic. 4. in Catilinam: *Firmißimo me muro septum esse arbitror.* Varro lib. 4. de lingua Latina: *Murum, quod muniendi causâ portabatur, munus, quod sepiebant oppidum, è quo munere, murus.* A sepimento castella, & firmitates, etjam hajas dictas tempore Caroli Calvi docuimus, cap. 20. fol. 276. *Aggeres mœrorum,* etjam habet Virgilius pro muros ex aggeribus, aut terra aggesta. Æneid. lib. 10:

Quin intra portas, atq; ipsis prælia miscent
Aggeribus mœrorum.

Vbi Servius: *Mœrorum pro murorum, nam veteres pleraq; eorum, quæ nos per u dicimus, per œ diphtongum pronuntiabant; hinc est mœrorum, pro murorum, & contra pœnio, pro punio.* Scriptionis hujus rationem adfert Iosephus Scaliger ad Varronem, ex Græco μοῖρα, .j. *pars,* hoc modo: *Murus prius mœrus, à μοῖρα, quod quisque pro parte sua eos servaret; hoc docet Lucilius, cum ait:*

,, *Mœnu tamen fungi, ac mœros servare potißint.*

Item: *adsignificat & mœnia, quod partes officii cujusq; significat, quasi mœria, dicta postea munia.* Murus itaq; munitio est, ab unoquoq; cive pro parte sua excitata; unde, & Flandri **Veste** à **Vesten,** & **Vasten,** .j. *firmare, munire.* Kilianus in Etym. Teutonico: **Vast,** *firmus.* Idem: **Vast maecken,** *firmare.* Et: **Vest, Vast,** *firmus.* Idem: **Vesten, Vestighen,** *firmare, munire.* Vnde rectè Veldenaer, in Chronico vernaculò, quod vidi Lugduni Batavorum apud D. Boxhornium Zuerium: **Boudewijn de Calewe, hy beveste Brug alre eerst seer sterck** .j. Balduinus Calvus omnium primus Brugas (oppidum videlicet) valdè firmiter munivit. Non aliis tamen munitionibus, quam terreis, & ligneis, (nisi lapides aliquot veteris burgi adhibiti sint ad portas) opere ferme tumultuario, à populo, Normannorum rabiem pertimescente. Neque putem toto Brugensi oppido, tum temporis, ullum ædificium constructum è rudi lapide, quali conditum fuit burgum, ac muri ambitus D. Donatiani; quod talis ædificii nullibi vestigium aliquot appareat. Ipsam novi oppidi domum, cum turre, vulgò **Belfroid** à campanis, in ea pendentibus, appellatam, exstructam in fori parte meridionali, reperio ligneam fuisse, exustam anno 1280. Meyerus, fol 81. in Annalibus: *1280. Pascha 21. Aprilis. Falæ Brugis in foro arserunt ad medium Augustum, non absq; magno multarum rerum detrimento. Turrim ligneam fuisse alicubi legi.* Sic, & reliquas ædes toto foro, ac platea Lapidea, Suytsandica, Noortsandica, &c. ligneas fuisse existimo, more ejus temporis, ut colligitur ex hoc Lamberti Ardensis, in hist. Guisnensi, apud du Chesne, de Arnoldo Ardeæ Domino: *Super dunionem Ardeæ miro carpentariorum ædificio, domum ligneam fecit, materie totius Flandriæ domos tunc temporis excellentem.* Sed, & totius ferme oppidi ligneas fuisse ædes docet incendium urbis commune anni 1184. de quo Meyerus hoc anno: *Incredibile* Preu. fol. 160.

dictu

dictu quantum damni Brugis fecerit incendium, quo totam penè urbem tradunt deflagraſſe. Eo incendio, quod deploramus, notat Philippus Elſatius, Flandriæ Comes, diplomata Theodorici Elſatii patris ſui, aliorumque Flandriæ Comitum deperdita fuiſſe; quæ cauſa eſt, cur de Brugenſis oppidi primordiis, atque primorum Comitum rebus geſtis, pauca reperiantur, cum, & ea, quæ tum in falis Brugenſibus conſervata fuere, centum poſt annis etjam igne conſumpta ſint. Diploma Philippi, ex archivis eccleſiæ S. Baſilii, adfertur à Miræo, in Donationibus Belgicis, parte ſecunda, cap. 65. fol. 480. hoc initio: *Vt in temporibus noſtris inſtituta ſalubriter, & providenti conſilio confirmata, certa quadam notitia propagentur in poſteros, nec proceſſu temporis à poſterorum memoria per ineptam oblivionis caliginem eveneſcant, litterarum ſolent indiciis æternari. Quapropter ego Philippus, Dei gratia, Flandriæ Comes, tam poſteris, quàm præſentibus, notum eſſe volo, quòd pater meus digna memoriæ Comes Theodoricus, & mater mea piæ recordationis Comitiſſa Sibylla, divina inſpiratione commoti, pro animarum ſuarum, & ſuorum prædeceſſorum, nec non, & ſucceſſorum ſalute, Brugis in caſtello, in honore Dei, & Beatæ Virginis Mariæ, & S. Baſilii Epiſcopi, eccleſiam ex proprio ſumptu ædificari fecerunt, & ad ibidem Deo ſerviendum, in propria perſona, quatuor Capellanos canonicè ſtatuerunt.* Et fine: *Vt autem hæc, & omnia, quæ poſtea ſupercreverint, vel adhuc ſupercreſcent, rata, & inconvulſa permaneant, litterarum cuſtodiæ commiſerunt, & privilegii ſui munimine firmaverunt: quod longo tempore, poſt eorum deceſſum, & communi incendio Brugenſi, per incuriam deperiit. Ne autem hoc infortunio, quod benefecerant, eorum amitteret poſteritas, quidquid in eo dignum memoria conſcriptum fuerat, reſcribi, & reconfirmari feci, ſubſcriptis eorum, qui interfuerant, nominibus. Signum Gerardi Brugenſis Præpoſiti, Flandriæ Cancellarii. S. Derarii Præpoſiti. S. Hugonis, Decani S. Donatiani. S. Ioannis Brugenſis Caſtellani. S. Lamberti Notarii. S. Wilhelmi de Meſtinees. S. Dilberti de Aria. Actum in Malea anno incar. verbi milleſimo centeſimo octogeſimo ſeptimo.* Ab hoc incendio, urbs lignea ante, lapidea effecta paulatim eſt, tanto decore, & magnificentia, ut in hæc verba ſcripſerit Adrianus Barlandus Zuytbevelandus, Lovanii Artium Profeſſor, anno 1551 *Publicarum privatarumq́; ædium in hoc oppido ſplendor, & magnificentia, omnem orationem, omnem dicendi facultatem ſupergreditur. Vt paucis omnia dicam, totus hic locus paſcendis oculis, reficiendis animis dicatus eſt. Pulchra ſunt oppida: Gandavum, Antuerpia, Bruxella, Lovanium, Mechlinia, ſed nihil ad Brugas.*

Porrò, ut ad urbis initia revertamur ſub Balduino Calvo. In Annalibus Belgicis Ægidii de Roya, anno 1620. editis à Franciſco Swertio, cum Ioanne à Leydis, Snoio, alijſque rei Belgicæ authoribus, ita legitur de Balduino Calvo: *Conſtruxit civitatem iſtam* (Brugas) *anno* 881. *& tollens lapides de Oudenburgh, quam Attila quondam Rex Hunnorum deſtruxit, Brugas inde munivit,*

nivit, erant enim Brugæ necdum oppidum clausum portis, sed aquis, & pontibus permunitum villagium. Idem antea dixerat de Balduino Ferreo: *Oppidum Brugas construi fecit.*

Itaque Balduinus Ferreus primò burgum munivit, ejque inclusit loca omnia, & habitationes suprà dictas, deinde, & vicum Brugas aquis largioribus, & aggere circumcinxit. Vniversum quoque suburbium aggeribus etjam firmari jussit, atque oppidum incepit, postea à Balduino Calvo ejus filio absolutum.

Quod verò tradit Balduinum Calvum tulisse lapides de Oudenburgh; habet id ex Chronographo Aldenburgico, qui urbem illam velut antiquissimam describit, ab Attila Hunnorum Rege devastatam, cum certum sit Attilam huc nunquam advenisse, & non ab antiquitate dictum Aldenburgum, sed à viro quodam nobili dicto Aldo, prout alibi ostensum.

Ego magis crediderim huic novæ munitioni, ad portas exstruendas, adhibitos fuisse lapides è parte aliqua veteris Castri Brugh, aut Bruche, quam in alia ædificia Balduinus convertit, ut superiùs est ostensum, à quo veteri burgo suprà etjam adnotavimus plateam Oudenburgh appellatam, atque natam opinionem, Aldenburgo urbe, tribus muliaribus Brugis distante, lapides fuisse advectos. Ambitum Brugensis oppidi fuisse tum existimo à burgo ad pontem Blende Ezel-brughsken, usque ad Stroo-brugghe, aliosque pontes, quos descripsimus fol. 407. quem circuitum vicum Brugensem diximus appellatum. Hinc à ponte nunc Carmilitano, usque ad Suyt-sant-brugghe, & Beghinas; atque inde secus Hospitale Sancti Ioannis, & Eeckhoutanos, ad Pant-brughsken, unde rursus ad burgum, Blende Ezel-Brughsken. Quo tractu non existimo tum fossas eas ductas, prout nunc sunt, sed leniter tantùm effossos aggeres, (quos muros etjam appellatos, suprà docuimus ex Varrone) additis turribus, ac munitionibus, ubi portæ postmodum exstructæ: Flaminga, ubi nunc De Vlaeminck-brugghe; Asinina, ubi De Ezel-brugghe; Suytsandica, seu porta Arenæ, ubi De Suyt-sant-brugghe; Mariana, ubi De Marie-brugghe, alijsque; nam anno demum 1279. scribit Meyerus: *Fecit Magareta jus Brugensibus fossam ducendi à ponte, dicto Domino Reginaldi Blankaert, præter portam Flamingam, portam Asininam, portamq; Arenæ, usq; ad Baghinas.* Neque verò fossa tantùm illic tum ducta, à Brugensibus; sed, & murus lapideus, cujus adhuc vestigia apparent, quem murum supernè demoliti sunt Brugenses, aliquot post annis, urbem ampliantes, adeò, ut ubi tunc portæ erant urbis, nunc tantummodò sint pontes. Ex diplomate Arnulphi Magni, Comitis Flandriæ, filii Balduini Calvi, mox citando anni 961 docemur forum oppidi Brugensis fuisse juxta capellam Sancti Christophori, ubi nunc etjamnum est; item parochiam Sancti Salvatoris in castro forinseco, quo

nomine Arnulphi tempore ſuburbium caſtri eſt appellatum, educto aggere, & caſtellis ad portas hinc inde munitum, reſpectu caſtri veteris Brugenſis, quod intrinſecum erat. Neque intrinſecum tantum caſtrum, burgum appellatum, ſed, & forinſecum, jam oppidum effectum, nam quidquid Latini caſtrum, Franci burgum dixerunt, ut alias ſæpè dictum fuit, unde **Borgher**, & **Burgher**, non tantùm pro caſtri incola, ſed, & pro oppidi, & civitatis, ac vulgò pro cive. Et Burgimagiſter, non tantùm pro magiſtro, aut præfecto caſtri dicitur, ſed, & pro oppidi, vel civitatis ſummo moderatore. Vtriuſque caſtri, & forinſeci, & intrinſeci, meminit Gualbertus in vita Caroli Boni, fol. 75. cap. 33: *Gervaſius* (Pratenſis) *&c. congregato ſuorum circiter triginta equitum numero caſtrum Brugenſe invaſit, & illis reſiſtere, quippè timore Dei ſuper eos irruente, non audentibus, intravit, & eos in interiorem munitionem refugere coegit.* Gualbertus Notarius Brugenſis, in vita & morte Caroli Boni, à ſe deſcripta, aperte exitum caſtri forinſeci, quod & ſuburbium vocat Brugenſe, ponit ad arenas, ubi videlicet **de Noort-ſant-brugge**, & **Suyt-ſant-brugghe**, in fine platearum **de Noort ſant-ſtrate**, & **Suyt-ſant-ſtrate**, quæ quod loco arenis, dicto ad ſeptentrionem jaceret, nomen mutuata eſt, ut altera **de Zuyd-ſant-ſtrate**, quæ ad meridiem ſita eſt. Ejus verba hæc producit Du Cheſne: *III. Kal. Aprilis, feria VI. exſpectabant Brugenſes reditum Danielis & Iwani, qui antea exiverant ſuburbium clanculò cum militibus ſuis. Nam determinaverant civibus noſtris hunc diem, in quo hominia & ſecuritates facerent Theoderico ex Elſatan, ſimûlque Gendenſes & Brudgenſes, & qui cum ipſis conjuraverant. Hæc autem feria VI. hoc anno biſſextili in anno præterito erat feria IIII. ante diem Paſcha proxima. Eodem die in veſpera reverſi ſunt ad nos in Brudgis Iwan, & Daniel, & Hugo Campus-Avenæ. Et relatum eſt, quod Willelmus Iprenſis ille captus libertate donatus fuerit à Conſule Willelmo Normannorum. Statim poſtquam pranſi ſunt tam Principes quàm populus, convenerunt in exitu caſtri apud Harenas omnes, ibíque elegerunt Theodericum ex Elſatan in Conſulem totius Flandriæ: fecerúntque ei hominia Iwan & Daniel in præſentia univerſorum. Pridie Kal. Aprilis Sabatho, iterum Clerus & populus reverſi ſunt apud Harenas, & ſuper feretrum S. Donatiani juravit Comes ſicut prædiximus. Et dati ſunt inter Conſulem & Clerum & populum obſides Iwan & Daniel, illa omnia Conſulem adimplere, & ſcienter non fraudare, quod juraverit. Deinde Gendenſes fidelitatem jurabant, & deinde Brudgenſes Conſuli, & hominia fecerunt.*

Hiſt. Guin preuv. fol. 207.

Chronicon Bertinicum etjam Balduino Calvo attribuit initium urbis Iprenſis, Winoci Bergenſis, Audomarenſis, aliarumque. *Ipſe*, inquit, *villam Bergis, antequam eſſet Abbas noſter* (more illius ſæculi, de quo alibi) *præſidio munierat in illius patriæ tuitionem, eccleſiam ibi in honorem Chriſti Confeſſorum Martini & Winoci con-*

ci construxit, corpus Sancti Winoci, quod hîc reconditum fuerat, ab hac ecclesia, Monachis renitentibus, vi abstulit, & Bergis in prædicta ecclesia collocavit. Et paulo post: *Hic & villam Ipram munivit, & fortalitio firmavit, ac etiam quasdam alias, propter suæ patriæ Flandrensis securitatem. Fortalitium etiam istius villæ, quod dictus Fulco Abbas noster dudum inceperat, & incuriâ civium imperfectum reliquerat, ipse Balduinus complevit, intra murorum ambitum hanc Abbatiam suam includens.* Videlicet Abbatiam Bertinicam intra muros urbis nunc dictæ Audomarensis. Permittebantur verò à Pontificibus Romanis Abbatiæ Comitibus, ad eas muniendas, atque adversus Normannos defendendas, ut alibi ostendemus; sic & decimas sibi à Pontificibus traditas eum in finem, scribit Arnulphus Comes, Balduini Calvi filius, diplomate continente fundationem Canonicorum & Præposituræ S. Donatiani: *In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen. Ego Arnulfus, dictus Magnus, Balduini Calvi genitus, per Dei misericordiam Flandriæ Marchio, considerans quod non habemus manentem mansionem, sed futuram exspectamus in Domino, providens meæ, ac illustris Athalæ meæ conjugis, & consortis mei corporis, animabus, ut per hoc salutem perpetuam, & remedium nostrorum peccaminum invenire possimus, Capellam in honorem gloriosæ Virginis & Domini nostri Iesu Christi Genetricis Mariæ & S. Donatiani Archiepiscopi, à Balduino, avo meo, zelo divini amoris accenso, constitutam, & ab antiquo tempore fundatam, magnificare volens, de consensu & voluntate Sanctissimorum Patrum & Dominorum, N. Tornacensis, & N. Morinensis, Episcoporum, duodecim prabendarum numerum in ipsa Ecclesia statuo: & volo quod duodecim Canonici, ibidem præbendati, in eadem capella, ad honorem Dei, & ejusdem B. Virginis, & S. Donatiani, pro remedio animæ meæ, dictæque conjugis meæ, ac avorum, & cæterorum parentum nostrorum, nec non, & successorum nostrorum, die, noctuq;, horis congruis, horas Canonicas, pro vivis & defunctis, devote celebrent, & Sacrificia offerant. Cui capellæ de prædictorum Episcoporum ordinatione & consilio, quasdam decimas, de iis quas mihi & prædecessoribus meis, in Comitatu seu Marchionatu Flandriæ, de terris cultis, & incultis, Sanctissimi Patres Papæ Romani, pro adjutorio expensarum nostrarum, & nostrorum militum, pro expugnatione, ac resistentia contra Wandalos, qui Flandriam, & alias terras vicinas, cum ecclesiis in ipsis constructis, crudeliter & damnabiliter devastabant, & incendio tradebant, in feudum perpetuum concesserunt, necnõ & quædam alia bona in eodem Comitatu, pro eorumdem Canonicorum vita & aliis ejusdem Capellæ expensis, dono, trado, & præsenti charta concedo. Locorum vero, in quibus decimæ, ac bona ipsa sita, sunt hæc:*

Ex Cod. Donat. Miræi cap. 34. f. 138.

Scilicet Ecclesia S. Michaelis in Winebriga, cum omnibus appenditiis, decimis, pratis, agris, mancipiis, vectigalibus, excepto regio Fisco.

Capella S. Crucis, in villa, quæ dicitur Gera, cum omnibus decimis & terris adjacentibus.

Capella de Wara & quæ dicitur Ridervoorda, cum omnibus decimis, & terris sibi attinentibus.

Capella S. Christophori juxta forum. Ecclesia de Widisgatis & ecclesia de Kemlis, cum omnibus terris, quæ ad nos pertinent ibidem.

Bodium de Thicabusca, bodium de Formesela, bodium de Ipris.

Ecclesia de Esna, cum capellis suis, Dicasmutha & Clarc.

In parochia de Oostkercka apud Budamslit, unum aratrum, & pars alterius, & grex unus ovium cum terra tota.

In parochia Rodenburg terra tota; Item in eadem parochia Oostkerka VIII pisæ caseorum, & denarii de vitulis, de terra Herradi, pisæ caseorum, & omnes denarii de vitulis, de terra Ostet VII pisæ caseorum, & denarii de vitulis.

De terra Wulfras VII pisæ caseorum, & XV arietes, & XXX vellera agnarum, & XV vellera arietum, & XXX vellera agnorum.

De terra Frobbine III pisæ caseorum, & denarii de vitulis.

De terra Werenbaldi II pisæ caseorum, & V arietes, & X vellera agnarum, & vellera, unius agni, & X agnorum.

De terra Tancredi I pisa casei.

De terra Everbaldi & Vultildis, II pisæ caseorum.

In parochia Haltauue terra in Wega circiter XL. mensur. diurn.

In parochia Vtkerk, terra Tancredi L. diurn. mensur.

In parochia S. Mariæ terra pratorum XXXII mensur. diurn.

In parochia Madkerka terra quæ dicitur Haddigaland.

Volo etiam quod prædicti Canonici caput sibi habeant, & majorem qui nominetur Præpositus, quem sibi libere ipsi possunt eligere. Et isti Præposito hæc bona similiter do, trado, & concedo; quarum primum est.

Ecclesia Oorscamp cum omnibus decimis, & terra ibi sita.

Bodium in villa Sarra cum XIV. bonariis, & XVII. mensur. diurn.

In Lissewega LXII. mensur. diurn.

In Vtkerka LXXIX. mensur. diurn.

In Dudzeela LX. mensur. diurn.

In Michem XIII. mensur. diurn.

In parochia S. Crucis XLV. mensur. diur. & I. curtile.

In Wulpis circiter D. & quinque mensur. diurn.

In Oostkerka CXXX. oves cum terra. In Artrica I. curtile.

Apud Dicasmutha CC. oves cum terra.

In parochia Lo X. mensur. diurn.

Apud Busarica CXX. mensur. diurn.

In Iabeka XXX. mensur. diurn.

In Zarkenghem X. mensur. diurn.

In Liswega XVI. mensur. diurn.

In Riedsela IX. mensur. diurn.

In parochia S. Mariæ Brugensis IV. curtilia. & I. pratum.

In parochia S. Salvatoris, in castello forinseco II. curtilia.

Rogo insuper, & jubeo, atq; mando, ut nullus prædictæ meæ donationi contradicat, vel dictam capellam B. Mariæ, & S. Donatiani impetat

petat, sive impediat super bonis prædictis. Si quis autem iis in aliquo contraire, vel contradicere voluerit, quingentas libras auri persolvat, & si fuerit heres meus (quod absit) exheres sit, & maledictionem Dei, B. Virginis Matris ejus, & S. Donatiani, & omnium Sanctorum, & meam incurrat. Si verò donatarius sit ingratus, & dono meo careat, & meorum, & privetur à meis heredibus, ut ingratus. Actum Brugis II. Kalend. Augusti, anno Dominicæ incarnationis nongentesimo sexagesimo primo. Vbi nota Arnulphum de voluntate utriusque Episcopi, & Tornacensis, & Morinensis ecclesiæ, Canonicos fundare, quod videlicet Comitatus, qui vivente Ludovico Pio fuerant Berengarii, in Episcopatu Folcoini Morinensis Episcopi, postea etjam pertinuerint ad Arnulphum, atque in Episcopatus illius districtu terras sitas, Canonicis concedat, ut bodium de Thicabusca, nunc Dicke-busch, Formisela, Ipris, in Wulpis, in parochia Lo, &c. quæ nomina sunt etjamnum usitata.

Quod verò suprà scripsit Chronicon Bertinicum, *alias villas, propter suæ patriæ Flandrensis securitatem*, Balduinum Calvum munivisse, intelligo villas, seu civitates, quæ antea castra tantùm fuere, & castellaniæ sub Castellano, sive Vice-comite, ut est Burburgum, Furna, Casletum, Balliolum, quæ omnia devenere ad Balduinum Ferreum postquam hæreditariè obtinuit Flandriæ Comitatum. Adeò, ut Castellani, qui antea sub Regibus Francorum Carolo Magno, Ludovico Pio, Carolo Calvo fuerant, ab eo tempore venerint sub Comitum potestatem.

Ante condita illa castra circa annum 870. ut suprà scripsimus castrum Bruge unicum erat Flandrensis tractus, à Gravelinga ad Scaldiam; & castris illis eductis, cum unicuique Castellano certa terrarum portio assignata est, multum jurisdictionis Burgo Brugensi est detractum, peculiares enim sibi Scabinos habuere Castellanus Furnensis, Bergensis, Burburgensis; ex hoc Caroli Magni decreto suprà citato: *Volumus, ut Comites, qui ad custodiendam maritimam deputati sunt, ibi secum suos Scabineos habeant, si ibi placitum teneat, & justitiam faciat.* Castra illa ad Comitem quidem pertinebant, at quia in omnibus ipse præsens jus populo dare non poterat, constituebat Castellanum nomine suo, Vice-comitem inde appellatum, cum Scabinis aliquot, quorum erat *placitum tenere, & justitiam facere*, ut loquitur ipse Carolus Magnus.

Oppido novo, ad Brugas castrum, constituto, novus proculdubiò à Comite Balduino oppidanis, sive burgensibus datus est Magistratus, dictus initio Magistratus Comitis, sive justitia Comitis; item Scabini Comitis, qui officio illo ad vitam fungebantur. Novo etjam oppido data lex vulgò: *Cora villæ Brugensis* appellata, è vernaculo Cuere, .j. Costuyme, quam repeti inter archiva Flandriæ, in castro Hispanico Gandavi. In ea sic legitur inter alia: *Si quis alicui vulnus fecit infrà pontem S. Mariæ, & infrà*

frà Boterbeke, infrà usq; ad domum Walteri Calvi, infra usq; ad domum Lammekini Carpentarii, suprà terram Balduini de Petra, infrà fossatum veteris molendini, & illud veritate Scabinorum cognoscatur, de quacumq; re factum sit, ad domum, in qua ille manet, qui vulnus imposuit, per Scabinos, in justitia Comitis, submoneatur. Quamquam pleraque loca ignota, longitudo tamen oppidi dignoscitur, *à ponte Sanctæ Mariæ,* nunc etjamnum dictæ: **Marie-brugghe**, propè Hospitale Sancti Ioannis, usque ad fossatum Molendini, nunc adhuc vulgò **De Meulen-brugghe**. Ibidem titulo de Scabinis decessis: *Quando aliquis Scabinorum discedet, alius ei substituetur electione Comitis, & non aliter.* Vnde patet Scabinorum perpetuum fuisse Magistratum, qnod immutavit demum Thomas Comes anno 1240, ut habet Meyerus, ita scribens: *Thomas, & Ioannes Comites Brugensium politicum ordinem mutaverunt, sciveruitq;, ut Magistratus, qui fuerant perpetui, renovarentur singulis annis, habitis per Principem Comitiis festo die Purificationis Beatæ Mariæ.* Verba diplomatis sunt: *Thomas Flandrie & Haynoie Comes, & Ioanna ejus uxor Flandrie & Haynoie Comitissa: Vniversis presentes literas inspecturis, salutem in Domino. Noverint universi, quod cum ex parte Scabinorum, & communitatis ville Brugensis essemus multoties requisiti, ut ejs Scabinagium de anno in annum concederemus. Nos utilitatem ville predicte in hoc considerantes, petitionem dictorum Scabinorum, & communitatis duximus admittendam, &c. & poterit concilium prædicte ville Brugensis communiter concordando renuntiare, quandocumq; voluerit, electioni Scabinorum de anno in annum, &c. Actum Brugis anno Domini M. CC. XL. mense Ianuario.*

Arch. urbis Brug.

In cora Brugensi oppidi lego præterea: *Sciant omnes, quod vir de oppido Brugensi, quodcunq; forefactum fecerit, non potest amittere ampliùs, quam sexaginta libras, nisi sit convictus de raptu, vel de latrocinio, &c.* Idem: *Nemo manens extrà præfinitos terminos infrà muros castri, gladium ferat, nisi sit mercator, vel aliùs, qui gratia negotii per castrum transeat; si verò castrum intraverit, causa ibi morandi, gladium, extrà in suburbio demittat. Quod si non fecerit, tres libras, & gladium amittet. Iustitiarius verò Comitis, & Ministris eorum licebit portare, quia pacem castri observare debent, nocte & die intrà castrum ejs arma ferre licebit. Viris etjam Brugensibus gladium portare, & reportare licebit, dummodo castrum exeant festinanter, si quis eorum moras faciendo, vel per castrum vagando, gladium portaverit, LX. sol. & gladium amittet.* Item: *Si Scabini gratia emendationis villæ, assensu justitiæ, bannum (.j. impositionem,* vulgò **Impost, Impositie,** quia banno, .j. proclamatione fiebat.) *in pane, & vino, & cæteris mercibus constituerint sub pœna, medietas istius pœnæ erit Comitis, & altera oppidi, & Castellani.* Ex quibus collige in castro, seu burgo, prout illud munivit Balduinus Ferreus habitasse Comitem, ejusque Officiarios, Castellanum videlicet, reliquosq; justitiæ ministros. Comitem quoque suam curiam habuisse, in

qua

qua cum paribus Flandriæ, & hominibus suis judicabat causas sibi reservatas, & feodales; unde, & Scabinos oppidi Brugensis de causis ad Comitem pertinentibus, voluit, jus dicere in curia sua, in ipso castro. Ejusdem enim coræ Brugensis titulo postremo, sic legitur: *De omnibus verò aliis causis ad Comitem pertinentibus Brugis in castello, vel ante castellum placita tenebunt, &c.* Quæ pluribus examinanda erant in descriptione Burgi Brugensis, ubi Deo favente coram integram cum sua interpretatione in lucem dabo, prout coram Francam dedi capite XXIII.

Hisce temporibus virscarna Brugensis, adhuc dicta fuit terræ Francæ, in Burgo, ut apparebit capite sequenti; eratque in antiqua domo Castellani, atq; ad eam gradibus ascendebatur, fortè iisdem, quibus nunc ad S. Basilii. v. quæ supradicta fol. 448, & 459. Sed, & ipsi Scabini Franci, *Scabini Brugenses* antiquitus sunt appellati, dudum ante conditum Brugense oppidum, ac etjam eo condito, priusquam Ioanna Flandriæ Comitissa emit Castellaniam. Vnde sic reperio in diplomate Affligemiensi Theodorici Elsatii, anni 1121: *In nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis. Ego Theodoricus, Dei gratiâ Comes Flandrensium, tam præsentium, quam futurorum notitiæ volo commendari, quòd terram, quam in Rodenburch curti S. Petri Affligemensis adjacentem Rogerus Gandensis, & Curturiacensis Castellanus de me in feodum tenebat, meo consensu duobus fratribus Balduino, & Livaino de Prato vendiderit, mihiq; pro eadem terra allodium suum Pudersle reddiderit, & in feodum de me omnibus filiis suis consentientibus receperit. Postea eandem terram prædicti fratres de Prato Abbati Affligemensi Godescalco, acceptis quingentis marcis, pro remedio animarum suarum, in eleemosynam dederunt, & coram Scabinis Brugensibus, in placito, quod virscarnen dicitur, eamdem donationem ecclesiæ Affligemensi confirmaverunt. Et, ut bonis inceptis nihil imperfecti resideret, utriusq; partis persona Brugis coram me, & Baronibus, & hominibus meis, tam liberis, quam servis, convenerunt, & me consentiente, & ipsi dono manum apponente, prædicti fratres Balduinus, & Livain, memoratam terram, Abbati Affligemensi legitimè reddiderunt, & exfestucaverunt. Vt hæc ergo traditio in perpetuum rata, & inconvulsa permaneat, scripto mandari, sigilli mei impressione signari, & testium astipulatione volui roborari. Rodulfus Castellanus Brugensis, Walterus de Teneremunda, Balduinus frater ejus, Rogerus Castellanus de Gant, Robertus, & Simon de Ghistelle, Henricus de Aldenburgh, Riquardus de Straten, Arnoldus de Orscamp, Freoldus Cneslar, Fastradus de Vechta, Walterus Spiringh, Herbrandus de Liswegbe, Reinbaldus de Duddesele, Robertus de Maldengem, &c. Actum est hoc Brugis ab anno incarnatione Domini M. C. LII. Indictione I. Comitatus mei anno XXVI.* Terram venditam propè Rodenburgum, nunc Ardenburgum, pertinere ad jurisdictionem Scabinorum terræ Francæ, apud omnes in confesso est; unde nemini dubium esse debet, quin *Scabini Brugenses* hìc sint Scabini Curiæ,

ſeu Cameræ, aut Virſcarnæ Caſtellani Brugenſis, qui, & ipſe præſens diplomati ſubſcripſit. Eorum virſcarnam etjam Brugenſem, & Francam appellatam fuiſſe, paulò poſt cap. 27. liquido apparebit. Poſtmodum verò terram Francam à veteri burgo, ſeu caſtro Brugenſi, unde jus petebat, Caſtellaniam Brugenſem etjam fuiſſe appellatam, ex plurimis diplomatibus apparet, tam Latinis, quam Gallicis; ita in epocha emptæ Caſtelianiæ, quam Ioannes de Nigella poſtremus Brugenſium Caſtellanus tradidit Ioannæ Conſtantinopolitanæ, ſcriptum reperio in Flandriæ archivis: *Ego Ioannes, Dominus Nigelle. Notum facio univerſis præſentibus pariter, & futuris, quod ego vendidi, & quitavi hereditariè Iohannæ Comitiſſæ Flandriæ & Haynoniæ, Caſtellaniam Brugenſem. Et quidquid tenebam de ea in feodum & hommagium. Et me teneo pro pagato de tota ſumma pecuniæ, quam habere debebam pro hac venditione, in cujus rei memoriam præſentem cartam ſigilli mei munitione confirmavi. Actum Meleduni anno Domini M. CC. XXIV. menſe Februarii.*

Sic à Ferrando Comite in diplomate anni 1226. mox adferendo dicitur: *Caſtellaniæ Brugenſis Grutarius Gildulphus.* Et in diplomate Ioannæ Comitiſſæ, ac D. Petri de Collemedio Præpoſiti Brugenſis, quod aſſervatur in Sancti Donatiani hunc in modum convenitur: *Prædicta omnia dicimus ſervanda tantum in Caſtellania de Brugis.* In diplomate Ludovici Nivernenſis ſuprà citato: *Nos bonne gens d'ou Francq de le Caſtelrie de Bruges.* Vnde & Latinè *Caſtellaria* reperitur pro *Caſtellania.* Sic Lambertus Ardenſis agens de Arnoldo II. Domino Ardenſi, ducente in uxorem Gertrudem ſororem Balduini Groſſi, Domini Aloſtenſis, ita ſcribit, apud du Cheſne: *Arnoldus duxit, & legitimo ſibi copulavit matrimonio, nobilem, nobilis viri ſororem, nomine Gertrudem, cum qua ſimul, & ejus accepit allodia, quæ in Caſtellaria Brugenſium poßidebat, apud Rodenbergum, & Oſtbergium, & circa Iſendicam, Vulendicam, & Gaterneſſam.*

Cap. 23. ol. 438.

Preu. Guiſn. fol. 157.

Vulendicam, quod ſordidũ aggerem denotat (nam Vuyl, *ſordidus.* Dijck, *agger*) olim appellatam exiſtimo, quæ nunc inversâ ſignificatione: *Schoonendicka,* à Schoon, *pulcher,* quod luto limoq; obſitam terram, educto aggere, reddiderint fructu lætam, & aſpectu jucundam. Ibidem aliquanto poſt: *Terram, quæ in miniſterio, ſive in Caſtellaria Brugenſium ſibi contigerat.* Idem itaque fuit Caſtellania, ſeu Caſtellaria Brugenſis, ſive Brugenſium. Du Cheſne hæc Gallicè transferens in contextu hiſtoriæ ſuæ Guiſnenſis, ita loquitur: *Terres Frances, qu'il poſſedoit en la Caſtelenie de Bruges.* Quibus locis *Brugenſis, Brugenſium,* & *Bruges* adnotandum trahere ſignificationem ſuam à vetere caſtro *Bruche,* vel *Brughe.*

Fol. 93.

Invenio pro Latino *miniſterium,* Gallicè *meſtier* in diplomate Scabinorum, & communitatis terræ Francæ, cui appendebat ſigillum exhibitum in frontiſpicio hujus libri, exſtatque etjamnum

etjamnum in castro Hispanico Gandavi, inter archiva Flandriæ Comitatus, in hæc verba: *Nous li escevoins, & communites d'ou Francq mestier de Bruges, faisoins savoir à tous. Ke comme nos tresbaus & treschiers Sires, Guys Cuens de Flandres ait enconvent, & permis pour nous loiaument en bonne foi, à faire venir ens, & à paier commes Sires de la terre, à Thibaut Castelet, bourgois le Eveske d'Arras, &c. ciet cens & vint. lib. de Paris. &c. Donné en l'an* 1272.

In ipsius sigilli circuitu pro *Castellania*, seu *Ministerium* legitur *Officium*, sic enim scriptum est: *Sigillum Scabinorum, & communitatis Franci Officii Brugensis.* Francum Officium translatum est è vernaculo Vrye-ambacht, quæ vox Ambacht apud veteres Gallos, ac deinde apud solos Francos, reliquâ Galliâ à Romanis devictâ, significavit clientelam, atque officium clientis erga Patronum, ac Patroni vicissim in clientem; quod officium aliud non fuit, quam tutelæ, & defensionis adversus hostes, & coïtio in communia arma, atque exercitum eundem; tum, & juris dicundi requisitio, ut cliens à nemine opprimatur. Ab hoc officio, tam posteriores Franci, quam etjam Romani, perperam *Ambachtum* traxerunt ad ministerium, & servitium; cujus erroris authores existimo fuisse interpretes Festi, apud quem ita legitur: *Ambactus apud Ennium linguâ Gallicâ actus dicitur.* Qui actus intelligi alius non potest, quam clientelæ, ut Ambactus & clientem significat, & officium clientis. Ennii locum Festus non adducit; glossator tamen aliquis in lexico suo Latino-Græco, edito ab Henrico Stephano, anno 1572. fol. 14. cum Festum legisset, ita ausus fuit scribere: *Ambactus* δοῦλος, μισθωτός, ὡς Ἔννιος. .j. *Ambactus, servus, mercenarius, ut Ennius.* Ex hoc lexico, Turnebus, ita Festum, & Ennium interpretatur, lib. 14. cap. 12. Adversf: *Ambactus lingua Gallica dicitur actus, & Ambactus servus mercenarius, ut circumactus dicitur. Hanc vocem usurpavit Cæsar comm. 6: „ ita plurimos circum se Ambactos clientesq́ habet. Ambacti autem erant apud Gallos, qui se nobilibus in servitutem dicarant, quod circum illos acti essent. Ab am videlicet,* ἀμφὶ *circum, & ago, actum.* Perperam omninò Turnebus Cæsarem interpretatur, qui de servitio ne verbum; & vanum est linguæ Gallicæ etymologiam quærere Latinam. Quis credat Ambactum Furnense ita dictum fuisse, quod circa Scabinos Furnenses actum sit? Fateor apud Romanos moris fuisse, cum servus manu mittebatur, ut circumageretur, unde Persius fol. 5:

——— Quibus una Quiritem
Vertigo facit.

Vbi Quiritem significat liberum, & civem Romanum. Seneca ep. 8: *Philosophiæ servias oportet, ut tibi contingat vera libertas, non differtur in diem, qui se illi subjecit & tradidit, statim circumagitur; sic enim ipsum, Philosophiæ servire, libertas est.* Casaubonus in Persii locum citatum: *Inter alios manumissorum ritus fuit, quæ hic vertigo dicitur,*

dicitur Græcè περιδίνησις, & περιστροφὴ, cum manu mittendus dextrâ prehensus à Domino in orbem rotabatur. Et ipse Festus: *manumitti servus dicebatur, cum Dominus ejus, aut caput ejusdem servi, aut aliud membrum tenens, dicebat: hunc hominem liberum esse volo, & emittebat eum è manu,* circumactũ videlicet ut suprà. E quibus apparet nullo modo Festi, aut Ennii mentem fuisse, ut Ambactus, servus actus, aut circumactus diceretur, id enim si esset Ambactus, liberum potiùs significaret, quam servum. Goropius Becanus præclarè hac de re disserit Advaticorum, lib. 1. fol. 35: Ampt, *vox est nostras, posita cuivis magistratui significando, cui jus aliquot sit mandandi. Scriberetur autem convenienter, & linguæ nostræ, & suis fontibus* Ambt; *sed quia difficilior est pronunciatio, media littera in tenuem mutatur: deinde quia Ni ante Pi in eadem syllaba, transit in Mi,* Ampt, *non* Anpt, *in usum venit. Est enim vox composita ex* An & Biet. Anbiet *igitur idem est, quod præcipit, sive alii quippiam mandat; & more loquendi nostris usitato, ad alios mandata dat.* An *namq; ad notat:* Biet, *mandat. Ex* Anbiet *conciditur* Ampt, *ea, qua dixi, ratione. Verùm in compositione ex* Ampt *fit* Am *decurtatum. Sic dicimus* Amman, *quum integrè, ut hactenus quamplurimi,* Amptman *vocaremus, in omni sermone curiosè quæsita, tum brevitate, tum suavitate vocum. Hoc nomine alibi aliter utuntur. Bruxellani, pro summo suo magistratu; Antwerpiani, pro eo duntaxat, qui civilibus causis præsidet; altero, qui in crimina inquirit, Sculteto nominato: quæ vox in lingua vernacula integrè efferetur,* Sculteis. Scult *noxam significat, & crimen, & quodvis debitum.* Eis *verò sive* Eisch, *idem est quod exigo.* Sculteis *igitur is dicetur, qui debitum pro noxa exigit. Sed jam ad* Ampt *revertor, ex quo in compositione* Am *fieri dixi. Hinc Ambactus vox, & à priscis Latinis, & à recentioribus ad examen vocata, sed à nemine scriptorum, quod equidem scio, vel bene explicata, vel ad germanos natales reducta. Festus Am Latinis circum notare docet, atq; dici, in Ambactum, id est servum circumactum; qua voce Ennium usum esse dicit, addens Gallicam esse. Cæsar libro sexto Commentariorum de bello Gallico hæc habet: „Alterum genus est equitum; ij cùm est usus, „atq; aliquod bellum incidit (quod ante Cæsaris adventum ferè quotan„nis accidere solebat, uti aut ipsi injurias inferrent, aut illatas propul„sarent) omnes in bello versantur: atq; eorum, ut quisque est genere, co„pijsq; amplissimus, ita plurimos circum se ambactos clientesq; habet: „hanc unam gratiam potentiamq; noverunt. Turnebus, ut hic quoq; diligentiam eruditionemq; suam monstraret, adducit ex nescio quo Lexico, Ambactus δοῦλος μισθωτὸς, ὡς ἔννιος. Partim igitur ex hoc, partim ex Festo, putat Iulium ab Ennio vocabulum hoc mutuatum esse. Equidem & Ennium & Cæsarem à Gallis accepisse credo, quorum mores & Remp. describenti, fuit propè necessarium æquè Ambactorum atq; Druidum meminisse. Verùm nec rectè Festus, nec rectè Lexicon; nec ipse deniq; Turnebus Ambactum servituti nobilium addixit. Melius Iulius, qui dicit equites hanc unam gratiam potentiamq; novisse; quasi diceret, potentiam*

tentiam omnem equitum pendere ex gratia Ambactorum: quod si ita est, quam servitutem somniamus, ubi gratia homines, non mercede, non emptione conciliandi videntur? Rhellicanus confessus, se nullam vocabuli Germanicam originem invenire, ineptè perinde atq; ceteri, Gallicam vocem de Latino sermone interpretatur; quasi Galli à Latinis eam emendicassent. Eruenda igitur vera ratio de Cimbrica sive nostrate lingua, cum qua priscam Gallorum eandem fuisse, pòst cùm locus erit, clarè copioseq; demonstrabo. Quid sit Ampt *sive* Ambt, *ostensum est: nunc quid sit* Acht, *enucleandum.* Acht, *idem est, quod dignum duco, vel in existimatione habeo. ut cum dicitur:* Ick acht hem, *id est, ego magni eum facio, sive in existimatione habeo. Et contrà:* Ick acht hem niet, *id est, nihili eum facio; & similiter in aliis orationibus usurpatur. Ex* Ambt *igitur &* Acht, *fit* Ambacht, *remoto Tau ad soni elegantiam, & de more nostrate, qui illam litteram è medio frequenter tollit; non in compositione modò, sed in simplicibus etiam enunciandis. Dicimus enim* Vater *&* Vaer, Moter *&* Moer, *& alia ejus generis infinita. Est igitur* Ambacht, *corpus eorum, qui aliquem dignum ducunt, cujus jussis obtemperent. Ex hac ratione elucescit ad gratiam, non necessitatem pertinere Ambactos; & quantò quis plus gratiæ popularis inire potest, tantò esse in majore existimatione, tantoq; digniorem judicari, cujus imperium ultrò sequantur. Convenientissimè igitur more Gallico, Cæsar ad gratiam Ambactus retulit, non ad servitutem aut necessitatem: quam alii contra vim verbi, & liberam gentis consuetudinem perperam induxerunt. Ambacti igitur, uti Latini transformarunt, sive* Ambachten *nostrate lingua, ejusmodi in civitatibus corpora dicuntur, quæ unum sibi legunt, cujus auctoritatem perinde atq; capitis sui venerantur. Hinc apud Flandros quatuor pagi sunt, aut potiùs unus pagus in quatuor regiones divisus, cujus singulæ partes* Ambachten *vocantur. Quod diligenter notandum, ne quis opinetur hoc vocabulo mechanicam artem significari; quod quidam, sermonis sui nimium rudes, arbitrantur. Quare verò ad artem ejusmodi signandam vulgus usurparit, hæc est causa: Opidanorum, qui sacris non sunt addicti, & quorum ratio in Rep. haberi debet; alii vel generosi sunt, vel generosorum vitam agunt; alii mechanicas artes exercent. Priores illi aliis classibus censentur; posteriores in corpora artificum dividuntur, pro artium, quas profitentur, diversitate. Horum singula suos sibi Capitaneos eligunt ad annum duraturos: quibus quòd illa prisca consuetudine sint addicti, Ambactorum titulo se honestarunt. Hos Principes in bellum solent educere; his corporis custodiam credere; in horum peditatu potentiam summam collocare; his viribus incolumen Remp. tueri; hostium injurias propulsare. Sed ut omnia mutantur, Deus vellet, ut in melius, avorum memoria, cùm regio nostra faustis connubiis exteros Principes sibi adsciscere cogeretur, paulatim mercenarii milites fiscum omnem, & omne ærarium exenterare cœperunt, & gliscente semper avaritia, nova suadere bella, non quo Principes honori, & patriæ saluti consulatur; sed quo quicquid usquam est,*

illorum

illorum libidini sit objectum. Manent tamen hactenus hæc collegia artificum in omnibus civitatibus, quorum distinctio & administratio in primis est necessaria, præsertim intra urbes. Nam ab æternis bellis per stipendiariorum sacramenta facilè excusantur; nisi qua gravior tempestas aliud cogat. Quia igitur Ambactorum nomen artificum maximè corporibus in opidis est tributum, omnes artes, per quas ad collegia illa pervenitur, abusu quodam per ambitionem irrepetente, cœperunt Ambachten *nominari; quarum tamen vocem propriam non esse, tum significatio modò exposita, tum Ambacti Flandrorum apertissimè commonstrant. Ex* Ampt *igitur* Amman, *id est, vir in magistratu eo, quem dixi, constitutus; & Ambactus, is qui in collegium ejusmodi voluntarium est cooptatus.* Iosephus Scaliger in notis suis ad Festum, quamquam Goropii adversarius, fateri cogitur ambactum Cæsari nunquam servum significasse, atque ambactum Ennii ab ambacto Cæsaris distinguit, his verbis: *Ambactum Festus dixit apud Ennium significare servum mercenarium. A Gallis autem dici clientem, ut legitur apud Cæsarem. Vel, quod verius puto, Festus tantum ab Ennio ita vocatum servum conductitium dixit. Paulus verò iste voluit sincerum vas incrustare, & ita à Gallis dictum esse scripsit, quia eam vocem, in commentariis Cæsaris legerat. Neq; dubito quin ita res acciderit. Nam alii longè Ambacti apud Cæsarem, qui non servi erant: alius Ambactus apud Ennium, quum servum significet. Illud Gallicum vocabulum, hoc planè Latinum.*

Frustra Scaliger divinat, cum Ennii locus in promptu non sit; qui si de acto, aut circumacto servo egerit, Romanorum more, non potuit alium intellexisse, quam liberum, & manumissum. Certè Ambactum hodie toto Flandriæ maritimæ districtu, itemque totâ Zelandiâ, atque Hollandiâ, non nisi certum terræ districtum significat, sub tutela ejus, quem incolæ olim eligebant, at deinde sub tutela Regum, Comitum, Vicecomitum, eorumque, quibus hi jus suum divendebant, unde in Zelandia, atque Hollandia nati Ambacht Heeren, *viri,* inquit Levinus Lemmius, lib. 4. cap. 3. *illustres, penes quos est summa rerum in coloniæ alicujus, seu municipii ambitu.* [De Occul. nat. Mir.] Hand-vest van Suydhollandt, Ioannis van Eyck, folio 286: Wy Johan, Heere van Wassenaer, van Catwijck, van Voorschooten, van Valckenburch; Borch-grave van Leyden, Ambachts-heer van Oostvarendrecht: Elisabeth van Loo, Vrauwe van Moerkercken/ ende Ambachtsvrauwe van Karnisse; ende Jacob Damissen, als Ambachts-heer van Westbarendrecht. Doen kont, ende kennelick aen alle luyden, alsoo by der hulpe Godts seker merghentalen in den voorsz. Ambachten begonnen zijn te dijcken, &c. Ghegeven binnen der stede van Dordrecht, in den jaere ons Heeren Duyst, vier hondert, drie-entachtentich, op den twintichsten dagh van December. Quo libro, folio 97. notat idem van Eyck, unicuique districtui Ambacht appellato, à Comite Hollandiæ primò scultetum, sive baillinum

vum constitutum, dictum Comitis officialem, cujus erat jus dicere, ac sententiam pronuntiare, cum causa non excederet duos solidos, seu, ut ipse interpretatur, duos florenos, ac duos asses; ambactum verò, cui præerat, officium ejus nuncupatum fuisse; ea ambacta, sive officia postea à Comitibus partim vendita, partim in feodum data fuisse, vnde ambactorum Dominium profluxit; antea ambactos illos, sive ambacta, ab omni genere servitii libera fuisse, tantumque ratione tutelæ, aut clientelæ, aliquam interdum recognitionem (ut dicunt) Comiti dedisse, probat ex hoc diplomate Florentii Comitis: *Nos Florentius Comes Hollandiæ, notum facimus omnibus præsentes litteras inspecturis, quod ex consilio prudentium hominum terræ nostræ, & ad instantiam dilecti fidelis nostri Domini Henrici de Lecka militis, hominibus, sive incolis, in officio de Ouderkerck manentibus, hujusmodi juris contulimus libertatem, quæ videlicet talis existit, quod dicti homines, sive incolæ, in dicto officio nunc manentes, vel mansuri, nullas taleas, tributa, sive exactiones nobis conferent, vel nostro nomine alicui, nisi forte si ad curiam Imperatoris contingeret citari nos, vel illuc ultro accedere, nobis decem libras solvere tenebuntur; præterea cum gladio accincti fuerimus militari, vel uxorem duxerimus, decem libras Hollandiæ dabunt; insuper cum frater noster, aut filius accingi decreverunt gladio militari, aut soror nostra, aut filia, aut filius, matrimonium contraxerint conjugale, unicuiq; ipsorum sex libras Hollandiæ ministrabunt, &c. Datum in Haga quinto decimo mensis Iunii, anno Domini M. XCVII.* Vbi in translatione vernacula officium de Ouderkerck, dicitur **Ouderkerck-ambacht**. De ambactis, sive officiis illis à Comitibus divenditis, patet ex hoc diplomate Theodorici Comitis Hollandiæ, parte secunda, Chron. Zelandiæ Boxhornii Zuerii: *In nomine individuæ Trinitatis. Ego Theodoricus, Comes Hollandiæ, & A. uxor mea, Hollandiæ Comitissa, tam præsentibus, quam futuris, salutem in eo, qui est salus omnium. Notum vobis facimus, quod Biggo, & nepotes sui erga nos terram infra Peyndrech emerunt cum decima, & officio. Sæpe itaq; dictis viris in præmonita terra castrum, vel munitionem construere licentiavimus, & tales aggeres ipsis componere, quò nos per eos terram nostram per inundationem aquarum non amittamus. Testes hujus rei sunt hi, Dominus Hugo de Voorne, Gerardus de Hurst, Woulterus de Ruvene Arnoldus Dapifer, Gerulfus Callen, Sygerus Burch. Datum apud Harlehem.* Cum decima, & officio in vernaculo quoque dicitur: **Met de thienden, ende het ambacht van dien.** Fol. 46.

Castris exstructis ambacta etjam Castellaniæ dici poterant, quod in Flandria nostra scripsimus evenisse, alioquin, & sine castris dicta sunt olim ambacta, quæ idem nomen etjam retinuerunt, hodieque retinent, quamquam peculiaribus Dominis subjecta sint; unde fortè profluxit, ut ambactum ministerium quoque dictum, aut certè ortum illud ab oppidis jam primum

conditis, quæ cum in varia opificia distingui oporteret, à rure in oppida nomen etjam ambacti derivatum est, non pro officio, ut olim, & clientela, sed pro opificio vario, prout hodieque in urbibus observatur; unde per abusum ambactum, & ministerium in diplomatibus est appellatum, & Francis etjam *Ambecten* apparare, ministrare significavit, ut in speciiminibus nostris, & glossariis linguæ Francicæ veteris, & Flandricæ hodienæ suprà apparet. Kilianus: **Ambacht**, inquit, *vetus, officium munus, munus publicum, jurisdictio, præfectura*; unde videlicet
Cap. 23. fol. 459. suprà ambasciam pro legatione oriundam, Matthæus Vossius adnotavit. Addit idem: **Ambacht**, *artificium, opificium, ars manuaria, &c. quidam scribunt* **Hand-bacht**, ab **Hand**, .j. *manus*, atq; omninò fieri potest Brugenses, & Francones **Ambacht**, cum **Handbacht** confuderint, cum aspirationis parvam omninò habeant rationem. Ad quam confusionem evitandam cum antea, Scabini terræ Francæ, in diplomatibus suis simpliciter interdum scripsissent: *Scabini officii Brugensis*, &: **Schepenen van Brugh-ambacht**; denominatione semper à castro Brugensi desumptâ, po-
V. Sigilla Comitum fol. 44. stea addiderunt *Franci officii*, & vulgò etjam: **Vrye Schepenen van Brugh-ambacht.** Item: *D'ou Francq de le castelrie de Bruges.* Sed sæpiùs solummodò Scabinos se *Vrios*, aut *Liberos*, aut *Francos* appellarunt. Item Scabinos de *Vria*, de *Libero*, de *Franco*, ut officium, & ambactum ipsum castri Brugensis, substantivè *Liberum*, & *Francum.* In archivis Sancti Donatiani diploma est Ioannæ, Flandriæ Comitissæ, anni 1218, ubi *Scouthetas de Libero* Latinè vocat, **Beerhders van 't Vrye**, unde hæc excerpsi: *In nomine, &c. Ego Ioanna, Flandriæ & Hainoie Comitissa, tam futuris, quam præsentibus, quod dilectus, & fidelis meus Wilhelmus, Brugensis Præpositus, ac Flandriæ Cancellarius, mihi servivit, & consilio meo, de sexcentis libris pro hospitibus suis de Cancellaria, &c. quolibet anno debet fieri inquisitio à Schouthetis de Libero, si qui novi hospites advenerint super Cancellariam, &c. Datum Curtraci die Iovis proxima post octavam Epiphanie, anno Domini M. CC. XVIII.* Sic, & *Scabinos de Libero* dictos, & *de Franco*, suprà scripsimus. Item *de Vria.* In Genealogiæ Flandricæ probationibus ad tab. 11. folio 30: *Ego Wilhelmus, Escoutheta de Maldenghem, &c. in præsentium hominum Thomæ Comitis Flandriæ, & Scabinorum de Vria. Actum anno Domini M. CC. XLII. III. Kalend. Maii.* In cora terræ Francæ suprà cap. 23. Sæpiùs occurrit *Liber*, pro **Een man van 't Vrye**, olim **Een Vrye**, ut in plurali **De Vryen**, *Franci, Liberi*; nunc ferè **Vry-laeten**, ut, & **Proost-laeten**, **Canoninck-laeten**, ac nominatim tit. de Insidiis: *Si auxilium à duobus Scabinis habuerit, hominem ecclesiæ falsificare poterit, & tribus scabinis hominem Liberum.* Pro quo in textu Flandrico: **Eenen Vryen man**, ut olim loquebantur, pro quo nunc etjam: **Een man vanden Vryen**, .j. è *Liberis*, sive *Francis*; vel: **Een man van het Vrye**, .j. *vir è Libero*, sive *Franco*, .j. *terra*

Franca.

Franca. Verba textus Flandrici sunt: Ende heeft hy van hulpe an twee Schepenen, hy mach verualschen eenen kerckelicken man, ende metter hulpe van drie Schepenen, eenen Vryen man. Sic titulo: *De Wasveldrinck. Si homo ecclesiæ hominem Liberum injecerit luto, vel terræ, emendabit ei sex libras, &c. Si verò Liber hominem ecclesiæ, &c. tres Libras. Liber Libero, sex libras.* In textu Flandrico: Soo wat kerckelick man eenen Vryen man ghewerpen sal hebben met mueddren, oft met aerden, sal hem beteren ses pondt. Eenen Vryen man, een kerckelicken, drie pondt. Een Vryen man, Een Vryen man, ses pondt. Quibus locis hominē Ecclesiæ nullo modo intelligi posse Canonicum aliquem, aut Sacerdotem, sed subditum Præpositurææ, aut Ecclesiæ, vel in districtu Præposituræ habitantem, ex eo colligitur, quod homo Liber homini Ecclesiæ præferatur. v. & cap. XXIII. fol. 458, 473. Ludovicus Nivernensis Flandriæ Comes, in diplomate suo, quo legem eam ex parte interpretatur pro Het Vrye .j. *terra Libera*, sive *Liberum*, substantivè, semper ponit *le Francq.* fol. 446, & 447. *Gens du Francq, li lois du Francq, incomelins ou dit Francq*, &c.

CAPVT XXVI.

Series Castellanorum Brugensium diplomatibus comprobata, usq; ad Ioannem Nigellanum, qui jus suum in Castellaniam Brugensem vendidit Ioannæ Constantinopolitanæ, Flandriæ Comitissæ.

CASTELLANI BRVGENSIS nomine designatur vicarius Comitis, in Castro, & territorio Castri, sive Burgi Brugensis, unde, & Vice-comes dicitur, & Burggravius, .j. Comes in Burgo constitutus, tum Castri defendendi causa, tum juris totâ Castellaniâ dicundi, nomine ipsius Comitis, & eadem authoritate, qua Comes ipse, paucis exceptis, quæ videre licet in cora Terræ Francæ à nobis superiùs explicata, ubi in plerisque articulis, mulctarum altera pars cedit in emolumentum Comitis, altera in Castellani; cumque omnes mulctæ eo tempore ferè fuerint pecuniariæ ad exemplum Legum Salicarum, ingentem pecuniæ summam inde sibi quotannis Castellanus coacervabat. Habebat, & domum suam in Burgo, & Capellam, & Cameram, sive Curiam,

Cap. 23. fol. 438.

riam, & virscarnam, ubi à Francis Scabinis jus dicebatur.

Primum Castellanum Brugensem reperi anno 1046. nomine Robertum; in diplomate Balduini Noviomensium, ac Tornacensium Episcopi, quo altare de Oostburgh, cum capella in Isendica, tradit Wichardo Abbati Sancti Petri Blandiniensis. Epitomen hujus diplomatis refert du Chesne in probationibus Fol. 58. Guinensis familiæ, cui subjungit has signaturas: *Signum Domini Balduini Noviomensium, & Tornacensium Antistitis, qui hanc traditionem fecit. S. Folcardi Archidiaconi. S. Erkenberti Brugensis Præpositi. S. Reineri Decani. S. Balduini Marchisi. S. Balduini, filii ejus. S. Stephani de Boular. S. Ringoti de Caloe. S. Alardi de Petenghem. S. Folcardi Castellani de Gand.* S. ROBERTI CASTELLANI BRVGENSIS. *S. Hugonis de Aldenaerde. S. Ascrici. S. Arnulfi. S. Rasonis. Actum publicè Tornaci Kalend. Aprilis, anno Dominicæ incarnationis M. XLVI. Indict. XIV. Epacta XI. concurrente II. Henrici Regis Francorum anno XII. Præsulatus Domini Balduini III. Wichardi Abbatis XII.* Equidem indubitanter credo sub præcedentibus etjam Comitibus, Castellanos Brugenses fuisse; sed hi diplomatibus Comitum, vel non subscripserunt; vel, si subscripserint, titulum non addiderunt: quemadmodum in diplomate præcedenti *Ascricus, Arnulfus, & Raso*, quia nequidem cognomen expressêre, cujus familiæ fuerint, ignoratur, nisi quod Rasonum, familiæ de Gavera gentilicium sit.

Post Robertum reperio Erembaldum in diplomate Balduini Insulani, anni 1069. cujus hoc est initium: *In nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis, ne noverca memoriæ, & oblivionis mater antiquitas, gestis nostris invideat permanentiam, fideli gestorum conservatrici pagine gesta nostra commendamus. Ego igitur Balduinus, Dei gratiâ Flandrensis Comes, notum facio, tam præsentibus, quam futuris. Quod Balduinus Calvus, Flandrensis Comes, in inferioribus partibus Burgi Bergensis, in honore Sanctorum Confessorum Martini & Winoci ecclesiam fundavit, &c. Interim præfato Comite Balduino defuncto, Ego Balduinus, ejusdem filius, Dei gratiâ Flandrorum Principatum, suscepi. Ego igitur, &c. suggerente etjam, & concedente Adela Comitissa, una cum filiis meis Balduino, atq; Roberto, hoc pro salute mea, & successorum meorum, per manus Rumoldi Abbatis, Deo, Sanctoq; Winoco, in perpetuum condonavi, &c. Actum est hoc Bergis in solenni curia Pentecostes, anno Dominicæ incarnat. M. LXVII. Indict. V. Astante Drogone Tornacensi Episcopo, qui jussu Comitis, ne quis hanc pactionem infringeret, excommunicatione firmavit, in præsentia sacri Corporis Sancti Winoci, scilicet in suburbio ipsius castri, omnibus assentientibus & respondentibus: fiat, fiat. Amen. Sgnum Balduini gloriosi Comitis. S. Adelæ Comitissæ. S. Balduini, atq; Roberti, filiorum ejus. S. Eustachii, Comitis Boloniæ. S. Rogerii de S. Paulo. S. Anselmi de Husden. S. Ioannis Atrebatensis. S. Hugonis Anet. S. Getbodonis Advocati de S. Bertino. S. Raingoti de Gant. S. Balduini de Gant.*

Donat. Belg. parte 2. cap. 25. Au Mir.

de Gant. S. Alardi Eines. S. Cononis filii ejus. S. EREMBALDI CASTELLANI DE BRUGIS. *S. Erkenberti Præpositi, & aliorum multorum, tam Clericorum, quam Laicorum, quos longum esset numerare.* Subjungit Miræus: *Diplomatis hujus autographum, in archivis Cathedralis ecclesiæ Sancti Donatiani Brugis asservatur, ut à cive nostro R. D. Henrico de Gaule, Canonico & Officiali Brugensi accepimus.*

Idem Erembaldus, cum Roberto Comite Flandriæ, dicto Hierosolymitano, subsignat diploma Balduini, & Radbodi Episcoporum Noviomensium, & Tornacensium, in confirmationem fundationis Collegii Canonicorum Harlebecanorum, factam à Balduino Pio, atque Adela ejus uxore, apud Miræum in Codice Donationum, unde hæc excerpsi, folio 168. cap. 50: *In nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis: Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Ego Balduinus, Dei gratiâ Noviomensis ecclesiæ Episcopus. Quandoquidem, &c. Optimum est ecclesiam Dei, non solum lapidibus decorare, verum etjam de religionis cultu, Sancti Spiritus habitaculum præparare. Hanc sententiam Comitissa Flandrensium Adela memoriter pertractans, ecclesiam de Harlebeka, quæ mihi, ac ministris meis personaliter serviebat, construxit; atq; ibidem servientes sub professione Canonica in religionis habitu vivere constituit, &c. S Balduini Episcopi, &c. S. Adelæ Comitissæ. R. Advocati Aldenardensis. Actum apud Harlebekam Kal. Iunii, anno ab incarnatione Domini M. LXIII. Indictione III. regnante Philippo anno tertio, Domino Balduino Episcopante anno vigesimo. Hæc, ut diximus Dominus Balduinus Episcopus, in vita sua ordinavit, sed quia præventus morte sigilli sui impressione privilegium confirmare non valuit. Ego Radbodus in Episcopatu ei succedens consilio Clericorum nostrorum, imò rogatu Canonicorum Harlebecensium, &c. privilegium sigilli mei impressione, cum subscriptorum testimonio confirmavi. Signum Domini Radbodi Episcopi, &c. S. R. Præpositi. S. Lamberti. S. Bertulphi, &c. Signum Comitis Roberti.* S. EREMBALDI CASTELLANI. *Signum Cononis, S. Radulphi. S. Balduini. S. Isaac. S. Meinardi S. Alberti. S Lamberti. S. Arsboldi. S. Sigewalonis. Actum Tornaci XI. Kal Apr. anno ab incarnatione Domini millesimo octogesimo septimo, Indictione decima, regnante Rege Philippo anno vigesimo septimo, Domino Radbodo Episcopante anno decimo nono. Ego Wido Cancellarius confirmavi.*

Idem Erembaldus Castellanus Brugensis, cum Roberto filio suo, Bertulpho Canonico D. Donatiani Brugensis, & Athalardo de Stratis, subscribit diplomati ejusdem Roberti Hierosolymitani Comitis Flandriæ, anni 1089. quò Præpositum Brugensem constituit Flandriæ Cancellarium; est autem hoc in archivis S. Donatiani; unde depromptum, ita in Donationibus Belgicis recitat Miræus: *In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis: Patris, &* L. 1. c. 26.
Filii, & Spiritus Sancti. Ego Rodbertus, Dei misericordiâ Flandrensis Marchio, Comitis Rodberti cognomine Frisonis filius, &c. Ecclesiam in

CASTELLO BRVGENSI, *sub honore B. Dei Genitricis Mariæ, Sanctique Patris nostri Archipontificis Donatiani constructam, in libertatem, ab omni publica exactione, donavi, cum omnibus appendentibus ædificiis, ecclesiis, terrisq; & decimis, ad præbendas fratrum, sive præposituram pertinentibus, à prædecessoribus meis, vel ab aliis fidelibus ibidem donatis, sive donandis, solum post Canonicam, & liberam electionem Canonicorum de Præposito, assensum mihi, meisq; posteris reservatis, &c. Præpositum sanè ejusdem ecclesiæ, quicumq; sit, Cancellarium nostrum, & omnium successorum nostrorum, susceptorem etjam, & exactorem de omnibus reditibus Principatus Flandriæ, perpetuo constituimus: ejq; magisterium meorum Notariorum, & Capellanorum, & omnium Clericorum in curia Comitis servientium, potestativè concedimus. Canonici verò quandocumq; ad curiam meam venerint, jus Capellanorum obtineant, &c. Pridie Kal. Novembris actum Brugis, anno Dominicæ incarnationis millesimo octogesimo nono, Indictione duodecima, Epacta VI. Cyclo IV. astantibus, quam plurimis nobilibus, & idoneis testibus, Clericis atq; Laicis, quorum quorundam nomina hîc sunt signata. Signum Raineri Præpositi. S. Ingarici. S. Folperti. Albaldi. Ledelmi. Bertulphi. Ledberti. Reineri. Radulfi. Dodini. Tancradi, Canonicorum. Signum Cononis de Einis. S. Radulfi Camerarii. S. Rodberti Pincernæ. S. Gerardi Præstabularii. S. Galteri Dapiferi. S. Athelardi, filii Cononis.* S. EREMBALDI CASTELLANI BRVGENSIS. S. ROBERTI FILII EIVS. *S. Athalardi de Stratis. S. Abbonis de Rodanburg. S. Eggardi filii Guthari.*

Obiter hic animadversione videtur opus esse, quod quemadmodum Robertus Cancellarium suum crearat Præpositum S. Donatiani, ita etjam laica contulerit laicis officia, Camerarii, Pincernæ, Præstabularii, sive Constabularii, & Dapiferi; ad æmulationem Francorum Regum, qui id in more habebant, inde jam à tempore Henrici I. cujus diploma in historia S. Martini de Campis, nuper vulgavit Martinus Marrier, cum hoc exordio: *In nomine, &c. Ego Henricus, Dei gratiâ Rex Francorum, &c.* Et hoc epilogo: *Anno regni supradicti Regis XXVII. Actum anno ab incarnatione Domini M. LX. Indictione XV. Parisius publicè. Signum Regis Henrici. S. Philippi Regis. S. Annæ Reginæ, &c. S. Balduini Cancellarii. S. Rainaldi Camerarii. S. Albrici Constabularii. S. Wilhelmi Senescalli. S. Hugonis Buticularii, &c. S. Roberti, filii Comitis Balduini, &c.* Postremus hîc est Robertus Friso, filius Balduini Pii, pater Roberti Hierosolymitani. Ibidem refertur diploma Philippi I. filii Henrici I. quod ita incipit: *In nomine, &c. Philippus, Dei gratiâ Francorum Rex, &c.* ita verò definit: *Actum Parisius publicè anno ab incarnatione Domini M. LXVII. Indictione V. anno regni Philippi Regis VII. Signum Philippi Regis. Hugo frater Regis. Balduinus Comes Flandriæ, &c. Balduinus Comes Iunior, &c. Radulfus Seniscalcus. Walerannus Camerarius. Baldricus Constabularius. Engenulfus Buticularius. Adam Pincerna. Guido Marescalcus,*

rescalcus, &c. Petrus Cancellarius, &c. Balduinus hîc Comes, est Balduinus Pius, qui Regis Philippi Bajulum se scribit, in Sigillis Comitum, folio 4, 5. Balduinus autem Comes Iunior, filius est Balduini Pii, frater Roberti Frisonis, de quibus in ijsdem Sigillis eodem folio 5, 6. Alterum Philippi diploma refert idem Marrier ibidem hoc prologo: *Ego Philippus, gratiâ Dei Francorum Rex, &c. quoniam pater meus piæ recordationis, Henricus Rex, &c. Ego autem favente matre, atq; Comite Balduino, Regiæ domus curam gerente, eadem altaria præfatæ ecclesiæ, regio jure æternaliter possidenda concedo. Actum Aurelianis anno ab incarnatione Domini M. LXV. regni autem Philippi Regis V. Indictione XV. Signum Balduini Comitis, &c. S Waleranni Camerarii. S. Egenulphi Buticularii. S. Amalrici Dapiferi Reginæ. S. Baldrici Connestabularii, &c. S. Drogonis Pincernæ, &c. S. Balduini Cancellarii.* Qualia passim videre est, apud omnes rerum Francicarum scriptores.

Porrò Erembaldum hunc Brugensem Castellanum, lego è servili conditione oriundum, sinistris artibus Castellaniam obtinuisse in M. S. Gallico D. Rolandi de Baenst, quem ex archivis suis mihi suppeditavit D. Ioannes Laurinus, Eques, Terræ Francæ Scabinus, & nuper Consul, vir ad exemplar progenitorum suorum, Hieronymi, Matthiæ, Marci, Laurinorum, perquam studiosus antiquitatum. Cui M. S. utpotè exarato linguâ Gallicâ, quia aliquot demum annis post cædem Caroli Boni, fortè in ignominiam Stratiorum, conscriptus fuit, dubitò an hac in re omninò fides adhibenda sit, præsertim cum superiùs è diplomate Balduini Pii constet anno 1046 Castellanum Brugensem, dictum Robertum; M. S. autem hîc liber tradat Erembaldum, ductâ in uxorem viduâ Boldranni Castellani, opibus uxoriis Castellaniam emisse; ac multò verosimiliùs sit Robertum Castellanum fuisse patrem Erembaldi, avum Roberti, cui nomen suum indidit, eum de sacro fonte suscipiens, more tum temporis usitato; sic Balduinus Iunior, Comes Flandriæ, Arnulphi Magni filius, nomen obtinuit ab avo suo Balduino Calvo; Arnulphus II. Balduini Iunioris filius, ab Arnulpho Magno. In reliquis, ac præsertim quantum ad filios Erembaldi Castellani, satis convenit, cum diplomatibus, & scriptis antiquis; quare, ut judicium lectoris experiar, integrum jubebo excudi, in additionibus huic libro faciendis.

Erembaldi filius fuit Robertus, ut patet, è superiore diplomate Roberti Hierosolymitani, anni 1089. Robertum hunc Erembaldo in Castellania Brugensi successorem fuisse, docet hoc diploma Radulphi, Camerarii Roberti Comitis, in diplomate mox citato, quod exstat in archivis Abbatiæ S. Winoci Bergensis: *In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Majorum virorum laudabilis prudentia utiliter cartarum instituit testimonia, ut sincera, & signata rerum gestarum innotescat veritas; cui contraire,*

nec valeat, nec debeat ambitiosa posteritas. Ego Radulphus Camerarius, filius Radulphi de Alost, notifico præsentibus & futuris fidelibus, quam devotè dilexerim Beatum Winocum, quam suppliciter etjam Confessoris veneratus sum necessarium, & memorabile patrocinium. Hæc autem mea erga sanctum Dei devotio, ut non sit immunis à beneficio, pro perpetua salute mea, & pro remedio animarum parentum meorum Radulphi & Gislæ, Deo, & ipsi Winoco integrè, & libere do terram cum centum ovibus, quam in Testrep possideo jure hereditario, &c. Signum Roberti Comitis Iunioris. S. Balduini de Gandavo. S. Reingoti de Tenremonda. S. Alloberti Snaggart. S. Alardi filii Cononis. S. Onulfi Dapiferi. S. ROBERTI CASTELLANI BRVGENSIS. *S. Adam de Formesella. S. Eremboldi Iudicis, filii Etuvidis, &c. S. Albonis Iudicis, filii Berthonis. Actum anno M. XCV.* Vide & du Chesne preu. Guin. fol. 181. Idem solo Castellani titulo signavit diploma Roberti Hierosolymitani, quo Hierosolymis redux, decimas Canonicis D. Donatiani datas, aliaque confirmat, quod in archivis S. Donatiani à me visum, hoc capite: *In nomine, &c. Robertus, Dei gratiâ Flandrensium Marchio, Comitis Roberti agnomine Frisonis filius, Hierosolymitanæ viæ cursu desiderabili divina gratia peracto, &c. Hæc, & alia præmissa sigilli nostri impressione duximus confirmare. Aderant etjam testes:* ROBERTVS CASTELLANVS. *Robertus, Advocatus de Betunia. Stephanus de Boulara. Reingot de Meulebecha. Froolf Bergensis Castellanus. Bertulphus Præpositus. Actum apud Ipram anno incarnat. Domini M. C. I.* De hac re ita Meyerus in Annalibus ad annum 1101: *Eodem anno Robertus Comes, Sacerdotes Divi Donatiani Brugensis mirificè honoravit, &c. Præsentibus & subsignantibus Conone ab Eynis, cum filio Athelardo.* EREMBALDO CASTELLANO BRVGENSI, *cum* ROBERTO FILIO. *Athelardo Stratensi. Albone Rodenburgensi. Roberto Bethuniensi. Stephano Bolariensi. Rengoto Muelenbecano. Froolpho Castellano Bergensi. Actum apud Ipram.* Sed confundit diploma anni 1089. cum præcedente 1101. non enim aderat Erembaldus anno 1101.

Subscripsit similiter, & diplomati Balderici Tornacensium, ac Noviomensiũ Episcopi, quo confirmat Abbatiam S. Andreæ propè Brugas, ab Roberto Comite, & Clementia ejus uxore fundatam, sub hoc procemio: *In nomine, &c. Ego Baldericus, Noviomensium, & Tornacensium Episcopus, &c. Nulli penè fidelium in universo orbe terrarum constat esse incognitum, Robertum Iuniorem, Flandrensium Marchionem, in Hierosolymitano exercitu, præ cæteris omnibus Ducem, & signiferum Christianorum extitisse, & ad laudem & gloriam nominis Christi, contra Paganos, fideliter, & viriliter dimicasse. Hic cum per varia bellorum pericula Antiochiam pervenisset, & ibi unà cum cæteris Christi fidelibus ab innumerabili supervenientium Paganorum multitudine obsessus fuisset, divini Spiritus imflammatus igne, & B. Andreæ Apostoli succensus amore, per ipsum enim visitavit, ut*

vit, ut ajunt, & liberavit eos Dominus; vovit illicò in quodam monasterio, propè Brugas sito, in honore ejusdem Apostoli consecrato, in ipsius veneratione Monachos se instituturum, &c. His ita peractis, postquam prædictus Comes Robertus rediit, me annuente, supradictum locum Abbati Affligemiensis ecclesiæ, ea lege commendavit, ut Monachos ex cœnobio suo mihi constitueret, & secundum incrementum exterioris substantiæ Monachorum quoque numerum suppleret, &c. In fine: Signum Domini Baldrici Episcopi, &c. *Signum Bertulphi Præpositi. S. Comitissæ.* S. ROBERTI CASTELLANI. *S. Cononis. S. Lamberti Nappin. S. Tagmari. S. Fredebaldi. Actum Brugis anno M. C. V. Indict. VIII. regnante Rege Philippo; Episcopante Domino Baldrico, Roberto juniore principante, cum uxore sua Clementia.* Castelli etjam Brugensis nomine suppresso signat diploma Comitis Roberti anni 1109. quod est in archivis monasterii Formeselensis, hoc capite: *In nomine, &c. Ego Robertus, Roberti filius, Dei gratiâ Comes Flandrensium, notifico, &c.* Hoc autem calce: *Quæ, ut meæ dationis oblatio rata permaneat, Sigilli mei impressione firmavi, testibusque corroboravi. Bertulfo Brugensi Præposito. Frumoldo Brugensi Canonico.* ROBERTO CASTELLANO. *Lamberto Nappino, &c. Galtero Curtracensi Castellano. Wenemaro Gandensi Castellano. Frumoldo Iprensi Castellano. Adam de Paschendala.* HACHET. *Brunel de Haleuuin, &c.* Roberti præterea Brugensis Castellani, quamquam tunc defuncti, meminit Balduinus Securis in suo diplomate, quod est absque die in archivis S. Andreæ secundum Brugas, proximè nunc recitando.

Walterus, sive Gualterus patri Roberto defuncto, successisse legitur in proximè memorato Balduini Securis diplomate, quod sic sonat: *In nomine, &c. Ego Balduinus, filius Roberti Comitis, gratiâ Dei Comes Flandrensis, notum facio omnibus, &c. terram, quæ vocatur Benceburg, me pro anima patris mei, ecclesiæ S. Andreæ Apostoli tradidisse. Feci autem hanc traditionem per* CASTELLANVM MEVM WALTERVM, FILIVM ROBERTI CASTELLANI, *& nequis imposterum infringere præsumeret, cartam hanc sigilli mei impressione confirmavi. Facta est autem traditio hac Brugis coram subscriptis testibus. S. Bertulfi Præpositi Brugensis, & Fromaldi Brivarii, & Lamberti Nappin, & Lamberti de Rodenborg, & Folcardi filii Isaac, & Hugonis de Dudezela, & Dodini Præconis de Lissewega, & Hejonis fratris ejus, & Hincmari, & Heriberti de Straten.* Scriptum fuisse hoc diploma ante annum 1117. ex eo videre est, quod isto anno, non Walterus, sed Hakettus fuerit Castellanus Brugensis, ut mox apparebit. Subscripsit Walterus hîc, seu Gualterus Castellanus, anno 1111. paci Flandricæ; cujus equidem diploma non vidi: meminit autem sub hoc anno Meyerus in Annalibus, ita scribens: *Sexto Kal. Iunias, pacem Flandricam ab Balduino Pio, antea factam, Robertus Princeps renovavit, confirmavitque, præsentibus, & assentientibus primoribus viris: Roberto Betuniensi. Alardo*

Arch. S. Andreæ.

si. Alardo Tornacensi. Cononis filio. Winemaro Gandensi. GALTERO BRUGENSI. *Rogero Insulensi. Guilielmo Audomarensi. Galtero Corturiacensi, &c.* Quibus quamvis non addatur vox Castellanus, Castellanos tamen eos fuisse arguunt, Winemarus Gandensis, Rogerus Insulensis, & Guilielmus Audomarensis, quibus in aliis diplomatibus titulus Castellanorum est appositus. Arguitur item clariùs ex diplomate Balduini Securis anni 1117. quod est in archivis S. Bertini, confirmans permutationem villæ Ostæseele, hoc initio: *Ego Balduinus, Flandriæ Comes.* Et fine: *Actum est hoc apud S. Audomarum in solemni curia, anno M.C.XIII. regnante Ludovico, Francorum Rege, principante in Flandria eodem Balduino Comite: ea scilicet die, qua ab ipso Comite, cunctisq; proceribus Flandriæ pax, confirmata est sacramentis. Huic donationi reverendi Episcopi Ioannes Teruanensis, & Lambertus Noviomensis, & cum his viri boni testimonii, quam clerici, tam laici interfuerunt, quorum nomina placuit hic adnotari. Signum Balduini Comitis, filii Roberti. Ermes Abbas Bergensis. Clarembaldus Archidiaconus Atrebatensis. Willelmus Castellanus S. Audomari. Wenemarus Castellanus Gandensis. Walterus Castellanus Curtracensis. Theuardus Castellanus Broburgensis. Frooldus Castellanus Bergensis.* Hinc videtur corrigendus Meyerus loco suprà producto, qui pacem Flandricam duobus ante annis à Balduino confirmatam ponit, inde id, quod ipse ad supracitatum annum 1111. refert, patet hinc desumptum, atque ad supradictum annum perperam relatum, & ad hunc annum 1113 referendum esse.

Gualteri Castellani mentio fit in diplomate Bertulphi avunculi ejus, Præpositi S. Donatiani Brugensis, quod vidi in archivis ejusdem ecclesiæ, in hæc verba: *In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Ego Bertulphus, Brugensis ecclesiæ Præpositus, licet indignus, circumspectè, & cautè conspiciens, & intelligens, quod multa bona, tam ea, quæ mihi licebant, quam quæ non licebant, de bonis Brugensis ecclesiæ Sancti Donatiani, liberalitate Principum, eleemosyna fidelium, sibi concessis, in meos usus susceperim, ut, & mihi placuit, negligentiùs distribuerim. Hoc, ut dixi, cum timore perspiciens, & salubriter intelligens, & de illicitis penitens, ferè coram cunctis Flandriæ Scabinis, per nepotem meum* GUALTERUM BRUGENSEM CASTELLANUM, *de hac causa convocatis, & in curte Domini Isaac coadunatis, in remedium animæ meæ, & antecessorum meorum, & in eleemosynam, hereditatem meam, quæ est apud Hobrugga, & apud Turhalt, nomine* Houlant, *& duas mansiones in Brigga, in una quarum subsessor est Robertus Cripal, in altera verò Robertus Curuus pes, in perpetuo possidendam, ecclesiæ S. Donatiani dedi, in præsentia* GUALTERI CASTELLANI, *& fratrum meorum Lamberti.* AKETTI. *Wulfrici, Berewaldi de Zabbecka, qui, & donatione factus est mihi Advocatus, in præsentia multorum aliorum cognatorum, & hominum meorum, huic donationi faventium. Hac autem conditione statui, ut, tam Canonici,*

Canonici, quam cæteri de choro Sancti Donatiani clerici, in Nativitate Sanctæ Mariæ, de reditibus prædicta hæreditatis refectionem habeant, si qua verò de reditibus supercreverint, in communes usus Canonicorum succedant. Datum Brugis anno ab incarnatione Domini M.C.XV. E quo diplomate notanda familia Bertulphi Præpositi, ut, qui fratres suos tres hic nominat: Lambertum, Ackettum, & Wulfricum, & nepotem suum Gualterum Castellanum; itaq; & Robertus Castellanus Gualteri pater, fuit frater etjam Bertulphi, & Erembaldus Castellanus, Roberti Castellani, & Bertulfi Præpositi, pater. M. S. Gallicus Domini Laurini hos etjam quatuor fratres recenset, filios Erembaldi, quintum addens Lambertum Nappin, patrem Boscardi, percussoris Caroli Boni. Qui Lambertus, cum Bertulpho, & Castellano Brugensi, diplomatibus aliquot suprà allatis subscripsit. De Erembaldo sic habet M. S: *A prins en mariage la vefve de son Seigneur le Chastelain, & des biens de son Seigneur trespassé à achapté la Vicomte de Bruges, & de sa femme a eu plusieurs fils, c'est à scavoir: Bertulphus Prevost de S. Donas, Haket, Wulfric Cnop, Lambert Nappe, pere de Boscard. Lequel Boscart avoit une domicille à Straten, hors la ville de Bruges, pourquoy les ignorans de son lignage l'appellent Boscart de Straten. Au second lieu de la Vicomte succeda Robert; apres Robert succeda Walterus son fils, où troisieme lieu de la Vicomte; A la troisieme generation succeda Aket; ainsi creust en abondance en generation la famille de Erembaldus, aussi en grande richesse, tant qu'ils devenoient les plus riches du pays, &c.*

Hakettus itaque, sive Akettus, & Hachet, alter filius Erembaldi, Castellani Brugensis, frater Roberti, nepoti Gualtero, in ea dignitate defuncto successit. Fuisse autem, & hunc filium Castellani, patet ex diplomate Roberti Hierosolymitani, quod in archivis S. Andreæ, propè Brugas, ita incipit: *Ego Robertus universæ Flandriæ, post Deum Princeps, &c.* ita verò desinit: *facta est autem hæc traditio Brugis coram subscriptis testibus. S. Stephani de Boulaer, &c. Signum* HACKET FILII CASTELLANI, *&c. anno Dominicæ incarnationis M.C.V.* Tum verò temporis Robertum in hac dignitate fuisse, liquet suprà è diplomatibus annorum 1091, 1101, 1105, 1109. Fuisse autem Hakettum hunc post Gualterum, Castellanum, patet ex diplomate Balduini Securis anni 1117. cui ipse hoc titulo subscripsit, in archivis monasterii Formeselensis, hoc exordio: *Vniversis, &c. notum sit, quod ego Balduinus, Dei gratiâ Flandrensium Comes, pro remedio animæ meæ, & pro animabus antecessorum meorum, omniumq; fidelium defunctorum, anno Domini M. XVII. Indict. X. prid. Kal. Februarii, perpetualiter habendam donaverim Ecclesiæ Formeselensi, unam de meis eleemosynariis præbendis, in manu Domini Ioannis Morinensis Episcopi, &c. Testes verò hujus constituti sunt D. Ioannes Morinensis Episcopus, Lambertus Noviomensis Episcopus, &c. Wenemarus Castellanus Gand.*

nus Gandensis. HACHET CASTELLANVS BRVGENSIS. *Galterus Castellanus Curtracensis. Balduinus de Alost, & Tuvain, frater ejus, Razo de Gavera, &c. Gozevinus de Nova-ecclesia Connestabulus, Gerardus Camerarius, aliiq; quamplurimi.* Subscripsit, & hac qualitate Hakettus diplomati Caroli Boni, anni 1119. quod in archivis S. Petri Oudenburgensis, hoc præfert exordium: *Carolus, Dei gratiâ Flandrensium Comes, &c.* hunc autem epilogum: *S. Carolus Comitis, filii Regis Dannorum, &c.* S. DESIDERII HACKET CASTELLANI. *S. Lamberti Nappin. S. Tancmari de Stratan. S. Theodorici de Discamutha. S. BereWaldi de Stratan. Actum Brugis in domo Præpositi XVI. Kal. Aug. anno M. XIX. Indictione XII. regnante Ludovico Rege, filio Philippo, quo anno Guido Viennensis Archiepiscopus in Romanum Pontificem levatus est.* Anno 1120. apud Miræum in Donationibus Belgicis, legitur *Froolphus Castellanus Brugensis*, in hoc diplomate Caroli Boni, ex archivis monasterii Sancti Nicolai Furnensis: *Carolus, Dei gratiâ Flandrensium Comes, &c. Nomina quoq;, tam Clericorum, quam, & primatum terræ nostræ in testimonium, & confirmationem ejus subscripsi, sunt autem hæc: Arnoldus Præpositus Watiniensis, &c. Froulphus Castellanus Brugensis. Balduinus de Colona, &c.* Vbi manifestò legendum esse *Castellanus Bergensis*, docent citata ante, & adhuc citanda diplomata, atque imprimis anni 1122. ex archivis Sancti Bavonis Gandensis, quod, & ipsum adducitur à du Chesne, preu. Betun. folio 19: *Littera Caroli, Dei providentiâ Comitis Flandriæ, quibus confirmat Wlverico Abbati Sancti Bavonis, privilegia à prædecessoribus suis Comitibus Flandriæ concessa. Actum* IN CASTRO BRVGENSI *anno M.C. XXII. anno scilicet Caroli III. in Comitatu Flandriæ. Testes: Giselbertus Abbas de Eham. Guilelmus de Ipre, Philippi Comitis filius. Advocatus de Betune Rodbertus. Balduinus de Gand, & Tuvain frater ejus. Walterus Alardi filius de Fina. Walterus de Tornaco. Gerardus Camerarius. Balduinus Constabelis. Rothulfus de Vinggensela.* HAKET CASTELLANVS BRVGENSIS. *Galterus Sigabodi filius. Froolf Castellanus Bergensis. Simon Castellanus de Inkers. Walterus de Locra. Walterus Castellanus de Cortraco. Sigerus de Hule. Bernardus de Rosbays. Winemarus Castellanus de Gand. Tidric de Beverna. Dirman de Locra. Walterus de Nivela, & Landbertus frater ejus. Arnold de Isingen. Walterus, & Balduinus, frater ejus, de Sommerghen.* In iisdem archivis Sancti Bavonis Gand. alterum est diploma, unde, & du Chesne hæc adducit in prob. Guisnensibus, folio 190: *Littera Caroli, Dei providentiâ Comitis Flandriæ, quibus pacificat discordias, quæ erant inter Abbatem Wlvericum Sancti Bavonis Gandensis ecclesiæ, ac totam congregationem ex una parte, & Danielem ejusdem ecclesiæ Advocatum ex altera. Actum in* CASTRO BRVGENSI, *anno Verbi incarnat. M.C. XXII. anno scilicet Caroli III, in Comitatu Flandriæ, Lamberto Noviomis Pontificante: testes sunt: Gislebertus Abbas de Eham. Willelmus de Ipra, Philippi Comitis filius,*

Parte 2. cap. 33. fol. 411.

lius. Advocatus de Betune Robertus. Balduinus de Gandavo, & Yuvain frater ejus. Walterus de Tornaco. HAKET CASTELLANVS DE BRVGIS, *& alii multi.*

Fuit Hakettus hîc frater Bertulfi Præpositi Sancti Donatiani, illius, qui author creditur cædis in personam Caroli Boni perpetratæ; ejusque authoritate fultus, adjudicari sibi fecerat terram in Terstrep, quæ maris alluvione accreverat Abbati Sancti Petri Aldenburgensis. Verum interempto Carolo, cum cæteris Præpositi propinquis, Hakettus, & hîc solum vertit, quamquam non legatur inter conspiratores, neq; in Castro obsessus fuisse, atque anno demum 1133. Theodorico Comiti, itemque Abbati prædicto reconciliatus, terram sibi malè adjudicatam abdicavit; quod perinde fecit filius ejus Robertus, & gener Walterus Crumlin. Constant hæc per diploma Theodorici hac de re, datum anno prædicto, atque in archivis Abbatiæ Aldenburgensis, hactenus reservatum, quod ad historiam nostram, quia non parum conducere mihi videtur, integrum hîc addendum esse putavi: ita verò id se habet: *In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis: Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Ego Theodoricus, Dei gratiâ Comes Flandriæ, tam futuris, quam præsentibus, in perpetuum. A viris religiosis, & Ecclesiarum rectoribus mihi dicentibus veraciter didici, quod quisque, dignitate, seu potestate præditus, ante tribunal districti Iudicis, de concesso sibi regimine, rationem est redditurus. Quamobrem Ecclesiæ Sancti Petri, & Domini Giselberti ejusdem Ecclesiæ venerabilis Abbatis rationem, & rationis sinceritatem diligenter suscipiens, quam adversus* CASTELLANVM BRVGENSEM HAKETTVM, *de quadam nova terra, habuit, sub mea, meorumq; procerum præsentia, propter salutem prædecessorum meorum, & animæ meæ, controversiam illam, salva Ecclesiæ justitia, ex concilio, & assensu Baronum meorum, sopire, ac penitus decidere, curavi. Et, ut lucidius intelligatur, quæ sit terra, & ubi contineatur, & qualis sit disceptatio, terræ descriptionem, & modum disceptationis subsigno. In Testrep præfata Ecclesia Sancti Petri ex antiquo berquarias super litus maris possidet, quibus per maris alluvionem nova quædam terra conglutinata est, & concreta. Sanè hujusmodi terræ consuetudo est, & pro lege habetur, quantumcumq;, per maris alluvionem, veteri terræ nova accreverit, possessor veteris terræ, ut novam quærat, & obtineat, acclamante lege patriæ, vicinior erit. Cæterum* CASTELLANVS BRVGENSIS HAKETTVS, *neq; Deo, neq; S. Petro, debitam reverentiam exhibens, determinatam consuetudinem, & patriæ legem, perturbare, non abhorruit: & per Comites, quos tunc ad arbitrium suum pronos habuit, semper reclamante Ecclesiâ S. Petri, & justitiam requirente, usq; ad tempus Wilhelmi Comitis, illam novam terram, associato sibi fratre suo Bertulpho, Brugensi Præposito, pervasit, & obtinuit. Vt autem mortuo illustri Comite Carolo, propter execrabiles excessus de ipso, & de suis, sub præsentia Ludovici gloriosi Regis Franciæ, & Wil-*

helmi Comitis Flandriæ, justitia, & vindicta facta est, & omnis possessio illis abjudicata est, & Comiti adjudicata est; Ecclesia Sancti Petri de accepta injuria ante Regem Franciæ ad Comitem confugit, & retractâ lege patriæ, & terræ illius ratione, opitulante divina gratia, terram illam novam, quam injustè amiserat, juste per Comitem acquisivit, & quiete obtinuit. Sed meis in diebus, cum jam CASTELLANVS BRVGENSIS *reconciliatus esset, & justitiam de sæpefata terra instanter, sub audientia Baronum meorum requisisset, die constituto, præsente Abbate, præsentibusq́; præcipuis Baronibus meis, adhibitis quoq́; Scabinis, & aliis testibus, quorum nomina subsignata sunt, ad hoc causa deducta est, quod ipse Castellanus, suam injustitiam recognoscens, & Ecclesiæ S. Petri justitiam plenarie recognoscens, in præsens, & in posterum querelam suam penitus deposuit, & quidquid juris se habere antea asseruit, ad usum Ecclesiæ Sancti Petri, in manibus meis purè reddidit, & omninò abdicavit. Hanc abdicationem Robertus filius ejus, & Walterus Crumlin gener illius, cæteriq́; filii fecerunt. Hoc ordine, & ordinis ratione, querela inter Ecclesiam S. Petri, & Castellanum Brugensem, & suos sopita, & penitus decisa est. Volo etiam, ut ad notitiam, tam præsentium, quam futurorum perveniat, quod Wilhelmus filius Lamberti de Rodenburgh, decimam cujusdam novæ terræ, nomine Groede, quæ per maris alluvionem veteri terræ concreta est, & quæ intra procinctum parochiæ de Oostburgh continetur, per surreptionem à me obtinere voluit. Ego autem diligenter inquisita veritate, post acceptam notitiam, de jure Ecclesiæ B. Petri, quæ ex integro decimam totius parochiæ tenet, ac tenuit decimam illam novæ terræ, propter salutem animæ meæ, justitia dictante, B. Petro recognovi, contradidi, & confirmavi. Vt autem hæc concordia de* CASTELLANO, *& mea traditio firma, & inconvulsa permaneat, præsentem paginam, in testimonium, sigilli mei impressione subsignari, & testium nomina subscribi feci. S. Theodorici Comitis. S. Ivani de Alost. S. Danielis de Tenremonde. S. Gerardi de Aldenarde. S. Rasonis Buttellarii. S. Theodorici Camerarii. S. Michaelis Constabularii. S. Wenemari Castellani Gandensis. S. Giselberti Castellani de Bergen. S. Bald. Castellani de Lens. S. Walteri de Nivella. S. Balduini de Belle. S. Gervasii de Ethelghem. S. Everardi de Gand. S. Walteri Crumlin. Actum hoc Brugis Verbi incarnati anno M. C. XXXIII. Indictione XI. regnante Ludovico Rege in Francia, Theodorico principante in Flandria, anno sui Principatus VI.* Notanda hîc Haketti authoritas, qua *Comites* Flandriæ dicitur habuisse *pronos ad arbitrium suum;* eâ plura Ecclesiis abripuerat cum filio suo Roberto, ac nominatim Ecclesiæ S. Petri Blandiniensis, unde hæc adfert diplomata du Chesne, preu. Guin. 71: *Litteræ Theodorici Comitis Flandriæ, quibus curat sopire, & penitus decidere, præsentibus præcipuis Baronibus suis, querelam inter Abbatem B. Petri, & Hakettum quondam Castellanum Brugensem: super eo, quod intra ambitum parochiæ, quæ dicitur Lissinga, præfata ecclesia ex antiquo bercenas, super littus maris possidet, quibus*

per

per maris alluvionem nova quædam terra conglutinata est, & concreta. Hæc acta sunt sub sigillo, & signo prædicti Comitis Theodorici. Testes Iuvanus de Alost. Daniel de Tenremonde. Gerardus de Aldenarde. Wenemarus Castellanus Gandensis. Balduinus de Belle. Everardus de Gand. Christianus de Gistella. Actum Brugis anno M. C. XXXIII.

Litteræ ejusdem Theodorici Comitis Flandriæ, quibus sopit querelam, quæ erat inter Giselbertum Abbatem Sancti Petri Gandensis, & Robertum filium Haketti, quondam Castellani Brugensis, & Walterum Crumlin generum illius, super terra in Testrep, & decima de Groede. Signum Theodorici Comitis. S. Iuvani de Alost. S. Danielis de Tenremonde. S. Gerardi de Aldenarde. S. Rasonis Buttellarii. S. Theodorici Camerarii. S. Michaelis Constabularii. S. Wenemari Castellani Gandensis. S. Giselberti Castellani de Berges. S. Balduini Castellani de Lens. S. Walteri de Nivella. S. Balduini de Belle. S. Gervasii de Ythelhem. S. Everardi de Gand. S. Walteri Crummelim. Actum hoc Brugis Verbi incarnati anno M. C. XXXIII. Indictione XI. regnante Rege Ludovico in Francia, Theodorico principante in Flandria, anno sui Principatus VI. Post Haketti cum Comite reconciliationem, datum videtur à Theodorico diploma, quod ex archivis S. Bertini à me depromptum, sic habeto: *Ego Theodoricus, Dei gratiâ Flandriæ Comes, rogatu Domini Hugonis, eleemosynam S. Bertino concessi perpetuo jure, censum, qui mei juris erat illius mori de Gistella, qui pertinebat ad ecclesiam Sancti Bertini, pro anima nepotis mei Balduini: his testibus subtitulatis: Fromoldo Notario. Daniele de Tenramunda. Theodorico Camerario de Beverna. Lamberto de Reinighels. Christiano de Gistella. Wilhelmo de Oudenburg. Waltero de Slipen Waltero filio Haroldi. Waltoro Crawel. Giswino de Nova-ecclesia. Sigero de Eningaha. Hecelone dispensatore de Furnis, aliisque pluribus. Hoc autem factum est Brugis in Camera* HAKETTI CASTELLANI, *anno à Passione Domini M. C. XXXIII. Camera Haketti* adhuc vocatur curia Castellani, tum, quod Gervasius de Praet ad tempus tantum obtinuerit Castellaniam, atque in Castellani domo in Burgo non habitarit, tum, quod Rodolphus de Nigella ducta Gertrude Theodorici Comitis nepte, post annum demum 1133. Castellaniam velut in dotem assecutus sit, de quo paulò post.

Ibid.

Arch. S. Bertin.

Videtur verò Hakettus ille postea factus Canonicus D. Donatiani, deinde Decanus, ac demum Monachus, & Abbas Tosanus, tum denique, & Abbas Dunensis: reperio enim sequentibus annis Hakettum aliquem, primò, ut Canonicum, deinde Decanum Sancti Donatiani, quædam Flandriæ Comitum diplomata signasse. Hujus, ut, & meritorum ejus, Monachi, & Abbatis existentis, meminit ex Menologio Cisterciensi 4. Novemb. Sanderus, in Flandria illustrata, sic: *Beatus Hakettus ex Decano Sancti Donatiani Brugensis Monachus Cisterciensis in Dunensi cœnobio, ex quo ad construendum novum monasterium, quod Dustanum*

Arch. Brugens. lib. 4. fol. 149.

seu capella Tosana vocatur, missus ibidem primus Abbas constituitur, &c. Et mox: *A Dunensibus cœnobitis in Abbatem postulatus & electus est.* Fieri quippe potest, ut pace cum Theodorico factâ, inter alia condictum fuerit, quod Sacerdotio mancipare se debuerit, ac bona sua in sacros usus convertere. Antiquitus enim hoc in more positum fuisse reperio, ut magnates, domesticiq; Principum, capitalis culpæ rei, vitam tonsurâ, Sacerdotio, aut Monachatu susceptis, redimerent. Ita enim in Annalibus Francorum, sub Carolo Magno, Dux Beneventanus, ob desertum in exercitu Pipinum, aliaq; delicta in Synodo Francorum, judicatus incurrisse pœnam *harislit*, .j. deserti, aut rupti exercitus, ac proinde ad mortem condemnatus, hac ratione caput servavit, ut est apud du Chesne in historicis Francicis, ad annum

Tom. 2. fol. 35. 788: *Sed dum omnes una voce acclamarent, capitali eum ferire sententia, jam dictus Dominus Carolus pijssimus Rex, motus misericordia, ob amorem Dei, & quia consanguineus ejus erat, obtinuit ab ipsis Dei, ac suis fidelibus, ut non moreretur. Et interrogatus à jam fato clementissimo Domino Rege prædictus Tassilo, quid agere voluisset; ille verò postulavit, ut licentiam haberet sibi tonsorandi, & in monasterio introeundi, & pro tantis peccatis pænitentiam agendi, &, ut suam salvaret animam. Similiter, & filius ejus Theodo dijudicatus est, & tonsuratus, & in monasterio missus.* Neque quicquam in veteribus illis historiis ferè frequentius occurrit, quam ejusmodi tonsurationes, loco pœnarum capitalium, reis, præsertim illustrioris conditionis, irrogatæ: ut in superioribus non uno loco est videre. Quin, & hoc ipso tempore idem usitatum fuisse, patet ex hac ipsa vitæ Caroli Boni historia, quam litteris consignavit Walterus Teruanensis Canonicus, ubi de quodam Guilielmo Viroviacensi (non, ut ibi est Vironiacensi) uno ex conjuratis, ita

Cap. 52. fol. 117. legitur: *Monasterium quoddam Monachorum adijt, & timore magis, ut postea patuit, humano, quam divino, compunctus, monachatus tonsuram, habitumq; præsumpsit.* Haketti Abbatis meminit Theodoricus Elsatius in diplomate anni 1183. apud Miræum in Donat. Belg. ax archivis Abbatiæ Winoci Bergensis, hoc modo:

Parte 2. cap. 59. fol. 465. *In nomine Domini. Amen. Philippus, Dei gratiâ Flandriæ, & Viromandiæ Comes, &c. Christi liquet fidelibus, Ecclesiam B. Winoci à progenitoribus meis Balduino videlicet Insulano, & Carolo esse fundatam, & illorum privilegiorum authoritatibus munitam, &c.* Et aliquanto post: *Hospites Sancti Winoci, præsentes & futuros, in omni lege & consuetudine, hospitibus meis pares esse volo: ut, sicut hospites mei respondent Brugensi Præposito, & Scabinis ipsius, & Rationatoribus; ita, & isti hospites soli Abbati, & Scabinis, & hominibus ipsius respondeant. Vnde, & Rumoldus Abbas Balduino Insulano, & successoribus ejus, à singulis hospitibus istis, sex denarios annuatim dari constituit: per quem censum Comes ipsos, tanquam suos, contra omnem inquietudinem, & molestiam tueri debet, & manutenere, &c.* Deinde postea:

Decimas

Decimas quoq; halecium, & cæterorum piscium, quos decimare consuetudo habet, in parochiis Castellaniæ Bergensis mari contiguis, scilicet in Mardic, in Sintonis, in Dunkerka, in Tetingheem, in Soutcote, in Givelda, secundum præceptum summi Pontificis Alexandri Tertii Ecclesiæ Sancti Winoci libens concedo; etiam terram jacentem in Houtheem, quam incolæ Moer vocant; totam inter Ebaldi Leed, & Moer, quam Sancto Augustino de Teruana concessi, &c. Actum est hoc Bergis anno ab incarnatione Domini M. C. LXXXIII. astantibus his: Desiderio Morinorum Episcopo, qui omnes, qui hanc pactionem infringerent, anathemizavit. Gualtero Archidiacono. Simone Abbate S. Bertini. Haketto Abbate de Dunis. Arnoldo Præposito de Watenis, &c. A singulari doctrina laudatur ab Ægidio de Roya in Annalibus Belgicis, hoc modo: *Anno Domini M. C. LXXV. monasterium de Thosam struitur ab Everardo Tornacensi Episcopo, in quo domnus Hakettus Monachus de Dunis Abbas primus factus est. Hic tamen antea Canonicus fuit Sancti Donatiani Brugis, & in curia Sylvanectensis Episcopi magnæ reputationis. Sermones ejus exstant, quos pronuntiavit ibidem. Hic enim venerabilis Episcopus terram, in qua monasterium situatum est, ab Abbate Laurentio S. Richarii, in perpetuum, auxilio Gerembaldi, & filiorum ejus, sculteti de AWega (L. LisseWega) conquisierat, & tradidit Conventui, confirmatione Papæ Alexandri III. Præterea nonnullis eam possessionibus, ut filiam Abbas de Dunis Walterus ditavit dando, insulam de Voren, quam Domini de Voren contulerant antea Dunensibus, confirmatione Episcopi Trajectensis.* Reverentiâ viri factum existimo, ut dum Castellanus esset, à nemine scriptorum vitæ ac mortis Caroli Boni, inter conjuratores nominetur, quod ampliùs inquirendum.

Post cædem Caroli Boni, quæ accidit anno 1126. in locum & Castellaniam Brugensem, substitutus fuit Gervasius ille de Praet, qui primus è nobilitate Flandrica, Castrum, in eoque percussores Caroli, obsedit, velut in operæ fidelissimè præstitæ recompensationem. Is hoc nomine tituloque signavit literas Guilielmi Normanni Comitis, & Caroli Boni successoris, quæ in archivis S. Donatiani asservantur hoc initio: *In nomine, &c. ego Guilielmus, Dei gratiâ Comes Flandriæ, filius Roberti, Comitis, Normanniæ, &c. quoniam Brugensem Ecclesiam, cujus sub Deo Advocatus sum, &c. Testes in quorum præsentia hæc facta sunt, subscribi feci. Signum Rogerii Cancellarii Comitis, S. Baronum & Principum Flandriæ: Evain, Daniel.* S. GERVASII CASTELLANI BRUGENSIS. *S. Theodorici de Dicasmuth. S. Isaac de Formasel. S. Gualteri de LissaWega. S. Thionis, filii Tancredi. S. Erembaldi de Dudazel. S. Lamberti de Dringan. S. Henrici Vos, GosWini de Erpen, Theodorici de Beverna, & Godafridi de Lathem, & Scabinorum supra XX, & aliorum plurium, quorum nomina Deus scit. Actum Brugis anno Incarnationis Domini M. C. XXVII. Domini Guilielmi Comitis Flandriæ anno I. similiter Domini Rogerii, Præpositi Brugensis, ejusdemq;*

Cancellarii Comitis Flandriæ anno I. Exstat & in iisdem archivis diploma Theodorici Elsatii Wilhelmi successoris anni 1128, cui præcedentes omnes eodem ordine subscripsêre, atque inter illos hic etjam Gervasius, Castellanus Brugensis. Initium hujus diplomati ita se habet: *In nomine, &c. Theodoricus, Dei gratiâ Flandrensium Comes.* Testes ut supra, finis verò ita: *Actum Brugis anno Dominicæ incarnationis M. C. XXVIII. Theodorici Comitis Flandrensium principatus anno I. Rogerii Cancellarii Comitis Præpositura anno II.* Subscripsit & eodem anno alteri ejusdem Theodorici Comitis diplomati, quod ex archivis Audomarensis urbis, citat in Guinens. probat. Du Chesne, hoc exordio:
Fol, 208. *Ego Theodoricus, Dei gratiâ Flandrensium Comes petitioni Burgensium S. Audomari contraire nolens, pro eo, quod meam de Consulatu Flandriæ petitionem libenti animo receperunt,& quia honestius & fidelius cæteris Flandrensibus erga me semper se habuerunt, lagas seu consuetudines subscriptas, perpetuò eis jure concedo, & ratas eas permanere præcipio, &c. Hanc ego communionem tenendam, & supradictas institutiones & conventiones esse observandas fide permiserunt, & sacramento confirmaverunt. Theodoricus Comes Flandriæ. Willelmus Castellanus S. Audomari. Willelmus de Lo. I'wanus de Gandavo. Daniel de Tenremunda. Razo de Gavera. Gillebertus de Bergis. Henricus de Broburg. Castellanus de Gandavo.* GERVASIVS DE BRVGIS, &c. *Actum anno Dominicæ incarnationis* 1128. *in octavis Assumptionis B. Mariæ.* Quamquam hic tantùm notetur Gervasius de Brugis, Castellani nomine suppresso: certum tamen est hunc eundem esse Castellanum; eâdem enim ratione Gislebertus, qui hic dumtaxat scribitur Gillebertus de Bergis, alibi se scribit Castellanum de Bergis. Item qui hic est Henricus de Broburg, alibi legitur, Henricus, Castellanus de Broucburg. Literas Ca-
Fol. 203. roli Boni datas anno 1125. cap. du Ches. ex arch. Bertin. subsignarunt: *Thevardus Castellanus de Broburg. Et Gislebertus Castellanus de Bergis*: itemque *Henricus, filius Thevardi, & Gislebertus frater ejus.* Et mox ibidem ex iisd. arch. literas Theodorici datas anno 1147, subsignant: *Sibylla Comitissa. Balduinus filius ejus. Gislebertus Castellanus Bergensis. Henricus Castellanus de Broborgh.* Qui videlicet Henricus successit in locum Thevardi patris sui occisi à Burchardo, nepote Bertulphi Præpositi, ut est in vita Caroli Boni, authore prædicto Gualtero Teruanensi Parisiis anno 1615, edita; capp. 16. & 27. qui Tangmarum vocat. Vbi temperare mihi non possum, quin corrigam luculentum errorem, ibidem cap. 28, commissum. Legitur enim de sicariis Caroli sic: *Hâc namque cæde peractâ, sanguinem adhuc sitientes Tangmarum Brugensem Castellanum, qui fortè propè aderat, cæteris diffugientibus invaserunt, & multis vulneribus confoderunt. Quo facto continuò, quos supra memoravimus, conjurati singuli cum suis satellitibus affuerunt, & universam villam, quæ instar civitatis frequens erat &*

erat & ampla, nemine resistente, perscrutantes, reliquos morti jam pridem ab eis destinatos, circumquaque persequi studuerunt. Vbi manifestè, pro Brugensis, Burburgensis, &, pro Tangmaro, Thenardus, aut Tevardus legendum est; proùt patet, tum ex diplomate superiore, aliisque quæ in historia afferentur; tum ex eo, quod mox sequetur: ubi mentio utriusque filii Castellani Broburgensis, in diplomate etjam præcitato nominati; ita enim Gualterus pergit in vita Caroli. *Quorum duos, præfati videlicet Castellani filios, Gualterum adhuc in hospitio remorantem, & heu! frustra fortiter repugnantem, & Gillebertum extra villam, mutato habitu, cum Castellano Curtriacensi effugere conantem, crudeliter interemerunt.* Porrò supra non Thevardus, sed Theinardus legendum videtur. ita enim vidi in diplomate Bertiniano Balduini Securis anni 1119: *S. Theinardi Castellani de Broborc. S. Heinrici filii ejus, &c.*

Ad Gervasium verò, ut revertatur historia, subscripsit is an. 1130. diplomati Theodorici Elsatii, quod ex archivis Eeckholtanis desumptum, sic habe: *In nomine, &c. Ego Theodoricus, Dei gratiâ Dux & Comes Flandrensium, ob timorem & amorem Dei, & spem æternæ vitæ, & salutem animæ meæ, & prædecessorum meorum, quidquid hereditatis, vel redditũum, juris, vel advocationis in Echolt habeo, quod jacet Brugis in Roya, vivario meo, Ecclesiæ Dei, quæ inibi fundata est, & Dei servis in eadem Ecclesia, Deo, & Sanctæ Mariæ, & Sancto Bartholomæo, & Sancto Willebrordo servientibus, petente in nomine Domini Monacho ejusdem loci fratre Folcramno, libere possidendum, in perpetuum trado. Insuper, & quatuor pisas caseorum de eleemosynis mensæ meæ, ejs ob recordationem animæ meæ concedo: & coram idoneis testibus sigilli mei impressione corroboro; ne in posterum ab aliquo successorum meorum, sive Principum, seu ministrorum, aut infringatur, aut invioletur. Testes Rodgerus Brugensis Præpositus. Fromoldus Notarius.* GERVASIVS CASTELLANVS. *Walterus Cromlin. Froolfus de Knesselare. Heyo de Vulpan. Balduinus frater ejus, &c. Data Brugis anno Verbi incarn. M. C. XXX.* Opinantus fui aliquando, ab hoc Gervasio, qui se suprà Gervasium de Brugis inscripsit, originem traxisse familiam Dominorum de Gruythuyse, penes quam, ad nominis de Brugis perseveravit. Verum eam familiam hisce annis multò antiquiorem esse constat, quam reperio dudum exinde Brugis cum equestri dignitate perseverasse; anno enim 1167 diploma Philippi Elsatii signavit, cum Conone Castellano, *Giselbertus de Brugis*. Sic, & anno 1170. ejusdem Comitis diplomati subscriptum vidi hoc modo: *S. Roberti Brugensis Præpositi & Cancellarii, &c. S. Wilhelmi de Brugis. Datum anno Dominicæ incarnationis M. C. LXX. Atrebati.* Iterum anno 1226. datum est à Ferdinando Lusitano Comite Flandriæ diploma, quod ita habet: *Nos Ferdinandus Comes Flandriæ & Hainoiæ, & dilecta uxor nostra*

nostra Ioanna, notum esse volumus universis, præsentes litteras inspecturis, quod Gildulphus Grutarius Castellaniæ Brugensis fidelis noster, & Wilhelmus frater ejus, in præsentia nostra constituti, & hominum meorum, quitum clamaverunt, pro se, & pro successoribus suis, omne jus illud, quod habebant, vel videbantur habere infra Scabinagium oppidi de Rodenborg, prohibendi, & defendendi, nequis infra dictum Scabinagium manens, Grutam faceret, & liberaliter, & benignè concesserunt, quod quicumq; infra Scabinagium de Rodenborg grutam facere vellet, libere, & absq; ulla contradictione, eam faceret: ita, quod nec emens, nec vendens aliquod damnum inde incurreret. Si verò aliquis infra Scabinagium manens, alicui extra Scabinagium manenti grutam vendere præsumeret, pœnam decem librarum incurreret: ita, quod quinque libræ illarum decem librarum erunt Comitis, & quinquaginta solidi, grutarii. & quinquaginta residui solidi erunt oppidi de Rodenborg. Et dum grutarius, vel certus nuntius ejus conqueretur sibi injuriam super prædicta gruta inferri, Scabini ad summonitionem ipsius grutarii, vel certi nuntii, ipsius veritatem inquirere debent, sine dilatione, nisi manifestum haberetur impedimentum, &, qui inde convictus pœnam decem librarum incurret, ut prædictum est. Et quia prædictus, grutarius sæpedictam grutam à nobis tenet in feodum, & sine consensu nostro hoc firmum & stabile esse non potest; prædictum ipsius grutarii, & Wilhelmi fratris ejus factum approbamus, & sigillorum nostrorum munimine roboramus. Actum Cortraci anno Domini M.CC.XXVI. feria V. ante festum B. Vincentii. Videtur ex hoc diplomate Gruta priscis illis temporibus eum significasse potum, qui nunc cerevisia dicitur, è molita, sive deglubita zea, nunc **Spelte** nobis, tunc potissimum temporis decoqui solitus: & sanè quidem Brabantis, & Hollandis, deglubita zea non alio nomine, quam **Gort, Gorte** nota habetur. Grutarius autem, ut hinc etjam liquet, erat is, qui jus illud faciendæ grutæ beneficiario nomine à Comite obtinebat; eratque is hoc temporis Gildulfus ibidem à Comite nominatus; & huic de Brugis cognomen fuisse, convinco etjam è diplomate, quod anno 1240 edidit Reinerus Brugensis Baillivus, in archivis S. Petri Gandensis repositum; unde sparsim hæc ita habeto deprompta: *Vniversis præsentes literas inspecturis, vel audituris. Reinerus Baillivus Brugensis, salutem in Domino. Noverit universitas vestra, quòd, cùm controversia esset inter viros Religiosos, Abbatem, & Conventum S. Petri Gandensis, ex parte una, & quosdam homines de Isendika, qui se alingos esse dicebant, &c. Tandem post diutinam altercationem in arbitros viros providos, &c. Et me Reinerum, tunc Baillivum Brugensem, pro quinto communiter à partibus assumptum, compromissum fuit, &c. Et vadiatum fuit ab utraq; parte coram me Reinero Baillivo Brugensi, & Liberis Scabinis officii Brugensis, &c. Hoc autem arbitrium, sicuti præmissum est, prolatum fuit, feriâ quintâ post diem cinerum, in claustro B. Donatiani, & feriâ sextâ sequenti lectum fuit,*

ctum fuit, & promulgatum coram me Reinero Baillivo Brugensi, & Scabinis Liberis, & communitate officii Brugensis, in Virscarna ad locum, quo dicitur Stegher. Et, ut omnia præmissa robur firmitatis obtineant, &c. Ego Reinerus ad instantiam, &c. sigillum meum unà, cum sigillo Domini Ghildulphi de Brugis, militis, qui prolationi arbitrii interfuit, præsentibus litteris, in testimonium, & munimen præmissorum apposui. Testium, qui interfuerunt nominibus annotatis. Nomina autem eorum sunt hæc: Magister Hugo Cantor Sancti Donatiani. Nycholaus Presbyter de Varsnare, &c. Clerici; Dominus Ghildulphus Miles, &c. Datum, & actum anno Domini M. CC. XL. septimo, mense Martio, feria sexta post cineres. Ab hoc inde Ghildulpho Grutario, de Brugis cognominato, jus illud feudatarium grutæ impositum, ad posteros ejus transmissum, multò post tempore, familiæ de Brugis inhæsit; quæ magnificum illud, ad D. Virginis ædem Collegiatam, domicilium, hodie pietatis Monti assignatum, inhabitabat, quod ab illius grutarii juris collectione, quæ imbi fiebat, gruythusiæ domus nuncupationem pridem acceptam, etjamnum conservat, pontique Royæ præterlabenti instrato, communicat.

Gervasio de Praet Castellano Brugensi, substitutum lego Radulphum Dominum de Neelle, qui Castellani Brugensis titulum reperitur subscripsisse litteris Theodorici Elsatii, datis anno 1135, quas ex archivis Affligemiensibus dat du Chesne, sic habentes in capite: *Theodoricus, Dei gratiâ Comes Flandriæ, &c.* sic verò in calce, inter alia: *Signum Wenemari Castellani Gandensis.* S. RADVLPHI CASTELLANI BRVGENSIS. *S. Rasonis de Gavera, &c. Actum Gandavi anno Dominicæ incarnationis M. C. XXXV. Indictione XIII. regnante Rege Ludovico in Francia; Comitatus Theodorici principantis in Flandria anno VII.* Eodem modo subsignavit alteras ejusdem Comitis litteras anni sequentis, ibidem ex archivis Truncinienfibus datas, hoc prologo: *Ego Theodoricus, Dei gratiâ Flandriæ Comes, &c.* hoc autem epilogo: *Signum Rogeri Brugensis Præpositi, &c. S. Theodorici Camerarii. S. Rasonis Pincernæ.* S. RADVLPHI BRVGENSIS CASTELLANI, *&c. Actum Brugis anno Dominicæ incarnationis M. C. XXXVI.* Item alterius, anni 1138. ibidem ex iisdem archivis relatas, hoc exordio: *Ego Theodoricus, Dei gratiâ Comes Flandriæ, unà cum uxore mea Sibylla, filia Fulconis Regis Hierosolymitani, &c.* hac autem conclusione: *Signum Milonis Morinorum Episcopi, &c. S. Domni Ivani.* S. RADVLPHI CASTELLANI BRVGENSIS. *Actum Ariæ anno incarnationis Dominicæ M. C. XXXVIII. Indictione I. epacta VII. concurrente.* Item sequentis anni litteras Ivani Gandavensis, quas ex archivis Sancti Nicolai Furnensis adfert du Chesne: *Ego IWanus, Dei gratiâ, Gandavensis Miles, &c. Actum est hoc anno Dominicæ incarnationis M. C. XXXIX. Signum Rogeri Præpositi. S. Razonis de Gavera. S. Stepponis de Poca.* S. ROTHOLPHI CASTEL-

Preu. Gui. f. 72. 198.

Fol. 209.

Fol. 211.

Fol. 214.

CASTELLANI DE BRVGIS. *S. Anselmi Castellani de Ipra. S. Christiani Castellani de Dicasmutha.* Anno item 1142, Theodorici Elsatii diploma in archivis D. Commendatoris de Slype asservatum, legitur hisce testium nominibus consignatum, referente
Fol.215. eodem du Chesne: *Signum Theodorici Comitis Flandriæ. S. Olulphi Atrebatensis Episcopi. S. Milonis Morinorum Episcopi, &c. S. Ivani de Alost, &c. S. Michaëlis Constabularii. S. Gisleberti Bergensis Castellani.* S. RODOLPHI BRVGENSIS CASTELLANI. *S. Rogeri Castellani de Cortraco. Actum anno Dominicæ incarnationis M.C. XLII.* Ejusdem item anni reperi in archivis Teruanensis ecclesiæ, alterum ejusdem Comitis diploma, ab hoc etjam Rodulpho signatum, quod, ut appareat quinam eo tempore fuerint Flandriæ Barones, in Curia Comitis jus dicere consueti, videtur non abs re totum hic recitare; ita verò se illud habet: *Ego Theodoricus, Dei gratiâ Flandrensium Comes. Notum fieri volo, tam præsentibus, quam futuris, quod dilectus noster, Dominus Milo Episcopus Teruanensis, lacrymabilem in Curia nostra, super Arnulpho Teruanensi Advocato, querimoniam deposuit, sibiq; de subjectis malitiæ ejus capitulis justitiam fieri postulavit. Arnulfus, inquit, cum esset homo ligius, usurpatione quadam justitiæ, homines Sanctæ Mariæ cepit, injuste spoliavit, multisq; similibus nos lacessivit injuriis. Et, ut securius solitam exerceret nequitiam, firmato in loco, ubi esse non debuit, nobis prohibentibus, castello, ampliorem, quàm prius iniquitatis suæ exercuit malitiam. Armatâ enim manu atria violavit, sanguinem in loco sacro fudit; parietes templi ligonibus infregit & suffodit; horreâ nostra, & domos Canonicorum nostrorum incendit, & super his omnibus nobis satisfacturus, semel, & iterum, & tertio vocatus, cum venire contemneret, Canonico judicio excommunicatus est. Hac ego Theodoricus, Episcopi pulsatus querimonia, & insuper universis S. religionis Ordinibus, ut ei justitiam exsequerer, inclamantibus, consilio Baronum meorum, Advocatum illum ad justitiam vocavi, & quia non venit, reus omnium judicatus est. Proinde, quia prædecessores ejus, tempore prædecessorum meorum, infra ambitum civitatis Teruanensis, nullum tenuerunt, vel tenere debuerunt castellum; illud, quod in malicia sua firmavit, damnandum & penitus extirpandum decerno. Et ne ab illo, sive ab alio, quolibet modo, infra parochiam ipsius civitatis, absq; consensu Episcopi, & totius Capituli, omniumq; Baronum ecclesiæ, aliquod municipium ædificetur, penitus interdico. Et, ut decreti nostri ratio rata, & inconvulsa permaneat, tam testimonio subsignatum, quàm sigilli nostri impreßione, confirmo. S. Philippi & Milonis Archidiaconorum Morinensis ecclesiæ. S. Abbatum: Absolonis de S. Amando. Leonis de Sancto Bertino. Alvisi Bergensis. Gossonis Aquicinensis. Odonis Marcinensis. S. Abbatis Hasnonensis. Walteri Tornacensis. Theodorici de Capella. Manassæ Watinensis. Helmari Iprensis. Isaac formosellensis. Gaifridi de Claromaresch. Henrici de Lischis. Henrici de Nemore. Ioannis Boloniensis. S. Præpositorum: Rogeri Brugensis. Balduini Furnensis.*

nensis. Gerardi Audomarensis. S. Hermani Decani. Drogonis. Thobaldi. Balduini. Alelmi, Canonicorum. S. Baronum & Principum terræ: Sibyllæ Flandrensis Comitissæ. Yvonis Comitis Suessionensis, & Drogonis fratris ejus. S. Gisleberti Bergensis Castellani. Willelmi Audomarensis Castellani. Henrici Broburgensis. Michaelis Casletensis. Anselmi Iprensis. Roberti Insulensis Castellani. RADVLFI BRVGENSIS. *S. Arnulphi Ghisnensis Comitis. S. Hugonis de Ravenesbergh. Balduini Botel. Christiani Strascella. Balduini de Balloil. Guidonis de Neella. S. Ogeri & Bernoldi Capellanorum Comitis. S. Eustachii de Stinfort. Balduini de Reninghes. Balduini de Lidresela. Actum hoc anno Dominicæ incarnationis M. C. XLII.* Anno item sequente subscribit Arnulphus alteri diplomati Comitis Theodorici, quod ex archivis Truncinienſibus, ita refert du Chesne: *Ego Theodoricus, divinâ largitate Comes Flandrensium, &c. duas partes decimationis totius parochiæ Ruslensis, veteris terræ, ac novæ, tam futuræ, quam præsentis, quas Comes Robertus, filius Roberti Frisionis, ecclesiæ S. Mariæ Truncinienſis donaverat, unà cum duabus etiam partibus decimæ de tota parochia Truncinienſi, similiter Landeghemensi, nec non Vorslariensi veteris terræ, ac novæ, tam & futuræ, quam & præsentis: has, inquam, & nos eidem ecclesiæ donavimus. Assentiente & petente hoc Ywano de Gant, unà cum uxore sua, filia mea Lauretta, &* RADVLFO CASTELLANO BRVGENSI, *cum uxore sua nepte mea, &c. Quod idoneâ testificatione Principum, ac militum meorum subscriptum, fideli memoriæ ratum relinquimus. S. Domni Gonfrobidi Abbatis de Clermarisco. S. Ywani. S. Razonis de Gavera.* S. RADVLFI CASTELLANI BRVGENSIS. *S. Henrici Castellani de Brochborch.* S. GERVASII DE PRAET, *&c. Actum Harnis anno Dominicæ incarnat. M. C. XLIII. Idus Aprilis, anno XIV. Domini Innocentii Papæ feliciter.* Vxor Radulfi, & neptis Comitis Theodorici, in superiore diplomate recensita, nomen habuit Gertrudis; ita enim vocatur in litteris Everardi Tornacensis Episcopi, quas ex archivis Begginagii Brugensis, in sua notitia ecclesiarum Belgii, sic refert Miræus: *Ego Everardus, Dei gratiâ Tornacensis Episcopus. Notum fieri volumus, quòd* GERTRVDIS BRVGENSIS CASTELLANA, *& filius ejus* IOANNES CASTELLANVS, *basilicæ suæ in Brugis, cum consecraretur in honore B. Mariæ Virginis, in dotem, ad usum Roberti Capellani, in vita sua & subsequentium, decimam de Lophem, & C. solidos de Guinarden, rogatu mariti sui, piæ recordationis,* RADVLPHI, *in memoriâ animæ ipsius* RADVLPHI, ET FILII SVI CO, *(supple Cononis, alterius ejus filii tunc defuncti, ut infra patebit) contulerunt. S. Gerulfi Sancti Donatiani Decani. Theodorici Condatensis Decani. Willelmi S. Salvatoris Decani. Desiderii Schoutetti de Maldeghem, &c. Anno Dominicæ incarnat. M. C. LXXXV. consecrationis nostræ XIII. Brugis IV. Idus Sept.* At qua ratione Gertrudis illa Theodorici neptis fuerit, à du Chesne, qui alias familiæ Nigellanæ historiã satis exactè, in historia Bethuniensis familiæ, descri-

Preu. Guin. fol. 216.

Cap. 215. fol. 631.

psit, folio 273. nusquam tamen traditum reperitur. Aubertus Miræus in antedicta notitia vocat filiam Balduini III. Comitis Hannoniensis, Balduini IV. sororem, his verbis: *Gertrudis Balduini IV. soror, juncta fuit* RADULPHO DE NEELLE CASTELLANO BRUGENSI, *fratri Ivonis Comitis Suessionensis.* Pagina præcedente 212. addit seriem genealogicam Comitum Hannoniæ, ubi Gertrudis ista conjungitur uxor Radulpho de Neelle. Quod si verum sit, neptis fuerit Theodorici Elsatii, cujus mater fuit Gertrudis, filia Roberti Frisonis, filii Balduini Pii, à quo Balduino descendit Balduinus Montensis Comes Flandriæ, & per uxorem Richildim, Hannoniæ, quorum proles fuit Balduinus II. Comes Hannoniæ, & hujus Balduinus III. Verum genealogia Guisii, aliaq́, quas in probationibus genealogiæ nostræ Flandricæ dedimus, fol. 42. nihil hujusce Gertrudis meminerunt, filias Balduini III. recensentes; unde mihi ratio dubitandi. Ex superiori diplomate Trunciniensi, videtur Theodoricus Comes indicare Gertrudem illam neptem sibi esse ex Laureta filia, & Ivano Gandavensi, quod majori indagini relinquo.

Cap. 105. fol. 213.

Anno 1144. Radulphus reperitur in archivis Meessinensibus, consignasse diploma, quod ita incipit: *Ivanus de Gand, pariter, & Laureta, Theodorici Flandriæ Comitis filia, uxor mea, &c.* Ita verò desinit: *Actum est hoc anno Dominicæ Incarnationis M. C. XLIV. Indictione VII. S. Theodorici Comitis Flandriæ.* S. RADULFI CASTELLANI BRUGENSIS. S. GERVASII DE PRAET, *&c.* Sequenti etjam anno subscribit Radulphus diplomati ejusdem Theodorici, in archivis S. Bavonis, ubi referuntur hi testes: *Iwain de Gand.* RADULPHUS CASTELLANUS BRUGENSIS. *Gisalbertus Castellanus de Bergis. Gualterus Castellanus de Sancto Audomaro. Rodgerus Castellanus de Insulis. Rodgerus Castellanus de Cortraco. Anselmus de Ipra, & Balduinus frater ejus. Actum Ipræ anno Dominicæ incarnationis M. C. XLV. Simone Noviomensi seu Tornacensi Episcopo, anno Theodorici Comitis in Flandria XVII.* Exstat etjam ipsius Radulphi diploma, Eeckholtano monasterio datum, anno 1146. quod ita ille exorditur: *In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Ego* RADULFUS BRUGENSIS CASTELLANUS, *pro redemptione animæ meæ, &c.* ita verò concludit: *Actum Brugis anno M. C. XLVI. regnante Ludovico Rege Franciæ, Theodorico Flandriam tenente.* Subscripsit inter alios huic diplomati S. Bernardus. Signavit quoque Radulphus litteras Theodorici, datas anno 1151. monasterio Sancti Bertini, quarum ex iis archivis à me depromptarum, hoc est exordium: *Ego Theodoricus, Dei gratiâ Flandriæ Comes, &c.* conclusio talis: *Signum Theodorici Comitis. S. Comitissæ. S. Pueri Philippi. S. Roberti Bethuniensis Domini. Signum Gilleberti de Berghes Dapiferi.* S. RADULPHI BRUGENSIS CASTELLANI. *S. Henrici Constabularii, & Castellani Broburgensis. S. Arnulphi Comitis Ghisnensis.*

S. Eustachii Camerarii. S. Rogerii Gandensis Castellani. S. Balduini Comminensis. S. Werrici Abbatis Sancti Vedasti. S. Theodorici Berg. Abbatis. Actum anno Dominicæ incarnationis M. C. LI. Atrebati in solemni Curia IV. Kal. August. Ego Walterus Capellanus scripsi & subscripsi. Item eodem anno 1151. ex archivis urbis Audomarensis: *Theodoricus, Dei patientiâ Flandrorum Comes, consensu uxoris meæ Sibyllæ. &c. Quoniam autem humana omnia ex rerum, & temporum varietate senescunt, sigilli mei authoritate, & subscriptorum testimonio hoc confirmavi: Gileberti Castellani de Bergis. Galteri Castellani S. Audomari. Henrici Castellani de Broborg, Rogeri Scouteti de Cortric.* RVDVLFI BRVGENSIS CASTELLANI, *Arnoldi Comitis Ghisnensis, &c. Actum est hoc anno Domini M. C. LI.* Anno deinde 1152. signasse reperitur in archivis Affligemiensibus diploma Theodorici: datum capite 25. fol. 535. RODVLPHVS CASTELLANVS BRVGENSIS. *Actum Brugis M. C. LII.* Item literas ejusdem Comitis anno 1153, datas, in iisdem Affligemiensium archivis, hoc modo: RODVLFVS CASTELLANVS BRVGENSIS, *Walterus de Teneramunda, Balduinus frater ejus, Rogerus Castellanus de Gant. Sigerus filius Balduini de Alost, &c. Anno M. C. LIII. indict. I.* Radulphi Castellani, uxorisque ejus Gertrudis mentio quoque in diplomate Elizabethæ Castellanæ, nuptæ Ioanni, filio Radulphi, aut Rodulphi, ut mox in Ioanne ostendendum.

Rodulfus iste, mortuo fratre Ivone, nullâ relictâ prole, in Suessionensem ei Comitatum successit; unde ipsi per mortem deinde quoque evocato successit Conon ejus filius, cujus fit mentio supra in diplomate Everardi Tornacensis Episcopi, fol. 563. Nigellæ dominio, tum ad Ioannem, natu minorem fratrem transmisso. Reperio Cononi hunc titulum adscripsisse in diplomate suo anni 1161. Theodoricum Elsatium, qui hunc id in modum exorditur in arch. S. Petri Aldenburgensis: *Ego Theodoricus, Dei gratiâ Flandrensium Comes, &c. hanc omnem terram Henricus de Aldenburg, cum sua uxore Beatrice, possessores ejus ante per me effecti, Hermanno Abbati, &* CONONI CASTELLANO BRVGENSI *Advocato ejus, coram me legitimè donavit, &c. S. Desiderii Archidiaconi, &c. S. Haketti Decani, &c. S. Hettonis Scabini. S. Hugonis de Herla Scabini. Actum Brugis in domo mea anno inc. Dom. M. C. LXI. in cathedra S. Petri, anno Comitatus mei XXXIII.* Ipse verò Conon diplomati ab eodem Comite anno 1166. Truncíniensibus dato, subscribendo, eundem sibi titulum adscripsit. diplomatis hoc est initium: *Ego Theodoricus, Dei gratiâ Comes Flandriæ, Abbati & Fratribus Truncíniensibus in perpetuum, &c.* hic autem finis: *S. Theodorici Comitis. S. Philippi filii ejus. S. Petri Præpositi Brugensis. S. Desiderii Archidiaconi Tornacensis. S. Roberti Præpositi de Arlebeka.* S. CONONIS CASTELLANI BRVGENSIS. *Actum Gandavi anno gratiæ M. C. LXVI. quarto idus Iulii.* Anno item sequente 1167. Conon etjam subsignavit tabu-

 las pacis

las pacis inter Philippum Flandriæ, & Florentium Hollandiæ Comites firmatæ; tabularum in archivis S. Donatiani Brugensis, à me repertarum, hoc est caput : *Philippus Comes Flandriæ, &c. F. Comes Hollandiæ, &c.* desinunt autem in hæc verba: *Testes idoneos, qui interfuerunt, subscribi fecimus. Sunt autem eorum nomina: Matthæus Comes Boloniæ, Walterus d'Eine, Eustatius Camerarius Flandriæ, Razo de Gavere,* CONO BRVGENSIS CASTELLANVS, *Rogerus Cortracensis Castellanus, &c. Balduinus de Praet, Ghiselbertus de Brugis, &c. Actum Brugis feriâ III. post dominicam Reminiscere; in domo Præpositi Brugensis, anno Dom. inc. M. C. LXVII. feliciter.* Signavit item diploma Philippi Elsatii, datum anno
Cap. 163. fol. 424. 1169. quod in notitia ecclesiarum Belgii sic recitat Miræus: *In nomine, &c. Ego Philippus, Dei gratiâ Flandriæ & Viromandiæ Comes, &c. Eleemosynæ beneficium, quod præsentis paginæ series explicabit, Ariensis Ecclesiæ, cujus parietes de fundamentis patrum meorum excreverunt, &c. Inter Watenes & Bourbourg, palus quædam limum inaccessibilem spatiosâ latitudine diffundebat, & usibus sese denegabat humanis. Hujus limosæ paludis illuviem feci sumptibus propriis exhauriri, & ex ea statum commodioris naturæ, quasi violenter extorquens, in terram frugiferam, transformavi. Hujus terræ partem quandam, circiter 1700. mensuras continentem, cum molendino de Watenes (quod de proprio feceram) & tractu navium præfatæ ecclesiæ (S. Petri Ariensis) possidendam perenniter assignavi, ut ex hoc beneficio accresceret in ea numerus XII. præbendarum, &c. insuper terram quandam in Ariensi territorio, similiter ex palude in solidam conversam (circiter ducentas mensuras) quæ inter nova molendina & Ariam diffunditur, jam dictæ ecclesiæ possidendam assignavi. Præterea LXX. marcas provenientes ex terra, quam tenuit olim Philippus, qui Comes nuncupatur, pater Willelmi de Ipra, quæ patri meo, & mihi jure hereditario successit, prætaxatæ ecclesiæ pariter adscripsi. Hanc autem donationem sigilli mei munimine roboravi, & testes subscripsi idoneos. Signum Petri fratris mei. Michaelis Constabularii. Hellini Dapiferi. Rasonis Buticularii. Eustathii Camerarii. Gerardi de Meschines Sigillarii mei. Lambini de Brugis Notarii Comitis. Roberti Advocati Bethuniensis. Rogerii Cortracensis Castellani. Willelmi Castellani Audomarensis. Guidonis Bergensis Castellani. Balduini Castellani de Bourbourg. Enonis* (lege CONONIS) BRVGENSIS CASTELLANI. *Walteri de Locris. Gisberti de Aria. Actum hoc anno Verbi incarnati M. C. LXIX. Kal. Aug. per manum Roberti Cancellarii Flandriæ, & Ariensis ecclesiæ Præpositi, regnante Ludovico Francorum, Imperante semper Domino nostro Iesu Christo.* Miræum ante me correxit du Chesne in probationibus familiæ Bethuniensis, ad lib. 2. fol. 35. ubi perperam citat ipsius Miræi cap. 63. pro 163. Ex præmisso Philippi diplomate obiter nota, eum dicto ibi loco, aliisque Flandriæ, exhaustis paludibus, terras reddidisse frugiferas; id quod etjam Theodoricum cœpisse, patet ex diplo-

ex diplomate anni 1133. supra fol. 553. recitato. Quò referenda sunt ea, quæ dicta sunt supra cap. 5. fol. 32. 34. 37.

Cononi Nigellano vita defuncto in Castellania Brugensi successor fuit, qui ante in dominio Nigellæ fuerat, Ioannes ejus frater, quod liquet è diplomate Everardi Episcopi Tornacensis supra fol. 563. dato, ubi hîc Castellanus vocatur, & fit mentio Radulphi patris, item Cononis fratris, defunctorum, & matris Gertrudis. Subscripsit is anno 1170. diplomati, quod est in archivis Blandinensibus, sic incipiens: *Philippus Comes Flandriæ & Viromandiæ, &c.* ita verò desinens: *Signum Gerardi Brugensis Præpositi. S. Gerardi Insulensis Præpositi.* S. IOANNIS CASTELLANI BRVGENSIS, *&c.* Notatur, & hoc nomine Ioannes, in diplomate uxoris suæ Elisabethæ, quod ex archivis Begginagii Brugensis refert Miræus, hoc tenore: *Elisabeth, Dei gratiâ* BRVGENSIS CASTELLANA, *notum fieri volo, quod socrus mea Gertrudis Brugensis Castellana, & filius ejus* IOANNES CASTELLANVS, *maritus meus, basilicæ suæ Brugensi, in honore Beatæ Mariæ Virginis consecratæ, in dotem reditus nominatos in eorum scripto, pro salute animæ suæ, & in memoriam* RADVLFI CASTELLANI *contulerunt. Hanc itaq; donationem approbavi, & sigilli mei appensione corroboravi. Actum Brugis anno M.C.LXXXV. Idus IV Septemb.* Du Chesne in historia Bethuniensi hanc Elisabetham cognominat de Lambersart; Cononis autem absque prole defuncti uxorem de Pierrefons. Signavit insuper Ioannes diploma Philippi Elsatii, anni 1187. datum capite præcedenti folio 528. Item anno sequente alterum, in hæc verba: *In nomine, &c. Ego Philippus Flandrensium & Viromanduorum Comes, notum fieri in perpetuum volo, quod vir venerabilis Godescalcus Abbas Affligemiensis, laudante & assensum præbente capitulo ipsius, ecclesiam S. Andreæ juxta Brugas sitam omninò emancipavit, &c. Sciendum etiam, quod ejusdem ecclesiæ Advocatus & Dominus ego sum, & rerum ipsius, & fratrum ibidem Deo servientium defensor perpetuus atq; protector, &c. Hoc igitur, ut ratum semper inconvulsumq; permaneat, tam præsentis scripto paginæ, quam mei impressione sigilli, imò subscriptarum testimonio personarum muniri, decrevi. S. Gerardi Brugensis, & Sancti Audomari Præpositi, & Flandriæ Cancellarii. Signum Gerardi Præpositi Insulani. S. Willelmi de Tenremunde.* S. IOANNIS CASTELLANI BRVGENSIS. *S. Eustathii Camerarii. S. Gerardi de Gremberghe. S. Walteri de Ninevella. S. Theodorici Castellani de Dickxmude. S. Gerardi de Aldenborch. S. Arnulphi de Ghistella. S. Sigeri de Borenhem. S. Lamberti de Domo. Actum in domo mea Malen, anno Dominicæ incarnationis M.C.LXXXVIII.*

Not. eccl. cap. 219. fol. 651.

Fol. 273.

Anno 1202. Ioannes iste Brugensis Castellanus in expeditione Constantinopolitana, in orientem prosecutus est Balduinum Flandriæ & Hannoniæ Comitem, & Henricum ejus fratrem, Constantinopolitanos postea successivè Imperatores; ita enim

ita enim de hac expeditione ſcribit Godefridus Vilharduinus,
Fol.2. & ipſe illius Comes: *A l'entree de la Quareſme, apres le jour, que ont prent cendres, ſe croiſa li Quens Baudoin de Flandres, & de Hennaut à Bruges; & la Conteſſe Marie ſa femme, qui ere ſuer le Conte Thibaut de Champaigne. Apres ſe croiſa Henris ſes freres, Thierres ſes niers, qui fu fil le Conte Phelippe de Flandres, Guiliermes l'Avoez de Bethune, Coenes ſes freres,* IOHAN DE NEELLE CASTELAIN DE BRVGES, *Reniers de Trait, Renners ſes fils, Mahuis de Valemort, Iakes d'Aveſnes, Baudoins de Belveoir, Hues de Belines, Girart de Machicort, Oedes de Ham, Guillelmes de Gomeignes, Druis de Belraim, Rogiers de Marche, Eutaices de Sambruic, Francois de Colemi, Gautiers de Bouſiers, Reniers de Monz, Gautiers de Stombe, Bernars de Soubrenghiem, & maint pluſor prodome, dont li livre ne parle mie. Apres ſe croiſa li Quens Hues de Sainpol. Avec luy ſe croiſa Pierres d'Amiens ſes niers, Euthaices de Cantheleu, Nicole de Mailli, Anſiaus de Lieu, Guis de Hoſdeng, Gautiers de Nede, Pierre ſes freres, & maint autre gent, que nos ne connoiſſons pas.*
Fol.15. Item poſt plura: *Lors revint une nouvelle en loſt, que fu volentiers oie, que li eſtoire de Flandres, dont vos avez oi arrieres, ere arivez à Marſeille: &* IOHANS DE NEELLE CASTELLAINS DE BRVGES, *qui ere Chevetaines de cel oſt, & Tierris, qui fu fils le Conte Phelippe de Flandres, & Nichole de Mailli, manderent le Conte de Flandres lor Seignor, que il ivernoient à Marſeille, & que al lor mandaſt ſa volente, que il feroient ce, que il lor manderoit. Et il lor manda par le Duc de Veniſe, & des autres Barons, que il meuſſent à l'iſſue de marz, & veinſſent encontre luy au port de Modon en Romanie.* Meyerus anno 1203. memor etjam hujus expeditionis, eum vocat Præfectum Brugenſem, pro Caſtellanum, ſeu Præfectum Caſtri Brugenſis, ſic enim itineris ſocios enumerat: *Guilielmus cognomento le Rous Advocatus Betuniæ, cum Bartholomæo fratre,* IOANNES NIGELLANVS PRÆFECTVS BRVGENSIS, *Raſſo Gaverus cum fratre Rogerio, Henricus Nigellanus, Levinus Axelanus, Winocus Hondeſcotanus, Theodoricus Dixmudanus, &c.* Ex hac autem expeditione Ioannem hunc Nigellanum reducem fuiſſe ante annum 1206. arguit Philippi Regis Francorum diploma, eodem anno datum, & à Ioanne ſubſignatum Pariſiis; ita e-
Pren.Bet. fol.85. nim ex archivis Regiis, refert du Cheſne: *Litteræ Philippi Regis, quibus fiduciat Philippo Comiti Namurcenſi, quod à viceſimo ſequenti die poſt inſtans natale Domini in quatuor annos completos, Mariam filiam ipſi dabit in uxorem. Actum Pariſiis anno Domini M. CC. VI. menſe Auguſto. Plegii Domini Regis de obſervatione conventionum. Comes Sancti Pauli erga Dominum Regem de II. M. marc. Mattheus de Montemaurenciaco de II. M. marc. pro utroq. Comes Boloniæ de II. M. marc. pro utroq.* IOANNES DE NIGELLA *de M. marc. pro utroque. Gauterius de Aveſnis de M. marc. pro utroque. Comes Robertus de M. marc. pro utroque. Caſtellanus Gandavenſis*

davensis de V. C. marc. pro Rege erga Comitem. Guilielmus Avunculus de V. C. marc. erga Regem pro Comite. Advocatus Bethuniæ de V. C. marc. erga Comitem pro Rege. Eodem anno 1206. legitur idem Nigellanus qualitatem Castellani Brugensis subscripsisse diplomati pacis compositæ inter Wilhelmum, Florentii Hollandiæ Comitis, Filium, & Ludovicum Comitem Lossensem, quod in archivis D. Donatiani Brugensis memini me vidisse, cum hoc procemio: *Hæc est forma compositionis, ac pacis perpetuæ, inter Ludovicum Comitem de Los, & de Hollandia, & Dominum Wilhelmum, Florentii Comitis Hollandiæ quondam filium, arbitrio Domini Philippi Marchionis Namurcensis, Bajuli Flandriæ, &c. Testes Arnulphus Comes Guinarum, Wilhelmus Advocatus Bethuniensis,* IOANNES CASTELLANVS BRVGENSIS, *Wilhelmus Castellanus S. Audomari, &c. Actum Brugis in domo Præpositi mense Octobri, die festo S. Donatiani, anno verbi incarnati M. CC. VI.* Edidit & ipse Ioannes anno 1209. diploma, quod in archivis Aldenburgensis Abbatiæ legi, sonans in hæc verba: *Ego I.* DOMINVS NIGELLÆ, CASTELLANVS DE BRVGIS, *& M. de Harnes, Flandriæ Iustitiarius. Vniversis notum esse volumus, quod Igramnus, filius Igramni de Erneghem, &c. Testes Bernardus de Rosbais, Willelmus Wart, Iustitiarius Comitis, Boudelin de Morkercka. Actum anno Domini M. CC. IX. mense Iulio Brugis.* Publicavit integrum diploma in notitia ecclesiarum Belgii cap. 185. fol. 510. Aub. Miræus. Vidi & alterum ejus diploma, eodem anno datum Abbati Eeckhoutano, ubi ita Ioannes: *Ego* IOANNES DE NIGELLA CASTELLANVS BRVGENSIS, *testimonium perhibeo, quod Cono Abbas S. Bartholomæi de Eeckhout in Brugis, &c. Actum anno M. CC. IX.* Reperitur & anno 1210. signasse diploma, quod vidi in archivis Blandiniensibus, ita: *Ego Aliz, quondam uxor Walteri de Tenremonde, &c. S. dilecti filii mei Gerardi de Gremberghe.* S. IOANNIS CASTELLANI BRVGENSIS. *S. Rasonis de Gavera. S. Sigeri Castellani Gandensis, & fratris ejus Danielis. S. Walteri de Sottenghem. S. Rasonis de Cortraco, & Rogeri fratris ejus. Actum in Camera Abbatis S. Petri, anno Dominicæ incarnationis M. CC. decimo.* Anno deinde 1211. iterùm dedit Cononi Abbati Eeckholtano diploma, idem habens exordium cum superiore anni 1209; atque ita finit: *Actum anno M. CC. XI.* Eodem etjam anno legitur constitutus obses pro Ferdinando, Comite Flandriæ, in diplomate, quod ex archivis Comitatus Flandriæ depromptum, ita publicavit du Chesne: *Ludovicus, Domini Regis Franciæ primogenitus. Noverint universi, &c. Quod Ferrandus, Comes Flandriæ, & Ioanna, uxor ejusdem, nobis & hæredibus nostris de carne nostra, tanquam jus nostrum, ex parte matris nostræ, quitavit in perpetuum villas S. Audomari, & Ariæ, cum omnibus pertinentiis earum, & alia fæuda, & domina, & domania, quæ carissimus Dominus & genitor noster tenuit*

Pru. Gui. fol. 471.

ratione maritagii matris nostræ, sicut carta Comitis Balduini, patris Dominæ Ioannæ Comitissæ, quondam Imperatoris Constantinopolitani, facta Peronnæ, testatur. Hanc autem quitationem nobis juraverunt, & propter hoc, istos hostagios de hominibus suis dederunt: IOANNEM DE NIGELLA CASTELLANVM BRVGENSEM, *Sigerum Castellanum Gandensem, Balduinum patrem de Commines, Michaelem de Harnis, Rogerum Castellanum Insulensem, Sibyllam de Waurin, & Herlinum filium ejus. Salva fidelitate, quam dicti Comes, & Comitissa carissimo Domino & genitori nostro fecerunt, & salvis conventionibus, quas ab ipso habuerunt de assecuramento ipsi faciendo ab hominibus suis. Nos autem nihil juris reclamamus in residuo Comitatus sui Flandriæ; sed ipsis & hæredibus suis quitamus in perpetuum, exceptis illis, de quibus hac die tenentes sumus. Et conventiones prædictas ipsis versâ voce juravimus, & propter hoc istos hostagios eis dedimus, Advocatum Bethuniensem, Sibyllam de Waurin, & Herlinum filium ejus, Dominum de Oisy, Ioannem de Lens, Castellanum Sancti Audomari, Michaelem de Harnis, &c. Actum inter Lens, & pontem de Wendin, anno Domini M.CC. XI. mense Februario, die S. Matthæi Apostoli.* Mater Ludovici hoc diplomate notata, fuit Isabella, filia Balduini Hannoniensis & Margaretæ Elsatiæ, uxor Philippi Augusti, cui Philippus Elsatius Artesiam, & alia doti dixerat, ut est in genealogia Flandrica tab. 9. Cæterùm anno adhuc 1214. commemoratur iste Ioannes in diplomate Ioannæ Comitissæ, quod ex archivis Regiis, ita refert du Chesne: *Ego Ioanna, Comitissa Flandriæ & Hainoniæ, notum facio omnibus præsentes literas inspecturis, quòd ego juravi Domino meo illustri Regi Franc. quoòd ego tradam ei, vel ejus mandato, hâc die Iovis proximâ ante festum omnium Sanctorum, filium Ducis Lovanii apud Peronam, &, quòd dirui faciam fortericias de Valencenis, de Ypra, de Audenarda, & de Casello. Ita quòd sint dirutæ ad ejus Domini Regis voluntatem, neque reædificabuntur, nisi per ejus beneplacitum; & omnes aliæ forteritiæ Flandriæ, in eo puncto, quo modò sunt, manebunt, neq; aliquo modo infortiabuntur, neq; aliæ fortilitiæ poterunt fieri, nisi per ejusdem D. Regis beneplacitum hoc fieret.* IOANNES DE NIGELLA, CASTELLANVS BRVGENSIS, *& Seherus Castellanus Gandavensis, & omnes alii homines D. Regis, omnes terras suas rehabebunt, & pacificè tenebunt. Alii homines Flandriæ, & Hainoniæ, qui juraverunt treugam, & qui voluerunt jurare hanc pacem, terras suas rehabebunt, &c. Actum Paris. anno M. CC. XIV. die Veneris proximâ ante festum Apostolorum Simonis & Iudæ.* Post cladem scilicet Bovinensem, ubi Ferdinandus captus, & in Luparam Pariensem abductus fuit.

Preu. Gui. fol. 475.

Circa hunc eundem annum 1214. Ioannes è vivis excessit, relicto hærede, altero Ioanne, parentis, in Dominio Nigellano, & Castellaniâ Brugensi, successore. Du Chesne in historia domus Bethuniensis de hoc Ioanne defuncto ita scribit: *Iacques*

Meier

Meier en ses annales luy donne le titre de tres-eminent Seigneur de la Court de Flandres, & remarque qu'en estant sorty l'an 1212. pour quelque mescontentement, il se retira dans ses terres de Picardie, ou deux ans apres il mourut, & fut inhumé en l'eglise d'Orcamp pres de Noyon: laissant d'Elizabeth de Lambersart, son espouse, qui se trouve nommée avec luy en divers tiltres, deux fils, appellez Iean & Raoul de Neelle, & une fille, nommée Gertrude, de laquelle il sera parlé cy-apres. Iean, aisne des fils, fut Seigneur de Neelle II. du nom, & CHASTELLAIN DE BRVGES. Locus Meyeri, supra citatus, ita se habet: *Eodem anno* (scilicet 1212.) IOANNES NIGELLANVS, *& Sigerus Gandavensis, eminentissimi aulæ proceres, Flandriâ discesserunt. Sunt qui pulsos esse referunt ab Flandris, quòd persuadere niterentur Ferdinando, ut fanum Audomari, & Ariam non repeteret, sed, pacis gratiâ, Ludovico stirpi Regiæ in totum dimitteret: alii verò, postquam usque ab Augusti morte in rerum administratione continuò essent versati, postulatos tandem repetundarum, à Comite desciviisse memorant.* Primùm quòd equidem assequi potui, Ioannis ejus nominis secundi Castellani Brugensis, diploma, datum fuit anno 1217, idque vidi in archivis Abbatiæ Eeckhoutanæ Brugensis hoc tenore: *Ego* IOHANNES DOMINVS NIGELLE, CASTELLANVS BRVGENSIS, *notum facio præsentibus ac futuris, quòd cùm universi prædecessores mei* CASTELLANI BRVGENSES *semper fuerunt Advocati de Eeckhout ecclesiæ in Brugis, &c. Ego, ad petitionem Cononis Abbatis, totiusque ejusdem loci, &c. Actum anno Domini M. CC. XVII. mense Mayo.* Duxit hic Ioannes II. Nigellanus Castellanus Brug. Eustatiam, filiam natu secundam, Hugonis Comitis Sancti Pauli, & Ioles Hannonicæ. Vide genealogiam nostram Comitum Flandriæ, tab. 2. fol 31. 34.

Lib. 4. cap. 3 fol. 275.

Arch. Eeckhout Brugens.

Huic Ioanni de Nigella, cum Ioanna tum Flandriæ Comitissa, variæ intercesserunt controversiæ, quæ de juris defectu dicebantur. De his ex annalibus Franciæ Belleforestianis du Chesne in probationibus historiæ domus Montmorenciacæ refert hoc arrestum Parisiense: *Cùm esset contentio inter Iohannam, Comitissam Flandriæ, ex una parte, &* IOANNEM DE NIGELLA, *ex altera, idem Ioannes appellavit Comitissam de defectu ad Curiam Regis. Dominus Rex fecit Comitissam citari, coram se, per duos milites. Comitissa ad diem comparens, proposuit se non sufficienter citatam per duos milites, quia per Pares suos citari debebat. Partibus appodiantibus super hoc, judicatum est in Curia Regis, quòd Comitissa fuerat sufficienter, & competenter citata, per duos milites, & quòd tenebat & valebat submonitio per eos facta de Comitissa. Item Comitissa proposuit, quòd* IOANNES DE NIGELLA *habebat Pares in Flandria, per quos debebat judicari in Curia Comitissæ: & quòd parata erat ei facere jus, in sua Curia per Pares ipsius Ioannis. Sed idem Ioannes dicebat, quòd Comitissa defecerat ei de jure per Pares ipsius, per quos judicari debebat in Curia Comitissæ: & ita*

Lib. 3 fol. 87.

& ita requirebat Comitissa Curiam suam de IOANNE DE NIGELLA: IOANNES DE NIGELLA *è contrario respondebat, quòd ad Curiam Comitissæ nullo modo reverti volebat, quia ipsa defecerat ei de jure, & de defectu juris illam appellaverat ad Curiam Domini Regis, ubi paratus erat eam convincere de defectu juris. Ad considerationem Curiæ Domini Regis, super iis judicatum est, quòd* IOANNES DE NIGELLA *non debebat reverti ad Curiam Comitissæ, & quòd Comitissa debebat ei respondere in Curia Domini Regis, ubi eam appellaverat de juris defectu. Præterea cùm Pares Franciæ dicerent, quòd Cancellarius, Buticularius, Camerarius, & Constabularius Franciæ, ministeriales hospitii Domini Regis, non debebant cum eis interesse ad facienda judicia super Pares Franciæ, & dicti ministeriales hospitii Domini Regis è contrario dicerent, se debere, ad usus & consuetudines observatas, interesse cum Paribus ad judicandum Pares. Iudicatum fuit in Curia Domini Regis, quòd ministeriales prædicti de hospitio Domini Regis debent interesse cum paribus Franciæ ad judicandum Pares. Et tunc prædicti ministeriales judicaverunt Comitissam Flandriæ, cum Paribus Franciæ. Apud Parisios anno millesimo ducentesimo XXIV.* Idem reperies Gallicè apud Tu Tillet, *Rang des Grands.* fol. 29. Oudegherstius tradit ab anno 1218. tantas inter Ioannam Comitissam, & Ioannem Castellanum Brugensem obortas controversias, ut Ioanna bile commota, per virum nobilem familiæ suæ, Castellanum ad singulare certamen provocarit; quod interventu Philippi Comitis Boloniensis, fratris Ludovici Regis, Guilielmi Catalaunensis Episcopi, & Matthæi Montmorenciaci Franciæ Constabularii inhibitum est, emitque Ioanna, ad controversiis illis aliquando finem imponendum, jus omne, quod Ioanni in Castellaniam Brugensem, Francum appellatam, competebat. Verba Oudegerstii sunt hæc: *Ie treuve, que audict an dix & huict, se meut entre la Contesse Iehenne, &* IEHAN DE NEELLE FILS DE IAN CASTELLAIN DE BRVGES, *merveilleusement grand debat, dont neantmoins je ne scay l'occasion, trop bien, que ladicte Contesse entra en sy estrange colere, contre ledict* IEHAN DE NEELLE, *qu'elle le fit par un gentil homme de sa maison, provocquer a combat mortel, mesmes que les gaiges fusrent presentez, & acceptez, tant d'un coste, que d'autre: toutesfois par l'entreparler, & a l'intercession de Philippe Conte de Boulongne frere legitime du Roy Louys: de Guillaume Evesque de Chalon, du Chancelier de Flandre, de Mahieu de Montmorency connestable de France, & de plusieurs autres, l'accord se fit de la maniere, quy s'ensuyt. ,, Scavoir, ,, que ladicte Contesse auroit & retiendroit pour soy, & pour ses successeurs a perpetuité, la Chastellenie de Bruges (que nous disons ,, maintenant le Francq) ensemble tous les fiefs, que ledict* IAN DE ,, NEELLE *tenoit de la Conté de Flandre. Et que moyennant ce ,, ladicte Contesse seroit tenuë & obligée, payer audict de Neelle, la ,, somme de vint & trois mille, cinc cents, quarante cinc livres, cinc ,, sols,*

Cap. 106. fol. 150.

,,*sols, huict deniers Parisis, & ce a certains termes lors prins & as-*
,,*signés. Comme de tout & plus au plain peut apparoir, par les lettres*
,,*qu'en l'an mil, deux cents, vint & quatre, en furent données au*
,,*mois de Feburier, en la ville de Melun.* Alii mille libras superaddunt, ego nihil certi scire possum, tantum enim in archivis Flandriæ duas hac de re apochas reperi; alteram Meleduni, datam anno M. CC. XXIV. mense Februario, supra recitatam capite præcedenti; alteram in hæc verba: *Ego* IOANNES DOMINVS NIGELLE, CASTELLANVS BRVGENSIS. *Omnibus præsentes literas inspecturis notum facio, quod Domina Comitissa Flandriæ, mihi persolvit decem & septem millia librarum, trecentas & triginta tres libras sex solidos & octo denarios, Parisienses, quas in præsentibus ipsa mihi debebat, sicut in ipsius meis literis continetur. Actum anno Domini M. CC. vigesimo quarto, Sabbatho ante festum S. Vincentii.* De hâc venditione ita scribit Meyerus: *Anno* 1224. *Ioanna, Comitissa Flandriæ, de* IOANNE NIGELLANO *Brugensem emit Præfecturam viginti quatuor millibus quingentis quadraginta quinque libellis, sex solidis, & octo denariis Parisiensibus. Ejus rei testes adfuerunt: Ludovicus, Rex Galliæ, Philippus ejus frater, Comes Boloniæ G. Episcopus Catalaunensis. M. Episcopus Bellovacensis. G. Episcopus Silvanectensis. Matthæus à Montemorenciaco.* Meyerum secutus videtur du Chesne, qui in historia familiæ Bethuniensis de hâc venditione ita scribit: *Laquelle Chastellenie il vendit à Ieanne, Comtesse de Flandres, & de Hainaut, par contract de l'an* 1224. *pour le pris de vingt quatre mille cincq cents quarante cincq livres, six sols, huict deniers parisis.* Idem in historia domus Montmorentiacæ, hisce de rebus, disserit in hunc modum: *Ieanne Comtesse de Flandres, fille de Baudouin Empereur de Constantinople s'esmeut tellement contre* IEAN SEIGNEVR DE NEELLE *son Bailly, à cause de la* CASTELLENIE DE BRVGES, *qui luy appartenoit, qu'elle le fist mesme provoquer au duel par un Chevalier de sa maison: & furent les gages presentez & acceptez, tant d'une part, que d'autre. Mais au retour du voyage de Guienne, Mathieu de Montmorency entreprist avec Philippe Comte de Boulongne frere du Roy, Guillaume du Perche Evesque de Chaalons, & le Chancelier de Flandres, de pacifier leur different. Ce qui reussit de telle sorte, que par lettres expediées à Melun au mois de Fevrier, l'an mille, deux cents, vingt quatre, en presence du Roy VIII. de Philippe son frere Comte de Boulongne, de Guillaume Evesque de Chaalons, Milon Evesque de Beauvais, Guarin Evesque de Senlis, Chancelier de France, Barthelemy de Roye Chambrier, Mathieu de Montmorency Connestable, Robert Comte de Dreux, & Iean son frere, Enguerran de Coucy, Estienne de Sancerre, Adam & Iean de Beautmont freres, & Simon de Poissy, Iean de Neelle vendit, & transporta à la Comtesse Ieanne sa* CASTELLENIE DE BRVGES A PRESENT NOMMEE LE FRANC, *avec tous les fiefs, qu'il*

Fol. 336.

Lib. 1. c. 3. fol. 274.

Fol. 137. lib. 3.

tenoit de la Comté de Flandres, moyennant la somme de vingt-quatre mille, cinq cents, quarante cinq livres, six sols, huit deniers Parisis. Il y eut aussi un jugement solennel donné à Paris audit an par la Cour des Pairs de France, sur la contention d'entre les mesmes parties: auquel assista encore le Connestable Mathieu de Montmorency, avec les autres Officiers de la maison du Roy, suivant ce qui fut prouvé lors, que par les usages, & costumes du Royaume, les grands Officiers devoient estre presentes avec les Pairs de France, quand ils jugeoient les procés de Pairs. Dimissæ à Ioanne Nigellano Castellaniæ testimonium perhibet diploma anni 1227. quod in archivis Abbatiæ de Spermaille Brugensis, vidisse me memini in hæc verba: *Ferdinandus Flandriæ & Hainoie Comes, & Ioanna uxor ejus, Flandriæ & Hainoie Comitissa, omnibus præsentes litteras inspecturis salutem. Noverit universitas vestra, quod cum fidelis, & dilectus Clericus noster Egidius de Bredene, Canonicus Brugensis, à nobis teneret in feodum viginti libras Artes. primo ex dono Domini* IOANNIS DE NIGELLA, QVONDAM CASTELLANI BRVGENSIS, *postea ex dono nostro, ad vitam suam possidendam, nos igitur, &c. contulimus sine feodo, &c. Actum Insulēn anno Domini M. CC. XXVII. mense Februario.* Ioannes hîc, cum ex Eustatia uxore sua prolem non haberet, hæredem ex asse reliquit sororem suam Gertrudem, nuptam Rodolpho Claromontano, unde natus Simon Claromontanus Nigellæ Dominus, è Beatrice de Montfort, pater alterius Rodolphi, Domini de Nigella Conestabilis Franciæ, cui uxor fuit Adela, filia Roberti de Dreux, & Clementiæ Vice-comitissæ Castri Dunensis, ut est in Genealogia nostra Flandrica, tab. 2. Q. & in probationibus tabulæ secundæ, fol. 44, ubi notandum in tabula lineam sub Guidone II. Comite S. Pauli, malè protractam esse, usque ad dictam Adelam, filiam Roberti Drocensis, cum finiri debuerit in Ioanna uxore Guilielmi de Savigni. Radulphi hujus Claromontani Nigellæ Domini, & Adelæ Drocensis unica filia Adela, nupta est Guilielmo filio Guidonis Comitis Flandriæ, cui attulit Dominium de Nigella situm in Vermandiso, de quo v. Genealogiam nostram Flandricam, tab. XI. fol. 68. littera P. & in probationibus, tab XI. fol. 11. Non possum non hîc obiter submonere, du Chesnium in historia Montmorenciaca lapsum esse, ubi lib. 3. cap. 1. fol. 126. Thomam quemdam facit Castellanum Brugensem; in quem eum errorem præivit Meyerus ad annum 1178. ubi scribit, Thomam Præfectum Brugensem, post Ivonem Suessionensem Comitem, Suessionem, Nigellamque sibi vindicasse. Nam è superioribus fol. 565. patet Ivoni mortuo, non Thomam aliquem, sed Rodulphum fratrem, Brugensem Castellanum, successisse post annum 1153, ipsique Rodolpho defuncto, filium ejus Cononem, Cononi Ioannem fratrem, ac Ioanni, filium quoque Ioannem, Castellaniæ venditorem.

Stemma

Stemma Castellanorum priorum.

Robertus Castellanus Brugensis.

Erembaldus Castellanus Brugensis.

Bertulphus Canonicus, deinde Præpositus Sancti Donatiani. | *Robertus Castellan. Brug.* | *Hackettus Castellan. Brugen̄.* | *Lambertus Nappin.* | *Wulfricus.*

Walterus Castellanus Brugensis. ἄπαις. | *Robertus.* | *Filia nupta Waltero Cromlin, qui non fuit è conspiratoribus, atq; adeo anno adhuc 1133 subscripsit diplomati Comitis Theodorici.* | *Boscardus.* | *Isaac.*

Fol. 554.

Stemma Castellanorum è domo Nigellanâ.

Ivo I. Dn̄s de Nigella & de Faluy.

Ivo II.

Rodolphus I. de Nigellæ & de Faluy.
. . . . . filia Guil. d'Eu & Ada Comitissa Suessionen̄.

Ivo III. Dn̄s Nigellæ. Iole Hannonica ἄπαις. | *Rodolphus de Nigella Castellan. Brug. Gertrudis neptis Theod. Comit. Fland.* | *Drogo.* ἄπαις.

Conon Dn̄s de Nigella Comes Suession̄. Cast. Brugens. Agnes de Pierrefons. ἄπαις. | *Rodolphus de Nigella fratre mortuo Comes Suessionensis. Adela de Dreux, filia Roberti Francici.* | *Ioan. D. Nigel. Castellan. Brug. Elis. de Labersart.*

Ioannes. Dn̄s Nigellæ, Castellan. Brugensis, venditor Castellaniæ. Eustatia de S. Paulo. ἄπαις. *Vide geneal. Flandrica probationes, tab. 2. fol. 31. 34.* | *Rodolphus de Nigella obiit cœlebs ante Ioannem.* | *Gertrud. de Nig. Rodolph. Claromont. D. d'Ailly.*

Simon Claromontanus, Dominus Nigellæ. Beatrix de Montfort.

Rodolphus Dn̄s de Nigella, Conestabilis Franciæ. Adela de Dreux, fil. Roberti Castellodunen̄.

Adela Domina Nigellæ.
Guilielmus, filius Guidonis Comitis Flandriæ.
Vide Geneal. Fland. tab. XI. P.

CAPVT

CAP. XXVII.

Post Castellaniam venditam Ioannæ Flandriæ Comitissæ, Francones avitum libertatis nomen semper reservasse, tum in diplomatibus, tum in sigillo.

QVamquam verò Ioanna Comes nunc omne jus haberet Castellani, ac præterea Comitis nomine supremam totâ Terrâ Francâ jurisdictionem, de ejus avita libertate nihil diminuendum censuit; permisitque Scabini se *Francos*, & *Liberos* scriberent, suamque, ut antea in castro Brugensi, Vierscarnam *Liberam* sive *Francam* appellarent. Quin & edito diplomate voluit eorum Magistratus esset perpetuus, quemadmodum jam inde fuerat à Philippi Elsatii temporibus, atque ab omni antiquitate, de quo suprà cap. XXIII. ad coram Terræ Francæ, folio 454. Meminit hujus Meyerus hoc modo, in Annal. fol. 72. verso anno 1230: *M. CC. XXX. datus à Comitibus perpetuus Magistratus Senatoribus præfecturæ Brugensis, quam Liberam appellant. Datum (inquit in tabulis) apud Maleam anno Domini M. CC. XXX. feria quinta post festum Beati Martini.*

Eorum Scabinatum anno 1240 reperio appellatum *Scabinagium Liberum Franci Officii Brugensis*, in hoc diplomate, è manuscripto D. Ioannis Rommelii, cujus antea mentio, folio 450. cap. 23: *A. Dominus de Oudenaerde. Raso de Gavere. GWillermus de Betune. Dominus de Molenbeke. Egidius de Barlemont. Baldewinus de Bailliolo. Egidius Canonicus Brugensis. Vniversis præsentes litteras inspecturis in Domino salutem. Noverit universitas vestra, quod cum carissimus Dominus noster Thomas, Flandriæ & Hainoie Comes, & Domina nostra Ioanna uxor ejus, Flandriæ & Hainoie Comitissa, ab hominibus, ad Scabinagium Liberum Franci Officii Brugensis, pertinentibus, singulis annis, dum eis placebat, Balfardum acceperint, intelligentes, quod pauperes solum in solutione Balfardi gravabantur, attendentes etjam verbum Prophetæ, dicentis, quod Dominus requirit ab homine facere judicium, diligere misericordiam, divinæ pietatis intuitu, ob remedium animarum suarum, & predecessorum suorum, & deinceps successorum suorum, nomine eleemosyne, dictum Balfardum quitum imperpetuum clamaverunt, simpliciter, & absolutè; homines sepedicti Officii Brugensis, & eorum successores, à prædicto Balfardo in petitione, & solutione, ab hodierna die imperpetuum penitus*

nitus absolventes, & recognoscentes, se, & successores ejus in dicto balfardo aliquo tempore nullum jus posse, vel debere penitus reclamare, &c. His autem, ad predicta etjam, & ad quitationem superius memoratam, vocati, interfuimus, & in testimonium, & roborationem prædictorum, ad instantiam, dictorum Comitis, & Comitissæ, præsentes litteras nostras testimoniales scribi fecimus, & sigillorum nostrorum munimine roborari. Datum anno Domini M. CC. XXXX. mensis Ianuarii. Ex quo diplomate notandus error Lud. Vives & Iac. Marchantii, apud quem ita legitur, fol. 136. lib. 1: *Quæ Terra Franca, aut Vrilatorum, hoc est, Liberorum vernaculè nominatur; hinc nomen illud videtur esse nacta, quod pretio, officiis, obsequiisq́, in magna annonæ charitate, tempestivis, gratisq́, à jurisdictione Brugensi dissui impetraverit, ut Castellani Brugensis juri imperioq́ laxiori, & imbecilliori subderetur: qua in opinione Io. Lud. Vives est: exueritq́ optimi capitis, balfarti, similesq́ servitutes; cui sensim in magnum corpus amplificatæ, Philippus Alsatius, terræ proprietarius, à Brugensi Castellano rogatus, juris formam, legesq́ præscripsit, Curebrevi, hoc est, selectorum statutorum diplomate, à Ludovico Nivernio, qui, & Cressius, & à Philippo Audace confirmato, ac ad illorum temporum mores accommodato.* Quasi verò ab hoc tempore Terra Franca; sive Libera, primum ita dicta sit, quo à *Balfarto* fuit exempta, quod, ut aliquo modo persuadeant, quia sciebant in Cora Terræ Francæ, vulgò, Cuere-brief, à Philippo Elsatio approbata, ejus terræ incolas passim *Liberos* nuncupari, ipsamque terram norunt dictam substantivè *Liberum*, & *Francum*, vulgò, Het Vrye, fingunt abolitionem balfarti concessam, dudum ante tempora Philippi Elsatii, & sub primis ferè Castellanis, cum nunc contra appareat, dudum post tempora Philippi remissum balfartum, & nullo existente Castellano, utpote iis jam abolitis, atque in illorum locum à Ioanna Comitissa substitutis Baillivis; deinde eodem argumento Zizeelensis districtus etjam Terræ Francæ adnumerabitur, ab eo tempore, quo Balfardus ei etjam est remissus, de quo sic Oudegerstius, cap. 112. fol 185. de Margareta Comitissa Ioannæ sorore: *Elle quita pareillement aux habitans du mestier de Ziesseele une servitude, que les Contes de Flandre souloyent la leuer, nommee le balfaert, qui estoit de chascune maison douze deniers, monoye de Flandre, par an, &c.* Duodecim denarii, nobis Twaelfbaert hodieque dicuntur, unde fortasse nomen Balfaert, nisi quis malit intelligere Blaffaert, qui nummus fuit vilis admodum, utpote *planus, & nullâ signatus notâ,* ut ait Kilianus, cui Blaf exponitur *planus, æquus, & amplus, superfitie planâ, non rotundâ,* & Blaf aensicht, *facies plana & ampla.*

Quod verò etjam tradunt ob remissionem optimi capitis Francam appellatam, id nullo modo verum esse potest. Siquidem Terra Franca nunquam optimum caput debuit, nun-

quam etjam solvit Regibus Franciæ, aut Comitibus Flandriæ, qui in Regum jus successerunt; unde mirum esse nemini debet, nullibi legi jus illud unquam remissum fuisse; neque ab ea immunitate libera magis dici potuit, quam reliqua Flandria, ut Castellania Gandensis, Iprensis, Cortracensis, &c. quæ ab eadem servitute semper fuerunt immunes, exceptis quibusdam districtibus peculiarium Dominorum. In medietatem catallorum ad servos sive ancillas pertinentium Comiti jus tantum fuit, quod remisisse Margaretam Ioannæ sororem anno 1252. supra scripsimus, cap. 20. in voce *catal.* folio 156.

Quam autem *jurisdictionem Brugensem*, hîc intelligant Vives & Marchantius, à qua diffui impetravit Terra, inde Franca appellata, nequaquam video, an Castri Brugensis, an verò oppidi. A jurisdictione Castri, Castellaniam, nec voluisse, nec potuisse separari, omninò certum est, & evidens fit è capite præcedenti; jurisdictionem verò oppidi, in Castrum, & Castellaniam nuper emptam à Ioanna Comitissa, nullam etjam fuisse hactenus, è sequentibus apparebit. Nunc, ut ad Castellaniam emptam revertimur, ejus Virscarnam *Brugensem, & Francam* à Thoma Comite, atque ipsa Ioanna reperio nuncupatam, anno M. CC. XLIII. in archivis urbis Gandensis, unde hoc est diploma: *Thomas Flandriæ & Hainoie Comes, & Ioanna uxor ejus Comitissa. Noverint universi, quod cum Scabini de Rodenburg aquæductum fieri petijssent à nobis, qui dirigeretur à villa de Rodenburgi usq; in corpus maris. Hominibus quoq; foris manentibus super hoc petentibus assensum, tandem ex mandato nostro Staßinus Baillivus noster Brugensis, ex consensu Scabinorum de Rodenburg, & hominum foris manentium, causam, quæ tam super aquæductu, quam super Speia de Slusa inter Scabinos prædictos, & homines foris manentes vertebatur, arbitrio suscepit terminandam, &c. Forefacta, quæ suprà fontes, aquæductus, vel Slusam fieri contigerit, in Virscarna Franca Brugensi habebunt judicari, &c. Actum anno Domini M. CC. XLII. mense Januario.* Eadem Virscarna Brugensis adhuc dicta anno Christi M. CC. XLI. in hoc diplomate, quod etjamnum est in archivis Abbatiæ Aldenburgensis, atque à Miræo etjam refertur in notitia ecclesiarum Belgii, fol. 511. cap. 185: *Universis præsentes litteras visuris, vel audituris Eustachius Camerarius Flandriæ, & Scoutetus de Oudenborgh, æternam in Domino salutem. Noverit universitas vestra, quod cum controversia orta esset inter me ex una parte, & ecclesiam Sancti Petri ejusdem loci ex altera, super positionibus anguillarum, sitis, sive jacentibus in officio meo de Sclipis, quas dicta ecclesia dicebat, nobilem virum Eustachium, quondam Camerarium Flandriæ, patruum meum, ipsi ecclesiæ in eleemosynam contulisse; tandem ego Camerarius ex una parte, Abbas & fratres dictæ ecclesiæ ex altera, comparuimus Brugis in Virscarna coram Domino Guidone Comite Flandriæ, super dicta controversia. Dicti verò Abbas & fratres*

tres, proposuerunt ibi coram prædicto Comite privilegium dicti Eustachii patrui mei. Quo inspecto, ego recognovi coram dicto Comite, & recognosco me nihil juris habere in præfatis positionibus anguillarum. Signum prædicti Comitis Flandriæ. S. Roberti Senescalki. S. Balduini de Balliolo. S. Michaelis de Lembeca. S. Walteri de Gandavo. S. Walteri Grote, militum. S. Balduini filii Resini, militis, tunc temporis Ballivi Brugensis, & multorum aliorum. Actum in Virscarna Brugensi anno Domini M. CC. XLI. Sabbato post Iacobi & Christophori. Notandum eo tempore præsedisse in Virscarna ipsum Comitem Guidonem; ubi verò Virscarna illa fuerit colligi potest, ex diplomate Reineri Baillivi, quod ex archivis Abbatiæ Blandiniensis attulimus capite præcedente, fol. 561. ubi inter alia: *Hoc arbitrium, sicut præmissum est, prolatum fuit, feria quinta post diem cinerum, in claustro B. Donatiani, & feria sexta sequenti, in Sabbatho videlicet, lectum fuit, & promulgatum coram me Reinero Baillivo Brugensi, & Scabinis Liberis, & communitate officii Brugensis, in Virscarna, ad locum, qui dicitur Stegher. Datum & actum anno Domini M. CC. XLVII. mense Martio, feria sexta post cineres, in ecclesia Isendijcque.* In nova cora Franca anni 1427. articulo 3. dicuntur conveniendi: **De vry-laten ten stegher, ende de appendant laten te haer-lieder vierscare.** Item aticulo 14: **Dat van nu voortaen den Trickhouder ghehouden worde, de Schepenen de weke houdende, ende den Clercq vande vierscare alle Vrydaghe, alsmen dinghen sal, ten stegher te zijne, ende daer voortepschen, ende beghinnen dinghen, eer men Vespre luyden sal S. Donaes. De stegher** fuisse gradus, quibus nunc itur ad D. Basilii, seu, ut vulgò loquimur ad sacram Sacrosancti Cruoris ædem, supra scripsi, fol. 457. quod eorum Virscarna ecclesiæ illi contigua fuerit. In archivis Brugensibus, anni 1484. 23 Sept. ita lego: **Ten huyse van de Vryen, staende inden Burgh nevens den stegher van den H. Bloede.** Groenenbouck, fol. 23. In archivis Hosp. Sancti Ioannis, titulo Oudenborgh, ita etjam lego: **Reinier f⁹ vrowe Ghodelinde. Willem van Oostende. Damaes Hont. Riquaert Duninc. Johan Wevel. Wo. s'heer Ackers sone. Willem Corte, Schepenen van Brugh-ambacht. Ghedaen in t Raed-huys voor die stegher, alsmen gaet inde Camer,** anno 1271. In Flandricis diplomatibus interdum resumunt **Brugh ambacht.**

Alioquin in Latinis ferè *coram Scabinis Liberis*, ut frequentissimè vidi in antiquissimo registro Hospitalis Sancti Ioannis, Titulo in Oesemonskercke, fol. 6. verso: *Hospitale Sancti Ioannis emit contra Walterum Scorekin, anno Domini M. CC. LVII. Dominica ante festum B. Ioannis Baptistæ, XX. solidos, & I. Caponem pro X. lib. solu. in die Bavon. annuatim; coram Scabinis Liberis. Nomina Scabinorum sunt hæc: Hugho f. Alards. Daniel de Wlpen. Moen Zoet. Wo. Scorekin assignavit dictos redditus super novum pomerium continens duas lineas terræ, &c.* Item fol. 8. in Sconendijck. *Terra*

Hugonis filius Diederic, ex parte nord, cum formortura, & emptione coram Scabinis Liberis. Alard miles Vuytendica, & Ian filius Domini Hugonis. Ibidem: *Lammekin filius Lammins, tenet de S. Ioanne unam mensuram terræ,* Inde breede meet, *&c. inter fuerunt Scabini Liberi: Walterus de Heile miles. Wilhelmus Preco, & Bouduinus Scavescacht.* Item fol. 10. in Sconendijcq: *Moenin de Weel vendidit II. mensuras terræ, quæ nominatur Godesbelc. Dicta venditio facta fuerat coram Scabinis Liberis: scilicet D. Giselino de Groede. Ioanne filio Domini Hugonis. Waltero filio Diederic, &c. solvit annuatim XX. sol. in Sancti Ioannis, & in Sancti Bavonis, cum formotura, & emptione dimidia, anno Domini M. CC. LV.* Item folio 14. verso, tit. in Nova-ecclesia: *Alardus filius Willims, dicti Goedmans, tenet III. vierendeel terræ, &c. emptio terræ facta est coram Scabinis Liberis: scilicet Hug. filius Alards, & Moen Zoet, & Storen filius Alard; denarios dedit Wilhelmus de Bouchoute anno Domini M. CC. LVII.* Et folio 17. verso, titulo in Oostburgh: *VIII. mensuræ terræ, jacent in Sancti Bavonis in Oostburgh. Ægidius & Maria uxor ejus, vendiderunt & receperunt ad annuum censum pro XL. sol. in Sancti Ioannis, & XL. sol. in decollatione S. Ioannis, cum formortura & emptione dimidia. Factum fuerat coram Scabinis Liberis: Willeman filius Ade de Oostkercka. Ghiselinus de Groede miles, & Daniel de Wlpen, & Ægidius de Lapscure, & Boudinus filius Didalen, & Simon Preco de Hanakina Werrava, & D. Wo. de Heile. Illud factum fuit in ecclesia Sanctæ Mariæ de Ardenburgh.* Quamquam annus non addatur, ex nominibus Scabinorum præcedentibus, satis apparet fuisse circa annum 1255. Item fol. 27. tit. in Oostburgh: *Catharina filia Lamberti Winds, tenet I. mensuram terræ, & XXXIII. R. solvit annuatim XX. sol. &c. Istos redditus emit Magister Henricus de Wingine. Anno M. CC. LVIII. coram Scabinis Liberis: Moen Zoet, & Huge filius Alard.* Item fol. 29. verso tit. in Sanctæ Crucis: *Somma totius terræ XLI. mensuræ, &c. Ista cognitio facta fuit coram Scabinis Liberis: scilicet Boudin Broeckare. Riquard Duninc. Robert filius Machtilden. Wo. Wevel. Stasin Tolnare. Lammin filius Willous. Reinuert filius Godelinden. Ex ista causa sunt plegii: Henric filius Rosen, &c. Gerard de Gramma. Isti sunt plegii coram Decano Christianitatis, & coram Scabinis Liberis, anno Domini M. CC. LVIII.* Item fol. 35. verso, titulo in Dudzele: *Ghielus Enies filius Henric, tenet unam mensuram terræ, &c. coram Scabinis Liberis: Weita Boie, & Weitin van Raswale, anno Domini M. CC. LVII.* Item fol. 50. verso, tit. in Metkercke: *II. sol. super II. lin. quæ vocantur Zeep, &c. interfuerunt Scabini Liberi: Ihan filius Domini Hugonis. Wo. Beniart. Weintin Scarlaken. Wo. filius Diederic, & Stasin Tolenare. Anno Domini M. CC. LIV. in festo B. Andreæ.*

In eodem registro sæpè legitur coram Francis Scabinis. Titulo in Nova-ecclesia, fol. 14: *Walterus Bekelare tenet duas mensuras*

mensuras terræ, &c. Actum super Atrium Sancti Eligii coram Francis Scabinis: Daniele de Wlpen. Moen Zoet. Lonis de Boiengem. Et ipse Walterus de Bekelare manet in Sancti Eligii in Oostburgh, &c. anno Domini M.CC. LVII.

Interdum, & Franci Scabini officii Brugensis dicuntur. Ibidem, fol. 20. verso, titulo in Sancti Eligii in Oostburgh: *Ægidius & Maria uxor ejus, vendiderunt, werpiverunt, & effestucaverunt octo mensuras terræ, dicto Hospitali, &c. Hijs factis, & recognitionibus, interfuerunt Franci Scabini officii Brugensis: Willemanus filius Ade de Oostkercke. Giselinus de Groede miles. Daniel de Wlpia Ægidius de Lapscure. Boudinus filius Didale. Simon Preco de Hanikine Werva, & Walterus de Heila. Hæc omnia facta fuerunt in ecclesia Sanctæ Mariæ de Ardenburgh.* Iidem supra Scabini Liberi appellantur.

Scabini De Vryen frequentissimè dicti, præsertim annis sequentibus. In eodem registro fol. 8. verso tit. in Sconendijck: *Arnoldus Wobel tenet de S. Iohanne II. mensuras &c. coram Scabinis de Vryen Moen Soet. Hugh f. Alard. Anno Domini M.CC.LVII.* Item fol. 13. verso, tit. in nova Ecclesia: *Iacobus fil. Weitin Escloeds tenet II. mensuras, præter XXIIII R. &c. Actum coram Scabinis de Vryen, scilicet Domino Ghisleno de Groede. Waltero filio Theodorici. Actum anno Domini M.CC. LVI. in die Purificationis.* Item fol. 14. verso, titulo de nova Ecclesia: *Moenkin f. Alkin tenet à Sancto Ioanne III. mensuras XXV R. &c. Interfuerunt Scabini de Vryen: Moen Zoet, Alard fil. Maben, Weite Scarlaken, Storin f. Domini Alardi. Actum anno Domini M.CC. LVIII. mense Martio.* Item fol. 45. verso, titulo in Suenkercke: *Abbas S. Andree juxta Brugas debet XXIII. sol. & II. den. in Sancti Martini & in purificatione de VII. Mensuris terre in Husmeet. Interfuerunt Scabini de Vryen, scilicet Hendric Bigoet, Wo. van Nieumunstra, Boidin Boemgaert, Reinare van Oostkercke, W. de Werve, W. de Michem, Lambert de Zedelghem.*

Præter Virscarnam suam cum adjuncta Camera ad lapidem seu carceres Brugenses, & juxta ædes Castellani, habuere & Franci Scabini Cameram secretam in burgo, ex adverso Vierscarnæ, olim dictam Lovam Comitissæ. Vnde in Beguinagio Brugensi tale exstat diploma: *Balduinus f. Domini Reifini quondam militis, Ballivus Brugensis. Michael de Lembeca, Walterus de Heila, & Walterus de Cadsant Milites. Nicolaus fil. Dñi Willemanni quondam Militis. Wilhelmus Steenwardra. Theodoricus de Heere. Simon Sot. (alias Soet) Theodoricus fil. Storins, Scabinis officii Brugensis &c. Acta sunt hæc omnia in Lova Dominæ Comitissæ Flandriæ, quæ est in Burgo Brugensi, anno Domini M.CC. LXI. in invocatione S. Crucis.* Qui locus hodieque de Love appellatur; sed & alius est, eodem nomine, ex adverso, & ferme sub Virscarna Franca vetere ædificatus, à Comite Balduino Ferreo, quæ forte

Lova fuit Comitis, aut Castellani; aliud enim Lova nihil est quam locus olim frondibus coopertus, deinde generaliter umbraculum, aut porticus, quales duæ aut plures forte fuerint in Burgo. vide fol. 283. 284. cap. 20. Virscarnam suam, eo, quo scripsimus loco, tenuerunt Franci Scabini usque ad ann. Christi 1520, quo emptis ædibus Iacobi & Roberti Boudins vicinis Lovæ Comitissæ, de qua supra, novam Virscarnam ædificarunt, & Cameram Scabinalem, eo loco, quo nunc sita est, alterâ ex adverso, ad lapidem, prorsus derelictâ, unde exstant literæ, cum sigillis utriusque Magistratus, Brug. & Franconatensis, in Brugensium archivis.

Geluwenbouck fol. 189.

Philippum Elsatium postquam Maleæ novas ædes condidit, existimo veteres suas ædes in Burgo Brugensi, partim dedisse aliquibus bene meritis, partim Francis Scabinis; aut certè divendidisse, unde factum ut in Burgo peculiares fuerunt domus, ac nominatim Prætoris Lanckhalsii. Sed & ante eum Chron. Flandricum scribit Bartholomæum de Vooght Sculte-tum Brugensem habitasse, in Burgo **in die Loove**. Similiter & Ioannam Comitissam post emptam Castellaniam, aut sororem ejus Margaretam, credo omnem habitationem Castellani partim in ædem Graphiarii, aliasque; partim in carcerem convertisse; ac domum obsidum vulgò **Ghisel-huys**, ubi nunc domus Scabinalis Brugensis oppidi, Scabinis permisisse ad jus in ea dicendum. Quo vero tempore id acciderit nondum mihi compertum est. Illud tamen pro certo habeo, durante Castellanorum imperio, Magistratum oppidi nullum in Burgo Iuris dicendi locum habuisse, nisi fortassis in curia Comitis, cum res in oppido acta, ad Comitem aliquo modo spectaret, ut supra dictum fol. 535, nam & Scabinos cum Paribus Comitis, ejus Curiæ adhibitos, docuit nos diploma Theodorici, productum cap. præcedenti fol. 585.

Fol. 90. vers.

In archivis Hospitalis S. Ioannis diploma est anni 1276 relatum inter sigilla Comitum fol. 44. hac conclusione: **Dit was ghedaen in't jaer der incarnatie ons Heeren alsmen schreef M. CC. LXX. en VI. in S. Pieters dach ingaende Ougst by't Belefroid.** **'tBelefroid** illud supra scripsimus fuisse domum civicam è ligno, cum turri lignea, in fori parte meridionali, quæ cum exusta sit anno 1280, ut ibidem est è Meiero relatum, & apertè tradit hoc anno Sanderus in Fastis Consularibus, his verbis: *Vritur hoc anno Belfortum Brugense festo Assumptis Virgi-gis*; puto constanter tum Scabinos **In't Ghisel-huys** in Burgo fuisse congregatos; unde in archivis Hospitalis S. Ioannis ita scriptum reperio: **In't jaer duyst drie-hondert sessentsestich den 23. dach in Meye/ soo was ons ghewist/ by eenen ghemaenden vonnesse, vp't Ghisel-huys, in den ghemeenen hoop van Schepenen/ als dat wy schuldich zijn te hebbene metten rechte/ de sate/ die**

Fland. Illustr. fol. 199.

Regiſtro de redditibus fol. 12.

vander

vander veste te Bruggewaert in loopen/ om ons profit niede te doen. Dit was ghewijst by Burghmeesters ende Schepenen/ te weten/ d'Heer Phelips Rijnvisch/ ende d'Heer Lampsin de Vos Burghmeesters/ d'Heer Jacob vande Walle/ d'Heer Segher Houvin/ d'Heer Jan Bouin fil. 'sHeer Jans/ d'Heere Jan de Rode/ d'Heer Jan de Vos/ Schepenen. In M. S. Domini Rolandi de Baenst, cujus supra mentio fol. 557. erat hæc domus obsidum Comitis; nam obsides Castellani, & Francorum Scabinorum, habebant partem carceris, vulgo Den steen, quæ Gisel-steen appellabatur, ut pluribus ostendemus in Burgi Brugensis descriptione propediem edenda. Ad quam elucidandam, si quis habeat vetera diplomata, aut alia M.S. mentionem aliquam Burgi aut Castri Brugensis facientia, quibus, aut præcedentia confirmem, aut errata corrigam, beneficium mihi præstitum, & privatim, & publicè agnoscam. Eam Comitis domum dictam 't Ghisel-huys, in eo M. S. lego ob vetustatem nimiam à Ludovico Maleano, Flandriæ Comite, dejectam anno 1376 conditamq; domum civicam hodiernam, his verbis: Anno 1376 was afgheworpen by bevele vanden Grave Lodewijc/ het oude Schepen-huys inden Burgh/ 't welcke men hiet dat Ghisel-huys; en den Grave Lodewijck leyde den eersten steen; quod ipsum totidem ferè verbis latinè habet Meyerus eodem anno.

Postea cum Magistratus oppidi Brugensis proprio sumptu, illud, portis, & mœnibus lapideis inclusit, eductâ circumquaq; fossâ, quod notavimus accidisse anno 1279 sub Margareta Comitissa, nullum dubium est quin eâ consentiente, munimenta Burgi Brugensis, ut imposterum non necessaria, dejecta sint, Burgumque ipsum, ac Burgi suburbium, in unam eandemque civitatem sit conflatum, ac Magistratûs Brugensis jurisdictio quacumque se extenderit, exceptâ Camerâ, & Virscarnâ Francâ, ac districtu D. Præpositi & Canonicorum, Dñi Ziezeelensis &c. de quibus alibi plura.

Hoc solum adnotasse contenti, cum inter utrumque Magistratum dissentiones oborirentur, de cognitione causarum, quæ in Burgo obvenerant, inter oppidanos, & Francones, aut extraneos, à Guidone Comite, hoc diplomate, eas dissentiones esse diremptas: *Nous Guis Cuens de Flandres, & Marchis de Namur, Faisons savoir à tous, ke entre noz Eschevins & cheaus du Mestier du Franc, d'une part, & noz Eschevins & cheaus de le ville de Bruges d'autre part, debas a estei, sour les jugemens dou Borgstorm, dequoy les parties se sont mises sour nous en tel forme: Ke nous en puissons dire, haut, & bas, selonc che, kil nous samlera mieux fais, que laissiet, & nous pour terminer le debat, & pour osteir les contens, qui apres en porroient naistre, parmy lenqueste, & le veritei, & autres raisons, que nous en avons oiys; disons, & par ordenanche establissons en ceste fourme: ke se, des ore en avant, dedens le Bourg de Bruges;*

Bruges, au Venredy, au Samedy, ou au Mardy, puis ke li Vierscare dou Franc iert bannie, & tant ke on y faiche loy, ou chose qui appartigne à la loy, mellée avient de ceaus dou Francq, l'un, encontre l'autre, li jugemens sera fais par les Eschievins dou Franc, & se mellée avient de bourgois, à autre, li jugemens en sera fais par les Eschevins de Bruges, & se mellée est entre gent estrainge, qui ne soient dou Mestier dou Franc, li Eschevin de le vile en jugeront. Encore se aucuns estrainges, qui n'est mie dou Franc, se combat à aucun de le ville, li Eschevin de le ville en jugeront, & se aucuns estrainges se combat à homme dou Franc li Eschievin dou Franc en jugeront; & se mellée avient de homme dou Franc à home de le vile, & cil de le vile le commenche, cil dou Franc le jugeront, & se cil dou Franc commenche le mellée à homme de le vile, li Eschevin de le vile le jugeront; & se doubte estoit li quelz commencha le mellée, ou homme dou Franc, ou homme de le ville, li Baillius, ou cilz ke nous metterons en no lieu, en doit savoir, & enquestre le veritei, & se il treuve, ke cils de le vile le commencha, il en doit deliverer le jugement à ceaus dou Franc, & se il treuve ke cil dou Franc le commencha, il en doit delivrer le jugement à ceaus de le vile. Et en tous les devant dus, li Eschevin qui jugeront de le mellée jugeront aussy bien de tous les aidans, & de tous les porsivans à le mellee, soient de Bruges, ou dou Franc, ou autre, comme de le Kievetaine, & tous li jugement, qui fait sont, jusques à ore, demouront en leur viertut, ensy ke il sont jugiet, & dore en avant, on en usera, ensy ke contenut est dedens cest escript; & se en cheste chose avoit che de tourble, ou doubteus, ore, ou en apries, Nous le retenons à esclaircir par nous, & par nos hommes Seigneurs de Flandres. En tesmoignage de toutes ces choses dessusdites, nous avons fait pendre nostre saieel à ches presentes lettres, qui furent faites, & donnees en l'an de l'Incarnation nostre Seigneur mil deus cens quatrevins & neuf, le jour de Magdalene. Meminit hujus Meyerus hoc modo: *M.CC. LXXXIX difinitum Brugis per Guidonem de cognitione rixarum, ac pugnarum, quæ nonnunquam fiebant in castello, atque oppido Brugensi, quas gentiliter vocabunt Burgstorm, ad hunc modum: Si inter duos Franconates rixa talis, aut pugna acciderit, ad Franconatum Magistratum cognitio pertineto, si inter duos Brugenses, aut duos exteros, aut civem & exterum, tunc Brugensium Senatus cognoscito &c.*

Atque hisce quidem satis ostensum è diplomatibus, Castellaniam, etjam postquam devenit in manus Flandriæ Comitissæ, liberam semper, & Francam fuisse appellatam.

Nunc Terræ Francæ sigillum prout illud in frontispicio dedimus, appensum diplomati anni 1273, examinemus.

Ejus ut & contrasigilli campum occupat leo assurgens, fortitudinis hieroglyphicum: quo nempe Franci omnes veteres scuta sua insigniverunt, quo de vide, quæ attigimus in sigillis Comitum, fol. 96, 97. Leoni super eminet caput comatum libertatis hieroglyphicum, & ingenuitatis, apud Francos, sicut pileus

leus apud Romanos, quo significabant se primis Francis, iisque nobilissimis Saliis, profectos; & Liberorum, & Francorum nomen velle semper conservare. Martialis de Sicambris postea etjam Francorum nomine appellatis, quod apud Sicambros Clodio sedem habuisset:

Crinibus in nodum tortis venere Sicambri.

Horum aliquos cum Romani vicissent, in signum captivitatis, & servitutis, jubebant detonderi; unde Claudianus in Eutropium:

Militet ut nostris detonsa Sicambria signis.

Sidonius in carmine, quod Lampridio inscripsit lib. 8. ep. 9:

Sic tonso capiti senex Sicamber,
Postquam victus es, elicis retrorsum
Cervicem ad veterem novos capillos.

Iterumque, Sidonius Carm. 13. ad Majoranum, ei precatur, ut

Detonsus vahalim bibat Sicamber.

Idem Sidonius ad Ecdicium: *Si nullæ à republica vires, nulla præsidia, si nullæ, quantum rumor est, Anthemii Principis opes, statuit, te authore, nobilitas, seu patriam dimittere, seu capillos.* In quem locum Dadinus de Ducibus provincialibus, lib. 2. cap. 8. .j. *Deditione saluti consulere, & capillum ponere, avitæ libertatis, & nobilitatis insigne.* Claudianus in consulatum Honorii:

Ante Ducem nostrum flavam sparsere Sicambri
Cæsariem.

Suetonius in Caligula: *Conversus hinc in curam triumphi præter captivos, & transfugas Barbaros, Galliarum quoque procerissimum quemque, & (ut ipse dicebat) ἀξιοθριάμβευτον, ac nonnullos ex principibus legit, ac seposuit ad pompam, coegitque non tantum rutilare, & summittere comam, sed, & sermonem Germanicum addiscere, & nomina Barbarica ferre.* Clemens Alexandrinus docet Scythas, & Gallos, quo nomine, & Batavos, & Sicambros, & Francos nostros intelligit, comas suas nutrivisse, & flavo colore imbuisse, ut in bello hostibus essent terrori; in Pædagogo: Καὶ τῶν ἐθνῶν οἱ Κελτοὶ καὶ οἱ Σκύθαι κομῶσιν, ἀλλ' οὐ κοσμοῦνται. ἔχει τι φοβερὸν τὸ εὔτριχον τοῦ βαρβάρου, καὶ τὸ ξανθὸν αὐτοῦ, πόλεμον ἀπειλεῖ. συγγενές τι τὸ χρῶμα τῷ αἵματι μιμισήκελον. ἄμφω τούτω τὼ βαρβάρω τὴν τρυφήν. Μάρτυρας ἐπιδείξοντα σαφῆς, τὸν Ῥῆνον ὁ Γερμανός, ὁ Σκύθης τὴν ἅμαξαν. *Ex gentibus quidem Scythæ & Celtæ comam nutriant, sed non se immodicè colunt: & terribile quidem quid præ se fert densum Barbari capillitium, & flavus ille color bellum minatur, ut qui videatur cognationem habere cum sanguine. Ambo hi Barbari luxum odio habent. Apertos testes proferent, Germanus quidem Rhenum, Scytha verò plaustrum.* Hinc Calpurnius Flaccus in declamationibus suis: *Rutili sunt Germaniæ vultus.* Et Senecæ dicitur: *Rufus crinis, & coactus in nodum, apud Germanos.* Vt supra Martialis; *Tortus in nodum.* Vnde & torvi Sicambri dicti Iuvenali:

Tamquam de Geticis aliquid, torvisque Sicambris
Dicturus.

Claudianus *flavos* vocat, in laudibus Stiliconis:

Agmina quàm etiam flavis objecta Sicambris.

Vndè flava Gallia, Claudiano in Panegyricis:

——————— *tum flava repente*
Gallia crine ferox, evinctaque torque decoro.

Ab hisce flavis crinibus, *Rufus* quoque dictus Batauus; Martialis:

——————— *Rufi persona Batavi.*

Et auricomus Silio Italico:

Et puer auricomo jam formidate Batavo.

Quod autem Sicambri, Batavi, Franci (qui & Galli à situ, & Germani à lingua dicti) ad terrorem hostibus incutiendum affectârunt, id postea Romanæ mulieres & puellæ, usurpârunt ad comptum; hinc Ovidius ad puellam:

Iam tibi captivos mittet Germania crines,
Culta triumphatæ munere gentis eris.

Vnde apparet Romanos captivis Germanis capillos detondisse, ac Romam misisse, in ornatum feminarum, quæ procul dubio magno ibi pretio vendebantur; neque enim, tum opus erat croco, cinere, aut sapone, capillos rutilare; de croco sic Tertullianus: *Video quasdam, & capillum croco vertere: pudet eas etjam nationis suæ, quòd non Germanæ, aut Gallæ, procreatæ sint: ita patriam capillo transferunt, malè ac pessimè sibi auspicantur flammeo capite.* Rectè inquit *Germanæ* aut *Gallæ*, dubitabant enim Romani, an Francos, Batavos, Sicambros, Germanorum, an Gallorum nomine, compellarent, ob causam supradictam: de cinere, Valerius Maximus, ubi de matronis Romanis: *Quæ formam suam concinniorem effecerunt, summâ cum diligentiâ capillos cinere rutilârunt.* Sapone videlicet, ex sevo, & cinere: de sapone vide Plinium, & Martialem supra capite secundo. Neque fæminæ tantùm ejus coloris in crinibus suis cupidæ fuerunt, apud Romanos, sed & viri. Herodianus de Antonino apud Lipsium in Tacitum: Κόμας τε τῇ κεφαλῇ ἐπίθετο ξανθὰς, καὶ εἰς κουρὰν Γερμανῶν ἐσχημένας .j. *Comas etjam flavas capiti circumposuit, & ad tonsuram Germanicam factas.*

Fol. 17.

Verumtamen haud dumtaxat apud Francos coma signum extitit libertatis, sed apud alias quoque gentes. Aristophanes:

Ἔπειτα δῆτα δοῦλος ὢν, κόμην ἔχεις;
Ac deinde servus cùm sis, comam habes?

Vbi Scholiastes: διὰ τὸ θεράπων, δοῦλος εἶπεν, ἦν δὲ τῶν ἐλευθέρων τὸ κομᾶν .j. *quia servus* δοῦλος *dicitur, erat verò liberorum comatum esse.* Hinc adagium apud Suidam: δοῦλος ὢν, κόμην ἔχεις .j. *Servus cùm sis, comam habes.* In quod Erasmus: *Apud Lacedemonios ingenuis*

comam

comam alebant. Hunc morem Latini quoque Poëtæ intellexerunt; Claudianus de Megæra: *Debellataſque draconum* Lib. 1. in Ruff.

Tonſa comas. Propertius item:

Sub quorum titulis Africa tonſa jacet.

Quod itaque ſcirent Franci detonſas comas captivitatis, & ſervitutis eſſe ſymbolum, ideo in legibus ſuis ſub gravi mulcta prohibuerunt, ne quis puerum ingenuum abſque voluntate parentum tonderet, tit. 26. §. 2. legis Salicæ: *Si quis puerum crinitum ſine voluntate parentum totonderit IDD. CCC. den. qui faciunt ſol. X L V. culp. jud.* Ibid. §. 3. *Si verò puellam totonderit II D. den. qui faciunt ſol. D C. culpabilis judicetur.* In capitulari Lud. Pii Aquiſgranenſi apud Sirmondum t. 2. conc. Canone 20. fol. 432: *Ne pueri ſine voluntate parentum tonſurentur, &c.* In eos propriè, qui ad cœnobia pueros abducunt, ubi comæ depoſitio ſignum eſt amiſſæ libertatis, & ſervitii Chriſto addicti. Gregor. Tur. l. 6. c. 26. *Caput totondit, atque pœnitentiam ſuſcipiens, ſpiritum exhalavit.* Beda in Martyrol. Calend. Maij: *Comâ depoſitâ habitum religionis ſuſcepit, &c.* De Francorum Regibus ſic Agathias l. 1. p. 9: θεμιτὸν τοῖς βασιλεῦσι τῶν φράγγων οὐ πώποτε κείρεσθαι, ἀλλ' ἀκερσεκόμαι τέ εἰσιν ἐκ παίδων ἀεί, καὶ περιῄωρηνται αὐτοῖς ἅπαντες εὖ μάλα ἐπὶ τῶν ὤμων οἱ πλόκαμοι. ἐπεὶ καὶ οἱ ἐμπρόσθιοι ἐκ τοῦ μετώπου σχιζόμενοι, ἐφ' ἑκάτερα φέρονται, οὐ μὴν ὥσπερ οἱ τῶν Τούρκων τε καὶ Βαρβάρων ἀπέκτητοι καὶ αὐχμηροὶ καὶ ῥυπῶντες, ἐν ἔρσῳ ἀπρεπῶς ἀναπεπλεγμένοι, ἀλλὰ ῥύμματα γὰρ ἐπιβάλλουσιν ἑαυτοῖς ποικίλα, καὶ ἐς τὸ ἀκριβὲς διαζάγνουσιν· τοῦτο δὲ ὥσπερ τι γνώρισμα, καὶ γέρας ἐξαίρετον τῷ βασιλείῳ γένει ἀνεῖσθαι νενόμισται, ἐπεὶ τὸ ὑπήκοον περίτροχον κείρονται, καὶ κομᾶν αὐτοῖς περαιτέρω οὐ μάλα ἐφεῖται: *Solemne eſt Francorum Regibus nunquam tonderi, ſed à pueris intonſi manent. Cæſaries tota decenter eis in humeros propendet, anterior coma è fronte diſcriminata, in utrumq; latus deflexa. Neq; verò quemadmodum Turcis, & Barbaris, impexa iis, & ſquallida, ſordidaq; eſt coma, vel complicatione indecenter cirrata, ſed ſmigmata varia ipſi ſibi adhibent, diligenterque curant, idque velut inſigne quoddam, eximiaque honoris prærogatiua, Regio generi, apud eos tribuitur. Subditi enim orbiculatim tondentur; neque eis prolixiorem comam alere, facilè permittitur. Subditos* intelligit colonos, villicos, & ſervos, alioquin liberi omnes erant intonſi. Hinc & Franci ingenui *crinoſi* dicti Childeberto in decretis ejus, legi Salicæ adjectis §. 2. apud Lindenbrogium fol. 346: *Vt nullus de crinoſis inceſtum uſum ſibi ſociet conjugio, hoc eſt, nec fratris ſui uxorem, nec uxoris ſuæ ſororem, nec uxorem patris ſui, aut parentis conſanguinei.* Meminit & Gregor. Turon. l. 2. c. 9. ubi de Francis: *Tradunt & Toringiam tranſmeaſſe, ibique juxta pagos, vel civitates, Reges crinitos ſuper ſe creaviſſe, de prima, & , ut ita dicam, nobiliori ſuorum familia.* v. & quæ ſupra de crinitis Francorum Regibus dicta ex Aimoino, Adone, Sigeberto, Sidonio, Claudiano. Notandum Scabinos quoq; oppidi Brugenſis, cùm ante in ſigillo ſuo non Cap. 16. fol. 80.

 exhibu-

exhibuissent, nisi castrum aliquot cum ponte ligneo; circa annum 1273. quo sigillo, cum capite crinito, & leone usi sunt Francones; relicto veteri, novum quoq; sigillum assumpsisse, simile magnâ ex parte præcedenti, sed addito quoque crinito capite, & leone, quo etjam significârunt, & sese à veteribus Francis oriundos esse. Vtrumque sigillum, cum rudere hodierno Burgi Brugensis, in additionibus, æri incisum, Lectori ob oculos ponemus fol. 444.

Atque hactenùs cur caput comatum Franci Scabini sigillo suo jusserint insculpi. Videamus nunc cur eidem & Solem, ac Lunam novam, sive crescentem intulerint. Ego id, non aliâ de causâ, factum existimo, quàm quia veteres Franci, Solem, & Lunam pręcipuè, habuerunt pro Diis, ut de Germanis testatur Iul. Cæsar in Commentariis suis de bello Gallico: *Deorum numero eos solos ducunt, quos cernunt, & quorum opibus apertè juvantur: Solem, & Vulcanum, & Lunam.* Varro de re rustica in principio lib. 1. cap. 1. Solem & Lunam Deos statuit. *Primùm* inquit, *qui omnes fructus agriculturæ cælo & terrâ continent, Iovem, & Tellurem; itaq; duo hi parentes magni dicuntur: Iupiter pater appellatur, Tellus, terra mater. Secundò Solem & Lunam, quorum tempora observantur, cùm quadam seruntur & conduntur.* Lunam Franci præsertim Salii coluêre, quòd æstibus marinis essent obnoxii, quorum motum, ut & vehementiorem sali agitationem, iis adscribebant, de quibus

Lib. 2. cap. 97. Plinius hoc modo: *Sed, & æstus maris accedere, & reciprocare maximè mirum est. Pluribus quidem modis accidit, verum causa in sole lunaq;. Bis inter duos exortus lunæ affluunt, bisq; remeant, vicenis quaternisq; semper horis. Et primum attollente se, cum ea mundo intumescentes, mox à meridiano cæli fastigio vergente in occasum residentes; rursusq; ab occasu subter cæli ima, & meridiano contraria accedente, inundantes: hinc donec iterum exoriatur, se sorbentes. Nec unquam eodem tempore, quo pridie refluit, ut ancillante sidere, trahenteq; secum avido haustu maria, & assidue aliunde, quam pridie exoriente: paribus tamen intervallis reciproci, senisq; semper horis, non cujusq; diei, aut noctis, aut loci; sed æquinoctialibus: ideoq; inæquales, vulgarium horarum spatio utcunq; plures, in eas, aut diei, aut noctis, illarum mensuræ cadunt, & æquinoctio tantum pares, ubiq;. Ingens argumentum, plenumq; lucis, ac vicis etjam diurnæ, hebetes esse, qui negent subtermeare sidera, ac rursus eadem resurgere, similemq; terris, imò verò universæ naturæ exinde faciem, in iisdem ortus occasusq; operibus: non aliter sub terra manifesto sideris cursu, aliove effectu, quam cum præter oculos nostros feratur. Multiplex etjamnum lunaris differentia, primumq; septenis diebus. Quippe modici novâ ad dividuam æstus, pleniore ab ea exundant, plenâque maxime fervent; inde mitescunt. Pares ad septimam primis. Iterumq; alio latere dividuâ augentur.* Et post pauca: *Nec tamen in ipsis, quos dixi, temporum articulis, sed paucis post diebus, sicuti neq; in plena, aut novissima, sed postea;*

postea; nec statim ut lunam mundus ostendat, occultetve, aut media plaga declinet, verùm vere duabus horis æquinoctialibus seriùs, tardiore semper ad terras, omnium, quæ geruntur in cœlo effectu cadente, quam visu, sicuti fulguris, & tonitrui, & fulminum. Omnes autem æstus in oceano majora integunt spatia, inundantq́, quam in reliquo mari: sive quia totum in universitate animosius est, quam in parte, sive quia magnitudo aperta sideris vim laxè grassantis efficaciùs sentit, eandem angustiis arcentibus. Qua de causa, nec amnes, nec lacus similiter moventur. Octogenis cubitis supra Britanniam intumescere æstus, Pythias Massiliensis author est. Interiora autem maria clauduntur ut portu. Quibusdam tamen in locis spatiosior laxitas ditioni patet: utpote cum plura exempla sint, in tranquillo mari, nulloq́ velorum impulsu, tertio die ex Italia pervectorum Vticam, æstu fervente. Circa litora autem magis, quam in alto deprehenduntur hi motus: quemadmodùm & in corpore, extrema, pulsum venarum, id est, spiritus, magis sentiunt. In plerisque tamen æstuariis propter dispares siderum in quoquo tractu exortus, diversi existunt æstus, tempore, non ratione discordes, sicut in Syrtibus. Et quorumdam tamen privata natura est, velut Tauronimitani Euripi, sæpiùs, & in Eubœa septies die ac nocte reciprocantis. Æstus idem triduo in mense consistit, septimâ, octavâ, novâque lunâ. Sic & D. Augustinus de miraculis sacræ Scripturæ l. 1. c. 7. apud Majolum l. 1. coll. X. fol. 376. *De quotidianis inundationibus, & recessibus oceani, semper quæstio renascitur; hæc namq́ quotidiana inundatio, bis in die, à tempore ad tempus, per horas viginti quatuor semper peragitur, & per alternatas hebdomadas ledonis & malinæ vicissitudo comitatur, sed ledo sex horas inundationis, & totidem recessûs habet: malina verò grandis per quinq́ horas ebullit, & per septem horas littorum dorsa retegit, quæ tamen concordiam cum luna ostendit, ut antequàm luna nascatur tribus diebus, septem horis semper incipiat, & post nascentis lunæ principia alios tres dies, & septem horas consuescit habere. Similiter & ante plenilunium tribus diebus, & duodecim horis incipit, & post totidem temporis, cursus sui terminum consumit. Sex verò uniuscujusque temporis malinas. Veris scilicet & Æstatis, Autumni & Hiemis secundùm lunarum supputationem, hoc est, simul omnes viginti quatuor, uniuscujusq́ communis annus habet, exceptis videlicet embolismis, qui viginti sex malinas retinent, & uniuscujusq́ de prædictis temporibus mediæ duæ, videlicet æquinoctiales, & aliæ, quando vel dies, vel nox cursus sui terminum consumit, solito validior, ac inundatione altior fieri consuescit, interpositis verò spatiis iterùm tantundem semper ledo intermittitur. At verò rationabilis hujus perseverantiæ inundatio, quò recedit, mentibus nostris occultata est, non minorem profectum nescientibus præparat scientia hominis.* Et mox: *Maris inundantes tumores considerare permittimur, sed recedentis intelligentiâ privamur.* Ibidem Divus Basilius hom. 6: *Euriporum refluxus, & maris circa oceanum appellatum reciprocatio, ad virtutis lunæ ordinem consequi invenerunt, ii, qui*

qui accolunt. Etenim Euripi juxta reliquas lunæ figuras in utramq; partem transfluunt: in tempore verò generationis ne brevissimo quidem tempore quiescunt. sed in commotione, & libramento continuo consistunt, donec rursùs apparens consequentiam quandam refluxus exhibeat. Occidentale autem mare reciprocationes suscepit. nunc quidem revertens, rursùs autem inundans, aut affluens, velut respirationibus retrorsùm subtrahatur, & rursùs ipsius exspirationibus ad propriam mensuram compellatur. Cæsar in Com. de bello Gallico: *Eâdem nocte accidit, ut esset luna plena, quæ dies maritimos, æstus maximos, in Oceano efficere consuevit, nostrisq; id erat incognitum, ita uno tempore & longas naves, quibus Cæsar exercitum transportandum curaverat, quasque in aridum subduxerat, æstus complebat: & onerarias quæ ad anchoras erant deligatæ, tempestas afflictabat, neque ulla nostris facultas aut administrandi, aut auxiliandi dabatur; compluribus navibus fractis, reliquæ quum essent funibus, anchoris, reliquisque armamentis amissis, ad navigandum inutiles, magna, idq; necesse erat accidere totius exercitûs perturbatio facta est; neque enim naves erant aliæ quibus reportari possent, & omnia deerant, quæ ad reficiendas eas usui sunt.* Ideo crescente Lunâ sese libentiùs veteres Franci mari committebant, eamque hoc nomine adorârunt, præsertim cùm non mari tantùm, sed & terræ, Luna crescens plurimùm conducere crederetur, adeò ut eâ crescente, crescere omnia, at decrescente, omnia decrescere putarentur. Plinius qui supra. *Quo vera conjectatio exstitit, haud frustra, spiritum, sidus lunæ exstimari. Et hoc esse quòd terras saturet, accedensque, corpora impleat, abscedensque inaniat. Ideo cum incremento ejus augeri conchylia, & maximè spiritum sentire, quibus sanguis non sit. Sed & sanguinem hominum etiam cum lumine ejus augeri, ac minui, frondes quoque ac pabula (ut suo loco dicetur) sentire, in omnia eâdem penetrante vi.* Varro quoque de re rustica: *Dies lunares quoque observandi, qui quodammodò bipartiti. Quod à nova luna crescit ad plenam, & inde rursùs ad novam lunam decrescit, quòd veniat ad intermenstruum: è quo die dicitur luna esse extrema, & prima, à quo eum diem Athenis appellant ἕνην καὶ νέαν, διχάδα, alii: quædam facienda in agris potiùs crescente lunâ, quàm senescente: quædam contra, quæ metas, ut frumenta, & cæduam sylvam. Ego ista etiam, inquit Agrasius, non solùm in ovibus tondendis, sed in meo capillo, à patre acceptum, servo; ni decrescente lunâ tondens, calvus fiam. Agrius quemadmodùm, inquit luna quadripartita? & quid ea divisio ad agros pollet? Tremellius, nunquam rure audisti, inquit, octavo janam lunam, & crescentem, & contra senescentem, & quæ crescente lunâ fieri oporteret, & tamen quædam meliùs fieri pòst octavo janam lunam, quàm ante?* Majolus in prædictionibus physicis t. 2. colloquio 4. *Quid de luna? Hæc terris proxima manifestiùs in terrena influit: crescens humiditates & commovet, & affundit corporibus, quas repetit, & absorbet marcescens.* Item: *Lunâ augescente, liquores in plantis & animantibus*

Com. 4. cap. 29.

Lib. 2. cap. 99.

Lib. 1. cap. 37.

Fol. 358. edit. Helen.

animantibus exuberant, pleno orbe fulgente vigent: deficiente, minuuntur; interlunio, cum ipsa lumen omne à terris aversum cœlo regerit, arent. Hæc cum usu dedicissent agricolæ, aptissimè tempora sationum, admissionis pecudum ad coitum, incubationis avium domesticarum, sectionis lignorum, vel urendorum, vel ad structuras adhibendorum, distribuerunt. Hinc Horatius carm: Lib. 3. od. 24.

Cœlo supinas si tuleris manus
Crescente Lunâ, rustica Phidile,
Si thure placaris, & horna
Fruge Lares, avidaque porca;
Nec pestilentem sentiet Africum.
Fœcunda vitis, nec sterilem seges
Rubiginem, aut dulces alumni
Pomifero grave tempus anno.

Vbi Acron: *Solent rusticæ mulieres in initio Lunæ preces Deo effundere.* Tacitus de moribus Germanorum: *De minoribus rebus Principes consultant, de majoribus, omnes; ita tamen, ut ea quoq; quorum penes plebem arbitrium est, apud Principes pertractentur; coëunt, nisi quid fortuitum, & subitum inciderit, certis diebus; cùm aut inchoatur luna, aut impletur. Nam agendis rebus hoc auspicatissimum initium credunt, nec dierum numerum, ut nos, sed noctium computant, sic constituunt, sic condicunt: nox ducere diem videtur.* Franci eodem modo, quia initium lunæ auspicatissimum credebant, atque omnia sua à Luna dependere, in ejus gratiam, noctes quoque computabant, ut nos hodiè dies, atque mensem, & annum noctibus metiebantur, quod frequentissimè in lege Salica occurrit; de quo videnda, quæ attulimus sub finem capitis 23. ad coram Franconatensem. Cæsar (decrescente lunâ) notat Germanos nunquam in hostem processisse, lib. 1. de bello Gallico. *Apud Germanos consuetudo erat, ut matres familiâs eorum, sortibus, & vaticinationibus declararent, utrum prælium ex usu esset, nec ne; eas itaque dicere, non esse fas Germanos superare, si ante novam lunam prælio contendissent. Itaque Cæsar ex transfugis hoc cognoscens, prælio lacessivit, & tantâ religione impeditos aggressus fuit.* Hinc Polyenus lib. VIII. stratag. *Cæsar Germanis accedentibus non audens pugnam committere; quia cognovisset eorum Vates ante novilunium pugnare vetuisse, tum suum exercitum abduxit, quasi timidis, & minori cum alacritate ob vaticinium pugnaturis. Sic Romani opportuno usi tempore, Germanos devicerunt.* Et Frontinus stratagematum l. 2. c. 1: *C. Cæsar in Gallia, quia compererat Ariouisto Germanorum Regi institutum, & quasi legem, militibus non pugnandi decrescente Lunâ; tum potissimùm acie commissâ, impeditos religione, hostes vicit.* Græci quoque Lunam observavere, at iis mos fuit, in exercitum non ire, nisi eâ plenâ. Lucianus de astrologia, parte primâ, fol. 708: Λακεδαιμονίοισι δὲ Λυκοῦργος τὴν πολιτείην πᾶσαν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ διετάξατο. καὶ νόμον σφίσιν ἐποιήσατο μηδαμὰ, μηδὲ ἐν πόλεμον προχωρέειν

πρὶν

πρὸν τ̃ σεληναίης πλήρεα γενέσθαι. οὐ γὰρ ἴσιω ἐνόμιζον εἶναι τ̃ δυναςείω, αὐξανομένης τῆς σεληναίης καὶ ἀφανιζομένης, πάντα δ' ὑπ' αὐτῆ διοικέεσθαι. .j. *Licurgus Lacedæmonius omnem Reip. administrationem è cœlo temperabat, ac legem illis dedit ne quando in bellum prodirent, ante plenilunium, non enim existimabant, eandem esse civitatis administrationem crescente lunâ, & evanescente, propterea quod omnia ab illa regerentur.* Pausanias quoque in Atticis fol. 51: Περὶ δὲ τ̃ Πανὸς φασὶν ὡς τεμφθείη φιλιππίδης ἐς Λακεδαίμονα ἄγγελος ἀποβεβηκότων Μήδων ἐς τ̃ γῆν· ἐπανήκιον δὲ Λακεδαιμονίους ὑπερβαλέσθαι φάναι τὴν ἔξοδον· εἶναι γὰρ δὴ νόμον αὐτοῖς, μὴ πρότερον μαχουμένους ἐξιέναι πρὶν ἢ πλήρη τ̃ κύκλον τ̃ Σελήνης γενέσθαι. .j. *De Pane vero hæc memoriæ prodita sunt: nuncium ad Lacedæmonios de Persarum in Africam irruptione Philippidem missum: hunc, cum rediisset, retulisse Lacedæmonios minus maturè copias educere, quia religione impedirentur cum exercitu exire, antequam luna orbem complesset.* Theodoretus quoque libro 6. fol. 358: Τοῖσι δὲ ἕαδε μὲν βοηθέειν Ἀθηναίοισι, ἀδύνατα δέ σφι ἦντο παραυτίκα ποιέειν ταῦτα, οὐ βουλομένοισι λύειν τ̃ νόμον· ἦν γὰρ ἱςαμένη τοῦ μηνὸς εἰνάτη· εἰνάτη δὲ οὐκ ἐξελεύσεσθαι ἔφασαν, μὴ οὐ πλήρεος, ἐόντος τοῦ κύκλου. οὗτοι μέν νυν τ̃ πανσέληνον ἔμενον. .j. *Placebat quidem lacædemoniis opem ferre Atheniensibus: sed id sibi impossibile confestim facere erat, nolentibus legem rumpere, nam erat nonus dies instantis mensis, quo die negabant se progressuros, nec nisi orbe lunari impleto. Et isti quidem plenilunium exspectabant.*

Romanos in hostem proficisci solitos crescente lunâ docemur ex hoc Claudiani de laudibus Stiliconis:

Lib. 1.

Tempore tam parvo tot prælia sanguine nullo
Perficis, & lunâ nuper nascente profectus,
Ante redis, quam plena fuit.

Atque hæc quidem de lunæ vi, atque operationibus in hæc terrena.

Mihi semper ita visum fuit: quemadmodum Macrobius docet, Ægyptiorum, Græcorum, Romanorum Deos omnes, unum esse Solem, ita Deas omnes ad unam Lunam esse referendas, quos Plato lib. 7. de legibus μελάγους θεοὺς appellat, sic & Osiris, atque Isis Ægyptiorum non alii, quam Sol & Luna. Ac de Iside quidem, cum sermo incidat, adnotandum, quod habet Tacitus de moribus Germanorum, ac nominatum Suevorum, quorum pars in Flandria nostra subsedit, ut supra dictum variis locis: *Pars Suevorum, & Isidi sacrificat; unde causa, & origo peregrino sacro, parum comperi; nisi, quod signum ipsum in modum Liburnæ figuratum, docet advectam religionem.* Liburna est navis Liburnica, erat verò navis, Isidis signum. Fulgentius in mythologico: *Navim Isidis Ægyptus colit.* Cluverius ad Taciti locum citatum, lib. 2. cap. 27: *Quia, & Ægyptii, & Græci, & Latini, & simul Germani nostri sacra ejus eisdem coluerunt ritibus; haud obscure inde patet non ex Ægypto demum, posterioribus temporibus eam*

accipisse

accipisse superstitionem Latinos, Græcos, atque Germanos; sed jam inde à dispersione gentium, ex unâ Asiâ omneis pariter in suam quosque terram detulisse; quemadmodum, & reliquorum numinum religiones. Plutarchus quoq; in libro de Iside: Ἱστοροῦσι γὰρ Αἰγύπτιοι, τὸ πλοῖον, ὃ καλοῦσιν Ἕλληνες Ἀργὼ, τῆς Ὀσίριδος νεὼς εἴδωλον ἐπὶ τιμῇ, κατηστερισμένον, οὐ μακρὰν φέρεσθαι τοῦ Ὠρίωνος, καὶ τοῦ Κυνὸς· ὧν, τὸν μὲν Ὥρου, τὸν δὲ Ἴσιδος ἱερὸν Αἰγύπτιοι νομίζουσιν. hoc est: *Tradunt Ægyptii, navim, quæ Argo dicitur Græcis, navis Osiridis imaginem, in honorem ejus, inter sidera relatam, non procul ab Orione, atq; Cane, ferri, quorum siderum alterum Horo, alterum Isidi sacrum, Egyptii censent.* Diodorus Siculus, lib. 1. de Ægyptiorum Theologia: Τοὺς δ᾽οὖν κατ᾽ Αἴγυπτόν φασιν ἀνθρώπους τὸ παλαιὸν γενομένους ἀναβλέψαντας εἰς τὸν κόσμον, καὶ τὴν τῶν ὅλων φύσιν, καταπλαγέντας, καὶ θαυμάσαντας, ὑπολαβεῖν εἶναι δύο θεοὺς ἀϊδίους, καὶ πρώτους, τόν τε Ἥλιον, καὶ τὴν Σελήνην· ὧν τὸν μὲν Ὄσιριν, τὴν δὲ Ἶσιν ὀνόμασαι ἀπό τινος ἐτύμου τιθείσης ἑκατέρας τῆς προσηγορίας ταύτης, μεθερμηνευομένων γὰρ τούτων εἰν τὸν Ἑλληνικὸν τῆς διαλέκτου τρόπον, εἶναι τὸν μὲν Ὄσιριν πολυόφθαλμον, τὴν δὲ Ἶσιν μεθερμηνευομένην, εἶναι παλαιὰν, τιθειμένης τῆς προσηγορίας ἀπὸ τοῦ ἀϊδίου, καὶ παλαιᾶς γενέσεως. hoc est: *Aiunt vetustissimos in Egypto mortaleis, quum mundum suspicerent, cunctarumq; rerum naturam, cum stupore admirarentur, duos esse Deos conjecisse sempiternos, atq; omnium primos, Solem, & Lunam; quorum istum Osirim, hanc Isin, ab certa quadam nominis ratione, adpellarint, quippe si Græcè interpreteris, Osirim esse multoculum, Isin verò antiquam, quod nomen ab æterna antiqua generatione ei sit impositum.* Apud Diogenem Laertium in procœmio Manethus in naturalium epitome, & Hecatæus libro 1. de Ægyptiorum Philosophia scribunt: Θεοὺς εἶναι Ἥλιον καὶ Σελήνην, τὸν μὲν Ὄσιριν, τὴν δὲ Ἶσιν καλουμένην. .i. *Solem & Lunam Deos esse, alterumq; Osirim, alteram Isim appellatos.*

Sic & Hecaten Græci pro Luna habuêre: ut & Latini Dianam. Horatius Epodo 3:

Nox, & Diana, quæ silentium regis,
Arcana cùm fiunt sacra.

Virgilius: 4. Æneid.

Tergeminamq; Hecaten, tria virginis ora Dianæ.

Vbi Servius: *Quidam Hecaten dictam esse tradunt, quod eadem, & Diana sit, & Proserpina.* Item: *Iteratio est Lunæ, Dianæ, Proserpinæ. Et cum super terras est, traditur esse Luna, in terris Diana, sub terris Proserpina. Nonnulli Lucinam, Dianam, Hecaten appellant: ideo quia uni Deæ tres assignant potestates, nascendi, valendi, moriendi, & quidem nascendi Lucinam Deam esse dicunt, valendi Dianam, moriendi Hecaten; ob quam triplicem potestatem, triformem eam, triplicemq; finxerunt, cujus & in triviis ideo templa struxerunt.* Et lib. 6: *Hecate trium potestatum numen est, ipsa est enim Luna, Diana, Proserpina.* Hecaten Lunam dictam scribit Natalis Comes in Mythologicis: Cap. 15. *Quod centum obeat munia in negotiis naturæ, vel, quod centum grana pro singulis tritici ferat, quia fructuum, ac frugum Dea censebatur,*

ſebatur, ἑκατὸν *verò* .j. *centum.* Hujus vires & officia ita commemoravit Heſiodus in Theogonia:

τὴν περὶ πάντων
ζεὺς Κρονίδης τίμησε, πόρεν δέ οἱ ἀγλαὰ δῶρα
μοῖραν ἔχειν γαίης τε καὶ ἀτρυγέτοιο θαλάσσης·
ἡδὲ καὶ ἀστερόεντος ὑπ' οὐρανοῦ ἔμμορε τιμῆς.
Ρ'εῖα μάλ' ᾧ πρόφρων γε θεὰ ὑποδέξεται εὐχὰς
Καὶ οἱ ὄλβον ὀπάζει ἐπεὶ δύναμίς γε πάρεστιν
Ο'σσοι γὰρ γαίης τε καὶ οὐρανοῦ ἐξεγένοντο
καὶ τιμὴν ἔλαχον, τούτων ἔχει αἶσαν ἁπάντων.

Quod ita vertit Natalis:

Iupiter ingentes illi largitur honores,
Muneraq́, imperium terraq́, mariſq́, profundi,
Cunctorumq́, ſimul, quæ cælum amplectitur altum,
Admittitq́, preces facilis Dea, prompta, benigna,
Divitias præbet, quod ei conceſſa poteſtas;
Imperat hæc cunctis, qui ſunt è ſemine nati,
Et terræ, & cæli, cunctorum fata gubernat.

Addit Apollodorus lib 1. eandem eſſe, Proſerpinam, & Hecaten, & Lunam. Vtramque certè, & Hecaten Græci, & Latini Proſerpinam, faciunt Cereris filiam; Proſerpinamq; noctis, & Inferorum Deam, non ſecus, atq; Dianam, Lunam exiſtimavere. Sed, & Iunoni cœli Reginæ, & Veneri rerum omnium progenitrici, & Cereri frugum datrici, Lunæ qualitates ſuperiùs enarratas, omninò convenire, mecum facilè ſentiet, qui Macrobium leget, & Natalis Comitis Mythologias.

Nos ad ſigillum noſtrum revertamur. Leoni ſupponuntur utrimque ſerpentes duo alati, ſeſe velut incurvantes toto corpore; ſi alas excipias, quaſi funibus vincti. Quibus ſignificarunt Scabini Franci, ortos ſe à veteribus Menapiis, quos primos Francos fuiſſe, docuimus cap. 1. aliiſque. Horum, Seniorum videlicet, ſymbolum fuiſſe, contortum ſerpentem, docet nos notitia utriuſque Imperii, fol. 125. verſo, ubi in notitia Imperii occidentis, ita legitur, fol. 126. verſo: *Sub diſpoſitione viri illuſtris magiſtri peditum præſentialis, Comites militum infra ſcriptorum. &c. Legiones Comitatenſes triginta duæ, Menapii Seniores, &c. Cortoriacenſes, &c.* In hanc locum atque inſignia, ſic Pancirolius, fol. 130. verſo: *Anguis, in meo exemplari, in alba parma eſt in funem effictus, qui circum album globum luteo circulo clauſum inflectitur: hi ſunt duo Principes, qui funium inſtar, ex pluribus funiniculis complicatorum, conſtructi, & ſe invicem arctè complexi, unum corpus efficiunt, & orbem eodem Imperio prudenter adminiſtrant. Serpens enim prudentiæ; funis non ſolùm connexionis, ſed, & fortitudinis eſt typus, & globus circulo cinctus, orbem uno rectum Imperio refert: ingenioſum eſt inſigne, cui ſimile præferunt Cortoriacenſes, infra ſub hoc magiſtro. Menapii verò ſunt Belgarum populi, ex quibus*

conſtat

constat hæc legio, quæ in Galliis cum magistro equitum Galliarum militabat. Hactenus Pancirolius. Pierius verò in Hieroglyphicis, sic ait: *Seniores Menapes dicti, anguem luteum pro insigni habebant in parma viridi, cujus marginem ruber limbus ambibat. Vmbilicus argenteus erat, circa quem luteus circumducebatur circulus. Hic autem serpens terga infernè habebat, caput & caudam sursum versus inflectebat. Qui verò coloris albi draconem preferebant in rubra parma, cujus umbilicus erat argenteus, in margine verò circuli duo, quorum interior prasinus, albus exterior, ii Cortoriacenses appellabantur, & cum superioribus, utriq; sub magistro peditum stipendia faciebant.* Adeò, ut Menapiorum, & Cortoriacensium, (qui iidem sunt cum Cortracensibus hodiernis) insignia, non differant inter se, nisi solo colore, ut videre est in notitia Venetiis impressa anno 1602. suis, ubicumque coloribus, obducta (cujusmodi exemplar est in mea Bibliotheca) fol. 125. vers. & 126. Sub eodem magistro peditum, in prædicta notitia, inter auxilia Palatina sexaginta quinque, etjam recensentur Sagittarii Nervii, qui alii non sunt, quam Grudii, Gorduni, Pleumosii, Centrones Levaci, sub Iulio Cæsare, Nerviorum clientes, qui sese clientelâ istâ exuêre, cum Tornacenses in Romanorum potestatem venerunt, ipsique ab Augusto liberi declarati sunt; de quibus videnda, quæ superiùs dicta sunt cap.1. & 2. fol.9. & 10. Hi pro insignibus suis duos serpentes habent, sive angues inflexos etjam, ut, & Batavi, sub eodem peditum magistro, temporibus Honorii, atque ita ante mille ducentos quinquaginta annos; de hisce quoque Pierius libro supra citato, paulò post, folio 114. verso: *Ducebat & magister peditum ordines aliquot caduceis insignes, ex quibus erant præcipuè Sagittarii Nervii, qui dimidio utebantur caduceo, quorum scilicet parma coloris erat prasini, rubro circumducta limbo; parmæ medium occupabat orbis luteus, in quo angues purpureæ, rubro coalitæ fulcimento, ad osculum in circuli se formam incurvabant. Horum socii erant, qui cæruleos gestabant angues, in caducei morem flexos, in parma tota rubra; anguium verò pedamentum album erat, veluti squamis acutis quatuor, altera super alteram scandentibus, quarum apices infernè summittebantur, Batavi autem erat eorum nomen.* Inter eadem auxilia Palatina, erant & Celtæ Seniores, qui, ut ait Pancirolius, fol. 128. vers. pro insignibus habebant: *In rubro clypeo, duos luteos dracones, ex eodem cippo exeuntes, & capita in summo sibi admoventes,* quæ videre est in eadem notitia, fol. 124. Nos ex iis, non nisi Menapiorum Seniorum insignia dabimus æri incisa, Additionum fol. 54. ut cum sigillo nostro conferri possint. Porrò Pierius notat serpentem in Hieroglyphicis, non prudentiam dumtaxat, vigilantiamque significare, verùm etjam dominium; hisce argumentis, fol. 112. verso: *Aureliano, quamvis modicis parentibus ortus esset, summum tamen Imperium anguis portendisse fertur, cum ejus*

Lib. 15. f. 113. vers.

 pueri

pueri peluim plerumq; cinxisset, neq; unquam occidi potuisset: postremo matrem ejus, quæ templi solis Sacerdos erat, & aruspicinæ non ignara, cum hoc vidisset, serpentem quasi familiarem occidere noluisse. Pari præsagio Severo Imperium præmonstratum est, cui dormenti, ut Spartianus ait in stabulo, serpens caput cinxit, & sine noxa expergefactis, ac acclamantibus familiaribus, abiit. Quin, & Maximini Iunioris, quem pater secum Imperatorem appellavit, caput dormientis, serpens circumdedit, futuræ dignitatis argumento. Alioquin in nummis salutem denotat. Existimo verò, & Menapios, & Cortoriacenses, & Batavos, & Celtas, qui Romanis auxilia tantum, atque auxiliares copias præbuerunt, serpentibus illis, variis ad distinctionem coloribus, sub Honorio Imp. in parmis suis, sive clypeis, usos fuisse, ad denotandum eos sui juris, suique dominii esse, neque Romanis ullo modo subjectos, quod haud multò post res ipsa sese demonstravit, quando ipsi Romanorum victores, & Domini effecti sunt, ut dictum cap. 9. quò Lectorem remitto.

Vide Annot. f. 34.

CAP. XXVIII. & ultimum.

Summarium operis in annos distributi sub Coss. & Impp. Romanis, additis iis omnibus, quæ à Romanis in Belgica, atq; Germania inferiore gesta sunt, ut inde appareat, Flandriam, Brabantiam, Zelandiam, numquam à Romanis devictas fuisse, earumq; incolas, in primis ab origine sedibus, quietos semper vixisse, nulliq; obnoxios servituti. Batavos verò, vicinosq; populos, cis, & ultra Rhenum (unde Francos hactenùs accersivêre) ab octo Legionibus Romanorũ, Rheno impositis, numquam permissos vivere in quiete, ac plenâ libertate.

HVic summario, quia Consulum & Imperatorum series adest, multa, toto hoc libro non contenta, addi debuerunt, quibus authores appono; reliquis, libri hujus folium; cumq; interdum liber etjam primus citatur, ad folium adjungo litteram C; additionibus verò litteram A.

CONSVLES

Ante Christū	Anni V.C.	Folio.

CONSVLES ROMANI.

C. Iulius Cæsar. M. Capurnius Bibulus. 58 965

CÆsari decretæ in quinquennium Galliæ. *Paterc. lib.* 2. Harum una Belgica, alia Aquitanica, tertia Celtica dicta. 6
Cæſ. comm. 1. *de bel. Gal.*

Luc. Calpurn. Piſo. A. Gabinius. 57 696

Cæſar expugnat Helvetios, Tulingos, Latobriges, Rauracos, & Bojos; deinde Arioviſtum Germanorum Regem, cui auxiliabantur Arrudes, Marcomanni, Tribocchi, Vangiones, Nemetes, Seduſii, & Suevi. *Ibid.*

P. Com. Lentulus Spinther. Cecil. Metellus. 56 697

Cæſar pergit in Gallorum omnium fortiſſimos Belgas, atque ex Rhemis ſeſe dedentibus intelligit Nervios maximè 166
inter Belgas feros, in cõmune bellum polliceri L. Morinos 167
XXV. Menapios IX millia. Tum Sueſſionibus, Bellouacis, Am- 409
bianis in gratiam receptis; profligatiſque Viromanduis, & Atrebatibus, ubi ad Nervios perventum eſt, ab iis duæ Romanorum legiones cum magno equitum numero in fugam actæ ſunt, eratque in ſummo periculo univerſus Rom. exercitus, niſi Cæſar, ſcuto uni militum detracto, in primam aciem proceſſiſſet, Centurionibuſque nominatim vocatis, eam reſtauraſſet. Tandem Nervii victi in pace recepti ſunt, ut & Advatici; item Veneti, Vnelli, Oſiſmii, Curioſolitæ, Seſuvii, Aulerci, Rhedones, quæ ſunt maritimæ civitates. *Cæſ. comm.* 2.

Cn. Lent. Marcellinus. L. Martius Philippus. 55 698

Cæſar quod omni Galliâ pacatâ, Morini, Menapiique ſupererant, qui in armis eſſent, neque ad eum unquam Legatos 3
de pace miſiſſent, eò exercitum adduxit; illi in ſylvas, ac paludes, ſe, ſuaque contulerunt; ac plus damni Romanis laceſſentibus intulerunt, quam ipſi accepêre; quare vaſtatis eorum agris, ædificiiſq; incenſis, exercitum reduxit. *Cæſ. comm.* 3.

Cn. Pompeius Magnus II. M. Licinius Craſſus II. 54 699

Cæſar bellum gerit contra Vſipetas, & Tencteros, qui à Suevis pulſi, in Gallia ſedes armis ſibi quæſierant. Tum ponte facto, Rhenum cum exercitu trajiciens, Sicambros in fugam agit. Deinde, Morinis ſibi pacatis, Q. Titurium, & L. Cottam, Legatos, in Menapios mittit, ipſe in Britanniam navigat; ubi ab incolis poſt navalem & terreſtrem pugnam, pacis obſidibus receptis, in Morinos redit; in quos rebellionem facientes, mittit T. Labienum Legatum, cum iis legionibus, quas ex

Fol. | V.C. | Christ.

Britannia reduxerat, qui cum propter ſiccitatem paludum, quò ſe reciperent, non habebant, quo perfugio ſuperiore anno fuerant uſi, omnes fere in poteſtatem Labieni venerunt. Ac Q. Titurius & L.Cotta, Legati, qui in Menapiorum fines le-
3 giones duxerant, omnibus eorum agris vaſtatis, frumentis ſuc-
5 ciſis, ædificiiſque incenſis, quod Menapii omnes ſe in denſiſſimas ſylvas abdiderant, ad Cæſarem ſe receperunt. *Cæſar Com.* 4.

700 53 *L. Domit. Ahenobarbus. Ap. Cl. Pulcher.*

9 Cæſar è portu Iccio majoribus copiis trajicit in Britan-
161 niam, eamque ſibi pro magna parte ſubjugat. Centrones, Grudii, Levaci, Pleumoſii, Gorduni, Nerviorum, ductu Ambiorigis, Romanis rebellantium, clientes, quam maximas maximas cogunt, pro Nerviis adverſus Cæſarem, at is in fugam actos longiùs proſequi veritus eſt, quod ſylvæ, paludeſque intercederent. *Cæſ. Com.* 5.

701 52 *Cn. Domit. Calvinus. M. Valerius Meſſala.*

Senones & Treviri à Romanis deficiunt, quorum illi in gratiam recepti, hi bello victi ſunt. Cæſar cum legionibus expeditis quinque, in Menapios, qui uni è Gallia de pace ad Cæſarem Legatos nunquam miſerant, proficiſcitur; illi nullâ coactâ manu, loci præſidio freti, in ſylvas, paludeſque confugiunt, ſuaque eodem conferunt. Cæſar partitis copiis cum Caio Fabio Legato, & M. Craſſo quæſtore, celeriterque effectis pontibus, adiit tripartito, ædificia, vicoſque incendit, magno pecoris, atque hominum numero potitur. Menapii ad eum pacis petendæ causâ mittunt; ille, obſidibus acceptis, hoſtium ſe habiturum numero confirmat, ſi, aut Ambiorigem, aut ejus Legatos, finibus ſuis recepiſſent. His confirmatis rebus, Comium Atrebatem, cum equitatu, cuſtodis loco in Menapiis relinquit, ipſe Treviros proficiſcitur, ponte rurſus trajecturus Rhenum. L. Municius Baſilus in Ambiorigem miſſus cum eſſet, eum fugientem ſylvæ texerunt, ejuſque exercitûs
5 pars, in continentes paludes profugit, qui proximi Oceano fuerunt, in iis inſulis ſeſe occultaverunt, quas æſtus efficere conſuevit. *Cæſar Com.* 6.

702 51 *Cn. Pompeius Magn. III. ſolus. aliis. Metellus Scipio.*

Vircingetorix Arvernus Gallis ſuadet, communis libertatis causâ armâ capiant, ſibi Senones, Pariſios, Pictones, Cadurcos, Turones, Aulercos, Lemovices, Andes, reliquoſque omnes, qui Oceanum attingunt, adjungit; Galli committunt prælium, terga vertunt, Vircingetorix deditur. *Cæſar Com.* 7.

M. Cl.

Christ. | V.C. | Fol.

M. Cl. Marcellus. P. Serv. Sulpitius. 50 703

Omni Gallia devicta Cæsar, cum à superiore æstate nullum bellandi tempus intermisisset, militesque hibernorum quiete reficere à tantis laboribus vellet, complures eodem tempore civitates renovare belli consilia nuntiabantur, conjurationesque facere. Cæsar honorificè civitates appellando, Principes maximis præmiis afficiendo, nulla onera nova imponendo, defessam tot adversis præliis Galliam, conditione parendi meliore, facile in pace continuit; ipse hibernis peractis contra consuetudinem, in Italiam, quam maximis itineribus est profectus. Comius Atrebas custos Menapiis datus, cum dudum à Romanis descivisset, in gratiam postea ab Antonio receptus est. *Hirtius Com.* 8.

L. Æmilius Paulus. C. Cl. Marcellus. 49 704

Cæsar universa Gallia Togata honorificè receptus, Treviros redit, duas legiones jussu Senatus ad bellum Parthicum mittit. Caium Trebonium cum legionibus IV. in Belgio collocat. C. Fabium cum totidem in Æduos deducit, sic enim existimabat tutissimam fore Galliam, si Belgæ, quorum maxima virtus, & Ædui, quorum authoritas summa esset, exercitibus continerentur, ipse in Italiam profectus est. *Hirt. Com.* 8.

L. Lentulus. C. Cl. Marcellus. 48 705

Cæsar intelligens legiones duas in bellum Parthicum à se missas, per C. Marcellum Consulem, Cn. Pompeio transditas, atque in Italia retentas esse, arma contra se parari opinatus, post varias in Senatu contentiones, animo concipit bellum civile adversus Pompeium. *Hirtius Com.* 8. Decennio Cæsaris exacto L. Domitius Galliæ præficitur. *Cæsar Com. I. de bello civili.*

Atque hoc decennium est, quo Gallia omnis à Cæsare de- 3
victa est, exceptis Morinis, Menapiis, Grudiis, &c. ob invias palu-
des & sylvas, qui cum Comio à Romanis defecêre. Sunt verò
Menapii ora Flandriæ maritima, vulgò *Francum*, het Vrye, & Me- 4
napiscus pagus, postea dictus *Flandriæ Comitatus*; & Menapii, ac 383
Menapes *Flandri* adhuc anno Christi 882. Galliæ reliquæ impo-
situm est à Cæsare tributum quadringenties sestertiûm in sin- 202
gulos annos. *Suet. Eutrop.* Quod Budæus lib. de asse interpre-
tatur aureorum plus minus decies centena millia. Neque tri- 10
butum tantum imperatum à Cæsare; sed, & vetus Gallorum 241
lingua (quæ eadem ferme cum Flandrica) prorsus abolita est,
atque in ejus locum inducta Romana, quæ quod à Gallis ma- C. 80
lè pronuntiaretur, Rustica Romana dicta, eademque est, cujus C. 81
hodie totâ Galliâ est usus. Cæsare cum legionibus aliquot C. 89

 362

Fol. | V.C. | Christ.

Romam adventante, fugiunt Consul uterque & Pompeius. *Paterc. Caßiod.*

706 47 *C. Iul. Cæsar II. P. Servilius Vatia Isauricus.*

Quod Massilia C. Domitium Aënobarbum Pompeio faventem admisisset, Cæsar Dec. Brutum, & C. Trebonium Legatum mittit ad eam oppugnandam, quam prælio navali postea expugnavit Brutus. Ipse adversus Pompeium, qui urbe relicta in Hispania erat, præter legiones Romanorum, mittit sex millia auxilia peditum, equitum tria millia, & parem ex Gallia numerum, nominatim ex omnibus civitatibus, nobilissimo, & fortissimo quoque, evocato. *Cæsar de bell. civil. I.* A Lucano lib. 1. enumerantur.

Vangiones, Batavīq; truces, &c. nimiumq; rebellis
Nervius, &c.

Quorum militum virtute, feliciter obtigit prælium Cæsari, quo Pompeius inferior, in Ægyptum fugit. *Cæs. Com. 3 de bello civil.* Post fugatum ex Italia Pompeium, Cæsar primus Romanorum singulare obtinuit imperium, à quo, Cæsares, Romani Principes appellati; imperavit annos 4. menses 6. *Caßiod.*

707 46 *Q. Fusius Calenus. Publ. Vatinius.*

Exercitum Gallorum militum ducit Cæsar in Ægyptum, ubi Pompeius occisus; inde in Asiam, & Pontum contra Pharnacem; tum in Africam, adversus Iubam, & Scipionem, Sext. Pompeium, aliosque. *Cæsar bell. civil. lib. 3. Hirtius de bello Alexandrino, item de Africano.* C. Trebonius Galliæ præfectus manet in Gallia, cum Decimo Bruto. *Cæsar bel. civil. lib. 1.*

708 45 *C. Iul. Cæsar III. M. Æmilius Lepidus.*

Cæsar eodem exercitu etjam in Hispania vincit Pompeianos, interfecto, dum in spelunca quadam latet, Sexto Pompeio Magni filio. *Hirt. de bello Hisp.*

709 44 *C. Iulius Cæsar IIII. sine collega.*

Cæsar, omnium victor, ingressus in Vrbem, quinque egit triumphos. Gallici apparatus ex citro, Pontici ex acantho, Alexandrini testudine, Africi ebore, Hispaniensis argento rasili constitit. Pecunia ex manubiis lata paulo amplius sexies millies H. S. .j. *sestertium. Paterc.* In triumphum Gallicum captivus ductus Vincengetorix, Rex Gallorum, deinde necatus. *Dio.*

710 43 *C. Iul. Cæsar V. M. Antonius M. F. M. N.*

205 C. Cæsar quasi orbem sibi subjugasset, orbem metiri incipit, quæ dimensio duravit viginti quinque annis, usque ad consulatum

consulatum Saturnini, & Cinnæ anno V.C. 735. C. Iul. Cæsar testamento adoptat C. Octavianum, unde ei Cæsaris nomen. *Suet. Paterc.* Idibus Martii Cæsar in curia occiditur à M. Bruto, & Cassio, XXII. plagis confossus. *Suet. Tac.* M. Antonius Galliam affectat; cui se opponit Decimus Brutus anno 706. à Iul. Cæsare Galliæ cum Trebonio Præfectus. Eidem imperium affectanti opponitur cum reliquiis exercitus Cæsariani Augustus, Cæsaris in imperio successor, annis 56, mensibus sex. *Cassiod.* At Onuphrius, & alii, annos imperii ejus tantum numerant ab anno V. C. 727. post victoriam Actiacam, eumque scribunt imperasse annos 43. menses 11. dies 18.

C. Pansa. A. Hirtius Capronianus. 42 711

Antonius arma molitur in Decimum Brutum, quem dum Mutinæ obsidet, ab Octavii exercitu, castris exuitur, Hirtius cum Antonianis viriliter pugnans, confossus est. Pansa sagittâ percussus in ilibus, Bononiam delatus, expiravit. *Flor. Suet.* Decimus Brutus Galliæ Præfectus liberatus obsidione Mutinensi, Consul designatur, at Octavius Cæsar exercitu Urbi admoto, Consul eligitur mense sextili, cum Q Pedio. *Suet.* L. Munatius Plancus, Præses fuit hoc tempore Galliæ, à quo conditum volunt Lugdunum, *Lyons*, item Rauricam, quæ nunc Basilea. *Euseb. Cusp. Occo.*

Caius Octavius Cæsar. Q. Pedius. In locum Coss. occisorum.

Cæsar Octavianus, Antonius, & Lepidus amicitiæ fœdus jungunt, contra Cæsaris percussores. *Cassiod.* Atque ita, ut ait Lucanus: *Facta tribus Dominis communis Roma.* In triumviratu Antonio Gallia decernitur, qui cum Octavio agit de Gallia 195
universa libera declaranda; adeo formidolosa eis erat provin- 163
cia, nondum legibus, nondum jure certo, nondum firma pace devincta. *Cic.*

M. Æm. Lepidus II. L. Munatius Plancus. 41 712

Antonius per fusium Calenum & Ventidium Gallias regit, quas Octavius Cæsar ambit, spe fortissimos milites ex eis
educendi, quibus pater Iulius victor extiterat. Galliæ magis, 164
magisque fluctuare ceperunt ab obitu Cæsaris, bella civilia oborta, dum pars una Romanis parere vult, altera detrectat. *Dio.* Tiberius postea Imp. nascitur, patre Tiberio Claudio Nerone quæstore, matre Livia Drusilla, postea uxore Augusti. *Tacitus. Gland.*

Lucius Antonius. P. Servilius Isauricus. 40 713

Cæsar Oct. Aug. à Lucio Antonio fratre Antonii dissentit; uxorem suam Fulviam, uxoris Antonii filiam repudiat, postmodum cum Antonio in gratiam rediit, eaque conditione convenit, ut ipse Galliam provinciam obtineret. *Dio.*

Fol. | V.C. | Christ.

714 39 *Cn. Domitius Calvinus II. Asinius Pollio.*

Octav. Aug. Ventidio Præfecto Galliarum, nomine Antonii, cum Gallicis militibus contra Parthos misso, Galliam ingreditur. *Dio.* ubi nihil memorabile ab eo gestum legitur.

715 28 *L. Martius Censorinus. C. Sabinus Calvisius.*

162 Menapii, Morini, cum Grudiis, Gordunis, Pleumosiis, Cen-
163 tronibus, Levacis, circa hæc tempora, portum Iccium occupant, aliaque Romanorum loca, Boloniam usque.

716 37 *Appius Claud. Pulcher. C. Norbanus Flaccus.*

Cæsar Oct. Augustus conjugem ducit Liviam Drusillam, filiam Livii Drusi, conjugem Tiberii Claudii Neronis quæstoris, matrem Tiberii, futuri Imperatoris, gravidam sexto mense, quæ, post tres menses, peperit Claudium Drusum Neronem, postea Germanicum appellatum. *Glandorpius.* Ob conditiones pacis non servatas, à Sexto Pompeio Magni nepote, bellum ei ab Oct. Aug. indicitur. In eum, Siciliam occupantem, proficiscitur exercitus è Gallia. Tumultus oriuntur ad Rhenum ab hominibus Romani imperii insuetis, defectionis initium à Treviris, vicinisque populis in superiore Germania Chisrenana, qui cum Transrhenanis consilia ineunt adversus Romanos. *Dio.*

717 36 *M. Vips. Agrippa. C. Caninius Gallus.*

Augustus navale bellum instituit adversus Sextum Pompeium. Agrippæ Gallia provincia decernitur, qui pacat Aquitanos, & reliquam provinciam Gallicam; atque Vbios Rhenum transgressos, in fidem accipit. Romanorum secundus prosperè Rhenum transmisit; tum in Italiam redux, classi universæ contra Pompeium præfectus, victor evasit, rostrataque, atq; aureâ coronâ donatus est. *Tac. Liu. Florus. Dio.*

718 35 *L. Gellius Publicola. M. Cocceius Nerva.*

Pace facta cum Sexto Pompeio, operâ Coccei Consulis, Cæsar in Galliam expeditionem facit. *App. Suet.*

719 34 *Sext. Pompeius. Luc. Cornificius.*

Æmilius Lepidus Augusto se opponens, dum milites suos videt ad Augustum deficere, ei etiam se dedidit, atque pugnæ socius fuit adversus Antonium. *Suet.*

720 33 *L. Scribon. Libo. M. Antonius.*

201 Valerius Messala ob domitos rebelles Salassos in Gallia, triumphat. *Cassiod.* Augustus domitis Pannonibus & Dacis, in Galliam rediens, expeditionem in Britanniam meditatur. *Dio.*

C. Cæsar

C. Cæsar Octavius II. L. Volcatius Tullus. 32 721

Antonius orientem fere perdit, luxu, & amore Cleopatræ dissolutus, uxore sua Octaviâ, Cæsaris Aug. sorore repudiatâ. Agrippa ædilis, viis muniendis se impendit. *Suet.* 201

Cn. Domitius Ahenobarbus. C. Sossius nepos. 31 720

Aug. Cæsar ex omni Gallia copias educit adversus Antonium, Galliæ præficit C. Carinatem. *Dio.*

C. Cæsar Octavius III. M. Messala Corvinus. 30 723

Pugna navalis apud Actium, inter Augustum, & Antonium, qua Antonius superatur. Expugnata etjam per M. Agrippam Leucas, Patræ captæ, Corinthus occupata. Antonius & Cleopatra sese interimunt; tum, & in Illyrico hostes cæsi. C. Carinas in Morinos & Menapios bellum gessit, qui Romanum imperium detrectabant. Hisce partim repressis, partim pacatis, inde in Vbios & Treviros concessit, apud quos Suevi Rhenum transierant, quibuscum ipsi Romanos infestabant. Sed, & his pacatis, Suevi ultra fluvium submoti sunt. Hæc duo bella confecta, tanti æstimavit Augustus, ut Carinatem anno sequenti secum jusserit triumphare. *Dio.*

C. Cæs. Octavius IV. M. Licinius Crassus. 29 724

Triduo triumphat Augustus, ex Actiaca victoria, ex Cleopatra, ex Illyrico, ut scribunt. At Dio primum triumphum ait Gallicum fuisse, notatque peculiarem triumphum Augusti cum Carinate, quod, & *Occo* comprobat ex hoc nummo: IMP. CÆSAR DIVI IVL. F. *Caput Cæs.* C. CARINAS C. F. PROCOS. „Victoria Alata insistens proræ navis, dextra „lauream, sinistra palmam, super humerum. Additur in margine: „Cæsaris triumphus de Gallis, Morinis, & Suevis. Verùm ex omnibus honoribus Augusto decretis, nullus æquè magnam ei voluptatem attulit, atque, quod Iani portam claudi aspexit. Erant quidem tum quoque in armis Treviri, Germanis sibi in auxilium sociatis, & Cantabri, Vaccæi, Asturesque, verùm hos Statilius Taurus; illos Nonius Gallus pacavit, extabantq; apud illos populos quidam tumultus; sed quia nullus inde gravior casus accidit; neque Romanis, bellum esse suscipiendum, eo tempore visum est, adjuvante eorum consilium mitissimo, & in omnia pacis studia prono, Augusti ingenio. *Dio.*

C. Cæs. Oct. V. Sext. Apuleius nepos. 28 725

Cæsar hoc tempore primùm Augustus consalutatus est: quod nomen cunctis antea inviolatum, & hucusque cæteris inausum, Domino tantùm orbis licitè usurpatum, apicem

Fol. | V.C. | Christ.

declarat imperii, atque ex eodem die, summa rerum, ac pote-statum penes unum esse cœpit, & permansit; quod Græci Monarchiam vocant. *Oros.*

726 27 *C. Cæs. Oct. Aug. VI. M. Vipsanius Agrippa II.*

Cæsar Augustus eo titulo auctus, ne videretur solus velle imperium suscipere, provincias inter se, & Pop. Romanum dividit, ipse Galliam tenet, ut provinciam difficillimam, & in qua plurimum laboris. *Dio.*

727 26 *C. Cæs. Oct. Aug. VII. M. Vipsanius Agrippa III.*

197 Augustus ex urbe in Gallias profectus, vias in Italia, &
199 Gallia refici jubet, orbe nunc pacato, & ne milites ocio mar-
200 cesserent. Ei operi maximè incubuit Agrippa. *Dio.* Hoc anno
uterque Consul videtur fuisse Nemausi, ex nummo eis à Ne-
mausensibus percusso. Epitome Liviana 134: Cæsar rebus com-
positis, & omnibus provinciis in certam formam redactis, Au-
gustus quoque cognominatus est, & mensis sextilis in hono-
rem ejus appellatus est. Cum ille conventu Narbone ageret
census à tribus Galliis, quas Cæsar pater vicerat, actus. Tribu-
tum in capita collatum etjam humana, & in agros, lacus, pe-
cudes, aliasq; facultates. *Lipsius in Tacitum excursu K.* Trium Gal-
liarum nummus exstat, in quo tria capita virginea, cum in-
scriptione: TRES GALLIÆ. Augustus cum sperasset bel-
lum Britannicum à Cæsare inchoatum hoc anno perficere,
ubi intellexit portum Iccium, unde commodissimus in Bri-
tanniam trajectus, aliaque loca, à Morinis, Menapiisque oc-
cupata, iter illud distulit; satis gavisus Britannos ad pacem pe-
tendam Legatos misisse. Componendis itaque rebus Gallicis
aliquot tempus impendit, bella civilia à decessu Cæsaris sub-
orta compescuit, rempublicamq; formavit. Sed & intra termi-
nos coërcuit imperium Romanorum, atque à parte quidem
Menapiorum, & Morinorum, eorum terminum statuit Legiam
sive Lisam flumen, cum Menapiis, Morinis, Centronibus,
164 Grudiis, Levacis, Pleumosiis, Gordunis pace facta; ibidem ca-
167 stella exstruxit: Teruanam, Castellum, sive Ariam, Minaria-
210 cum sive Stegram, Viroviacum, Tornacum. A parte verò
211 Advaticorum, atque Toxandrorum, postea Ripuariorum, limi-
212 tes constituit: Pontem Scaldis, Bavacum, Vogdoriacum, Ge-
213 miniacum, Perviciacum, Tongros, Trajectum ad Mosam. Ab
214 hisce Castris quicumque populi ad Oceanum inter Mosam
215 protendebantur, liberi ob Augusto relicti sunt, utpote extra
216 orbem Romanum constituti. Vnde Laetorum, & Francorum,
44 & Francorum Laetorum, vulgò Vryorum, & Vylatorum no-
52 men postea oriundum. Hosce terminos ita ab Augusto con-
283 stitutos esse, præter Itinerarium Augusti, convincit ipsa lin-
10 gua,

Christ. | V.C. | Fol.

gua, videlicet totâ Galliâ huc usque, inducta Romana, ac dein- 11
ceps ad oceanum usq; vetus Gallica relicta, eadem cum Flan- 12
drica hodierna, neque à Germanica vetere differens nisi dia- 20
lecto, unde, & Morini, & Menapii, & Toxandri, & Advatici, 237
&c. quamquam in Gallia siti Germanorum etjam vocabulo à 168
Romanis appellati sunt, atque hoc nomine custodiæ corporis 169
Augusti, aliorumque Imperatorum deputati. Pax ea limi- 394
tum appellata, multis annis duravit, qua inter se pacificos e- 395
tjam faciebant commeatus. Ad hunc annum etjam referen-
dum, quod ait Procopius, Tongris, postea etjam Toringis ap-
pellatis, intra Scaldim, Mosam, & Castra Romanorum ab Au-
gusto sedes permissas. Batavis, Caninefatibus, vicinisque popu- 213
lis, inter Mosam, & Rhenum, versus Oceanum, tum etjam sta- 216
tuit limites: Trajecto Mosæ, Coriovallum, Iuliacum, Coloniam 217
usque.

C. Cæs. Oct. Aug. VIII. T. Statilius Taurus. 25 728

Galliâ hac ratione pacatâ, Augustus in Hispaniam est pro- 164
fectus, M. Vinicium Galliæ præfectum relinquens. Agrippa, 169
quia nullam viam sternendam susceperat, septa dedicavit .i. 199
obices fluminum, & clausuras. *Dio.*

C. Cæs. Oct. Aug. XI. N. Iulius Silanus. 24 729

M. Vinicius Celtas quosdam punit, qui Romanos viros, in 170
ipsorum regionem commercii gratia ingressos, obtruncave-
rant; Dione teste, cui Celtæ sunt populi à Rheno ad Ocea- 162
num Britannicum extensi, dicti, & Germani inferiores, ut, & 163
alii intra Galliam etjam, Rheni fontibus propiores, dicti Ger-
mani superiores. Evidens verò est Morinos nostros, & Mena-
pios, censitos semper inter Germanos inferiores, prout hodie- 200
que appellantur. Agrippa cum uxore Iulia, filia Augusti, in 201
Gallia versatur, & vias militares lapide sternit, stratas inde 196
hodieque nobis appellatas. *Dio.* 306

C. Cæs. Oct. Aug. X. Norbanus Flaccus. 23 730

Bello Cantabrico exorto, Aquitani etjam tumultuantur, quos devincit Agrippa. Sed & Cæsar Astures, & Cantabros per L. Lamiam perdomuit, & per se Germanos, Salassosque; dehinc venit Narbonem. *Dio. Cassiod.*

C. Cæs. Oct. Aug. XI. Cn. Piso. 22 731

Augustus Lugdunum proficiscitur, & quia pax erat toto orbe Romano, bellum decernitur in Thracas, & Germanos Vltrarhenanos. Piso Consul, in Thracas movet, qui ab eo victi sunt, deinde etjam in Vindelicos. *Flor. Oros.*

Fol. | V.C. | Christ.

732 21 *M. Marcellus. L. Aruncius nepos.*

Augustus populo Romano tradit provinciam Narbonensem. *Dio.*

733 20 *M. Lollius. Q. Lepidus Æmylius.*

Gallia Lollio decreta, & Germania inferior, qui postea trans Rhenum, contra Germanos pugnans, cladem accepit anno V. C. 738. *Paterc. Dio.*

734 19 *M. Apuleius nepos. P. Sillius Nerva.*

197 Milliarium aureum ab Augusto Romæ constitutum, in quo incisæ viæ omnes Italiæ, deinde in totum orbem. Circa
199 hæc tempora Agrippa etjam milliarium constituit Lugduni, unde vias aperuit, unam in Aquitaniam, alteram ad Rhenum, Coloniam usque, tertiam ad Oceanum per Ambianos, quar-
198 tam in Narbonensem Galliam, & ad littus Massiliense. Lugduni quoque templum Augusto erectum. *Strabo.*

735 18 *C. Sentius Saturninus. Q. Lucretius Cinna.*

205 Dimensio orbis hoc anno absoluta est, quæ fuerat inchoata V. C. 710. Coloniæ urbis fundamenta jacit circa hæc tempora Agrippa. *Tac.* Postea dicendæ Agrippinæ, ab ejus filia, Germanici uxore. Augustus in Asiam profectus est, ac Tiberius Nero in Germaniam, cum Druso Claudio Nerone fratre. *Paterc.*

736 17 *Cn. Lentulus. P. Sentulus.*

201 Augusti & Agrippæ jussu, itineraria eduntur per totum
203 orbem, qui dimensus, in tabulis spectandus etjam, exhibetur
204 Romanis. Tiberius & Claud. Drusus, divisis exercitibus, Rhæ-
207 tos perdomant, & Vindelicos. *Paterc. Horat.*

737 16 *T. Furvins nepos. C. Iun. Sillanus.*

Cæsar, Caium, & Lucium nepotes suos, Agrippæ filios ex Iulia filia, adoptat. *Paterc.* Quintos ludos sæculares faciunt Cæsar Augustus, & Agrippa. *Horat.* Insidiis Romanorum Germani circumventi sub M. Lollio Legato, & graviter vexati, in eum arma parant, hominem pecuniæ, quam rectè faciendi cupidiorem. *Paterc.*

738 15 *L. Domitius Ahenobardus. P. Scipio.*

170 Sicambri, Vsipetes, Tencteri, Romanos quosdam captos
171 in crucem egerunt, seque, superato Rheno, effuderunt in Galliam; postea ultra Rhenum gravi clade afficiunt Lollium cum exercitu Romano. Accepta in Germania clades sub Legato M. Lollio,

M. Lollio, amissâ legionis V. aquilâ, vocavit ab urbe in Gallias Cæsarem. *Paterc.* Bellum Pannonicum conficit Tiberius Nero, qui de eo ovans triumphat. *Paterc.*

M. Drusus Libo. L. Calpurnius Piso. 14 739

Curâ Germanici belli Druso Claudio fratri Tiberii Neronis delegatâ, Augustus, in Gallia, censibus agendis, atque coloniis deducendis, intendit; tumultuantes ob eam rem plerasque civitates compescit; Germanos, qui Rhenum transierant, cædit. *Livius.* Drusus Sicambros domiturus, ultra terminos imperii in Gallia constitutos anno 727, in Batavorum insulam exercitum deduxit; unde, trajecto flumine, Sicambros est aggressus. Erant tum temporis & Batavi liberi relicti, ac confœderati Romanis, ut Menapii, Morini Cisscaldini, aliique Germani inferiores, inter Rhenum, & Boloniam. At quia vicini erant Germanis Vltrarhenanis, in quos bellum S.C. erat decretum, quia Romanos lacessiverant primi, deinde gravissimâ eos clade, Lollianâ superius dictâ, affecerant; necessarium Augustus judicavit, insulam, terramq; Batavorum, Romanis præsidiis distineri, quibus facilis esset, in Sicambros, Frisios, aliosque trans-Rhenanos excursus. Quare cum Batavis ita conventum, ut liberi quidem essent à tributo Gallico, neque lingu- 41
am Romanorum cogerentur admittere, fratresque, ac socii, & 42
amici P. R. dicerentur; sed tamen præsidia Romani exercitus, in castris ad id educendis, tolerarent, & viros, atque arma Romanis præterea subministrarent. Quod proximum libertati, aut saltem semilibertas censebatur. Viæ postea ductæ à Lugduno capite Germaniarum, Albinianis, Trajecto, Mauranitio, Grinnibus, Arenaco, Burginacio, Colonia Trajana, Veteribus, Calone, Novesio, Coloniam Agrippinam; item Mediolano, Sablonibus, Mederiaco, Teudurio, Coriovallo, Iuliaco, Tiberiaco, etjam Coloniam; cum ab Agrippa anno V.C. 727 tantum ductæ fuissent Trajecto Mosæ Coloniam usque. Vide & V. C. 734. Treveri Colonia Romanorum hoc anno facta. *Dio.*

M. Licinius Crassus. Cn. Cornelius Lentulus. 13 740

A Cæsare Augusto, & Druso, castra ubique, ab oceano ad 171
Rhenum, intra terminum Gallicum, construuntur. Licinius 172
Gallus præficitur Galliæ, qui ut erat oppidò avarus, eò ma- 219
litiæ pervenerat, ut quoniam singulis mensibus tributum erat 213
Gallis pendendum, quatuordecim definiret anni menses. Qua- 225
re ab Augusto ad agendos Galliæ census submittitur Drusus. *Dio.* Senatusconsultum factum, ne homo immolaretur, quod in Gallia fiebat apud Druidas. *Plin. lib.30. cap. 1.* Suet. civibus tantum interdictam scribit Druidarum religionem in Claudio 25.

Tiberius

Fol. | V.C. | Chriſt.

741 12 *Tiberius Nero. Quintilius Varus.*

172 Biennio in Gallia exacto, in Hiſpaniam Auguſtus, atque
inde Romam profectus eſt, poſtquam magnam à Gallis pecu-
231 niam accepiſſet, libertatem, ac jus civitatis aliis dediſſet, a-
233 liis ademiſſet; Druſo in Gallia, atque Germania inferiore re-
235 licto. *Dio.*

742 11 *M. Valer. Meſſalla Corvinus. P. Sulp. Quirinus.*

209 Obit M. Agrippa poſt expeditionem in Pannoniam ſuſceptam. Iuliam Auguſti filiam Agrippæ viduam uxorem ducit Tiberius, fitque gener Auguſti, poſt repudiatam juſſu Auguſti Agrippinam, M. Agrippæ, & Marcellæ filiam, è qua natus ei fuerat Druſus, fraude Sejani poſtea veneno necatus. *Tac.*

743 10 *Q. Ælius Tubero. Paul. Fabius Maximus.*

173 Tiberius bello Pannonico finem imponit. Druſus ſecun-
174 dum inſulam Batavorum Rhenum tranſgreſſus Vſipetas do-
mat, ut, & Tencteros, Cattos, Marcomannos, Suevos, Sicam-
bros; item Friſios, ſecundo Rheno in Oceanum ſeptemtrio-
nalem, Romanorum primus devectus; item Chaucos. *Flor.* Tum,
& Cheruſcos, Lupiæ fluminis ripis ponte junctis, ad Viſur-
gim uſque. Vbi caſtella condi jubet, ut, & in ripis Rheni,
82 & Moſæ, viciniſq; locis, ad quinquaginta, atq; inter alia, Dru-
174 ſoburgum, ad foſſam, ab eo dictam Druſianam. Erecta verò
173 ſunt caſtella illa, non adverſus Vltrarhenanos tantùm, ſed & ad-
175 verſus Batavos, & Menapios, & Toxandros, ſibi tum confœde-
ratos, ſi fortaſſe fœdus rupiſſent.

744 9 *Iulius Antonius. Q. Fabius Max. Africanus.*

Cæſar Auguſtus in Lugdunenſi Gallia plerumque verſa-
tur. *Dio.* Druſus Chattos pro parte ſubigit; Chattorum, Sue-
vorum, Sicambrorum pars, juſſu Auguſti, per Druſum, in Gal-
liam tranſducta eſt. *Dio. Suet.* Tiberius, & Druſus Lugduni,
cum Auguſto conveniunt, & Galliæ, Germaniæque negotiis
agitatis, Romam unà ſunt profecti. Lugduni Druſo naſcitur
Claudius poſtea Imp. ex Antonia matre, Antonii III viri, &
9 Octaviæ filia, fratre Germanici. Ara quoque ibidem Auguſto
10 dicatur. Druſus Germanicus appellatur. *Dio. Suet. Tac. Strabo.*

745 8 *Druſus Nero Germ. L. Quintius Criſpinus.*

173 Auguſtus cum Tiberio redit in Galliam Lugdunum, Druſuſq; in Bataviam, unde per Chaucos ad Albim uſque perrexit, ubi, & caſtella quædam excitavit. *Flor. Liv. ep.* 139. Cum Druſo inter primores pugnaverunt Senectius & Annectius Tribuni

buni civitatis Nerviorum. (id est Tornacensis, alii enim Nervii maritimi liberi fuêre.) Drusus ex fractura, equo super crus ejus collapso, xxx. die, quam id acciderat, mortuus est; corpus à Tib. Nerone fratre, raptim occurrente, Romam revectum, & in C. Iulii tumulo conditum est. *Epitome Livii* 139. 140. 204

C. Asinius Gallus. C. Martius Censorinus. 7 746

Tiberius bellum in Germanos prosequitur. *Dio.*

Tiberius Nero II. Cn. Piso II. 6 747

Tiberius Romæ triumphat de Germanis, tum nomine proprio, tum nomine fratris sui Drusi Neronis. Quò facit nummus ille apud Occonem anni 746. fol. 55. cum hac inscriptione: DRVSVS CLAVDIVS AVGVSTVS, ubi ab altera parte sunt quadrigæ triumphales, cum his litteris: EX S. C.

D. Lælius Balbus. C. Antistius Vetus. 5 748

Redit Tiberius post triumphum in Germaniam inferiorem, quam ubi pacatam reperit, ut, & Germaniam magnam; non ferens iniquos mores uxoris suæ Iuliæ, Augusti filiæ, Rhodum secessit. *Suet. Paterc.*

C. Aug. Cæsar XII. L. Sylla. 4 749

Pax orbi parta per Augustum. *Flor.* 366

C. Calvisius Sabinus. L. Passienus Rufus. 3 750 208

Ianus Geminus clauditur anno ab V. C. septingentesimo quinquagesimo, inquit *Florus circa finem*, ubi perperam quinquagesimo in plerisque codicibus omittitur. 207

C. Lentulus. L. Messala. 2 751

Augustus toto orbe singularum provinciarum censum agi vult. Quin, & censeri omnes homines jussit *Osor.* Civium Romanorum, tum censa quadragies centena millia. *V. Lips. in Tac.* 178. 207

Imp. Cæs. Oct. Aug. XIII. M. Plautius Sylvanus. 1 752

Nascitur CHRISTVS IESVS in fine hujus anni, postquam exiit edictum à Cæsare Augusto, ut describeretur universus orbis. *D. Lucas Evangelista.* 206

Anno Christi

Cornelius Lentulus. C. Calpurnius Piso. 1 753

Bellum oritur in Germania inferiore, & Transrhenana, rebellantibus Caninefatibus, Attuariis, Bructeris, Cheruscis, Chaucis, Marcomannis, reliquisque, ad Visurgim usque, & Albim,

Vicinio Gallo tùm Præside Galliarum. Item in Parthia & Armenia adversus Regem Parthorum Phraatem. Quò mittitur Caius Iulius Augustus, Agrippæ filius, & Iuliæ filiæ Augusti, ab Augusto adoptatus anno V. C. 737. *Paterc.*

754 2 *Caius Iulius F. Aug. Paulus Æmilius.*

Lucius Caii frater missus in Galliam adversus Germanos rebellantes, in itinere obit Massiliæ. *Suet*

755 3 *C. Vinicius nepos. P. Alphenus Varus.*

Caius Iulius Augustus pace cum Phraate Rege Parthorum facta, Armeniam ingressus, in urbe Lyciæ (Limyram nominant) morbo è vulnere orto, defungitur. *Paterculus. Suetonius:* ,, Caium & Lucium in duo de viginti mensium spatio amisit ,, ambos, Caio in Lycia, Lucio Massiliæ defunctis. Iuvenibus hisce fortissimis belli ducibus extinctis, Cæsar Augustus Rhodo Tiberium evocavit, ad bellum Germanicum. *Paterc.*

756 4 *Ælius Lamia. Servilius Geminus.*

Rhodo (ubi octo annis egerat, ab V. C. 748.) *Tiberius redit, Lucio & Caio defunctis.* Ita Dio, quem sequor. Aliter Paterculus lib. 2: *Post Lucii mortem, adhuc Caio vivo, incredibili* Vrbis *lætitiâ.* Adoptatur ab Augusto Tiberius, ut, & ipse Germanicum, ex fratre Druso nepotem, adoptaret. ,, Revertitur Tiberius in Germaniam, ubi ante triennium sub M. Vinicio Galliarum præfecto exarserat bellum. *Pater.*

757 5 *Ælius Catus. Saturninus Sentius.*

A Tiberio, ut ait Paterc. lib. 2: ,, Intrata penitus Germania, subacti Caninefates, Attuarii, Bructeri, recepti Cherusci. Qui videlicet antea devicti fuerant à Druso. Subdit: ,, Et amnis, mox nostrâ clade nobilis, transitus Visurgis.

758 6 *Cn. Com. Cinna. L. Volusius Valerius.*

,, Receptæ à Tibero Cauchorum regiones, fracti Longobardi, ad quadringentesimum milliarium, à Rheno, usque ad ,, flumen Albim, Romanus cum signis perductus exercitus, ,, & classis, quæ Oceani circumnavigaverat sinus, ab inaudito, ,, atque incognito ante mari, flumine Albi subvecta, plurimarum gentium victoriâ, exercitui, Cæsarique se junxit. *Paterc.* At planè adulatoriè, nam triumphati magis sunt Germani, quam victi, ut loquitur Florus.

759 7 *M. Æmilius Lepidus. L. Aruntius nepos.*

Germanicus Tiberii ex fratre Druso nepos, mittitur ab Aug. ad promovendum cum Tiberio bellum Germanicum. *Dio. Paterc.*

Chriſt. | V.C. | Fol.

Dio. Paterc. Cum Marcomannis, eorumque Duce Maraboduo pax facta, Boiohæmi quoque, & Pannones bello fracti in pace recepti ſunt, ſubacti Dalmatæ, &c. de quibus multis Paterculus.

Lucil. Nerva Silanus. Q. Cæcil. Metell. Creticus. 8 760

Quintilius Varus è Syria vocatus ad Rhenum, à Tiberio opponitur Arminio Regi Germanorum. *Paterc.* Eorum videlicet, qui nunc Saxones appellantur, ut putat Gordonus.

M. Furius Camillus. Sext. Nonius Quirinus. 9 761

Clades ſumma Quintilii Vari, in prælio adverſus Arminium, trucidatarum legionum trium, totidem alarum, & ſex cohortium. *Paterc.* Signa & aquilas duas adhuc Barbari poſſident. *Flor.* Vnde quidam duplicis aquilæ originem trahunt apud Germanos.

Q. Sulpitius Camerinus. Q. Pompeius Sabinus. 10 762

Hac clade factum, ut imperium, quod in littore Oceani non ſteterat, in ripa Rheni fluminis ſtaret. *Flor.* Tiberius venit in Germaniam, Gallias confirmat, diſponit exercitus, præſidia munit, ultra Rhenum cum exercitu tranſgreditur; Arminio territo, quem arcuiſſe patriâ contenti erant; vaſtat agros, atque incolumi omnium, quos tranſduxerat, numero, in hiberna revertitur. *Paterc.* Itaque, neque Arminius victoriam proſecutus eſt, neque Tiberius Arminium valdè infeſtavit, Rhenum imperii terminum relinquentes.

P. Dolabella. C. Syllanus. 11 763

Belgæ quidam auditâ clade Varianâ rebellionem parantes, reprimuntur à Lucio Aſprenate. Tiberius apud Batavos ſe continet in hibernis cum exercitu Romanorum. *Tac. Paterc.*

M. Æmilius Lepidus. T. Statilius Taurus. 12 764 153 154

Tiberius arma, & viros à Batavis accipit in Germanos. 41

Tib. Iulius Tiberii F. Germanicus Cæſ. C. Font. Capito. 13 765 42

Tiberius in Vrbem regreſſus, triumphum egit, antea dilatum ob cladem Varianam, de Pannonia & Illyrico ſubactis. Tiberius in Illyricum mittitur; Germanicus in inferiorem Germaniam; ubi octo legionibus imponitur. *Suet. Tac.* Erat Germanicus Neronis, Claudii Druſi Germanici filius, & Antoniæ Auguſtæ, Tiberii ex fratre Druſo nepos, adoptatus à Tiberio, pater Cai, qui hoc anno in Germania inferiore natus ex Agrippina M. Agrippæ, & Iuliæ Aug. F. filia; nam alia fuit Agrippina prima Tiberii uxor, de qua ſupra ad an.

 V.C. 742.

Fol. | V.C. | Christ.

V. C. 742. *Suet.* Iuvenali Caius dicitur: *Fonteio Consule natus.* Et Tacito: *In castris genitus.* Coloniæ credunt plerique, ubi
217 Agrippina frequenter versata. Ara ibidem refertur exstructa
218 ob puerperium Agrippinæ, quæ & Agrippinam genuit matrem Neronis.

766 14 *C. Iulius Silanus. Munacius Plancus.*

Bellum decernitur adversus Germanos, abolendæ magis infamiæ, ob amissum, cum Quintilio Varo, exercitum, quam cupidine proferendi imperii. *Tac.*

767 15 *Sextus Pompeius. Sextus Apuleius.*

Augustus testamento condito moritur. *Suet. Dio.* Imperii an. quinquagesimo sexto semis, ut ait Cassiodorus. Huic successit in imperium Tib. Cæsar, qui imperavit annos viginti tres. *Cass.* Excessu Augusti nuntiato, legiones universas ad Rhenum, Tiberium recusantes, Germanicus compescuit, atque hoste mox devicto, triumphavit. Consul deinde iterum creatus. *Suet. in Caio.*

768 16 *Drusus Germanicus Cæsar. C. Norbanus.*

Decernitur Germanico triumphus, manente bello. *Tac.* Videlicet adversus Arminium, quod describit Tacitus Annal. ubi legas, sextum post cladis annum, visa trium legionum ossa, in Teutoburgiensi saltu, ad oppidum, hodie quoque à victoria, **Winfelt**, appellatum. *Lips. ad Tacitum.* De Germanis victis à Germanico, ita Strabo lib. 7: „Pœnas dederunt omnes, & triumphum pulcherrimum Germanico Cæsari, quo „ducta illustria captivorum, captivarumque corpora, ut Se„gimundus Segestis filius, Cheruscorum Dux, ejusque soror, „uxor Arminii, qui bello præfuerat, apud Cheruscos, in ex„peditione contra Varum. At triumphus hîc accidit demum duobus post annis. A. Vitellius L. filius, postea, Imp. nascitur. *Suet.* Nota Drusum hunc Germanicum Consulem, fuisse Tiberii & Agrippinæ filium, alium verò Germanicum, in Germania victorem, Tiberii ex Druso fratre nepotem.

769 17 *Sisenna Statilius Taurus. L. Scribonius Libo.*

Publius Vitellius & Scantius mittuntur ad census Galliarum. Silius Anteius, & Cæcinna apud Batavos fabricandæ classi præponuntur. *Tac.* Germanicus classe ingreditur fossam Drusianam, sic appellatam à patre suo Druso, inde in Oceanum, Amisiam usque. Vincit Bructeros, Cheruscos, Chaucos, Cattos, & Angrivarios. *Tac.* Moventur in Romanos Orientis regna, quod gratum Tiberio, ut eâ specie Germanicum suetis legionibus abstraheret, novisque provinciis impositum, casibus objectaret, quare eum è Germania ad triumphum evocavit. *Tac.*

L. Pom-

L. Pomponius Falco. C. Cecilius Rufus. 18 770

Germanicus Cæſar ad Cal. Iunias triumphavit de Cheruſcis, Cattis, & Angrivariis, quæque aliæ nationes, uſque ad Albim colunt. *Tac.* V. & Strabonem paulò ante. Ovidius ad Germanicum: „ Quaq; ibis, manibus circumplaudere tuorum,
„ Vndique jactato flore tegente vias.

Tiberius Aug. III. Germanicus II. 19 771

Germanico in Orientem miſſo, Druſus Germanicus Conſul anni 768, in Illyricum primò, dein in Germaniam venit.

M. Silanus. M. Norbanus. 20 772

Druſus ad diſcordias Germanos inlicit, ut videlicet ita vires eorum frangat. *Tac.* Gothones Duce Catualda contra Maraboduum, & Marcomannos, pugnant. Maraboduus in fugam actus, ad Tiberium Aug. ſcribit, qui ei Ravennæ in Italia ſedem permiſit. *Tac.* Arminius quoque occiſus à ſuis. Germanicus in Syria moritur. Sedes curules ei Romæ ſtatutæ, & ludi Circenſes; arcus item Romæ erecti, ut, & ad ripam Rheni. *Tac.*

M. Valerius Meſſala. M. Aurelius Cotta. 21 773

Druſus ovans Romam ingreditur. *Tac.*

Tiberius Cæſ. IV. Druſus Cæſ. II. 22 774

Galliarum civitates ob magnitudinem æris alieni rebellionem cœptavere, cujus exſtimulator, inter Treviros, Iulius Florus; apud Æduos, Iul. Sacrovir. *Tac.* Provinciales, & oppida, cum tributis gravibus premerentur, pecuniam mutuam capiebant à divitibus Romanis, idque grandi fœnore, unde hæc querela. *Lipſius in hunc locum.* A Viſellio & Silio fuſi rebelles Galli. *Tac.* Romæ rumor, non Treviros modò, & Æduos deſciviſſe, ſed, & quatuor, & ſexaginta Galliarum civitates. Quare Tiberius ſimulat iter in Galliam, ſed à Senatu cohibetur. *Tacitus.*

Sulpitius Galba. Aterius Agrippa. 23 775

Druſo rixæ intercedunt cum Sejano, qui favore Tiberii ad dominationem aſpirat. *Tac.*

C. Aſinius Pollio. C. Antiſtius Vetus. 24 776

Druſus, procurante Sejano veneno ſublatus, publicè funeratur. *Tac.*

Cornelius Cethegus. Viſellius Varro. 25 777
M. Aſinius Agrippa. Coſſus Corn. Lentulus. 26 778

Fol. V.C.	Christ.	
779	27	*Calvisius Sabinus. Cn. Getulicus.*
780	28	*L. Calpurnius Piso. Marcus Crassus.*

His Coss. Romæ dominatur Seianus, universæ soboli Germanici insidias struens, omnia ei Tiberio permittente. *Tac.* In Gallia, ac Germania, omnia pacata, Luc. Apronio Præside Germaniæ inferioris. *Tac.*

781	29	*Iulius App. Syllanus. P. Silius Nerva.*

Frisii, Transrhenanus populus, pacem exuêre; tributum iis Cæsar jusserat modicum, ut in usus militares coria boum penderent, ad scuta videlicet, & tentoria militum, at Romani primò boves ipsos, mox agros, postremò corpora conjugum, aut liberorum servitio trahebant, hinc ira, & quæstus, & postquam non subveniebant, remedium in bello, rapti qui tributo aderant, & patibulo affixi. L. Apronius vexilla legionum, peditumque, & equitum auxiliarium delectos, accivit, atque utrumq; exercitum Rheno devectum Frisiis intulit; Frisii acriter resistunt, nongenti Romanorum, ad lucum, quem Baduhennæ vocant, confecti sunt &c. Clarum inde inter Germanos Frisiorum nomen; dissimulante Tiberio damna, ne cui bellum permitteret. *Tac.* Sanguinius Maximus suffectus Consul mittitur in Germaniam inferiorem. *Tac.* Ala Caninefas, & pedites Germani, inter Romanos merent. *Tac.*

782	30	*C. Rubilius Geminus. C. Fusius Geminus.*
783	31	*M. Vinicius Quartinus. L. Cassius Longinus.*
784	32	*Tib. Cæsar V. L. Ælius Seianus.*

Mortuâ Liviâ, Agrippina cum filiis Nerone & Druso, per sententiam relegata, cum Seiani potentia jam ad summum devenisset; ipse detectâ cupidine imperii pervertitur, cum prolium, & amicorum strage. *Tac.*

785	33	*C. Domitius Ahenobarbus. M. Furius Camillus.*

His Coss. Dominus noster Iesus Christus passus est VIII. Cal. April. & defectio solis facta est, qualis, ante, vel postmodum nunquam fuit. *Cassiod.*

786	34	*Sulpitius Galba, Sylla.*
787	35	*P. Fabius Persicus. L. Vitellius.*
788	36	*C. Cestius Gallus. Servilius Nonianus Rufus.*

Germani hisce annis intrant subinde Gallias, easque vastant, quod à Tiberio neglectum. *Plin. lib. 30. cap. 1.*

Sext.

Sext. Papinius Gallienus. Q. Plautius Lelianus. 36 789

Tiberius sustulit Druidas, Gallorum Sacerdotes. *Plinius lib. 30. cap. 1.*

Cn. Acerronius Proculus. Cn. Pontius Nigrinus. 38 790

His Coss. Tiberius Imp. in Campania moritur; successit Caius Cæsar, cognomento Caligula, qui regnavit tribus annis & mensibus X. dies IX. *Onuph.* natus anno V. C. 765. v. suprà. Sed, & Tiberius, & Caius, Germanos inferiores, .i. Menapios, Morinos, Nervios Maritimos, Grudios, Batavos, &c. habent pro corporis sui custodibus. Nero nascitur patre Domitio Ahenobarbo, matre Agrippinâ, Germanici filiâ. *Gland.*

Caius Germanici F. Apronius Casianus. 39 791

Germaniæ populi, post auditam Tiberii mortem, invadunt inde Pannoniam, & Mœsiam, hinc Galliam incurrunt. *Dio.* Et Frisii in rebellione perseverant, ut & Chauci. *Tac.* Adversus quos, præsidia ampliùs muniuntur. Sed, & Frisiis malefidis, agri à Corbulone præscribuntur, pace cum iis factâ, & obsidibus acceptis. *Tac.*

Aquil. Iulianus. Nonius Asprenas Torquatus. 40 792

Caius ingentem parat classem, ut, vel sic terrori esset Frisiis Germanis, omnibusque Barbaris, Rom. Imperium infestantibus, sed totus hîc apparatus in nihilum recidit. *Suet. Dio.* Quasi perpetraturus bellum, directâ acie stans in litore Oceani, apud Batavos, ballistis, machinisqus dispositis; repente militibus, ut conchas legerent, galeasque, & sinus replerent, imperavit, spolia Oceani vocans, Capitolio, palatioque debita; & in indicium victoriæ, altissimam turrim excitavit, è qua, ut ex Pharo, noctibus, ad regendos navium cursus, ignes emicarent. Sed, & deficiente belli materiâ, paucos, de custodia, Germanos trajici, occulque, trans Rhenum jussit, ac sibi post prandium, quam tumultuosissimè adesse hostem, nuntiari; quo facto proripuit se cum amicis, eosque, ut participes victoriæ, coronis donavit, Solis, Lunæ, Siderumque, specie. *Suet.* Sed, & præcepit triremes, quibus introjerat Oceanum, magna ex parte, itinere terrestri, Romam devehi. *Suet.*

C. Iul. Aug. Germanicus III. sine collega. 41 793

Caius bellum contra Germanos suscepit, & ingressus Sueviam nihil strenuè fecit. *Eutr.* Edidit in Gallia Lugduni ludos miscellos. Adminio Cinobellini Britannorum Regis filio, à patre insulâ pulso, in deditionem recepto, quasi universâ insulâ traditâ, sibi voluit applaudi. *Suet.* Tale monstrum nunquam terra tulit. *Seneca.*

Fol. | V.C. | Christ.

794 42 *Iul. Cæs. Germanicus IV. Sentius Saturninus.*

Caius exitum habuit vitâ dignnm, XXX vulneribus à suis confossus. *Suet.* Succedit Claudius annos XIII. menses VIII. dies XXVIII. *Cassiod.* Natus Lugduni in Gallia anno V. C. 744.

795 43 *T. Claudius Drusi F. II. Licinius Cæcinna.*

Sulpitius Galba, & P. Gabinius administrant Germanias Chisrhenanas, in iisque octo legiones. Item Sanguineus Maximus. *Tac.*

796 44 *T. Claudius III. L. Vitellius. II.*

179 Claudius à Massilia Boloniam terrâ proficiscitur, partem
181 insulæ in deditionem accipit, auxiliis præsertim, Menapiorum,
182 Nerviorum maritimorum, Morinorum, Grudiorum, &c. Sexto mense Romam redit. *Suet.*

797 45 *Q. Crispinus. Statilius Taurus.*

180 Claudius celebrem triumphum egit de Britannis, quos nullus Romanorum post Iul. Cæsarem attigerat. *Eutrop. Suet.* Addit *Cassiod*: „ Orcadas insulas Romano adjecit imperio. Claudii filius ex Messalina Britannicus dictus. *Tac.*

798 46 *Vinucius Quartinus. Statilius Corvinus.*

Vespasianus, Cn. Sentius, Aulus Plautius, alteri Britanniæ parti subjiciendæ populo Romano intendunt. *Eutr. Suet. Tac.*

799 47 *C. Valer. Asiaticus. M. Valer. Messalla. Al. Iun. Silanus.*

Cheruscis Regem petentibus, Italus è Regia Cheruscorum stirpe Româ mittitur. Frisiis infensis à Corbulone agri assignantur. Sanguinii Maximi morte alacres Chauci incursant oram Galliarum, & inferiorem Germaniam, Duce Ganasco Caninefate, auxiliari antea Romanis, nunc transfugâ. Eo occiso magis irritati Chauci. Adversus quos Corbulo dum castra in hostili molitur, Claudius novam in Germanias vim prohibet, referri præsidia cis Rhenum jubet. *Tac.*

800 48 *T. Claudius IV. L. Vitellius III.*

Corbulo ne miles otium exueret, inter Mosam, Rhenumq; trium & viginti millium spatio, fossam perducit, qua incerta Oceani vitarentur. Deinde triumphi insignia ei concessa, quamvis bellum negatum. *Tac.*

801 49 *A. Vitellius. L. Vipsanius Publicola.*

Primores Galliæ Comatæ civitatem Rom. assecuti, jus adipiscendorum in urbe honorum expetunt. Ædui adipiscuntur. *Tac.*

C. Pompeius Longinus Gallus. Q. Veranius Latus. 50 802

Pactum matrimonium inter Claudium, & Agrippinam fratris ejus Germanici filiam; Neronis matrem. Senatoribus Galliæ Narbonensis datum, absque S. C. res suas invisere. *Tac.*

Antistius Vetus. M. Suillius Rufus Servilianus. 51 803

Domitius Nero à Claudio adoptatur, agente Agrippina, præterito Britannico, Claudii filio ex Messalina. Nero Senecæ datur educandus. *Tacit.* Agrippina in oppidum Vbiorum, ubi genita, Coloniam deducit, cui nomen inditum ex vocabulo ipsius. *Tac.* Agrippa Vbios Rheno transgressos in fidem acceperat anno V. C. 717. Catti latrocinantes à L. Pomponio, Legato Vangionibus & Nemetibus, cæduntur. *Tacitus. Sueton.* Vannius Suevorum Rex, bello pulsus. P. Ostorii proprætoris Britanniæ victoria de Rege Caractaco. *Tac.*

T. Claudius. V. Ser. Corn. Scipio Orfitus. 52 804

Claudius Druidas, Romanis antea per Augustum, & Tiberium, interdictos, totâ Galliâ sustulit. *Suet. Plin. lib. 30. cap. 1.* Romani agmen habent sociorum (.j. Morinorum, Menapiorum, Nerviorum, Batavorum) in Britannia. *Tac.*

P. Corn. Faustus Sylla. Q. Salvius Otho. 53 805

Dum Silures in Britannia summâ pervicaciâ Romanis resistunt, moritur tœdio Ostorius. Cui A. Didius à Claudio sufficitur. *Tac.*

D. Iunius Silanus. Q. Haterius Antoninus. 54 806

Sedecim annos natus Nero, Octaviam Claudii Cæsaris filiam in matrimonium accipit. Idem Germanorum Legatos in orchestra sedere permittit. *Tac. Suet.*

M. Asinius Marcellus. M. Acilius Aviola. 55 807

Claudius obit boleto ei ab Agrippina porrecto, conscio Nerone, qui succedit. *Tac.* Regnat autem Nero, ut ait *Cassiod.* annis XIII. mensibus VII. dies XXXVIII. Sic & *Onuph.*

Imp. Cl. Nero. L. Antistius Vetus. 56 808

Nero Britannicum Claudii filium veneno tollit. *Tac.*

Q. Volusius Saturnius. P. Corn. Scipio. 57 809

Veranius in Britannia intra annum extinguitur; successor mittitur Suetonius Paulinus, ubi biennio res prosperas habuit. *Tac. in vita Agricolæ.*

Fol. | V.C. | Christ.

810 58 *Nero II. Calpurnius Piso.*

Suetonius Paulinus expleto biennio in Galliam redit. *Tac.*

811 59 *Nero III. Valer. Messala.*

175 Quietæ ad id tempus res ad Rhenum, ubi exercitibus præerant Paulinus, Pompeius, L. Vetus. Paulinus inchoatum ante tres, & LX. annos à Druso aggerem coërcendo Rheno absolvit. Vide V. C. 743. quo credibile hunc aggerem inchoatum à Druso, haud multò post defuncto. Vetus Mosellam, atque Ararim connectere parat, ut copiæ per mare, dein Rhodano & Arare, subvectæ per eam fossam, mox fluvio Mosella in Rhenum, exinde in Oceanum decurrerent. Verùm id prohibuit Ælius Gracilis Belgicæ legatus. Frisii sedes juxta Rhenum figere conati, pelluntur ab equite Romano, quare Verritus & Malorix Romam tendunt. *Tac.* Catti sternuntur ab Hermanduris; Ansibarii Frisiorum agros occupantes Duce Bajocolo, à Romanis cæduntur. *Tac.*

812 60 *C. Vispanius Publicola. L. Apronius Fonteius Capito.*

Nero matrem Agrippinam fastidit, deinde interficit. *Tac.*

40 813 61 *Nero IV. Cossus. Corn. Lentulus.*

41 Nero quinquennalia Romæ celebrat, ludosque olympios; in furias agitur. *Suet. Tac.*

814 62 *C. Cæsonius Petus. C. Petronius Turpilianus.*

In Britannia clades accepta, dum exercitus Monam insulam intrat. Provincia penè amissa, nisi Suetonius Paulinus accurrisset. Census per Gallias à Q. Volusio, & Sext. Africano, Trebellioque Maximo acti sunt. *Tac.*

815 63 *P. Marius Celsus. L. Asinius Gallus.*

Nero Poppææ jungitur, Octaviam uxorem dimittit, cujus deinde exulis caput amputatum, traditur Poppææ. *Tac.*

816 65 *C. Memius Regulus. Virginius Rufus.*

Poppæa Augusta appellatur, ut, & filia ei nata. *Tac.*

817 65 *C. Lecanius Bassus. M. Licinius Crassus.*

Incendium Romæ spectat Nero è turri Mecænatica, scenico habitu excidium Troiæ Homericum decantans. Ardent ædes Deorum, Punicis, & Gallicis bellis votæ, dedicatæque. *Tacitus. Suet.*

818 66. *P. Silius Nerva. C. Iul. Atticus Vestinus.*

Senecæ, à Nerone, & Poppæa, mors indicitur; ipse, uxorque ejus

ejus, venas sibi pariter incîdunt. Exstinctus, & jussu Neronis Lucanus Poëta. *Tac.* Nero ictu calcis Poppææ quoq; mortem infert. Lugduni combustæ cladem, quadragies sestertio solatur *Tac.* Vsta ea fuerat anno V. C. 811. *Lips. in Senec. ep.* 91.

C. Suetonius Paulinus. L. Pontius Telesinus. 67 819

L. Fonteius Capito. C. Iulius Rufus. 68 820

Hisce annis Galliarum magna pars è Nerone deficit. Iulius Vindex Galliæ præfectus contra Neronem insurgit, atque ad Galbam in Hispania agentem scribit ex Aquitania, imperium capesceret, seque, valido corpori caput quærenti, imponeret; Galliæ nimirum, quæ C. hominum millia in armis haberet, & armare plura posset. Cunctante Galba Virginius Rufus, in Gallia Germanicarum legionum præfectus (conflatarum videlicet è Menapiis, Morinis, Grudiis, Gordunis, Nerviis, Batavis, Tungris, Caninefatibus, Treviris, Vbiis, &c. Cisrhenanis, non verò è Germanis Transrhenanis, quibus nullo modo fidebant Romani) auditâ defectione Vindicis, in eum movet, & ad ineundam pugnam compellit, in qua Vindex, XX Gallorum millibus amissis, mortem sibi conscivit. Quod intelligens Galba, Virginium per litteras hortatus est, ut sibi socium se adjungeret, in libertate, imperioque Romanis conservando. *Plut. Suet.* Ob hanc victoriam Germani plurimi cisrhenani civitate Romanâ donati sunt, Galliarum quoque urbes aliquæ Romanis fidæ, quartâ tributorum parte levatæ. *Tac.* Ex Senatus consulto; nam Nero, intellecto Vindicis defectu, dixisse fertur; prudenter Vindicem egisse, quod Galbæ summam rerum detulerit, nec se quidquam motus Gallicos curare. *Plut. in Galba.*

C. Silius Italicus. M. Valer. Turpilianus. 69 821

Nero, & Hispaniarum defectione auditâ, credens se à Senatu ad pœnam quæri, in fuga se interficit, succedit Galba mensibus VII. *Cassiod.*

Serg. Galba II. T. Vinius Rufinus. 70 822

Ad inferioris Germaniæ legiones, quæ diu, sine consulari fuerant, missus à Galba Vitellius; superioris verò, alium Imperatorem flagitarunt. Quo audito Pisonem adoptat Galba, cum gravi Othonis offensa. *Tac.* Germanam cohortem à Cæsaribus olim ad custodiam corporis institutam, multisque experimentis fidelissimam dissolvit. *Suet.* Nec multò post, & Galba, & Piso, factione Othonis, trucidantur. Othoni Imperatori acclamato, æmulus statim, & hostis Vitellius exoritur, quem Germanicæ legiones Imperatorem assumunt, atque in Italiam

properant adversus Othonem; Ducibus: Valente, Fabio, & Alieno Cæcinna; sed, & Othonis copiæ, cum classe in Galliam Narbonensem irrumpunt. Terrâ etjam exercitum producit, quo victo apud Bedriacum, Otho sibi quoque manus infert. *Tac.* Cum imperasset mensibus tribus, diebus quinque, ut vult *Cassiod.* Pòst Vitellius regnavit mensibus VIII. die uno. *Cassiod.* Fuerunt, & dissidia inter cohortes inferioris Germaniæ, dum aliæ Galbæ, aliæ Vitellio student. Pars Galliarum, quæ Rhenum accolit, Vitellii partes secuta, acerrima erat instigatrix adversus Galbianos, hoc enim nomen fastidito Vindice indiderant. *Tac. lib. 1. hist.* Vbi apud Lingones dicuntur VIII. Batavorum cohortes; & Iulius Civilis præpotens inter Batavos vocatur, &c. Tum Vespasianus à Syriacis legionibus coactus imperium capescere, præmittit, qui Romam occupent, à quibus Vitellius est occisus. *Id.*

823 71 *Imp. Fl. Vesp. II. Titus F.*

Treviri, & Lingones, pluresque Galli, à Romanis deficiunt, magnâ legionem parte in Italia consumptâ. Batavi quoque Duce Civile; qui, à Druso victi, quamquam non nisi arma, & viros Romanis subministrare cogebantur, id servitutem appellabant; unde Civilis in concione ad Treviros: *Ausos, aut libertas sequetur, aut victi, iidem erimus.* .j. victi, ut ante. At Menapii, Morini, viciniique, perstant in Romanorum fide, eisque contra Batavos auxiliantur. Quare mittit Civilis, qui Menapios, & Morinos, & extrema Galliarum quaterent. *Tac. lib. 4.* Vbi latè Batavorum defectio describitur, & pugnæ subsecutæ, quas excepit pax, ut colligitur ex *l. 5. fragmento.* Tacitus eques Procu-
176 rator datus Galliæ Belgicæ, rationes Imp. Vespas. administrat.
178 *Plin. l. 7. c. 16.* Vespasianus regnat annos IX. menses VI. *Onuph.*

824 72 *Imp. Fl. Vesp. III. & Cocceius Nerva.*

Vespasianus, & Titus Romæ triumphant de Iudæis. Iano sextùm clauso, aggreditur Vespasianus constructionem templi pacis. *Iosephus.*

825 73 *Imp. Fl. Vesp. IV. Fl. Titus II.*

Sexcenta millia Iudæorum publicè venundantur. *Cassiod.* Vndecies centena millia fame, & gladio periisse, tradit *Iosephus.*

826 73 *Fl. Domitianus. Valerius Messalinus.*

Alani incursionibus vastant Orientem. *Suet.*

827 74 *Imp. Fl. Vesp. V. Fl. Titus III.*

Petilius Cerealis, qui pro Romanis adversus Civilem, & Batavos pugnaverat, pace factâ cum cohortibus Germanorum, in Bri-

Christ. | V.C. | Fol.

in Britanniam proficiſcitur, ubi Briganticum urbem capit. *Tacitus in vita Agric.*

Imp. Fl. Veſp. VI. Fl. Titus IV. 76 828

Silures in Britannia rebellantes revocantur ad Romana ſigna à Iulio Frontino. *Tac. in vita Agric. Suet.*

Imp. Fl. Veſp. VII. Fl. Titus V. 77 829

Naſcitur Hadrianus 24. Ian. poſt Imp. *Dio. Spart.* Agricola legionum vexillis, & auxiliorum manu Ordevices cædit, Ordevicum urbem eorum capit. *Tac. ibid.*

Imp. Fl. Veſp. VIII. Fl. Titus VI. 78 830

Fertilem hunc annum fuiſſe in Treverico agro *Plinius* notat *lib.* 18. *cap.* 20.

L. Cejonius Commodus. C. Corn. Priſcus. 79 831

Agricola in Monam Inſulam mittit lectiſſimos Auxiliario- 181
rum, quibus nota vada, & patrius naudi uſus. Incolæ viſa claſſe pacem petunt, Inſulam dedunt. *Tac. ibid.* Auxiliarii hi: Menapii, Morini, Grudii, Gorduni, &c.

Imp. Fl. Veſp. IX. Fl. Titus. VII. 80 832

Agricola novas gentes in Britannia aperit, vaſtatis nationibus omnibus, uſque ad Taum. *Tac. ibid.* Moritur Veſpaſianus. Imperat Titus annos II. menſes II. dies XX. *Onuph.*

Imp. Fl. Titus VIII. Fl. Domitianus II. 81 833

Agricola Britanniam circumfuſam mari, & Inſulam eſſe 182
cognoſcit. *Tac. in vita Agric.* 183

Sext. An. Silvanus. T. Verus Pollio. 82 834

Agricola in Britannia ignotas gentes domat ad eam uſque Inſulæ partem, quæ Hiberniam aſpicit. *Tac. in vita Agric.* Moritur Titus. Succedit Domitianus frater, annis XV. dies VI. *Onuph.*

Imp. Fl. Domitianus III. I. Flau. Sabinus. 83 835

Agricola Calidoniam uſque penetrat. Cohors Vſipiorum 182
in Britanniam tranſmiſſa, centurione occiſo, Inſulam circumvecti, pro prædonibus, à Suevis, mox à Friſiis, intercepti ſunt. *Tac.* Vſipios plerique intelligunt populos, ubi nunc Zutphen. Sunt, qui Suevos hic quoque Zelandos interpretantur, hodie Zeeuwen. *Tac. ibid.*

Imp. Fl. Domitianus IV. Virg. Rufus II. 84 836

Agricola pervenit ad montem Grampium. *Tac. ibid.*

Fol. | V.C. | Christ.

837 85 *Imp. Fl. Domitianus V. App. Iunius Sabinus.*

Agricola tribus præſertim Batavorum cohortibus, & duabus Tongrorum, Galgacum, & triginta Britannorum millia in fugam agit. Ei à Senatu decreta triumphalia ornamenta, illuſtris ſtatuæ honor. *Tac. ibid.*

838 86 *Imp. Fl. Domitianus VI. T. Aur. Fulvus.*

Agricola moritur Romæ. Veneno, ut rumor, ex invidia. *Tac.* Domitiano à quibuſdam imputatum. Nondum integra Inſula Romanis acceſſit. Picti Britanniæ partem Borealem invadunt. *Polyd. Virg.* Domitianus affectans Germanici titulum, ultra Rhenum, cum exercitu profectus, hoſte non viſo, reverſus eſt. *Dio.*

839 87 *Imp. Fl. Domitianus VII. Ser. Corn. Dolabella.*

Domitianus exercitum mittit in Germaniam magnam Duce fuſco, qui à Decebalo Rege Daciæ occiditur, exercitu profligato. *Iorn. Niceph.*

840 88 *Imp. Fl. Domitianus VIII. A. Voluſ. Saturninus.*

Expeditionem quoq; movit in Galliam, inde Rhenum trajecturus adverſus Cattos, quæ multum incommodi attulit Belgicis provinciis. *Suet. Trajan. Panegyr.* Cum Cattis pax intercedit. *Suet.* Trajanus ex Hiſpania accitus præficitur Germanicis legionibus Ciſrhenanis. *Panegyr.*

841 89 *Imp. Fl. Domitianus IX. & Virg. Rufus.*

202 Nova expeditio in Dacos ſuſcepta, quos cum videret ſe vincere non poſſe Domitianus, annuâ tributi penſione placavit. Triumphat de Dacis, & Cattis, &c. qui etjam triumphati magis, quam victi. *Suet. Tac.* Germanicum ſe appellat. *In nummis.* Septembrem menſem Germanicum dici vult, Octobrem Domitianum, quod altero ſuſcepiſſet imperium, altero natus eſſet. *Euſeb.*

842 90 *T. Aur. Fulvius. A. Sempronius Atratinus.*

Nervam in exilium mittit, quod Apollonii conſuetudine viteretur, eum mox revocat ad conſulatum. *Philoſtratus.*

843 91 *Imp. Fl. Domitianus X. Cocceius Nerva II.*

192 Trajanus vias munit in Germania inferiore, ubi exiſtens Conſul deſignatur anno ſequenti. *Dio.*

844 92 *M. Vlpius Trajanus Crinitus, & M. Acilius Glabrio.*

Domitianus Primus Imp. ſe Deum vocari præcipit ſtatuis ei erectis. *Caſſiod.* Martialis: *edictum Domini, Deiq; noſtri.*

Imp. Fl. Do-

	Christ.	V.C. Fol.
Imp. Fl. Domitianus XI. A. Voluſ. Saturninus.	93	845
Sext. Pompeius. Corn. Priſcus.	94	846
L. Nonius Aſprenas. M. Arricinus Clemens.	95	847
Imp. Fl. Domitianus XII. T. Flavius Clemens.	96	848

Hiſce annis Trajanus præeſt legionibus ad Rhenum, atq; in ſumma pace vivit cum Gallis, & Germanis; multas ducit colonias. Romæ quoque à Domitiano inſigniſſima fiunt opera. *Caſſiod.* Florent: Dio, Plutarchus, Tacitus, Florus. *Idem.*

C. Fulvius Valerus. & C. Antiſt. Vetus.	97	849

Domitianus occiditur in Palatio ad XIV. Cal. Oct. cui Nerva ſuccedens, regnat annum, & menſibus quatuor, diebus XI. *Onuph.*

Imp. Coc. Nerva III. Virginius Rufus III.	98	850

In locum Virg. Rufi ſubſtituitur Corn. Tacit. *Lipſius in præfatione ad Tacitum.* Nerva adoptat Trajanum, & in conſortem imperii aſſumit. *Dio.*

Imp. Nerva IV. Trajanus Nervæ fil. II.	99	851

Moritur Nerva, ſucceſſore Trajano, qui imperavit annos XIX. menſes VI. dies XV. *Onuph.*

C. Soſius Senecio II. A. Corn. Palma.	100	852

Trajanus Colonia Agrippinâ, ubi nuncium imperii acceperat, Romam proficiſcitur. *Dio. Plin. panegyr.* Inde in Dacos adverſus Decebalum, quem devicit. *Occo.*

Imp. Nerva Trajanus II. M. Corn Fronto.	101	853

Hoc conſulatu dicitur Dacicus. *Ex veteris nummi inſcriptione, à Dacis victis. Occo.*

Imp. N. Trajanus IIII. Sex. Apulejus Pæcus.	102	854

Notat Gordonus hoc anno Plinium Secudum fuiſſe Conſulem, non quidem ordinarium, ſed honorarium; quod adnotandum, ad Conſulatus Poſtumi, Tetrici, Victorini, &c.

L. Licin. Sura II. C. Soſſius Senecio III.	103	855

Decebalus in Dacia, violatis pacis conditionibus, à Trajano in Germaniam regreſſo, vincitur, & manus ſibi infert. Pons ingentis magnitudinis tum Danubio impoſitus, quem poſtea evertit Hadrianus, ne eo Barbari uterentur ad tranſitum faciliorem. *Dio. Eutr.*

Imp.

Fol. | V.C. | Christ.

856 104 *Imp. Ner. Trajanus V. L. Appius Maximus II.*

Dacia in provinciam redacta. *Dio, & nummi antiqui.* Trajanus Germaniam trans Rhenum in pristinum statum reduxit, trans Danubium multas gentes subegit. *Oros.*

857 105 *Licinius Suranus II. P. Marcellus.*

Trajanus columnam Romæ erigit adhuc exstantem. *Dio.* Triumphat de Dacis. *Quod rejicit Caßiod. in annum sequentem.*

858 106 *T. Iulius Candidus. A. Iul. Quadratus.*

Trajanus hisce & sequentibus annis egregiam præstat operam Romanis in Germania, secundus à Druso; unde Claud, *Cedant Druse Tui, cedant Trajane labores*, &c.

849 107 *L. Ceionius Commodus Verus. L. Titius Cerealis.*

860 108 *C. Sosius Senecio IIII. L. Licinius Sura III.*

861 109 *Ap. Treb. Gallus. M. Attil. Bradua.*

862 110 *Corn. Palma II. C. Calvisius Tullus II.*

863 111 *Clodius Crispinus. Solenus Orphitus.*

864 112 *C. Calpur. Piso. M. Vetius Rusticus Bolanus.*

865 113 *Imp. Ner. Trajanus VI. C. Iul. Africanus II.*

866 114 *L. Publ. Celsus II. C. Clod. Crispinus.*

867 115 *Q. Ninnius Hasta. P. Manil. Vopiscus.*

868 116 *M. Valerius Messala. C. Popilius Pedo.*

869 117 *Æmilius Ælianus. Antistius Vetus.*

Hisce annis pacata omnia in Gallia & Germania, totoque orbe Romano, fuitque Trajanus ad dilatandum Imp. Romanorum cum exercitu missus in orientem, atque Arabiam, Armeniam, Assyriam, Mesopotamiam, provincias facit. Tot subegit nationes, ut permiserit ei Senatus, tot triumphos, quot vellet. Nunquam Romanum imperium ad tantam amplitudinem devenit. *Panegyr. Eutrop. Caßiod.* Omnia trans Euphratem &
162 Tigrim libera relinquit. *Spart.*

870 118 *Quintius Niger. T. Vips. Apronianus.*

Trajanus movens arma in Mesopotamiam, profluvio ventris, moritur, in itinere, ad Salinuntem urbem, aut Seleuciam, deinceps Trajanopolim appellatam. Succedit P. Ælius Hadrianus, biduo ante mortem ab eo adoptatus. *Spart.* Imperavit an-

nos

nos XX. menses X. dies XXIX. *Cassiod. Onuph.* Columnæ Rom. ossa Trajani imponuntur. *Eutrop.*

Imp. Cæs. Hadrianus II. T. Claud. Salinator. 119 871

Britannia, aliæque provinciæ, à Romanis deficiunt, statim à morte Trajani. *Spart. Cassiod. Onuph.*

Imp. Cæs. Hadrianus III. Q. Iunius Rusticus. 120 872

Hadrianus Romam veniens per edictum omnia debita condonat. In provinciis quoque ingentes summas tributorum remisit. *Spart. Euseb.* Nummus: RELIQVA VETERA HS NOVIES MILL. ABOLITA. Vbi Occo: „Viginti duos milliones auri cum dimidio Adrianus civibus Romanorum remisit.

L. Catilius Severus. T. Aur. Fulvus, postea Antoninus Aug. Pius. 121 873

Hadrianus expeditionem movet in Alanos, & Sarmatas, sed brevi secuta est pax. *Spart.* Habuit secum Hadrianus equitatum Batavicum, qui Danubium transiit armatus. *Spart.* Omnium securitati prospexit, unde nummus: LOCVPLETATORI ORBIS TERRARVM. *Occo.*

M. Annius Verus II. Augur. 122 874

Nascitur M. Antoninus, dictus Philosophus, futurus Imp. *Capit.*

M. Aulius Attiola. Corn. Pansa. 123 875

Profectus in Gallias Hadrianus eas variis liberalitatibus sublevavit. *Spart.* Quidam sub hæc tempora existimant novam factam, Hadriani jussu, partitionem provinciarum, Galliam trans- 72
alpinam, cum Britannia minore, & Aquitania, duodeviginti pro- 73
vinciis distinctam; Belgicam bipartitam vicinam Germanis ad Rhenum primam dictam, cujus caput Colonia; alteram secundam, quæ in mediam Galliam vergit, & Rhemos etjam continet. Alii hoc referunt ad posteriores Imperatores.

Q. Ann. Petinus, & C. Veranius Apronianus. 124 876

Hadrianus è Galliis in Germaniam transiit, pacisque magis, quam belli cupidus, militem, quasi bellum immineret, exercuit, tolerantiæ documentis eum imbuens, ipse quoque inter manipulares vitam militarem agitans, cibis castrensibus in propatulo utens, larido, caseo, & posca, &c. *Spart.* Vbi Germaniam, intelligo superiorem atque inferiorem cisrhenanam, in qua legiones erant Romanorum.

Fol. | V.C. | Christ.

877 125 *M. Acilius Glabrio. C. Bellicius Torquatus.*

Hadrianus Britanniam petens, Scotiam ab ea dividi voluit, à Pictis occupatam, muro ducto, quem absolvit Severus ab eo in Britannia relictus. *Spart.* E Britannia redit ob motum Alexandriæ. In reditu apud Nemausum in honorem Plotinæ Aug. Basilicam opere mirabili exstruxit. *Idem.* Reperio & in nummis ejus: RETITVTORI GALLIÆ.

878 126 *Asiaticus. Q. Vettius Aquilinus.*

Fuit hoc tempore Hadrianus in Africa, quam P.R. restituit, unde Nummus: RESTITVTORI AFRICÆ. *Occo.* Inde in Asiam profectus est, item in Ægyptum, Syriam, Iudæam, tum in alias ex aliis provincias, regionesque, & urbes, visendi causa. *Dio Nicæus.* Totum orbem Romanum circuit his & sequentibus annis. *Spart.*

879 127 *M. Pedius Verus, & Q. Iun. Lep. Bibulus.*

880 128 *Gallicanus. Cœlius Titianus.*

881 129 *L. Non. Asprerias Torquatus. M. Ann. Libo.*

882 130 *P. Iuvent. Celsus II. Q. Iul. Balbus.*

883 131 *Q. Fab. Catullinus. M. Flavius Aper.*

884 132 *Oct. Lenas Pontianus. M. Ant. Rufinus.*

885 133 *Ser. Augurinus. Arrius Severianus.*

886 134 *Iberus. Iun. Silanus Sisenna.*

Hisce annis in Gallia & Germania omnia quietè. In Britanniam, egregios progressus dum facit Iul. Severus, ab Hadriano evocatur, contra Iudæos. Serenius Grunnianus Belgicæ præfectus. *Dio. Eutr.*

887 135 *Servilius Vrsus, & Vibius Verus.*

Hadrianus peractâ longâ peregrinatione Romam redit. *Spart.*

888 136 *Pompeianus Lupercus. L. Iul. Att. Acilianus.*

Hadrianus ætate gravis adoptat L.Ceionium Commodum, quem designat Imperii successorem, atque Ælium Verum appellat. *Onuphr.*

889 137 *Sext. Pompeianus II. L. Ceionius Commodus Verus postea Imp.*

Commodus, idem qui L. Ælius Verus, Consul etjam anni sequentis Pannoniam provinciam obtinet. *Nummi apud Occ.*

L. Ælius

L. Ælius Verus II. P. Balbinus Vibullius. 138 890

L. Ælius Verus adoptatus ab Hadriano obiit hoc anno, primo die sui Consulatus Cal. Ianuarii. Hadrianus adoptat Antoninum natum Nemausi in Gallia Narbonensi. *Spart.*

Sulpitius Camerinus. Q. Niger Magnus. 139 891

Hadrianus morbo intercutis moritur apud Baias, succedit Ælius Adrianus Antoninus Pius, qui imperavit annos XXII. menses VII. dies XXVI. *Onuph.*

Imp. Antoninus Aug. II. Bruttius Præsens. 140 892

Antoninus hic in urbe semper fere mansit, nisi quod prædia sua in Campania subinde inviseret. *Pter. l. 15. sub initium,* contrà quam fecerat Adrianus, qui totâ vitâ suâ ferme est peregrinatus. Vnde Antoninus nihil gessit in vita sua memorabile, nisi per Præsides & Legatos. *Capitol.*

Imp. Cæs. Æl. Adr. Antoninus III. M. Auril. Ant. F 141 893

M. Pæduceus Priscinus, & T. Hænius Severus. 142 894

L. Cuspius Rufinus. L. Statius Quadratus. 143 895

C. Bellicius Torquatus. Tib. Herodes Atticus. 144 896

Hisce annis rebellant Romanis Britanni, in quos missus Lollius Vrbicus Legatus victoriam reportavit. *Iul. Cap.*

Lollianus Avitus. C. Gavius Maximus. 145 897

Æl. Had. Antoninus IV. M. Æl. Aurelius II. 146 898

Sex. Ericius Clarus. Cn. Claud. Severus. 147 899

M. Valer. Largus. M. Valer. Messalinus. 148 900

C. Bellicius Torquatus III. M. Salvius Iulianus. 149 901

Sex. Corn. Orphitus. Q. Non. Idriscus. 150 902

Circa hæc tempora Antoninus per Legatos, Germanorum, ac Dacorum incursiones repressit. *Iul. Capit.*

Romulus Gallicanus. Antistius Vetus. 151 903

Sex. Qu. Gordianus. Sex. Quint. Maximus. 152 904

Antoninus Pius permittit omnes fieri Cives Romanos, 87 C.
nominatim Gallos. Comitate, ac munificentia omnes sibi conciliat, qua, & ipsos Barbaros bellum minitantes placat. Floret toto orbe imperium Romanum. *Capit.*

Fol. V.C.	Christ.	
905	153	*Sex. Aeil. Glabrio. C. Valer. Verianus.*
906	154	*Brutius Præsens II. M. Antonius Rufinus.*
907	155	*L. Æl. Aurelius Cæsar. Sextil. Lateranus.*
908	156	*C. Iul. Severus. M. Rufinus Fabinianus.*
909	157	*M. Cejon. Silvanus. C. Serius Augurinus.*
910	158	*Barbatus. Regulus.*
911	159	*Q. Fl. Tertullus Sacerdos.*
912	160	*Plautius Quintillus. Statius Priscus.*
913	161	*Vibius Barus, & Ap. Ann. Bradua.*
914	162	*M. Aurel. Aug. III. Lucius Æl. Aurel. II.*

Antoninus Aug. Pius obit sept. Martii. *Iul. Capit.* Succedit M. Aurelius Antoninus Philosophus adsciscens sibi collegam. L. Ælium Verum Antoninum, quem generum sibi fecit, hos ambos Antoninus Pius adoptaverat jubente Adriano; tum primum duo Imperatores simul visi sunt in imperio, & divi fratres vocati. Imperarunt simul annos circiter novem, at Marcus Antoninus omninò annos XIX. dies XI. *Onuph.*

915	163	*Q. Iunius Rusticus. Vettius Aquilinus.*
916	164	*L. Papirius Ælianus. Iunius Pastor.*
917	165	*C. Iul. Macrinus. L. Cornel. Celsus.*

Contra Britannos nova molientes missus Calpurnius Agricola. *Iul. Capitolinus.*

918 166 *M. Gavius Orfitus. L. Arrius Pudens.*

Catti, aliiq; è Germania Rhetiam invadunt, in quos missus est Aufidius Victorinus, qui Barbaris potiùs aditum prohibet, quam bellum infert. *Capitol.*

919 167 *Q. Servil. Pudens. L. Fusidius Pollio.*

Duo Imperatores de Parthis triumphant. *Capit.*

920 168 *Imp. Cæs. L. Aurelius Verus III. T. Vinidius Quadratus.*

Marcomanni, & Iasyges, nunc Bohemi, viciniq; populi bellum Romanis movent, Aufidium Victorinum adversus eos missum cædunt. *Capit.* Delectus militum fit ad bellum Marcomannicum in Gallia, & Germania inferiore. M. Antoninus in Galliam venit Carnutum. *Idem.*

L. Vettius

Christ. | V.C. | Fol.

L. Vettius Paulus. T. Iunius Montanus. 169 921

M. Aurel. Ant. agit Carnuti. *Idem.*

Sosius Priscus. Q. Cæl. Apollinaris. 170 922

Transrhenani Celtæ in Italiam penetrant, quibus Marcus occurrit, Pompeiano, atque Pertinace, creatis Ducibus exercitus, quo in prœlio optimè se gessit Pertinax, postea factus Imp. partâque insignis victoriâ est, maximo prœlio confecto. *Dio.* Vterque Imp. proficiscitur ad bellum Marcomannicum. Verùm in itinere moritur L. Aurelius Verus apoplexiâ. Et Marcus Aurelius falso deceptus oraculo, stragem accepit. *Lucianus in Pseudomante.* Pestifera lues afficit Romanas legiones. *Osorius.*

M. Aurel. Severus Cethegus. L. Iulius Clarus. 171 923

L. Sept. Severus Afer, postea Imp. legioni IV. Schythicæ præpositus est circa Massiliam. *Spart.*

T. Titienus Serenus. C. Scædius Pinarianus. 172 924

Præest Gallis Didius Iulianus habens legionem XXII. *Spart.*

Claud. Maximus, & Corn. Scip. Orphitus. 173 925

Commodus M. Aurelii filius Germanicus appellatur. *Occo in nummis. Lampridius in Commodo.* Fortè, quod cum patre in Pannonia fuerit, ubi hostes aliquoties in fugam acti, & Pannoniæ recuperatæ. Est & nummus Aur. Anton. Col. III. cui inscriptum: VICT. GERM.

M. Aurel. Severus II. T. Claud. Pompeianus. 174 926

Durat bellum Marcomannicum. *Capit. Lampridius.*

Trebon. Gallus. Flaccus. 175 927

„ M. Aurelius in Germanica expeditione Christianorum „ militum orationibus ad Deum factis imbres in siti sua im„ petravit. *Tertull. ad Scapulam cap.* 4 Exstant litteræ M. Aurelii ad Senatum, quibus illam Germanicam sitim Christianorum militum precationibus impetrato imbri discussam contestatur. *Idem Apolog. cap.* 5. *Orosius lib.* 7. *cap.* 15. *Eusebius lib.* 5. *cap.* 5. Sed, & divinitus hostes fulmine disjecti, & victoria impetrata est. De quo Claudianus l. 1. in VI. Consulatu Honorii

——————— *Flammeus imber in hostem*
Decidit, „ In surrexerant tum in Romanos, gentes immani„ tate Barbaræ, multitudine innumerabiles, hoc est, Marcoman„ ni, Quadi, Wandali, Sarmatæ, Suevi, atque omnis pene Germania. *Oros.*

Calpur. Piso. Salnius Iulianus. 176 928

Marcomannicum bellum desit, tum redditæ sibi Belgicæ, &

Rheno vicinæ provinciæ, quæ eo bello, & militibus, & commeatu, atque annonâ, multum exhauriebantur. *Capit. Eutrop.*

929 177 *T. Vitrasius Pollio II. M. Flavius Aper. II.*

L. Ælius Aurelius Verus Imp. à patre appellatus V. Cal. Decemb. cum eo imperat annis III. mensibus III. dies XIX. Vterque Romæ triumphat ob assopitum bellum Marcomannicum. *Lamp. Onuph.*

930 178 *Imp. Commodus Aug. Plautius Quintilius.*

His Coss. M. Antoninus Verus Imp. Commodum filium suum consortem regni facit. *Cassiod.*

931 179 *Vettius Rufus, & Cor. Scip. Orfitus.*

M. Aurelius rursus Româ discedit, cum filio Commodo, contra Marcomannos iterum rebellantes. *Lampr. Capit.*

932 180 *Imp. Commodus Aug. II. Vesprinius Cand. Vetus.*

Incrudescit rursus bellum Marcomannicum. *Lampr.*

933 181 *Bruttius Præsens II. S. Quint. Cordianus.*

XVI. Kal. Apr. mortuus est Imp. M. Aurel. Antoninus Philosophus Sirmii in expeditione Pannonica. Succedit ejus filius L. Ælius Aurelius Commodus. Ad hæc usque tempora à Domitiano floruit mirum in modum imperium Romanum, partâ, ubique, & conservatâ pace. Ab hoc vero Commodo, reliquisque deinceps Imp. magnitudo illa imperii paulatim decrevit, ac vigor elanguit, usque ad Gallienum, qui luxu perdidit orbem terrarum. *V. Dionem Nicæum in fine M. Antonini.*

934 182 *Imp. M. Aur. Commodus III. Antistius Burrhus.*

Posthabito bello, quod pater ejus tantopere commendaverat, Commodus pacem ab hoste Marcomanno redemit; & nihilo minus, quasi eo victo triumphavit. *Herod. Dio. Lamprid.*

935 183 *Petronius Mamertinus. Trebellius Rufus.*

Fides Christiana ubiq; se latè diffundit. Vnde B. Irenæus laudat Germanicas & Gallicas ecclesias. In Britannia quoque Rex Lucius fidem Christi amplectitur. *Irenæus. Beda.*

936 184 *Imp. Commodus IIII. M. Aufidius Victorinus.*

Insignem reportarunt victoriam Pescenninus Niger, & Albinus adversus nationes, quæ ultra Daciam habitantes, arma
184 in Romanos sumpserant. *Dio. Capit.*

M. Eggius

Christ. | V.C | Fol.

M. Eggius Marcellus. Papirius Elianus. 185 937

Albinus per Commodum ad Galliam translatus; in qua fusis Frisiis transrhenanis, celebre nomen suum, & apud Romanos, & apud Barbaros, fecit. *Iul. Capitol.* Sed & rebellantes Britanni domantur à Marcello. Vnde Commodus sese Britannicum vult appellari. *Capit. Nummi antiqui.*

Triarius Maternus, & M. Attilius Pradua, 186 938

Desertor miles Romanus depopulatur Galliam. Pescenninus Niger accipit imperium contra desertores, in quo officio quod se honestè gessit, iucundissimum fuit Severo, ita ut de eo, Commodum Septimius referret, necessarium reip. virum. *Spart.* Obit S. Irenæus hoc anno. *Euseb. lib. 5. cap. 6. Hieron. de viris Ill.* Cujus tempore floruêre Germanicæ & Gallicæ Ecclesiæ. Eleutherius Papa epistolas etjam dat ad omnes Galliarum ecclesias. *Conc. Generalia, & Galliæ.*

Imp. Ant. Commodus V. M. Acilius Glabrio. 187 939

Circa hæc tempora Sep. Severus Lugdunensem provinciam Legatus accepit. *Spart.* Vlpius Marcellus Britanniam, quum Barbari essent eum murum transgressi, qui inter ipsos, & Romanorum castra intercedebat. Bellum hoc omnium maximum fuit victore Marcello. *Dio.*

Clodius Crispinus. Papirius Ælianus. 188 940

Severus à Gallis ab severitatem, & honorificentiam, & abstinentiam, tantum, quantum nemo, dilectus est. *Spart.*

Ælius Fuscianus. Dullius Silanus. 189 941

Severus Pannonias deinde proconsulari officio rexit. *Spart.*

Iulius Silanus. Servilius Silanus. 190 942

Severus exercitui Germanico præponitur. *Spart.* Albinus Britannico. *Dio.*

Imp. Aur. Commodus VI. Petronius Septimianus 191 943

Severus in Germaniam profectus, ita se in ea legatione 13
egit, ut famam nobilitatam jam ante cumularet. *Spart.*

M. Attilius Bradua II. Cass. Apronianus. 192 944

Commodus hisce annis, per Duces varios, difficilia bella satis feliciter gessit, in Germania, Dacia, Pannonia, Britannia. *Eutrop. Oros. Dio.* Vnde in epistola quadam ad Senatum his titulis usus est: *Luc. Ælius Aur. Commodus Aug. Pius, Felix, Sarmaticus, Germanicus, Maximus, Britannicus, Pacator orbis terrarum,*

Romanus

Fol. | V.C. | Christ.

Romanus Hercules, Pont. Max. Dio. Herculem se dici voluit, propter elephantum conto transfixum, & occisas feras. *Spartian.*

945 193 *Imp. Aur. Commodus VII. P. Helvius Pertinax.*

Pridie Cal. Ianuarii Commodus occiditur. Helvius Pertinax imperat menses II. dies XXIX. *Onuph.*

946 194 *Q. Sosius Falco. C. Iulius Clarus.*

V. Cal. Aprilis operâ Did. Iuliani Pertinax interficitur. Didius Severus Iulianus imperat menses II. dies V. *Onuph.* L. Septimius Severus Pertinax, statim atq; auditum est Commodum occisum, Iulianum autem cum odio cunctorum imperare, multis hortantibus, repugnans, à Germanicis legionibus Imp. est appellatus, apud Carnutum, idibus Augusti, qui etjam sestertia quingena, quod nemo unquam Principum, militibus dedit; deinde firmatis, quas sibi post tergum relinquebat, provinciis, Romam iter contendit, cedentibus sibi cunctis, quacumque iter fecit, quum jam Illyriciani exercitus, & Gallicani, cogentibus Ducibus, in ejus verba jurassent. Excipiebatur enim ab omnibus quasi ultor Iuliani. *Spart.* Eodem anno Cal. Iunii Iulianus occisus est. L. Sept. Severus Pius Pertinax imperat annos XVII. menses VIII. dies III. *Onuph.* Pescenninus Niger Imp. etjam appellatur ab exercitu Syriaco, & Clodius Albinus à Britannico. *Spart.*

947 195 *L. Sept. Severus Imp. II. Clod. Alb. Cæs. II.*

Sept. Severus in Africam legiones misit, cum Nigro conflixit, eumque apud Cysicum interemit, Diabenis, Parthis, Arabibus, ad deditionem coactis, qui cum Nigro senserant. *Spart.*

948 196 *Q. Flavius Tertullus. Flavius Clemens.*

Redeunti Romam aliud bellum ei civile nuntiatur, Clodii Albini in Gallia, quò statim victrices copias mittit. *Spart.* Albino postquam nuntiatum nihil cunctari Severum, statim è Britannia transmittens, in adverso Galliæ litore, castra collocavit, litterisque ad vicinarum gentium Præsides missis, pecunias, commeatumque exercitibus juvandis corrogabat. Armorici aliquot audientes fuere, qui postea puniti; at Morini, Menapii, vicinique populi, imperium Albini detestavêre, quibus Severi virtus jam pridem nota. *Herod. Spart. Dio.*

949 197 *C. Domitius Dexter. L. Val. Messalla Priscus.*

Albinus cum exercitu ingenti, Lugdunum usque proficiscitur, cujus mœnibus, se, exercitusque partem, continuit. *Herod.*

Ap. Claud.

Ap. Claud. Laseranus. C. Trebon. Rufinus. 198 950

Cruentum prœlium inter Severum, & Albinum, prope Lugdunum in Gallia XI. Cal. Mart. quo inferior Albinus sibi mortem conscivit. Direpta mox incensaque Lugdunum, & Albino caput abscissum, perlatumque Romam cruci affixum est. *Spart. Dio. Herod.* A 57 A 59

T. Aterius Saturninus. Trebonius Gallus. 199 951

M. Aurelius Severi Aug. F. Antoninus Imperator à patre appellatus, imperavit cum eo annis XIII. *Onuph.* Sed, & Geta frater ejus Imp. dictus. Severus è Gallia redux victor, recusat triumphum de civili sanguine. *Dio. Spart.*

P. Cor. Annulinus. M. Aufidius Fronto. 200 952

Rhenum Germaniæ limitem benè custoditum Severus reliquit. *Tertull.*

T. Claud. Severus. C. Aufidius Victorinus. 201 953

Severus cum filio suo Antonino in orientem proficiscitur, adversus Parthos. Arabas iterum tumultuantes, tribus sequentibus annis, devicit. *Dio. Spart. Herod.*

Annius Fabinianus. Nonius Mucianus. 202 954

Imp. Sept. Severus III. Antoninus Aug. 203 955

P. Septimius Geta. L. Sept. Plautianus. 204 956

Severus de subacto oriente triumphat cum filio Antonino, qui etjam dictus Arabicus, Parthicus, Adiabenicus. *In veteri inscriptione Patavii apud Occonem fol. 256.*

L. Fab. Cilo Septimius. M. Annius Libo. 205 957

Redit in Galliam, & Germaniam inferiorem. *Inscriptiones antiquæ.* 42 A 57

Imp. M. Aur. Antoninus II. P. Sept. Geta. 106 958

Aram circa hæc tempora in Rheni litore olim à Claudio Imperatore positam, restituit Severus. A 57

M. Nummius Albinus. Fulvius Æmilianus. 207 959

Antoninus Germanici nomen consequitur vivo patre. *Spart.* A 61

Q. Flavius Aper. Q. Allius Maximus. 208 960

Non procul à Lugduno Batavorum armamentarium Romanum vetustate collapsum, restituunt, Severus, & Antoninus. Batavos fratres vocant, & amicos. 42

Fol. | V.C. | Christ.

961 209 *Aurel. Antonin. III. Sept. Geta II.*

Decennalia Antonini Romæ celebrantur, quibus peractis Severus rursus movet exercitum in Britannos rebelles, cum utroque filio, Antonino Caracalla, & Geta. Per transversam insulam murum ducit, ad extremum insulæ penetrat. *Herod. Caßiod. Dio. Spart.*

962 210 *Claud. Pompeianus. Lollianus Avitus.*

61 A Severus, Britannicus appellatus, ob varias in ea victorias, ut, & filius uterque. *In nummis*, quibus inscriptio: VICT. BRIT. v. Occ. 249.

963 211 *M. Acilius Faustinus. Cæsonius Rufinianus.*

57 A Bellum Britannicum Severus jam senex comittit filio suo
59 A Antonino, ut, & legiones Germanicas, & Rhenum imperii
61 A limitem, quem lego tum temporis adhuc munitum multis legionibus Romanorum. *Inscriptiones Severi, & Antonini ad ostium Rheni.*

964 212 *Q. Lollianus Gentianus. Pomponius Bassus.*

59 A. Obiit Severus Aug. Eboraci in Britannia. *Caßiod.* M. Aurelius Antoninus dictus Caracalla imperavit annos VI. menses II. dies V. *Onuph.*

965 213 *Pompeius Asper. Asper.*

Geta, qui cum Antonino fratre Imp. appellatus fuerat, occiditur, jussu fratris. Imperat Antoninus Caracalla deinde solus. *Spart. Onuph.*

966 214 *M. Antoninus Aug. IV. P. Cælius Balbinus. II.*

Antoninus in Galliam proficiscitur, ubi cum proconsulem Narbonensem occidisset, cunctis turbatis, qui in Gallia res gerebant, odium tyrannicum meruit. *Spart.*

967 215 *Silius Messalla. Q. Aquil. Sabinus.*

E Gallia, ad orientem, profectionem parans, omisso itinere, in Dacia aliquamdiu resedit. *Spart.* Obit Oppianus, qui obtulit Antonino sua Cynogetica, & vivente Severo obtulerat Halieutica, donatus tot aureis nummis, quot sunt versus. *Volat.*

968 216 *Emilius Latus. Anicius Cerealis.*

Circa Rhetiam in Barbaros pugnavit, quorum non paucos interemit. *Spart.* Alemannos gentem populosam, ex equo mirificè pugnantem, prope Mœnum, omnem devicit. *Sext. Aur. Victor.* Vnde cum Parthicus, Maximus, Arabicus, Germanicus,

Christ. | V.C. | Fol.

cus, Alemannicus diceretur, Helvius Pertinax dicitur joco dixisse: adde si placet etjam Geticus Maximus, quod Getam occiderit fratrem, & Gothi Getæ dicerentur. Germanos ulteriores ad Danubium sibi conciliavit, eisque usus bellorum sociis, & corporis custodibus, indutus quoque veste Germanicâ, deposito cultu Romano. *Herod.* Deinde in orientem profectus est. *Idem.*

Q. Aquil. Sabinus. Sext. Cornelius Annulinus. 217 969

Tumultuariò cum Parthorum satrapis manus contulit, feris etjam bestiis in hostes immissis, unde datis ad Senatum, quasi post victoriam, litteris, Parthicus appellatus est. *Spart.*

Brutius Præsens. Extricatus. 218 970

Antoninus Caracalla occiditur inter Carras, & Edessam. *Spart.* M. Opelius Macrinus imperavit ann. I. mensem I. dies XXIX. cum filio Diadumeniano, ambo eodem die ab exercitu Imperatores appellati, ambo eodem die occisi. *Lamprid. Onuph.*

M. Diadumenianus Cæsar II. Adventus. 219 971

VII. Idus Iunias Macrinus & Diadumenianus Cæsares interficiuntur. M. Aurelius Antoninus Elagabalus imperavit annos III. menses IX. dies IV. *Onuph.*

M. Imp. Antoni. Elagabalus II. Sacerdos. 220 972

Mulierum Senatum instituit, nec nisi Veneri, & ventri vixit. *Lamp.*

Imp. Antoni. Elag. III. M. Aurel. Eutychianus. 221 973

Elagabalus M. Aurelium Severum Alexandrum consobrinum suum, adolescentem optimis moribus, & summæ spei adoptat. *Cusp.* Consortemque facit imperii; *Herodianus* vocat adolescentulum admodum, atque adhuc aviæ præceptis obtemperantem.

Annius Gratus. Claudius Salentus. 222 974

Elagabalus ob inauditum luxum militibus invisus, cogitur Cæsarem creare Alexandrum Mammeæ filium. *Lampr.*

Imp. Antoninus Aug. IV. M. Aur. Sev. Alexander Cæsar. 223 975

Antoninus Elagabalus occiditur. Raptatus in Tiberim projicitur. M. Aurelius Severus Alexander solus imperat ann. XIII. dies IX. *Onuph.* Sub hæc tempora totius orbis imperium erat penes Romanos, unde præsagia de Alex:

Te manet imperium cœli, terræq, marisq.

Iterum: *Te manet imperium, quod tenet imperium.*

Vnde intellectum est Romani illum imperii Principem futurum, nam ubi est imperium, nisi apud Romanos, quod tenet imperium? *Lampr.*

976 224 *L. Maximus. Papirius Ælianus.*

Delatum sibi nomen Antonini à Senatu, & populo recusat Alexander. *Lamp.* Annis multis ἀναίματον gessit imperium, hoc est, *citra sanguinem*, ne uno quidem occiso, & orbe pacato, *Herodianus.*

977 225 *Claudius Iulianus. Clodius Crispinus.*

978 226 *L. Turpilius Dexter. M. Macius Rufus.*

979 227 *Imp. M. Aur. Sev. Alexander II. C. Quintilius Marcellus.*

980 228 *D. Cælius Balbinus II. M. Clod. Pupienus Maximus.*

981 229 *Vettius Modestus. Probus.*

982 220 *Imp. M. Sev. Alexander III. Dio Cassius II.*

983 231 *Calpurnius Agricola. Clementinus.*

984 232 *T. Claud. Pompeianus. Felicianus.*

Quum tredecim annos (quod quidem ad se attineret) sine querela cujusquam, imperium gubernasset, ecce tibi haud opinatò litteræ è Syria, Mesopotamiaque redditæ à Ducibus, Artaxerxem, Persarum Regem, non tenere se intra fluvium Tigrim, sed superatis ripis, ac Romani finibus imperii, excurrere, & Mesopotamiæ, Syriæque minari, omnemque Europæ oppositam continentem sibi vendicare. Quare Alex. ad transitionem se parat. *Herodianus.* Habito delectu totâ Italiâ, reliquisque provinciis, &, ut credibile, legionibus aliquot ripæ Rheni subtractis, itum in Persas, ubi consertâ pugnâ, absente Alexandro, Romanus exercitus summam cladem accepit. *Herod.* Victoria nihilominus Alexandro adscripta, unde exstat apud Occonem Alex. nummus: IMP. C. M. AVR. SEV. ALEXAND. AVG. Vbi ab altera parte. Victoria dextrâ lauream tenens, sinistrâ palmam. VICTORIA AVG. Vbi Occo: „Post victoriam Persicam de Rege Artaxerxe. Herodianus ita quoque de hoc prœlio: „Quum fere par utrimq; „numerus cecidisset, reliquiæ illæ Barbarorum non quidem „fuisse viribus superiores, sed numero videbantur, cujus rei „argumentum est, quod triennio pòst, aut quadriennio, Bar-

„bari

„ bari nunquam arma resumpserunt. Quibus intellectis Alex- „ ander Antiochiæ commorabatur, hilariorque jam, & liberior, „ laxatis bellorum curis, urbis ejus deliciis indulgebat.

Iulius Lupus. Maximus. 232 985

Alex. Antiochiæ manet, Persis ultra se non moventibus. *Herodian.*

Maximus II. Ovinius Paternus. 234 986

Maximus. Vrbanus. 234 987

Alex. Severus dum novam in Persas expeditionem molitur, significant Illyrici Procuratores, Germanos, Rhenum, Danubiumque transgressos, Romanos in fines hostiliter intrasse, oppugnareque jam exercitus, ripis insidentes, perque urbes, & vicos, magnis copiis, excurrere. *Herod.* Alex. urgente necessitate, relictis copiis, quantas satis fore tuendis ripis Romanis arbitrabatur, adversus Germanos, cum reliqua multitudine properat; pontemque, junctis inter se navigiis, facit in Rheno flumine, ut per eum exercitus transgrederetur, tum Mauris & Parthis ab oriente adductis, qui longiùs jacula intorquebant, multos Germanorum sternebat. Maluit tamen pecunia à Germanis pacem emercari, quam periclitari bello; quare milites Maximinum Thracem, quem ob rei militaris peritiam tyronibus universis Alexander præfecerat, virum octo pedum, & prope semis magnitudine, Imperatorem acclamârunt. *Herod. Lamprid.*

L. Catilius Severus. L. Vrinatius Quintianus. 236 988

Imp. Alex. Sev. Aug. occiditur à militibus XV. Cal. Apr. *Herod.* Iornandes Moguntiaci occisum tradit. De morte ejus ita Lampr: „ Gallicanæ mentes severitatem hominis nimiam, „ & longè majorem, post Heliogabalum, non tulerunt, deniq; „ in Gallia, tum vico cui *Sicila* nomen est, occiderunt. Quidam Ficiliam legunt, ac Vesaliam interpretantur. Senatus eum in Deos retulit, cœnotaphium in Gallia, Romæ sepulchrum amplissimum meruit. *Capit.*

Imp. C. Iul. Maximus Aug. C. Iulius. Africanus. 237 989

Maximinus cum exercitu Severi Germaniam ingressus, hostes vicit, per trecenta, vel quadringenta millia Barbarici soli, vicos incendit, greges abegit, prædas sustulit militem divitem A.61
reduxit, innumeros hostes interemit, ac cepit. Cum exercitu in Italiam reversus, à Senatu propter immanitatem hostis judicatur, & juxta Aquileiam in castris cum filio occiditur. *Capit.* Contra Maximinum Gordiani duo, Afri, pater, & filius Imperatores denuntiati sunt. *Capitol.*

Fol. | V.C. | Christ.

990 238 *P. Titius Perpetuus. L. Ovinius Cornelianus.*

P. Cœl. Balbinus, & M. Clodius Pupienus unà imperarunt annum unum. Postquam Gordiani duo priores in Africa interempti sunt. *Capitol. Onuph.*

991 239. *M. Vlpius Crinitus, C. Nonius Pontianus.*

Balbinus, & Pupienus occiduntur in Palatio. M. Ant. Gordianus III. imperat annos circiter VI. *Onuph. Capitol.*

992 240 *Imp. M. Ant. Gordianus Aug. M. Acilius Aviola.*

Gothi Getæ dicti anno V.C. 968. his temporibus innotuêre Romano imperio, populi inter Tanaim, & Pontum Euxinum, non longè à Danubio versus occidentem. Horum Rex dictus Ostrogotha, cum Marcomannis, Quadis, aliisque, cœpit depopulari fines Romani imperii. *Iornandes.*

993 241 *Vettius Sabinus II. Venustus.*

Mortuo Artaxerxe, Rege Persarum, filius ejus Sapor succedit. *Agathias.* Qui regni sui initio arma movet in Romanos. *Capitol.*

994 242 *Imp. M. Ant. Gordianus Aug. II. T. Claud. Papinianus.*

His Coss. bellum Persicum natum est, & Gordianus ad hoc bellum se parans, filiam Mnisithei doctissimi viri uxorem ducit, eumque statuit Prætorii præfectum. *Capitol.*

995 243 *C. Aufidius Atticus. C. Asinius Prætextatus.*

Gordianus aperto Iano Gemino (quod signum erat indicti belli) profectus est contra Persas; Antiochiam, Carras, Nisibim recepit, Sapore fugato; effectumque Consilio Mnisithei, Persæ, qui in Italia timebantur, in regnum suum redirent, totumque orientem Rom. resp. detineret. *Capitol.* Gordianus hoc itinere cum exercitu etjam in Gothos movit, eisque confœderatos Germanos, & Sarmatas; cum quibus pax facta, & annua pensio assignata, ut ipsi deinceps fines imperii contra exterorum incursus propugnarent. *Iornandes. Aventinus.* Inde Germanorum, Sarmatarumque victor inferiùs appellatur.

996 244 *C. Iul. Aprianus. Æmilius Papus.*

Mnisitheus occiditur fraude Philippi Arabis, quem Senatus ejus loco præfectum Prætorii statuit. Gordiano triumphus decernitur devictis Persis, Sarmatis, Gothis, Germanis, in cujus apparatum Romam Gordianus præmisit elephantos XXXII. alces X. tigres X. leones LX. leopardos XXX. hyenas X. hippopotamum I. rhinocerotem I. archileontes X. camelopardalos

X. onagros

x. onagros xx. equos feros xxxx. & cætera hujusmodi animalia innumera. Verum ante, quam in Vrbem rediit, Philippi jussus, etjam ipse Gordianus est occisus anno sequenti. *Capit.*

Peregrinus. Fulvius Æmilianus. 245 996

Gordiano sepulchrum milites apud Circeium castrum fecerunt, in finibus Persidis, titulum hujusmodi addentes, & Græcis, & Latinis, & Persicis, & Iudaicis, & Ægyptiacis litteris, ut ab omnibus legeretur: DIVO GORDIANO VICTORI PERSARVM, VICTORI GOTHORVM, VICTORI SARMATARVM, DEPVLSORI ROMANARVM SEDITIONVM, VICTORI GERMANORVM: SED NON VICTORI PHILIPPORVM. *Capitol. Eutrop.*

Imp. M. Iul. Philippus Aug. T. Fabius Titianus. 246 997

Philippus occiso Gordiano imperat annis V. menses .... Philippum filium imperii consortem facit. *Onuph.*

Brutius Præsens. Nummius Albinus. 247 999

Gothi detracta sibi stipendia sua à Philippo, ægrè ferentes, de amicis facti sunt Romanorum inimici. *Iornandes.*

Imp. M. Iul. Philippus II. M. Iul. Philippus Philippi Aug. F. 248 1000

Philipporum imperii anno secundo Roma millesimum annum explevit. *Iornandes.* Ludi sæculares IX ex S. C. facti. Vide Nummos cum inscriptione: SÆCVLARES AVG. & SÆCVLVM NOVVM S. C. *Apud Occonem fol. 306.* Qui annum hunc facit orbis MMMM. CCX. V. C. M. Christi CCXLVIII. V. & nummum apud Baronium cum inscriptione: MILIARIVM SÆCVLVM. COSS. II.

Imp. M. Iul. Philippus III. Philippus F. II. 249 1001

Rex Ostrogotha cum suis Danubium transiens, Mœsiam, Thraciamque vastat, ad quem repellendum Decius Senator à Philippo dirigitur, qui genti non prævalens, re infectâ rediit ad Philippum. *Iornandes.* Trajanus Decius à militibus Illyricianis acclamatur Imp. *Nummi apud Occonem* fol 311. in honorem ejus cusi, quasi Pannoniâ, & Daciâ captis.

Fulvius Æmilianus. Vettius Aquilinus. 250 1002

Fraude Decii, Philippi Imperatores interfecti sunt, Senior Veronæ, Iunior Romæ. *Eutrop. Osor.* Messius Quintus Trajanus Decius imperauit cum filio Decio Ethrusco ann. II. Bellum civile, quod in Gallia motum fuerat, oppressit. *Eutrop.*

Imp.

1003 251 *Imp. Mes. Tra. Decius. Annius Maximus Gratus.*

Cinna Ostrogothi mortui filius bellum Gothicum adversus Romanos instaurat. Mœsiam & Thraciam invadit, sed à Decio funditur, & fugatur. *Zonaras.* His Coss. septem viri Episcopi ordinati, ad prædicandum, in Gallias missi sunt: Tolosanis, Saturninus. Turonicis, Gratianus. Arelatensibus, Trophimus. Narbonensibus, Paulus. Parisiacis, Dionysius. Auvernis, Stremonius, Lemovicinis, Martialis. *Gregor. Turon. lib. 1. cap. 20.*

1004 252 *Imp. Mes. Tra. Decius pater. Q. Heren. Ethruscus Decius.*

Valerianus postea Imp. à Senatu censor constituitur. *Treb. Poll.* Decius inconsultò ac temere Cinnam, qui in paludibus se munierat, insecutus; proditione Vibii Treboniani Galli periit, malè pugnans locis incognitis; in paludis voraginem cum equo insiluit, deinceps nunquam visus. Filius primò conflictu est interfectus. *Zonaras. Occo. in nummis.* At Iulius Æmilianus è Mauritania oriundus, & Dux legionum in Mœsia, cum egregiè Barbaros repulisset, à suis Imp. salutatus est. *Zonaras. Onuph.* Verùm postquam tres menses modesto imperio usus fuit, morbo absumptus est. *Aur. Victor.*

1005 253 *Imp. Vib. Trebon. Gallus II. Imp. Vrbius Volusianus.*

C. Vibius Trebon. Gallus, & Vib. Volusianus imperant annum I. menses VI. *Onuph.* Pacti cum Barbaris, ut, annuo tributo accepto, Rom. provinciis abstinerent. *Zonaras.* Aurel. Licin. Valerianus antea censor, Dux Alpinarum provinciarum etjam Imp. salutatur. *Pollio.* Vt, & alibi Valens Hostilianus Messius Quintus. *V. nummos & inscriptiones apud Occonem.*

1006 254 *Imp. Vrbius Volusianus II. M. Valer. Maximus.*

Vib. Trebon. Gallus, & Volusianus Imp. Interamnæ interficiuntur. *Eutrop.* P. Aurel. Licin. Valerius Valerianus, & P. Aur. Licinius Gallienus simul imperant annos VII. *Onuph.* Valerianus in Rhetia, & Norico agens, ab exercitu salutatur Augustus; at Gallienus Romæ à Senatu. *Eutrop.*

1007 355 *Imp. Lic Valerianus Aug. II. Imp. Licin. Gallienus.*

Gallienus cum adolescens factus esset Augustus, in Gallia multa strenuè fecit, diu placidus, & quietus; mox in omnem lasciviam dissolutus, tenendæ reipublicæ habenas, pro-
62 A brosâ ignaviâ, & desperatione, laxavit. *Eutrop.* Valerianus Post-
63 A humum statuit Galliæ Præsidem, militiæ Magistrum, & Trans-
187 rhenani limitis Ducem. *Pollio.*

Imp. Va-

Christ. | V.C. | Fol.

Imp. Valerianus III. Imp. Gallienus II. 256 1008

Gothi, & Scythæ Græciam, & Thessalonicam invadunt. Persæ Orientem, vicinas sibi provincias Marcomanni. Valerianus Persas pellendos, & Orientem sibi defendendum, deligit, Gallienum filium reliquis incursionibus opponit. *Zosimus.*

Valerius Maximus II. Glabrio. 257 1009

Gallienus missus in Græciam contra Scythas, & Gothos, aliisque ad defensionem Italiæ relictis, ipse ad Rhenum, atque inde contra Marcomannos proficiscitur, à quibus victoriam reportavit. Vnde *in nummis ejus apud Occonem 323:* VICTORIA GERMANICA. *Zosimus.* Hoc anno quidam factum existimant, ut pace pactâ cum Rege Marcomannorum, ejus filiam Gallienus duxerit uxorem. *Gordon.* At, vel concubina tantùm fuerit, vel alteram habuerit uxorem, è qua natus ei Saloninus Valerianus Gallienus, quem Gallienus circa hæc tempora
Posthumo commisit, quasi custodi vitæ, & morum, & actuum 186
imperialium institutori. Postumum, & Francos, Gallienus in ri- 187
pis Rheni custodes imperii reliquit. *Zosimus. Gordonus.* A 62

Imp. Valerianus IV. Imp. Gallienus II. 258 1010

Posthumus per annos septem Gallias instauravit, Germa-
nis submotis, Romanum in pristinam securitatem revocavit A 62
imperium. *Treb. Pollio.* Ab anno videlicet V. C. 1007. usque 1015. quibus ipse præfuit Germanis inferioribus, & superioribus Cisrhenanis, cum quibus strenuissimè Rheni limitem defendit adversus Transrhenanos, castris quoque ultra Rhenum in solo Barbarico ædificatis. *Treb.*

M. Aurelius Memmius Fiscus. Pomponius Bassus 259 1011

Cyriades Rom. Dux ad Saporem Persarum Regem deficit, Cæsaræam, & Antiochiam Romano adimit imperio, Imp. à militibus salutatur, primus è triginta tyrannis sub hæc tempora obortis. *Treb.* Eugenius quoque in Mœsia, & Pannonia à legionibus acclamatur Imp. *Treb. Eutrop.*

Fulvius Æmilianus. Pomponius Bassus II. 260 1012

Valerianus Imp. ingentem exercitum educit adversus Persas. *Zonaras. Treb.*

Corn. Secularus II. Iunius Donatus. 261 1013

Valerianus Imp. dum Edessæ obsidionem solvere tentat, capitur à Sapore, qui deinceps eo usus est pro scabello suppedaneo, equum ascensurus. *Treb. Eus. Eutrop.* Gallienus imperat deinceps annos VIII. adscitis in consortium imperii Valeriano fratre, & Salonino filio in Gallia, sub Postumo ductore. *Onuph.*

1014 262 *Imp. Lic. Gallienus IV. Petronius Volusianus.*

Gallienus cum Romano exercitu in Pannoniam adversus Eugenium proficiscitur, qui ad Mursiam à Galieno prœlio victus sese interfecit. *Treb. Sext. Aurel. Victor.*

1015 263 *Imp. Gallienus V. App. Pompeius Faustinus.*

„ Quum Galli vehementissimè Gallienum odissent, pue-
„ rum autem Saloninum, apud se imperare, ferre non possent,
„ eum, qui commissum regebat imperium Imperatorem ap-
„ pellarunt, missisque militibus adolescentem interfecerunt.
Pollio. Galli hi Menapii fuêre, omnesque Flandri, ac maritimi præsertim, & Zelandi, à Freto Britannico usqne ad Helium Rheni ostium, inter Legiam, atque Scaldim, & mare; qui intra limites sibi ab Augusto constitutos, in suis quiescentes, vixêre, auxiliares semper Romanis, à quibus nunc primum defecêre, *Francorum*, .j. Liberorum nomine assumpto. Atque hi Barbari sunt, quibus Aurelius Victor Posthumum ait in Gallia præsedisse, hæc ultima Barbariæ litora, hæ paludes, è quibus Francos oriundos scribunt panegyristæ. Occo in numismatibus suis fol. 331. apertè Francos eosdem, & Menapios vocat, quos sibi potissimum Posthumus adscivit, & apud quos imperium decennio possedit; septem videlicet pro Republica Romana (quibus cum Menapiis suis, Grudiis, Levacis, Pleumosiis, Centronibus, Nerviis, Batavis, Caninefatibus, Tungris, omnibus tum temporis Germanis inferioribus appellatis; item cum Vbiis, Nemetibus, Triboccis, Germanis superioribus, Cisrhenanis, Rheni limitem tutatus est) & tribus reliquis annis, quibus, ut ait Eutropius: *Ipsemet sibi purpuram sumpsit.* Subjiciens prædictus Occo: „ Hæc pars tum Gallica Belgica dicebatur, ubi
59 „ tum Franci habitabant, censebaturque Romanum solum, quia
8 Galliam universam sibi adscribebant Romani, Rheno imperium terminantes, unde Ammianus primos Francos Salios vulgò dictos, collocat in Romano solo, ubi dudum sedes fixerant, apud Toxandriam, .j. Brabantiam. Et Procopius primos Fran-
9 cos, Germanos antea vocatos affirmat, exigui primùm momenti viros, Armoricis finitimos, .j. Boloniensibus; quorum urbem
184 Zosimus scribit, primam esse mari adjacentem Germaniæ in-
169 ferioris civitatem, neq; alios fuisse docuimus Germanos Rom. Imp. corporis custodes. Quia verò posterioribus temporibus Germaniæ vox, tantum usitata fuit pro Transrhenanis, inde Francos, ultra Rhenum frustra hactenùs quæsiverunt. Sed, & Posthumum, apud Francos hosce primos, imperium arripuisse, confirmant infinita Posthumi numismata, totâ Flandriâ, atque Zelandiâ reperta, quorum mihi septuaginta quatuor ærea, quadraginta septem argentea Brugas, è variis Flandriæ locis, allata

allata sunt. Marchantius in Flandria sua lib. 1. fol. 64. agens de Bollesela pago Castellaniæ Casletanæ: *Vbi*, inquit, *cis paucos annos, ab agricola fodiente, repertus fuit cantharus ex alba terra, ingens, ore angusto, in quo pœnè duo millia numismatum includebantur, habentium effigiem, ac inscriptionem Posthumi, in Gallia Cæsaris, à Lolliano devicti, atq; cæsi.* In insula Zelandica Scaldia, vulgò Schouwen, ultra Scaldim, quà Ptolomæo Tabuda appellatur, de Posthumi nummo in ruderibus castri sui Haemstedæ reperto, quid scribat Eyndius, Haemstedæ Dominus. V. in Additionibus nostris fol. 68. In quibus etjam, foliis 61, 62, 63. explicamus inscriptiones trium Posthumi nummorum, anno 1647, repertorum cis Tabudam, in Walachria, alia Zelandiæ insula, Domburgi. Ac putem non alio tempore magis floruisse Flandriam, atque Zelandiam, quam toto illo decennio, quo Posthumus imperavit. Suntque tum frequenter in Tabudam invectæ Romanorum naves, frequentia vota soluta in templo Burgi, Tabudæ vicini, quod tum temporis, nescio, quo nomine, postea Domburgum est appellatum. Ipsum Posthumum sunt, qui Menapium, aut Francum vocant; certè in Gallia natum, scribit Eutropius his verbis: *Iam desperatis rebus, & deleto imperio Romano, Posthumus in Gallia obscurissimè natus, purpuram sumpsit, & per annos decem imperavit.* Zosimus tradit Posthumum 162
rerum summam ἐν Κελτοῖς potitum esse, .j. apud Celtas, quos 163
Dio exponit, Germanos inferiores, Cisrhenanos, ad oceanum, à Freto Britannico versus septemtrionem sitos.

Nummius Albinus. Maximus Dexter. 264 1016

Galienus auditâ Posthumi defectione cum exercitu è Pannonia ad Rhenum properat, cum Aureolo, & Claudio Duce, qui postea imperium obtinuit. Posthumus cum multis auxiliis
juvaretur, Celticis, & Francicis, in bellum cum Victorino pro- 185
cessit, cum quo imperium participaverat. Victrix Gallieni pars fuit, pluribus præliis eventuum ratione decursis; ita quidem *Pollio.* Alii Gallienum à Postumo in fugam actum scribunt; ut est apud *Gordonum.* Certè Gallienum Pollio asserit sagittâ vulneratum. Quidquid sit, re infectâ, Gallienus, ut erat labo-
rum impatiens, Romam rediit, eamque ingressus est triumpha- 187
li pompâ, in quam etjam Franci, & Sarmatæ simulati, ducti, illudens populum Romanum. *Trebonius. Zonaras* nulla victoriæ factâ mentione simpliciter scribit in Gallieno: *Gessit & cum Francis bellum.* Sub Gallieno militavit Diocletianus postea Imp. unde Vopiscus in Numeriano: „ Avus meus mihi retulit ab ipso „ Diocletiano compertum. Quum (inquit) Diocletianus apud „ Tungros in Gallia, quadam in caupona moraretur, in minoribus adhuc locis militans, & cum Druide quadam muliere „ rationem convictus sui quotidiani faceret, & illa diceret;

 „Diocle-

„ Diocletiane nimium auarus, nimium parcus es; joco, non serio, Diocletianus respondisse fertur: tunc ero largus quum „ Imperator fuero. Post quod verbum Druias dixisse fertur: „ Diocletiane jocari noli: nam Imperator eris, quum aprum „ occideris. Semper exinde Diocletianus in animo habuit imperii cupiditatem, idque Maximiano conscio, atque avo meo, „ cujus hoc dictum à Druide ipse retulerat.

1017 265 *Imp. Cæs. Gallienus VI. Æmylius Saturninus.*

A Gallieni cum exercitu discessu, Postumus, cum Francis Saliis, apud quos potissimum se continebat, è Zelandia Bataviam invadit *Panegyr.* Gordonus, aliiq;, quatuor annis serius id volunt accidisse. Factâ videlicet conspiratione cum Frisiis, Saxonibus, Chamauis, Bructeris, Ansibariis, Vsipiis, Tencteris, populis ultrarhenanis, Francorum, id est liberorum nomine, in commune, assumpto. Cum his exuit Romanos omnibus castris ad Rhenum; unde nata Francia secunda, Transrhenana, ut in tabula nostra geographica videre est. Batavi quoque, aliique, inter Mosam, & Rhenum, tum quidem cum reliquis Francis unum corpus effecti sunt, verum haud multo post iterum à Romanis victi, nondum Franci possunt appellari; sed tum demum, quando remotis à ripa Rheni Romanorum præsidiis, reliquis Francis accensiti sunt, imperante Honorio, & Pharamundo primo Francorum Rege. Alii Franci, Legiæ viciniores, tum temporis Teruanam, Ariacum, Minariacum, Viroviacum, Romanorum castra; urbesque Tornacum & Bavacum; & Ripuarii .j. Brabanti, Vogdoriacum, Geminiacum, Perviciacum, & Advaticam Tungrorum occuparunt; quod in gratiam Posthumi factu non difficile fuisse existimo, siquidem ut loquitur Pollio: *Nimius amor erga Posthumum omnium erat in Gallica gente populorum.* Ob frequentissima Postumi numismata, quæ Miræus scribit Bavaci reperta,
214 credit eum Bavaci resedisse, fuisseque urbem egregiam, ac bene munitam, à Francis postea destructam; adeo ut eam Romam Belgicam appellet. Posthumum obtinuisse lego, & Coloniam Agrippinam. Sed & varias Romanorum urbes eum Francis diripiendas tradidisse, indicio est, quod ob Moguntiam diripi non permissam, à militibus legatur occisus, accendente militum animos Lolliano, hoste Posthumi capitali. *Pollio, Zosimus, Nummi varii* apud me, cum inscriptionibus: VICTORIÆ AVG. Vbi currus triumphalis cum bijugis. Item: LÆTITIA AVG. FELICITAS AVG. PROVIDENTIA AVG. SALVS EXERCITVVM. SALVS PROVINCIARVM. RESTITVTORI GALLIÆ. RESTITVTORI ORBIS. Sed & in quibusdam COS. II. COS. III. COS. IIII. ab exercitu videlicet ita appellatus. De Posthumi cæde ita Aurelius Victor: *Suorum tumultu periit, quod flagitan-*

flagitantibus Moguntiacorum direptiones, quia Lollianum juverant, abnuisset. Erat tum in Gallia Aurelianus postmodum Imp. Tribunus legionis Sextæ Gallicanæ, qui Moguntiaco Francos irruentes in interiorem Galliam, sic afflixit; ut trecentos ex his captos, septingentis interemptis, sub corona vendiderit, unde de eo facta est cantilena: mille Francos, mille Sarmatas semel occidimus. *Vopiscus.*

Lic. Valerianus nob. Cæsar II. L. Lucill. Rufinianus. 266 1018

A quibusdam Francorum, in expeditione militari perseverantium, Lollianus appellatur Augustus; ab aliis Victorinus; cujus nummus nuper repertus Domburgi, à Postumo vocatus A 63
in imperii principatum, vir optumus, & summis principibus æ- A 64
quiparatus à *Pollione.*

Imp. Licin. Gall. Aug. VII. Sabinillus. 267 1019

Tumultu militari occiditur Lollianus. Victorinus filium A 64
suum Victorinum, imperii apud Francos, & Gallos, consortem facit. *Pollio.*

Ovinius Paternus. Arcesilaus 268 1020

Hisce temporibus Gallienus Romæ luxuriæ vacans, pacata omnia, ignarus publici mali, nuntiabat, ludos ac festa triumphorum exercens. *Aurel. Victor.* Solvuntur repente undiq; permissu Dei, ad hoc, circumpositæ, relictæque gentes, laxatisque habenis, in omnes Romanorum fines invehuntur; Germani Alpibus, Rhetiâ totaque Italiâ penetratâ, Ravennam usque perveniunt. Allemanni Gallias pervaganres, etjam in Italiam transeunt. *Orosius.* Gregorius Turonensis lib. 1. cap. 30. „Horum (Valeriani & Gallieni) tempore, & Chrocus ille A„lamannorum Rex commoto exercitu, Gallias pervagavit. Hic „autem Chrocus multæ adrogantiæ fertur fuisse. Qui cum „nonnulla iniquè gessisset, per consilium (ut ajunt) matris „iniquæ, collectâ (ut diximus) Alamannorum gente, univer„sas Gallias pervagatur, cunctasque ædes, quæ antiquitus fa„bricatæ fuerant, à fundamentis subvertit. Veniens vero Ar„vernos, delubrum illud quod Gallica lingua Vasso Galatæ „vocant, incendit, diruit, atque subvertit. Miro enim opere „factum fuit, atque firmatum; cujus paries duplex erat. Ab„intus enim de minuto lapide, à foris verò, quadris scalptis „fabricatum fuit. Habuit enim paries ille crassitudinem pedes „triginta, intrinsecus vero marmore, ac musivo variatum erat. „Pavimentum quoq; ædis marmore stratũ, desuper verò plum„bo tectum. Idem cap. 32: „Chrocus vero apud Arelatensem „Galliarum urbem comprehensus, diversis adfectus suppliciis, „gladio verberatus, interiit. Sed & Franci, non terrâ tantum

Fol. | V.C. | Christ.

Romanos infestant; verum & navigiis suis Hispaniæ oras, armis infestas habent, ejusque litora abradunt, ac direpto Taraconensium oppido, usque in Africam permeant. *Aurel. Vict.*
184 *Panegyr.* Francos hosce, Germanos, Orosius, aliiq; appellarunt, & subinde ulteriores Germanos, & ultimos, ob causas antea prolatas.

1021 269 *Ovinius Paternus II. Marinianus.*

Gallienus, cum fratre, & filio, XII Kal. Apr. apud Mediolanum occiditur, Claudii Gothici dolo, qui à legionibus Imp. eligitur, approbante postea Senatu. *Treb. Eutr. Euseb. Zonaras.* Invenit imperium infelix, & hostibus refertum; imperat annum unum, menses X, dies XV. *Onuph.* Franci sub Victorino quietè tenent Germaniam omnem inferiorem, eique vicinas aliquot Galliæ civitates. Nummus Victorini cum inscriptione: PAX AVG. Item: FORTVNA REDVX. *Occo.*

1022 270 *Imp. M. Aurel. Claud. Ovinius Paternus III.*

Seditione ortâ, inter milites, apud Coloniam Agrippinam, Victorinus occiditur, cum filio Victorino, Cæsare etjam nun-
64 A cupato. *Treb.* Agente victoriâ, Victorini senioris matre, junioris aviâ, C. Pives Tetricus, Galliæ Præses, imperium suscipit,
64 A & Augustus appellatur. Hujus duo nummi etjam Domburgi reperti, & toto Belgio multi, ut & Victorinorum. *Victoria etjam cusi sunt nummi aurei, ærei, & argentei, quorum hodieq; forma, exstat apud Treviros.* Verba sunt Pollionis.

1023 271 *Flavius Antiochianus. Furius Orfitus.*

Pridie nonas Februarii, Claudius Gothicus Imp. mortuus est, succedit Quintillus dies XV, X Cal. Martii occisus. Post quem Imp. L. Domit. Valer. Aurelianus imperat annos IV. menses XI. dies VII. Obscuris parentibus Sirmii in Pannonia natus. *Vopisc. Onuphr.*

1024 272 *Aurelianus. Pomponius Bassus.*

Aurelianus Imp. exercitum ducit in Asiam, & Syriam, ac demum contra Zenobiam, quæ capta, ac triumpho reservata est, rediitque oriens ad imperium Romanum. *Zosimus. Vopisc.*

1025 273 *Quietus. Valdumianus.*

Pacato oriente, Ægyptum quoq; Aurelianus recepit. Sed vehementer irascens, quod adhuc Tetricus Gallias possideret, occidentem petiit, atque ipso Tetrico exercitum suum prodente, quod ejus scelera ferre non posset, deditas sibi legiones obtinuit. *Vopisc.* Edoctus videlicet exemplo Postumi, & Victorini, ne & ipse à Francis militibus, qui tum facilè fidem frange-

frangebant, occideretur. Obtinuit vero legiones aliquot Romanorum, non Francicas, Gallicasque, quæ in in rebellione perstiterunt; facilè utique fuisset Aureliano, magnam Galliarum partem à Francis interceptam, recuperare, nisi Romam ad triumphum festinasset. Constantius Constantini pater, in Britanniam mittitur, cum exercitu, ab Aureliano, ubi è ducta in uxorem Helena genuit Constantinum. *Eusebius, Baronius.*

Claud. Tacitus postea Aug. M. Furius Placidianus. 274 1026

Romæ triumphat Aurelianus de subacto Oriente, & recuperata Gallia. Ductis, in pompam, Zenobiâ, & Tetrico utroq; cum Francis aliquot captivis. *Vopiscus.* Nascitur in Britannia Constantinus M. *Euseb.*

Imp. L. Domit. Aurelianus II. C. Iulius Capitolinus. 274 1027

Ad Gallias iterum profectus, Vindelicos obsidione Barbaricâ liberavit. Deinde ad Illyricum rediit. Illyricum restitutum est, redditæ Romanis legibus Thraciæ. *Vopiscus.* Asclepiodorus dixisse perhibetur, Aurelianum Gallicanas consuluisse Druidas, sciscitantem utrum apud ejus posteros imperium permaneret, tum illas respondisse, nullius clarius in republica nomen, quam Claudii posterorum futurum, quod Constantio tribuit *Vopiscus.* Cujus posteri, ut ait, ad eam gloriam, quæ à Druidibus pronuntiata est, pervenêre.

Imp. L. Domitianus Aurel. III. T. Antonius Marcellinus. 276 1028

IV. Cal. Febr. occiso Aureliano fuit inter regnum mensium VIII. M. Claudius Tacitus Imp. creatus VII Cal. Oct. imperavit menses VI, dies XX. *Onuph.* Germani in Rheno Romanas clusuras rumpunt. *Vopiscus in Bonoso.* Pro *clusuras*, in quibusdam codicibus reperies *luxurias.* Sed & alii Germani rupto limite transrhenano occupant à Romanis in Gallia urbes validas, nobiles, divites, & potentes. *Vopisc.* Germani; hi à Francis longè diversi sunt. Transrhenani enim intelliguntur ad fontes usque Rheni, qui & Alemanni appellati. Hi Coloniam & Moguntiacum à Posthumo & Victorino victas, etjam occuparunt, aliasque ad Rhenum, totâ Galliâ, civitates ad sexaginta. *Vopisc.* Iam inde à tempore Gallieni Rhenum transgressi, v. an. V.C. 1020.

Imp. M. Claudius Tacitus II. Fulvius Æmilianus. 277 1029

Idibus Aprilis Tacitus moritur. Cl. Annius Florianus imperat menses II. dies XX. V. nonas Iulii Florianus Imp. interfectus est. M. Fur. Valerius Probus imperat annos V. menses IV. *Onuphr.*

Imp.

1030 278 *Imp. M. Aurelius Probus II. M. Furius.*

Probus Imp. recepit omnes Europenses exercitus, qui Florianum & Imperatorem fecerant, ac occiderant; & cum ingenti exercitu Gallias petiit, quæ omnes occiso Posthumo turbatæ fuerant, interfecto Aureliano à Germanis possessæ, tanta antem illic prælia feliciter gessit, ut à Barbaris sexaginta, per Gallias, nobilissimas reciperet civitates, cæsis prope quadringentis millibus, qui Romanum occupaverant solum. *Vopiscus.* Nec fudit tantum Germanos Probus, sed & eos ultra Rhenum prosecutus, Germaniam magnam ferme Romanorum provinciam fecit, novem Barbarorum Regulis devictis, qui ad pedes ejus procubuerunt. *Vopisc.* Deinde parte exercitûs ad inferiorem Germaniam, ultimamque Galliam missâ, per Legatum, Francos quoque vicit, ab iisque decem urbes, quæ limitanea fuerant Romanorum castra, anno V.C. 1017 enumeratas, recuperavit. Vnde compositis rebus in Gallia sic scribit ad Senatum : „ Subacta est omnis qua tenditur latè Germania, „ novem Reges gentium diversarum ad meos pedes, imo ad ve„ stros, supplices, stratique, jacuerunt; quadringenta millia hosti„ um cæsa sunt, & sedecim millia armatorum nobis oblata, „ & septuaginta urbes nobilissimæ captivitate hostium vindi„ catæ, & omnes penitus Galliæ liberatæ. Sexaginta videlicet à Germanis transrhenanis, decem à Francis, quos in invias usque paludes est prosecutus; unde Vopiscus : „ Testes Franci „ inviis strati paludibus, testes Germani, & Alemanni, longè à „ Rheni submoti litoribus. Quibus apertè duo bella designantur, aliud adversus Alamannos, & Germanos ultrarhenanos, aliud adversus Francos in Gallia; Morinos videlicet, & Menapios Cæsari appellatos, & paludibus inviis tutos ab incursu Romanorum. Quamvis enim omnes se Gallias supra liberasse scribat Probus, id facit quidem Cæsaris exemplo; at Salustii ac Marcellini testimonio, omnes Galliæ intelligendæ, *Ni-*
3 *si quæ paludibus inviæ fuerunt*, qualis fuit Menapiorum, ac Morinorum districtus, multo depressior, quam nunc, ut è reper-
32 to in cespite Achate pretiosissimo, comprobavi. Certè neque Bataviam à Francis tum possessam, recuperasse Probum sequentia demonstrabunt. Credendum omnino est, ita eum cum Francis convenisse, ut Proculum, qui imperium apud Coloniam Agrippinam arripuerat, ei traderent, ipse captivos omnes Francos restitueret; de cætero intra suos limites remanerent olim ab Augusto permissos. Sic enim etjam scribit Vopiscus in Proculo Tyranno : „ Hunc Probus fugatum usque ad ultimas
287 „ terras, & cupientem in Francorum auxilium venire, à qui„ bus originem se trahere ipse dicebat, ipsis prodentibus Fran„ cis, quibus familiare est ridendo fidem frangere, vicit, & interemit.

Christ | V.C. | Fol.

teremit. Vltimas terras hic intellige, extremos hominum Morinos, & Μεναπίους τελευταίους, ut à Virgilio, & Dione, nominantur: nam ad reliquos videlicet Batavos, Frisios, Saxones, Chaucos, qui, & terrarum ultimi possunt appellari, certum est Probum nunquam penetrasse. Quamquam verò Franci antiquas sedes à Probo obtinuerint, ac vetera fortasse fœdera renovarint; cum, ob reditum captivorum, eorumque, qui in decem urbibus à Probo receptis, habitarant, multitudine populi abundarent, & angustiis locorum premerentur; pars eorum, defectionem moliti, magnamque navium Romanarum copiam, in Batavia, nacti, immenso itinere pervecti Oceanum, quà terras rupit, (fretum de Gribaltar) intrant, Siciliam occupatis Siracusis, deprædantur; item Italiam, Græciam, Asiam, atque in reditu, Africæ etjam litora depopulati, per idem fretum, cum præda ingenti, nullum passi detrimentum, utpote primâ fronte pro Romanis ubique agniti, domum rediêre. *Zosimus.* Panegyrista Eumenius factum id scribit à paucis è Francis captivis, qui correptis navibus in Ponto Euxino, per Græciam, & mare mediterraneum, emenso oceano, in Franciam sint reversi. Qui error fortè ex eo commissus, quod advenas è Walachria, censuerint, è Walachia, adjacente Ponto Euxino regione. Id saltem nullo modo credibile est, Probum Imp. qui, „ sedecim millia tyronum Germaniæ magnæ, per diversas „ provincias ita sparsit, ut numeris, vel limitaneis provinciis „ quinquagenos & sexagenos intersereret, testante Vopisco; captivos aliquot in extrema Gallia Francos, misisse ad Pontum Euxinum; ubi tum nullæ naves ad tantum iter, & miseris captivis nullus ad id apparatus; neque eo seculo Romani, ut tempore Ovidii, exulem ullum in Pontum relegarunt, præsertim militem in bello captum.

Margin references (Fol.) beside the lines above: 6 (at "…nominantur"), 7 (at "…Saxones,"), 50 (at "…occupatis"), 188 (at "…fretum,"), 50 (at "…Wa-").

Imp. M. Aur. Probus III. Ovinius Paternus. 279 1031

Probus Illyricum petit, unde expulit Sarmatas, mox peragrans Græciam, res ibi quoque pacavit. *Vopisc.*

Iunius Messala. Gratus. 280 1032

Probus Pamphiliam pacat, & Ægyptum occiso Saturnino Tyranno, natione Gallo; Persæ pacem petunt, & impetrant. *Vopiscus.* Blemyas etjam subegit, quorum captivos Romam transmisit, qui mirabilem sui visum, stupente Pop. Rom. præbuerunt. *Vopisc.*

Imp. M. Aur. Probus IV. C. Iunius Tiberianus. 281 1033

Probus triumphat de Germanis, & Blemyis, omniumq; gentium drungos, usque ad quinquagenos homines, ante triumphum duxit. *Vopisc.* De Francis eum triumphasse non lego,

quod illi, quamquam victi, variis rursus cladibus, terrâ, mariq; afficerent provincias Romanas.

1034 282 *Imp. M. Aur. Probus V. Pomponius Victorinus.*

Receptis omnibus, pacatisque, dixisse proditur: *Brevi milites frustra fore.* Vnde milites irritati, paulo cis sextum annum, eum Sirmii trucidavere. *Aur. Victor.* Probo IV. nonas Nov. occiso, imperat M. Aurelius Carus, Gallus Narbonensis, cum filiis, Carino, & Numeriano, annum unum. *Aur. Victor. Eutrop. Orosius. Onuph.*

1035 283 *Imp. M. Aur. Carus. II. M. Aurelius Carinus.*

Carus filium Carinum præficit Galliæ. Numerianum ducit secum ad bellum Persicum, ubi Mesopotamiam occupat. *Vopiscus.*

1036 284 *M. Aur. Carinus Aug. M. Aur. Numerianus Aug.*

Caro ad Ctesiphontem fulmine percusso, Numerianus in oriente capescit imperium, & mox insidiis Apri præfecti Prætorii, soceri sui, occiditur; re compertâ ab exercitu, Aurelius Valerius Diocletianus Dalmata Imp. acclamatur; postquam Aprum Cari occisorem interfecisset, è vaticinio Druiadis, de
644 quo ad annum V. C. 1016. Nam cum in venationibus frequenter apros occidisset, dixisse fertur: quum Aurelianus, Tacitus, Probus, Carus imperium accepissent: ,, *Ego semper apros occido,* ,, *sed alter utitur pulpamento.* Et cum Aprum præfectum occidisset: *Tandem,* inquit, *Aprum fatalem occidi. Vopiscus.* Imperavit Diocletianus annos XX. *Onuph.*

1037 285 *Imp. C. Aur. Diocletianus II. Aristobulus.*

Carinus contra Diocletianum multis prœliis conflixit, sed ultimâ pugnâ apud Murtium commissâ, victus occubuit. *Vopiscus. Cassiodorus* habet: *apud Margum flumen. Dalmatiæ,* ut interpretatur *Cuspinianus.*

1038 285 *Imp. C. Aur. Diocletianus III. Vettius Aquilinus.*

Diocletianus Romam veniens socium imperii facit, M. Aur. Valer. Maximianum, quem Herculeum, ut se Iovium voluit appellari, ipse in Galliam profectus, Bagaudarum factionem compescit. *Eutrop. Pomp. Sext. Mamert. Panegyr. Orosius.* Thebæa legio constans 6666. militibus, hac expeditione, jussu Maximiani, martyrium passa Agauni, pro majori parte. *Eucherius. Martyr. Gall. Sausai.* Pars verò alia, cum per Rheni ripam, compressis Bagaudis, in Germaniam inferiorem proficisceretur, ad recuperandam à Francis Bataviam, ubicumq; terrarum reperiretur, interimi jussa, Cassius, & Florentius apud Veronam,

nam, cum septem aliis jugulati sunt; Gereon cum 318. ad Coloniam; Victor cum 330. ad Vetera, inde Sanctum oppidum appellatum; Florentius apud Castrum Tilense; Iulius Geldubæ; de quibus videndus in fastis Belgicis Miræus X. Oct. Vbi ex Iunio & Siffrido, docet Veronam urbem ad Rhenum sitam, olim Bzongeist dictam, ejusque sigillum adhuc exstare asserit. Videndus & Helinandus apud Surium t. 5. 20. Octob. qui ingenti errore Coloniam Trajanam, urbem Trojam appellat, ita dictam Francis, à majorum suorum veteri sede, de qua fabula, nos satis, superque. Carausius in bello contra Bagaudas, cum egregiam operam Romanis præstitisset, adolescentiamq; apud eos navibus gubernandis exercuisset, quamquam Fran- 47
cus, & *Menapiæ civis*, ut loquitur Aurelius Victor, à Diocletia- 48
no & Maximiano Boloniæ præficitur, contra Francos, mare infestantes; ipsi, diversis exercitibus, ultra Rhenum, & Danubium, Transrhenanos omnes, ad Gothos & Schytas usque, in- 4
vadunt. *Panegyr. Mamert. Aur. Victor.* Carausius à Romanis, ad Francos deficiens, à quibus ortus erat, haud multo post ad necem à Maximiano Imp. quæsitus, reliquam classem Roma- 49
norum, quâ Gallias tuebantur, abducit, eaque Britanniam occupat, fugato inde Constantio, qui Romam advenit, Bolonià Francis permissâ. *Panegyr. Nummus apud Occonem* : IMP. CARAVSIVS. P. F. AVG. FELICITAS AVG. *cum triremi prætoria.*

C. Valer. Dioclet. Imp. III. M. Aur. Maxim. II. 287 1039

Navibus ædificandis, in locum deperditarum, Diocletianus 49
& Maximianus in Italia, Sicilia, & tota Gallia, intendunt. *Mamert.* 50
Panegyr. Maximianus Consulatum hunc secundum init Treviris, absente & occupato in oriente Diocletiano. *Livinaus in Panegyr. Brouw.* Carausius in Britannia, & Franci Boloniæ, plurimas naves in modum Romanarum ædificant, ad spolia pro- 47
vinciarum. *Eumen. Paneg.*

M. Aurelius Maximus II. Pomponius Ianuarius. 288 1040

Burgundiones, Alemanni, Chaibones, Heruli, è Germania magna, transito Rheno, se in Gallias infundunt. *Mamert. Paneg.* Retunduntur à Maximiano, qui eos in Germaniam insequitur, eamque invadit, quæ Rhetis objecta est. Funduntur Tervigi, Gothi, Thaifati, Vandali, Gepidæ. Quare Trevirim triumphans ingressus est. Inde frigore asperrimo perrexit Mediolanum, ubi cum Diocletiano deliberat de bellis, præsertim Ægyptiaco, & Africano. *Idem.*

Annius Bassus. L. Ragonius Quinctianus. 289 1941

Maximianus Treviros rediens, vota quinquennalia ibi sol-

Fol. | V.C. | Christ.

vit. *Mamert.* Carausius in Britannia, Franci à Bolonia ad Rhenum usque, locis omnibus maritimis, dominantur, variis regibus, .j. belli Ducibus creatis. Durat, Batavica rebellio, nondum
54 restauratâ classe Romanorum. *Mamert. Paneg.*

1042 290 *Imp. Dioclet. VI. Imp. M. Valerius Maximianus III.*

Orientem Persæ, Africam Iulianus, ac nationes Quinquegentianæ graviter quatiebant. Apud Ægypti Alexandriam, Achilleus dominationis insignia induerat. His de causis Iulium Constantium, Galerium Maximinianum, cui cognomen Armamentario erat, creatos Cæsares, in affinitatem vocant. Prior Herculii privignam, alter Diocletiano editam, sortiuntur, diremptis prioribus conjugiis. *Aurelius. Victor.* Partito imperio, cunctæ, quæ, trans Alpes, Galliæ sunt, Constato commissæ; Africa, Italiaque Herculio, (Maximiano) Illyricique ora ad usque Ponti fretum, Galerio; cætera Valerius (Diocletianus Iovius) retentavit. *Idem.*

1043 291 *C. Iunius Tiberianus. Cassius Dio.*

Franci è Batavia Augustodunum, sive Augustam Cliviorum obsident, vulgò Cleve. Quò ex Italia accurrens Constantius cum Romanis legionibus, obsidionem solvit, multosque Batavos, & Francos captivos, Ambiano, Bellovaco, Tricastino, Lingonicoque solo, ad terram excolendam, destinavit. *Eumen. Pa-*
46 *negyr. Sigon.* Sed, & Bataviam Constantius à diversis Francorum Regibus occupatam omni hoste purgavit, gentes ipsas in Romanas nationes transtulit, ut pacem Romani imperii cultu iuvarent, & arma delectu. *Paneg. Sigon.* Tandem Regibus Francorum Saliorum, Asarico, & Gaisoni, qui Bataviam tenuerant pax concessa, restitutis Romanorum castris, utque in terra sua salica, .j. Zelandia, sese continerent. *Panegyr.*

1044 292 *Afranius Hannibalianus. M. Aurelius Asclepiodotus.*

Exstructa, totâ Galliâ, ac Siciliâ, classis Romanorum, è mari Mediterraneo, per fretum Gibraltar, in Oceanum inducta, à Maximiano Imperatore, junctis Gallicanis navibus, obsidendæ Boloniæ adhibetur, quam occupabant Franci. Ac primo quidem innumerabilem Francorum classem in fugam egit, deinde in
48 ipso mari valla castrorum erexit. Adfuit, & cum legionibus Constantius, postquam Rheni ripam milite Romano iterum munivisset, & terrâ quoque, quam arctissimè Boloniam obsedit, Francorum non exiguâ manu, quæ obsistere moliebatur, in litore occisâ. Circumvallatione peractâ Maximianus & Constantius Boloniâ, cum exercitus parte Teruanam venit, atque Ariacum; &, quod æstas esset siccissima, etjam, in avia paludum, militem duxit. Vbi terra adhuc submadida cedebat ad

nixum,

nixum, & pressa vestigium hauriebat, ut loquuntur Panegyristæ; Montem Cassellum, tum Castellum Menapiorum, cepisse Maxi- 50
mianum, fugientibus Francis, judicio est, quod ibidem Maxi- 51
miani numismata reperta sint hac inscriptione: IMP. C. MAXIMIANVS AVG. Ab altera parte: GENIO POPVLI ROMANI. Teste Matthiâ van Hove, diligentissimo Belgicarum antiquitatum inquisitore, in Chronico suo vernaculo, ad annum Christi 302. fol. 112. Cum itaque, neq; perfugia sylvarum, ad Scaldim, neq; avia paludum, Francos tegere possent, eorum Reges, intra Legiam & Oceanum, Genobon & Esatech, sese Maximiano & Constantio dedidere, ut scribunt Panegy- 49
ristæ. Verum ex Eutropio, ipsisq; met Panegyricis, constat, cum bella frustra tentata essent, ad extremum pacem convenisse inter Maximianum, & Constantium Rom. Imp; Carausium, & 54
Reges Francorum; qua statutum: Carausius Britanniam, pro Romanis, adversus Barbaros ad vitam possideret, Genobon regnum retineret, Esatech dignitatem aliquam, aut munus, in Romana militia, consequeretur; ac viri traderentur, tum in militiam Romanorum, tum qui Nerviorum & Trevirorum arua, præteritis bellis inculta, & sine fructu jacentia, excolerent; de reliquo intra suos limites se continerent; ac Bolonia, ut vetus castrum Romanorum, Maximiano & Constantio dederetur. *Eutrop. Aur. Victor. Panegyr.*

C. Aur. Dioclet. Imp. V. M. Aur. Maximianus IV. 293 1045

Carausius anno VII à socio suo Allecto, per insidias petitus, occisusque est, & is tyrannidem sumpsit. *Pom. Læt.*

Valer. Constantius Nob. Cæs. Galer. Val. Max. Nob. Cæs. 294 1046

Notandum hîc Cæsares dici, futuros Imperatores, qui postea Reges Romanorum. Maximianus, rebus in Gallia pacatis, Boloniâ, per viam militarem à nobis exhibitam, ad Rhenum accessit. Omnemque illum limitem, non equestribus, neque pedestribus copiis, sed præsentiæ suæ terrore tutatus est. *Panegyr.* Inde per Italiam, in Africam, est profectus, contra Quinquegentianos. *Eutrop.*

Nummius Tuscus. Ann. Corn. Annullinus. 295 1047

Constantius ingentem apparat classem adversus Allectum ad invadendam Britanniam. *Panegyr.*

C. Val. Dioclet. Imp. VI. Val. Constantius Cæs. II. 296 1048

Allectus ereptam Carausio insulam per triennium tenuit, quem Asclepiodotus præfectus Prætorio, cum parte classis, ac legionum præmissus, oppressit, Britanniamque post decem annos Pop. Romanus recepit. *Orosius. Pomp. Lætus. Aurel. Victor.*

Hac victoria non solùm recuperata Britannia, sed Galliæ quoque Hispaniæ, Italiæ, atque Africæ oræ, perpetuis piratarum incursionibus, liberatæ. *Panegyr. Sigon.*

1049 297 *Maximianus Imp. V. C. Gal. Maximianus Cas. II.*

Alemanni, Rheno glacie indurato, hostiliter repetunt Gallias, adversus quos à Constantio Cæsare in Gallia pugnatum est circa Lingonas; qui die unâ, adversam, & secundam fortunam, expertus est, nam quum repente Barbaris ingruentibus intra civitatem esset coactus, tam præcipiti necessitate, ut clausis portis per murum funibus tolleretur, vix quinque horis mediis, adventante exercitu, LX fere millia Alemannorum cecidit. *Eutrop.*

1050 298 *Anicius Faustus II. Severus Gallus.*

Castellis de novo communiuntur Rheni limites à Romanis. *Zosimus.* Rebusque omnibus pacatis instaurantur scholæ, litteræque excoluntur. *Eumen.*

1051 299 *Imp. Dioclet. VII. Imp. Maximianus VI.*

1052 300 *Val. Constantius Cæsar III. Gal. Maximianus Cas. III.*

1053 301 *Posthumus Atianus II. F. Popillius Nepotianus.*

His temporibus, cum universum imperium Romanum, Imp. concordiâ, atque prudentiâ, esset in felicissimo statu, pacato oriente universo, atque occidente; Diocletianus, se, ut Deum, voluit adorari. *Eutropius. Zonaras. Panegyr. Euseb.* Maximianus & Diocletianus de Persis triumphant. *Euseb.*

1054 302 *Val. Constantius Cas. IV. Gal. Maximianus Cas. IV.*

Edicit Diocletianus, ecclesiæ Christianorum dejiciantur, scripturæ igni absumantur, Præsbyteri conjiciantur in vincula, & omnibus machinis adhibitis, idolis victimas immolare cogantur. *Euseb. August. Orosius.*

1055 303 *Imp. Dioclet. VIII. Imp. Maximianus VII.*

Rictiovarus Galliarum præfectus crudelissimè edictum illud observari jubet, unde in Martyrologio Romano Prid. nonas Octobris: „ Treviris commemoratio innumerabilium pene Martyrum, qui in persecutione Diocletiani, sub Rictiovaro Præside, ob Christi fidem, vario mortis genere necati sunt. Cum Treviri Rictiovarus plurimùm temporis ageret, ingens numerus Martyrum, ex diversis partibus Galliarum, ad eum à Magistratibus mittebatur; ut non potuerit omnium, nominum ratio haberi. Trecenti quoque enumerantur Coloniæ; Ambiani; Victoricus, & Fuscianus, & Firminus Episcopus.

pus. Augustæ Viromanduorum Quintinus; Rhemis Macra virgo; Tornaci Piaton & Chrysolius. Rictiovarus arreptus à dæmone legitur in ignem se præcipitasse, atque flammis excruciatus obijsse. *V. Baron.*

Imp. Dioclet. IX. Imp. Maximianus IIX. 304 1056

XI. Kal. Maii Augustis senioribus abdicantibus, Cæsares imperium excepere, Fl. Valer. Constantius, & Galer. Valer. Maximianus, qui imperaverunt annum I. menses X. dies VIII. *Onuph. Euseb.* Constantius in Francos bellum gerit, modo victor, modo victus, quamquam Panegyristæ scribant, gentes Francorum ab eo excisas; quod sequentium annorum gesta demonstrabunt. *Panegyr. Constant.*

Constantius Imp. V. C. Gal. Maximianus Imp. V. 305 1057

Constantius rebus in Gallia dispositis, ac pace factâ, cum Ascarico, & Gaisone, Francorum Regibus, ne hostem à tergo relinqueret; in Britanniam transit; quò ad eum venit filius ejus Constantinus. *Panegyr. Aurel. Victor.*

Constantius Imp. VI. C. Gal. Maximianus Imp. VI. 306 1058

VIII. Kal. Aug. Constantius moritur Eboraci. Constantinus ejus filius imperat annos XXX. menses XI. dies XXVII. *Onuph.* Natus ex Helena Britanna, non, ut putavit Nicephorus, Bithyniense, neq; ex concubina, ut quidam, sed uxore, quamvis eam coactus fuerit repudiare, ducturus Theodoram filiam Maximiani Herculei, ut dictum ad annum Christi 290. *Baron.* Galerius Maximianus existimans se, tot provinciis regendis, non sufficere, creat duos nepotes Cæsares, Galerium Valerium Maximinum, sororis filium, quem in oriente constituit; & Flavium Valerium Severum, cui permisit Italiam; ipse in Illyrico constitutus. *Oros.*

Val. Constantinus Aug. Val. Maximianus Imp. IX. 307 1059

Franci auditâ Constantii morte, absente in Illyrico Maximiano, datam Romanis fidem iterum frangunt; & incursionibus, Bataviam, & Galliam vexant, Regibus Ascarico & Gaisone; 46
in quos ducto exercitu Constantinus Imp. Reges cepit, eosque in temeritatis pœnam, Treviris interfecit, captivosque bestiis objecit, de Francis Cisrhenanis tamquam victis, triumphans. *Nazar. Eumen. Panegyr. Eutrop.* Sed, & ponte facto apud Agripinnam, invadit Bructeros, aliosque Francos ultra Rhenanos, quos arcet à limite Romano, Bataviâ universâ, militibus per præsidia dispositis, Rhenoque, ad Oceanum usque, armatis navibus instructo, tum adversus Francos primos, sive Salios, in Zelandia, & Toxandros, tum adversus Francos secundos,

ultra Rhenum. *Paneg.* Constantino in Galliis strenuissimè rempub. procurante, Prætoriani milites, Romæ, Maxentium filium Herculei, Augustum nuncupavere. Galerius Aug. Severum Cæsarem adversus Maxentium Romam cum exercitu misit, qui militum scelere Ravennæ interfectus est. *Oros.* Constantinus victis Francis ultraRhenanis castrum Divitensium construit,
48 A. vulgò Duytsch. Vetus inscriptio apud Rupertum Abbatem in libro, cui: *Meditationes de incendio Tuitii,* titulum fecit, eò loci reperta: D. CONSTANTINO PIO FELICI AVG. OPPRESSIS DOMITISQVE FRANCIS IN EORVM TERRIS CASTRVM DIVITENSIVM SVB PRÆSENTIA PRINCIPIS SVI MILITES CVM INTERTVRNIO FECERVNT D. N. M. Q. E. XX. VOT.

1060 308 *Imp. Gal. Maximianus VII. Aur. Val. Dioclet. X.*

Galerius occiso Severo Licinium Imp. creavit. *Oros.* Ob Reges Francorum bestiis objectos, odio, & inexpiabili irâ Franci feruntur in Constantinum, ac de novo bellum movent. *Eumen. Panegyr.*

1061 309 Vacat hîc, & sequens annus Consulibus, tyran-
1062 310 nicè dominante Maxentio Romæ. *Gordonus.*

1063 311 *Imp Gal. Maximianus VIII. Valerius Licinius Aug.*

Herculeus Maximianus in Galliam profectus est, ut Constantino genero auferret imperium, at Massiliæ proditus, & interfectus est. *Osor.* Quatuor supersunt Augusti: Constantinus in Gallia; Maxentius in Italia, & Africa; Maximinus in oriente; & Licinius in Pannonia cum Græcia, Dalmatia, Mœsia, Dacia, & Thracia. *Euseb. Socr. Eutr. Zosim.*

1064 312 *Constantinus Augustus II. Licinius Aug. II.*

Maxentius vincitur à Constantino, adversus eum in Italiam à Senatu evocato, viso in aëre crucis signo, quo labarum ornavit. *Euseb. Socr.*

1065 313 *Constantinus Aug. III. Licinius Aug. III.*

Moritur Maximinus. *Onuph.*

1066 314 *Ceionius Rufius Volusianus. Anianus.*

Treviros redux Constantinus, triumphum agit ob Maxentium debellatum. *Eumen. Panegyr.* Ibi Gallis septem millia capitum remittit, & quartum censuum partem. *Panegyr.* Capitum .j. tributorum in singula capita. *Lipsius in Tacit. excurso K. fol. 497.* Treviris quoque, omnibus, in palatio suo munia obeuntibus

tibus privilegia dat. *Cod. Theod. lib. 6. tit. 35. leg. 1.* Diocletianus hausto veneno privatus moritur Salonis. *Aurel. Victor.*

Constantinus Aug. IV. Licinius Aug. IV. 315 1067

Crispus filius Constantini è Minervina, mittitur Treviros, cum præceptore suo Lactantio Firmiano. *D. Hieron. Euseb.* Decennalia Constantini, Romæ celebrantur, quibus Crispus, & Constantinus junior filii Constantini Aug. & Licinius junior filius Licinii Aug. Cæsares appellantur. *Nazar. panegyr. Aurel. Victor.* Rescripta Treviris data Kal. Iun. *Cod. Theod. lib. 13. tit. 5. leg. 2.* Kal. Nov. *lib. 11. tit. 1. leg. 2.* VI. Idus Nov. *lib. 8. tit. 10. lib. 1. & lib. 11. tit. 1. leg. 2.*

Cæcinna Sabinianus. Q. Valerius Proculus Rufinus. 316 1068

Cibalense bellum adversus Licinium, incipit gerere Constantinus. *Aur. Victor.* Nomine Constantini, Treviris edictum est, ne mater familias in publicum protrahatur. *Cod. Theod. lib. 1. tit. 9. leg. 1.* Dat. III. Id. Ian.

Ovinius Gallicanus. Septimius Bassus. 317 1069

Valer. Licin. Aug. V. Val. Crispus nob. Cæs. 318 1070

Constantinus Aug. V. Licin. Iunior nob. Cæs. 319 1071

Hisce annis varia bella, Crispi nomine, gesta in Fräcos. *Nazar.*

Fl. Valer. Constant. Aug. VI. Constant. Iunior nob. Cæs. 320 1072

Crispus à Constantino, ad quinquennalia Romæ celebranda, cum Lactantio Firmiano, Treviris evocatur: quibus peractis Constantinus in Galliam contendit, ad Veteranos, apud Belluacos tumultuantes, ob previlegia, & præmia diminuta, quibus à Constantino abundè satisfactum. *Cod. Theod. lib. 7. tit. 20. leg. 1. Cod. Iustin. lib. 12. tit. 47. de veteranis leg. 1.* Tum perceptâ Constantinus Francorum potentiâ, quæ tot jam annis fatigaverat imperium Romanum, quæque Nazario dicitur: *Per se ipsa potens natio, & post Romanam magnitudinem in terris secunda*, Francos, in fœdus, cum Romanis admisit, adeò, ut non tantùm eos in ordines militares inscripserit, sed, & paulò post 53
factus Christianus, eos, licet Ethnicos, admiserit ad connubia C.50
cum Romanis. His pacatis, in Alemannos, Constantinus, & Crispus bellum movent, de quibus victis, Treviris uterque triumphavit. *Vnde nummi apud Occonem, fol. 357:* ALEMANNIA DEVICTA. Fausta, filia Maximiani Herculei, Crispi noverca, adolescentuli victoris amore deperit, novaque Phædra novum in Crispo renovavit Hippolytum. *Baron.*

Crispus Nob. Cæs. II. Constantinus Iun. Nob. Cæs. II. 321 1073

Constantinus è Gallia decedit bellum gesturus adversus

 Scythas;

Scythas & Sauromatas. *Euseb. Sosomenus. Sigon.*

1074 322 *Flav. Petronius Probianus. Anicius Iulianus.*

Constantinus M. ad bellum Licinianum, evocat Crispum è Gallia, quò mittit Constantinum Iuniorem. Cum Crispo, contra Licinium, proficiscitur Bonitus Francus, cujus fortia facta meminit *Amm. Marcell.*

1075 323 *Acilius Severus. Fl. Iunius Rufinus.*

Licinius à Constantino & Crispo victus, Bysantium fugit, ubi dum obsidetur, clanculò evadit, sed ad Lampsacum iterum profligatus, & captus, cogitur purpuram abdicare. *Euseb. Zosimus. Victor. Eutrop.*

1076 324 *Crispus Nob. Cæs. III. Constantinus Iun. Nob. Cæs. III.*

Licinius novis rebus studens occidi jubetur; ut, & Martinianus, quem Licinius ad auxilium sui, in imperium cooptarat; Item Licinius Iunior Cæsar, ut conscius sceleris paterni. *Euseb. Zosim. Victor.*

1077 325 *M. Inn. Nicomachus Paulinus. C. Publilius Iulianus.*

Vicennalia celebrantur, quibus Constantius, Constantini magni filius, Cæsar nuncupatur. *Euseb.* Brauwerus Nicomediæ, & Treviris, scribit edita Vicennalia, & hisce Crispum interfuisse, ex nummis ibi erutis cum hac inscriptione: FL. IVL. CRISPVS NOB. CÆS. VOT. XX. BEATA TRANQVILLITAS. Sed, & hoc ipso anno, periit Crispus, victoriis clarus, spe maximus, calumniâ Faustæ novercæ. *Victor.* Calumniâ agnitâ, in consolationem Helenæ, matris suæ, Crispum lugentis, Faustam quoque uxorem, in balneo occidi jubet Constantinus, qui post hæc scelera resipiscens, quærens expiationem, venit tandem ad baptismum. *Zosimus. Sosom. Baron.* Ablavius, apud Sidonium Apollinarem in hæc secula:

Saturni aurea secla quis requirat?
Sunt hæc gemmea, sed Neroniana.

Gemmeo diademate tum Cæsares utebantur, ut est *in nummis.*

1078 526 *Imp. Fl. Constantinus Aug. VII. Constantius Nob. Cæs.*

Constantinus toto imperio idolatriam prohibet, templa cum statuis undique diruuntur. *Euseb. Eunap.* Helena, quamquam senio gravis, Hierosolymam petit, ubi Crucem Domini invenit. *Paulin. Rufinus. Theodoret. Euseb. Sosom.* Romæ, & Aurelianis, Basilicam Sanctæ Crucis exstruit. *Martyr. Gall. 7. Feb. 18. Aug.* B. Agritius, Patriarcha Antiochenus, ob roborationem fidei Catholicæ, Treviros missus, ab Helena, Palatium ejus impetrat, dedicatum D. Petro. *Usuard. 13, Ianu. Brauw.* Sed, & Sanctensem

ctensem Basilicam in Clivia, Bonnensem ad Rhenum, erexisse Helenam, scribit in Chronico Belgico *Miraus.*

F. Valerius Constantinus. F. Valer. Max. Basilius. 527 1079

Obit Romæ Helena, cujus corpus, duobus annis pòst Constantinopolim deportatum, Regali sepulchro, conditum est. *Eusebius.*

Fl. Magnus Ianuarius. Fabius Iustus. 528 1080

Constantinus, mortuâ matre, relinquit imperium occidentale, eoque filiis tradito, pergit in orientem, ubi Constantinopolim condit, novam Romam, appellatam. *Zosimus. Euseb.*

Cæs. Val. Constant. VIII. Val. Constantinus Iun. IV. 329 1081

Constantinus Schytas debellat, per Gallicanum; redimitq; imperium Romanum, à veteri, & probroso vectigali. *Eusebius.* Constantinus quoque Iunior in summa pace vivit, tam cum Francis primis, quam secundis, mediam inter eos Bataviam C 50 possidens, sede imperii Treviris constitutâ. *V. Brauw.*

Ovinius Gallicanus. L. Aur. Symmachus. 330 1082

Dedicatio Constantinopoleos, sive novæ Romæ. *Scal. in Eus.*

Annius Bassus. Ablabius Ægyptius. 331 1083

Constantinus Iunior Treviris edictum dat, de actuariis, & exceptoribus. Kal. Iul. *Cod. Theod. l. 8. tit. 1. l. 2.*

Ovinius Pacatianus. Mecilius Hilarianus. 332 1084

Visigothi per Sarmatiam, arrepto itinere, aditum tentant in Rom. Imperium. *Iorn.*

Fl. Valerius Dalmatius. M. Aur. Xenophilus. 333 1085

Dalmatius, postea Cæsar dictus, Anniballiani, fratris Constantini M. filius fuit. Visigothas Constantinus M. vincit, qui, pace mox composiâ, imperio confœderantur. *Iorn.*

L. Ranius Optatus. Ann. Faustus Paullinus. 334 1086

Sarmatæ à suis pulsi, locum, quem incolerent, acceperunt à Constantino. *Oros. Hieron.* In Gallia hisce annis summa pax inter Constantium, & Francos, qui, non tantum in militiam Romanam assumpti sunt, sed & in palatio florent. *Ammianus Marc.*

Valerius Constantius, f. Aug. C. Ceionius Albinus. 335 1087

Trecennalia Constantini celebrantur, quibus Dalmatius appellatur Cæsar. *Nummi.*

Fol. | V.C. | Christ.

1088 336 *Alb. Popilius Nepotianus. Facundus.*

Athanasius Tyro Constantinopolim ad Const. M. profectus, obrutus calumniis Eusebianorum, jussusque exulare, Treviros venit, ad Constantium Iuniorem, estque à Maximino Trevirorum Episcopo honorificè susceptus. *Athan. Hieron.* Constantinus filiis partitur imperium. Constantino natu Maximo cedit Gallia, Hispania, Britannia, &c; Constantio oriens; Constanti intermedia pars, Italia, Africa, Illyricum, Græcia, &c. *Euseb.*

1089 337 *T. Fabius Titianus. Felicianus.*

Moritur Constantinus M. Nicomediæ 22 Maii, ipso die Pentecostes. *Euseb.* Diviso imperio placuit ut deinceps alter Consulum Constantinopoli eligeretur, alter Romæ. *Gordon.* Valerius Constantinus Iunior, Constantius, & Constans, filii tres Constantini Magni, imperant unà triennio, posteà Constantius & Constans ann. X. Constantius omnino annos XX, menses V, dies V. *Onuph.*

1090 338 *Vrsus. Polemius.*

Fl. Valerius Dalmatius Cæsar opprimitur factione militari, Constantio, patruele suo, sinente potius, quam jubente. *Eutrop.*

1091 339 *Fl. Iul. Constantius Aug. II. Fl. Val. Constans Aug.*

Imperatorum rescriptum de curialibus datum Id. Cal. Ian. Trev. *Cod. Theod. l.12. tit.1. leg.27.* Oritur diffidium, inter Constantinum, & Constantem fratres. *Eutrop. Hieron. Oros.* S. Athanasius adversus calumniatores symbolum fidei publicè edit, Treviris hoc anno à Pontifice Romam evocatus. *Athan. Theod. Otto Frising.* Constantinus non contentus suâ sorte, novam postulat divisionem, quam cum non impetrat, accitis Francis, Rhetiam, Vindeliciam, Noricum occupat, atque in Italiam cum copiis ingreditur. *Avent.*

1092 340 *Fl. Septimius Acyndinus. L. Ruf. Val. Proculus.*

Constantinum, adversus Constantem fratrem, apud Aquileiam, inconsultius prælium aggressum, Constantis Duces interemerunt; ita respub. ad duos Augustos redacta est, Constantium & Constantem. *Eutrop.*

1093 341 *F. Antonius Marcellinus. Cælius Probinus.*

Mortuo Constantino, cum nullus esset in Gallia Imp. Franci occidentalem Galliam irrumpunt, Boloniam versus, Teruanam, Ariacam, Pontes. *Nicephor.* Irruunt, & in Pannonias, Scythæ. *Socrat. Zosom. Hieron.*

54
55

Fl. Iul.

Fl. Iul. Constantius Aug. III. Fl.Val.Constans Aug. II.	342	1094

Constans ex Italia in Scythas profectus, eos ad officium redigit. *Socrates.* Inde in Gallia vario eventu adversus Francos à Constante pugnatur. *Hieron. Chron.*

M. Memmius Fur. Placidius. Fl. Pisidius Romulus.	343	1095

Constantis exstat Treviris editum decretum, de exemptis ab oneribus. *Cod. Theod. lib. 12. tit. 1. leg. 36.* Francos in pace Constans recepit hoc anno, & confœderatos, ac socios Romanis, fecit. *Hist. Tripart. Libanius.* 55

Domitius Leontius. Salustius.	344	1096
Amantius. Ceionius Rufius Albinus.	345	1087
Imp. Fl. Iul. Constantius Aug. IV. Fl. Val. Constans Aug. III.	346	1098
Fl. Rufinus. Fl. Eusebius.	347	1099
Fl. Philippus. Fl. Salleas.	348	1100
Vlpius Limenius. Fabius Catullinus Philonianus.	349	1101
Sergius. Nigrinianus.	350	1102

Hisce annis, alta quies, & pax, inter Constantem, & Francos, primis dignitatibus in palatio fungentes; at Magnentius natione, Francus per Laniogaisum Francum, Constantem in venatione occidit, ad castrum Helena, nunc Helnam, apud montes Pyrenæos. *Socrates, Zosimus, Hieron. Eutr.* Magnentius Augustoduni purpuram sumens Decentium fratrem, Cæsarem creat, & cum eo, Galliam, Italiam, & Africam moderatur, annos tres, menses sex. *Onuph.* Veterannio quoque in Illyricis à militibus acclamatur Imp. Constantio remanente Alexandriæ, ad quem Sylvanus Francus militum Magister à Magnentio transgreditur. *Zosimus. Victor.* Franci candidati, sub Constantio, 56
meminit *Hieron.* è Francia secunda, media videlicet inter Saxones & Alemannos. Romæ Magnentii odio Potentianus fit Imp. *Aur. Victor.* Imo Nepotianus, Constantini sororis filius, octavo post die oppressus à Magnentianis. *Eutrop.*

	351	1103

Hic annus ob tyrannidem sine Consulibus transactus. *Gord.* Constantius, quod nullos haberet liberos, Fl. Constantum Gallum patruelem, Cæsarem creat Antiochiæ, eumque præficit orienti. *Zosim.* Constantius Firmii in ordinem redigit Vetranionem. *Eutrop.*

1104 352 *Fl. Iul. Constantius Aug. V. Fl. Const. Gallus Nob. Caes.*

Magnentius in Gallia, Sirmii Constantius, magnas copias colligunt. *Eutrop.*

1105 353 *Fl. Iul. Constantius Aug. VI. Fl. Const. Gallus Caesar II.*

57 Memorabili praelio ad Mursam in Pannonia vincitur Magnentius; tum iterum, propè Lugdunum, in Gallia, ubi se gladio transfigit, Decentius ejus frater apud Senonas se suspendit. *Hieron. Chron. Eutrop.* Inter hasce turbas, hinc Franci Salii, .j. Zelandi; inde Franci Germani Transrhenani, Bataviam iterum invadunt, & Romana praesidia inde expellunt. Ale-
57 manni quoque in Galliam effunduntur, quadraginta Roma-
58 norum urbibus occupatis, à Francis, Saxonibus, & Alemannis. *Amm. Marc. Hieron. Zosimus.*

1106 354 *Fl. Iul. Constantius Aug. VII. Fl. Const. Gallus Caes. VII.*

Gallus Constantio suspectus occiditur. Solus in imperio Romano eo tempore Constantius Princeps, & Augustus fuit. Colonia Agrippina, à Francis diu obsessa, capitur. *Ammianus.* Et ab Alemannis Argentoratum, Britomagum, Tabernae, Saliso, Nemetes, Vangiones, Maguntiacum. *Ammian.*

1107 355 *Flavius Arbetio. Mavortius Lollianus.*

Constantius Romam venit, & de Magnentio triumphat. *Theodoret. Gord.* Iulianum patruelem suum, Galli fratrem, Caesarem creat; traditâ ei in matrimonium Helenâ sorore. *Eutrop. Ammian.* Sylvanus Francus, antea magister Peditum sub Romanis, Coloniae Agr. Aug. appellatur, & XXVIII. imperii die occiditur, ob Vrsicino. *Ammian. Eutrop. Victor.* Brauwerus ejus numum adfert hac inscriptione: D. N, FL. SYLVANVS P. F. AVG.

1108 356 *Fl. Iul. Constantius Aug. VIII. Iulianus Caesar.*

Iulianus in Gallias venit, postquam multa oppida Barbari expugnassent, Romanumque imperium non dubiâ jam calamitate nutaret. *Eutrop.* Reperit Romanorum praefectos, à Gallis, pro capitibus singulis, tributi nomine, vicenos quinos aureos flagitasse. *Ammianus.* Vnde facilior Galliarum defectio. Lipsius in Tacitum excursu K: *Capita*, inquit, *pro pabulis jumentorum.* Iulianus Britomagum recipit; & Agrippinam, cum Francorum Regibus, furore mitescente, perterritis, pacem reipublicae firmat, interim profuturam. *Ammianus.* Quibus vincendi primitiis laetus, per Treviros hiematurus apud Senonas abscessit. *Ammianus.*

Fl. Iul.

Fl. Iul. Constantius Aug. IX. Iul. Cæsar II. 357 1109

Cæs. Iulianus, exactâ apud Senonas hyeme, Rhemos properat, majores ex Italia copias exspectans. *Ammianus.* Barbatio, post Sylvanum magister militum, cum XXV. milibus ex Italia Rauracos venit. Verùm priusquam sese jungerent, inter utriusque exercitus castra, Germani transgressi, Lugdunum invasêre; at, cum præda redeuntes, cæsi sunt. *Ammian.* Iulianus, subversum à Germanis munimentum tres Tabernas, reparat. Hostium, ad usque Rauracos fugientium, sarcinas, & jumenta, rapit. Septem Alemannorum Reges, Chonodomarium, Vestralpum, Vrium, Vrsicinum, Serapionem, Suomarium, & Hortarium, justâ acie profligat, insignemque victoriam reportat; atque ab exercitu acclamatus Imp. eum honorem recusat. *Ammianus Marc. Zosimus.* Addit Ammianus: „Batavi venere cum „Regibus, formidabilis manus. Captus Rex nobilis Chonodomarius, fusi omnes optimates, redditus limes Romanæ possessionis. *Aurel. Victor.* Iuliano cum Alemannis occupato, Remos Severus magister equitum, per Agrippinam petens, & Iuliacum; Francorum validissimos cuneos in sexcentis velitibus (ut postea claruit) vacua præsidiis loca vastantes, offendit. Eos in fugam actos, & Castellum, quod Mosa flumen præterlambit, occupantes, obsidet, omnesque, post bimestrem obsidionem sese dedentes, in militiam Romanam, aut in comitatum, Iuliano, captivos mittit, multitudine Francorum Toxandrorum frustrà castris suis prope Mosam egressâ, ad eos è captivitate eximendos. *Ammianus Marc.* Castellum id **Kessel** interpretantur; castra Francorum: Ravesteynum, Megam, Graviam; Cuyck, aliaque nobis cis Mosam. Cluverius castellum illud Menapiorum vocat; at Menapii eò, tum temporis, non pertingebant, quiq; eos scribunt ad Rhenum usque habitasse, ij Insulas Zelandicas Rheno attribuerunt. Iulianus, ad Gallos sibi conciliandos, tributi ratiocinia dispensat, antea Florentius præfectus Prætorio, quidquid in capitatione deerat, ex conquisitis jusserat suppleri. *Amm.* Idem Bataviam recuperat, Saliis 61
inde rursus expulsis, urbibusq; & castris omnibus receptis. *Zos.*

Datianus. Neratius Cerealis. 358 1110

Iulianus hyemem apud Parisios agit. *Ammianus.* Vbi, quia exercitibus, ad Mosam, & Rhenum, opus erat annonâ, à Britannis, in Helium Rheni ostium, sueta transferri, empto transitu libero, à Francis Saliis, qui à freto Britannico ad Helium habitantes, utpotè rei navalis peritissimi, Romanorum naves 63
alioquin intercepissent. Florentius Prætorio præfectus, cum 190
ijsdem, pro transitu, pepigerat duobus millibus librarum ar- 191
genti, Constantii Imperatoris consensu, cui familiare erat Bar- 192
baris

Fol. | V.C. | Chriſt:

baris famulari. Quod Iulianns omnino turpe judicans, nihil in id pecuniarum voluit impendi, recuperatâ nunc Bataviâ, &
62 Toxandrorum ad Moſam Caſtello, aliiſque occupatis. Itaque
63 in Saliorum partem Helio oſtio vicinam, ubi nunc Vornæ in-
190 ſulæ prope Toxandriam exercitum miſit; cumque Pariſiis, veniſſet Tungros, occurrit ei eorundem Saliorum legatio, pacem ſub hac lege prætendens, ut quieſcentes eos tamquam in ſuis, nec laceſſeret quiſquam, nec vexaret. Iulianus legatis cum munere remiſſis, dicto citius, Severo Duce ad Salios deſtinato, per ripam eos ſubito aggreſſus, tamquam fulminis turbo perculſit, dedenteſque ſe, ſuſcepit. Tum & ultra Rhenum profectus, Chamauos Francos, partim cecîdit, partim in pace recepit. *Amm. Zoſim. Iulian.* Renovata cum Francis omnibus limitum pax, acceptis obſidibus, annonæ ſubvectio tuta reddita, & finibus ſuis Romanum imperium reſtitutum. *Zoſ. Eutrop.*

1111 359 *Euſebius. Hypatius.*

Pacatâ inferiore Germaniâ, in ſuperiore, civitates à Iuliano occupatæ ſunt ſeptem: Caſtra Herculis, Quadriburgum, Triceſimæ, Noveſium, Bonna, Antennacum, Bingium. *Amm.* Hiſce, aliiſque, cum opus eſſet annonâ, è Britannia, claſſe ſexcen-
190 tarum navium, ſubvecta eſt. *Iulianus.*

1112 360 *Iul. Conſtantius Aug. Imp. X. Cl. Iulianus Cæſar III.*

In Britanniis, cum Scoti, Pictique, loca Romanorum limitibus vicina, invaderent, Iulianus Lupicinum, cum Batavis, Petulantibus, atque Herulis, Boloniam mittit, qui, ad Rutupias ex adverſo ſitas, delati, Londinium inde appellunt, hoſteſque in fugam agunt. *Amm.* Iulianus Obtricenſi (Trajectenſi) Moſæ oppido appropinquat, deinde Rheno tranſmiſſo, Francos
62 Attuarios, extima Galliarum percurſantes, invadit, multiſque cæſis, pacem eis, arbitrio, dat. *Amm.*

1113 361 *Fl. Taurus. Fl. Florentius.*

Iuliann intelligens hiſce in Gallia ſucceſſibus non lætari Conſtantium, ob recens exemplum Galli fratris, ei non fidens, jam ſæpius ab exercitu Imperator ſalutatus, ſtatuit aperto marte occupare imperium; Conſtantius regrediens ab inchoata expeditione Perſica, pactis utrimq; induciis cum Rege Sapore, in itinere moritur 3 non. Novemb. *Amm. Cedrenus.* Imp. Fl. Claud. Iulianus imperat annum I, menſes VII. dies XXVII. *Onup.*

1114 362 *Fl. Mamertinus F. Nevitta.*

Iul. Imp. ſtatim Chriſtianam religionem abnegat, templa Deorum aperit. *Prudent. Ammian. Socrates.* Labarum mutat ſublatâ cruce, *Zoſom.* Prætorianos, quibus concredita erat Impe-

Christ | V.C. | Fol.

ratoris salus, vult esse deorum cultores. *Socrates.* Valentinianus, Valens, Iovianus balteum deponunt, quare in exilium mittuntur, postea imperium consecuti. *Theodor. Socr. Zosom.*

Claud. Iulian. Aug. IV. Secund. Salust. Promotus. 363 1115

Iulianus pergens primo vere in Persas, vovet se post reditum immolaturum Christianos. *Hieron. Theodor.* VI Kal. Iul. occiditur Iulianus. Imp. Cæs. Fl. Iovianus imperat menses V. dies XXII. *Onuph.*

Imp. Cæs. Fl. Iovianus. Varronianus Aug. F. nob. puer. 364 1116

XIII Kal. Martii Iovianus mortuus est. Interregnum dierum VIII. Valentinianus orientis primùm, deinde occidentis Imp. creatus V. Kal. Martii, imperant annos XI, menses VIII, dies XXII. Valens orientis Imp. creatus Kal. Aprilis, imperavit ann. XIV. menses IV. dies XIII. *Ammianus. Onuph.* Valentinianus labarum restituit. Auditâ Iuliani morte Barbari rursus in Gallias effunduntur: Alemanni, Franci, Saxones; in Britanniam Picti, & Scoti. *Ammianus.* Quibus, ut facilius resistat Valentianus, Orientem permittit Valenti, ubi Procopius co- 65
gnatus Iuliani tyrannidem arripuit. *Ammianus. Zosimus.* Cum 66
Francis pax limitum renovata.

Imp. Cæs. Valentinianus Aug. Imp. Valens Aug. 365 1117

Valentinianus Rhemos venit in Galliam, deinde Treviros; ubi multæ sanctiones editæ, quas reperire est in Codice Theosiano. Atque imprimis XII. Kal. Mart. *lib.* 16. *tit* 2. *lege* 18. Idus Mart. *lib.* 10. *tit.* 24. *leg.* 1. XIV. Kal. Apr. *lib.* 10. *tit.* 19. *l.* 7. *& lib.* 14. *tit.* 17. *l.* 6. XII. Kal. Apr. *lib.* 10. *tit.* 12. *l.* 1. III. non. Apr. *lib.* 14. *tit.* 5. *leg.* 1. XI. Kal. Maij. *lib.* 8. *tit.* 8. *leg.* 1. VIII. Kal. Maij. *lib.* 12. *tit.* 1. *leg.* 64. VI. Kal. Maij. *lib.* 7 *tit.* 13. *leg.* 5. XV. Kal. Iulij. *lib.* 10. *tit.* 12. *leg.* 2. Kal. Nov. *lib.* 11. *tit.* 1. *l.* 2. Kal. Decemb. *lib.* 14. *tit.* 3. *l.* 12. Est, & horum, Imp. decretum datum Vangionibus pridie Kal. August. *lib* 13. *tit* 6. *leg.* 3. Item Coloniæ Agrippinæ pridie Kal. Octob. *lib.* 11. *tit.* 11. *lege unica.* Et Parisiis pridie Idus Decemb. *lib.* 8. *tit.* 1. *leg.* 11. In eodem Codice Theodosiano est rescriptum Valentiniani ad Viventium Galliarum præfectum de virginibus, viduis, liberis impuberibus, liberis à capitatione plebeia. Dat. X. Kal. Decemb. *lib.* 13. *tit.* 10. *leg.* 4. Valentinianus Francicis, Bataviciisq; auxiliis, frustra Alemannis resistere conatur, cùm Charietone Comite utriusq; Germaniæ, & Severiano Comite Divitensium & Tungricanorum. Post interitum Charietonis, Herulorum, Batavorumque vexillum direptum est, quod insultando tripudiantes Barbari crebrò sublatum altiùs ostendebant, id post certamina receptum est magna. *Ammianus. Zosimus.*

Fol. | V.C. | Christ.

1118 366 *Gratianus Valentin. Aug. F. nob. puer. Fl. Dagalaifus.*

Germani Treviros prætergressi, Leucorum, Mediomatricum, Catalaunorum fines intrantes, vincuntur à Iovino equitum magistro, ad Scarponnam, inter Tullum, & Divodurum. *Ammianus.* Valentiniani hoc exstat rescriptum datum Treviris pridie nonas Aprilis. *lib. 4. Cod. Theod. tit. 8. lege undecima:* „Si apud libidinosam mulierem, plus valuit cupiditas, quam „libertas, ancilla facta est, non bello, non præmio, sed connubio, ità, ut ejus filii jugo servitutis subjaceant; manifestum est „enim ancillam esse voluisse, eam, quam liberam esse pœnituit. Est & rescriptum datum Remis de annonariis speciebus, pro modo capitationis, & sortium, per quaternos menses præbendis. XIV. Kal. Iun. *Cod. Theod. lib. 11. tit. 1. lege. 15.* Est & aliud Remis datum. *Ibid. lib. 5. tit. 5. leg. 1.* XVI. Kalend. Iun. Et *lib. 9. tit. 1. leg. 8.* dat. ibid. XV. Kal. Decem. *Item lib. 8. tit. 7. leg. 9.* datum VII. Idus April. Remis.

1119 367 *Lupicinus. Iovianus.*

Gratianus apud Ambianos à Valentiniano patre creatur Augustus XIII. Kal. Septemb. Imperat annos VIII. menses II. dies XXIIX. *Hieron. Onuph.* Exstat rescriptum de filiis damno libertatis mulctatis, qui patribus gravem injuriam intulissent. Dat. XV. Kal. Sept. Ambianis, ab Imp. Valentiniano, Valente, & Gratiano. *Cod. Theod. lib. 8. tit. 13. leg. 1.* Est & rescriptum in *eodem Cod. lib. 10. tit. 15. leg. 4.* Datum XIV. Kal. Iunij Remis, quo privatæ rei suæ vult idoneos tribui advocatos. *Ibid. lib. 13. tit. 6. leg. 4.* Datum Remis IV. non. Maij. *Item lib. 13. tit. 10. leg. 5.* Dat. III. non. Iun. Remis. Et *lib. 9. tit. 19 leg. 3.* Dat. V. Id. Iunii Treviris. Batavi, cum se armis exuere juberentur à Valentiniano, ob non fortem operam Romanis præstitam, adversus Alemannos; pollicentur futurum, ut se viros præstarent, Romano nomine dignos, pugnamque redintegrant, atque extra vallum progressi, tam eo se bello strenuè gesserunt, ut è Barbarorum infinitâ multitudine, pauci domum redierint. *Zosimus.* Valentinianus Theodosium patrem Theodosii, Britanniæ præficit, qui Bononiâ Rutupias defertur, cum Batavis; hostesque circa Londonium vincit. *Pacat. Panegyr. Ammianus.*

1120 368 *Valentin. Aug. II. Valens Aug. II.*

Valentinianus Rhenum omnem à Rhetiarum exordio ad usque fretalem Oceanum magnis molibus communit, castra extollens altius, & castella, turresque assiduas, per habiles locos, & opportunos, quà Galliarum extenditur latitudo. *Ammian.* Valentinianus Saxones circa Boloniam in ora Galliæ Armorica

Christ. | V.C. | Fol.

rica prædas agentes in ipsis Francorum finibus opprimit, ad Gravelingam videlicet, vicinaque Francorum loca versus Boloniam. *Orosius.* 66

Iul. Fel. Valentinianus nob. puer. Aurelius Victor. 369 1121

Summa pax inter Romanos & Francos. In Valentiniani palatio floret multitudo Francorum. Mallobaudes, seu Merobaudes, Rex Francorum, Domesticorum Comes. *Ammianus. Zosimus.* Postea Consul anno V. C. 1129. Hisce Coss. plurima sunt decreta Treviris edita ab Imp. Valentiniano, in Cod. Theodosiano, atque imprimis. *lib.* 7. *tit.* 20. *leg.* 10. Dat. X. Kal. Ian. *lib.* 12. *tit.* 12. *leg.* 6. Dat. IV. non. Feb. *lib.* 11. *tit.* 10. *leg.* 1. Datum X. Kal. Mart. Et *lib.* 11. *tit.* 36. *leg.* 6. Datum prid. Idus Mart. *lib.* 1. *tit.* 6. *leg.* 4. Dat. Kal. April. Ibidem ejusdem diei *leg.* 5. *lib.* 4. *tit.* 17. *leg.* 1. Datum VII. Kal. Maij. Et *lib.* 11. *tit.* 29. *leg.* 3. Dat. VI. Idus Maij. *lib.* 14. *tit.* 3. *leg.* 13. Dat. Kal. Iunij. *lib.* 9. *tit.* 37. *leg.* 2. Datum prid. Id. Octob. *lib.* 13. *tit.* 5. *leg.* 13. Datum IV. non. Dec. Trev. Est & *lib.* 14. *tit.* 8. *leg.* 2. Dat. 5. Cal. Febr. & *lib.* 6. *tit.* 35. *leg.* 8. rescriptum Valentiniani datum III. Kal. Septemb. Brisiaci.

Imp. Valentinianus Aug. III. Valens Aug. III. 370 1122

Varias hoc etjam anno Treviris sanctiones edidit Valentinianus. *Cod. Theod. lib.* 13. *tit.* 3. *leg.* 8. Dat. III. Kal. Feb. Item *lib.* 14. *tit.* 9. *leg.* 1. Datum IV. id. Mart. Et *lib.* 13. *tit.* 10. *leg.* 6. Dat. III. Kal. Apr. Et *l.* 12. *tit.* 1. *leg.* 72. Dat. III. non. Maii. Trev.

Gratianus Aug. II. Sept. Anicius Petronius Probus. 371 1123

D. Hieronymus Treviris degens, inter semibarbaras ripas, 2
scribit Treviros excepto sermone Græco, eandem linguam 3
habere, quam Galatas, origine Gallos, de quibus alibi plura. 132
Hujus anni frequentia habet quoque Rescripta Valentiniani, 134
Treviris edita, Codex Theodos. ubi hoc inter alia *lib.* 10. *tit.* 137
20. *leg.* 5: „Si quis uxorem de familiis conchilegulorum acceperit, sciat conditioni eorundem se esse nectendum. Dat. „IV. Kal. Iul. Trev. Gratiano Aug. II. & Probo Coss. Ejusdem „diei est aliud *lib.* 12. *tit.* 1. *leg.* 75. Vnde apparet & conchas tum temporis in pretio fuisse, atque adhibitas ad ornatum. Est & aliud *Ibid. lib.* 9. *tit.* 38. *leg.* 5. Dat. XIV. Kal. Iun. Item *lib.* 9. *tit.* 16. *leg.* 8. Dat. IV. Kal. Iun. Est & rescriptum datum Moguntiaci pro natis ex scenicis. Dat. VIII id. Sept. *Lib.* 14. *tit.* 7. *leg.* 2.

Modestus. Arintheus. 372 1124

Sub his Coss. exstat Valentiniani decretum contra conventum Manichæorum datum VI. nonas Martii Trev. *Cod.*

Theod. lib. 16. *tit.* 5. *leg.* 3. Item quod alimoniam filii à parentibus sumere debeant, donec gerendis armis idonei sint. *Lib.* 7. *tit.* 1. *leg.* 11. Dec. VIII Kal. Maii Treviris. Est & aliud ibidem datum de spectaculis VII Kal. Maii. *Lib.* 15. *tit.* 5. *leg.* 1. Item de Episcopis. Dat. Kal. Dec. *Lib.* 16. *tit.* 2. *leg.* 22. Item dat. VII Kal. Mart. *Lib.* 12. *tit.* 1. *leg.* 77. & *lib.* 14. *tit.* 3. *leg.* 14. Datum VIII Kal. Mart. Trev.

1125 373 *Valentinianus Aug. IV. Valens Aug. IV.*

Decrevit, editâ sanctione, Valentinianus Treviris, ne sacrum baptisma iteretur. Dat. X Kal. Mart. *Cod. Theod. lib.* 16. *tit.* 6. *leg.* 1. Ibid. aliud *lib.* 12. *tit.* 1. *leg.* 73. Dat. prid. Cal. Decemb. Saxones, cùm Romanos terrâ, marique, infestarent, atque per regionem Franciæ secundæ, in Romanos incurrissent, Deuosne, cæsi sunt; ad Divitensium munimentum, circumventi fraude & perfidiâ Romanorum. *Caßiod. Amm.* Burgundionum octoginta fere millia ad Rhenum descenderunt. *Caßiod. Oros.* Expeditio adversus Macrianum Germanorum Regem. *Amm.*

1126 374 *Gratianus Aug. III. Equitius.*

Rescriptum Treviris, quo pictores à tributis liberantur. *Cod. Theod. lib.* 13. *tit.* 4. *leg.* 4. Dat. XII Kal. Iun. Est & aliud ejusdem diei. *Lib.* 11. *tit.* 36. *leg.* 22. Item *lib.* 4. *tit.* 16. *leg.* 1. Dat. III. Nov. Trev. Et *lib.* 11. *tit.* 36. *leg.* 21. Dat. XII Cal. Iun. Trev. Exstat præterea rescriptum editum Carnuti *lib.* 9. *tit.* 1. *leg.* 12. Dat. pr. id. Aug. Carnunti. Gratiano Aug. III. & Equitio V. Cl. Coss.

1127 375 *Nulli Consules.*

XV Cal. Decemb. subitâ sanguinis eruptione moritur Valentinianus. *Epitome Vict. Onuphr.*

1128 376 *Imp. Cæs. Valens Aug. V. Valentinianus Iun. Aug.*

Valentinianus Iunior post obitum patris, fit consors imp. à fratre Gratiano. *Hieron.* Imperant unà in occidente annos VIII, menses IX, dies IX. Cum patruo Valente orientis Imperatore. *Onuph.* Rescriptum pro gymnici agonis spectaculis datum VI id. Martii Trev. *Cod Theod. lib.* 15. *tit.* 7. *leg.* 3. Item *lib.* 9. *tit.* 35. *leg.* 2. Dat. XV Cal. Octob. Et dat. Trev. XVI Cal. Iun. *Lib.* 16. *tit.* 2. *leg.* 23. Gratianus Treviris habet Ausonium præceptorem. *Auson.*

1129 377 *Cæs. Gratianus Aug. IV. Merobaudes.*

Alemannorum circiter triginta millia apud Argentariam oppidum Galliarum cæsa, ab exercitu Gratiani. Gotthi diffunduntur in Thraciam. *Caßiod. Oros.* Pulsi ab Hunnis. *Hieron. Iorn.*

Rescriptum

Rescriptum Triviris dat. xv. Cal. Oct. de vino tribuendo ex provincialium collectione. *Cod. Theod. lib.* 11. *t.* 2. *leg.* 3. Et *lib.* 8. *tit.* 5. de cursu publico. leg. 35. dat. III Cal. Mart. Et *lib.* 14. *tit.* 3. *leg.* 15. Dat. XIII Cal. Mart. Gratianus Treviris Fregeridum Alemannorum ac Suevorum Ducem, & Richomerem Francum, Comitem Domesticorum; pro Romanis mittit in Thraciam, ad subsidium Valenti. *Amm.* Vnde Sidon. Apollin. Idyl. 8: ———————— *Francia mixta Suevis,*

Certat ad obsequium Latiis ut militet armis

Quo vaga Sauromates sibi junxerat agmina Chunnus, &c.

Nullo modo hic Suevi intelligendi Zelandi.

Imp. Valens Aug. VI. Valentin. Iunior Aug. II. 378 1130

Gratianus Alemannos in Galliam erumpentes apud Argentariam vincit. *Ammianus.* Gothi Constantinopolim obsident, unde repelluntur à Saracenis, & mox à Theodosio è Thracia pulsi. *Prosp. Socr. Zosom. Ammianus.* In Thracia Valentis excercitus est trucidatus, ipse quoque Imp. incensâ domo, ubi se occultaverat, igne combustus est, cui successit in oriente Theodosius, Theodosii filius, quem sibi in consortium Gratianus adscivit. *Cassiod.* Variæ sanctiones Treviris etjam editæ hoc anno. *Cod. Theod. lib.* 9. *tit.* 20. *lege unica.* Dat. pridie Idus Ianuar. Trev. *Ibidem lib.* 11. *tit.* 36. *lege* 32. Dat. III. Kalend. Febr. Trevir. *Ibidem lib.* 8. *tit.* 5. *lege* 35. Dat. XII. Kalend. Maij. Trevir. *Ibidem lib.* 11. *tit.* 30. *lege* 37. Dat. III. Kalend. Septemb. Trevir. *Ibidem lib.* 9. *tit.* 40. *lege* 12. Datum prid. Kalend. Decemb. Trevir.

Ausonius Magnus Pæonius Gallus. Q. Clod. Olybrius. 379 1131

Absens in oriente Gratianus Ausonium præceptorem suum, Treviris in Prætorio agentem, Consulem designavit. Vnde exstat *Gratiarum actio Ausonii ad Gratianum Imp. discipulum.* Theodosius Aug. creatus XVII. Calend. Feb. imperat annos XVI. dies duos. *Onuph.* Vota pro reditu Gratiani Treviris suscepta. *Ausonius.* Gratianus Treviros ingressus, Alemannos denuo Galliam vexantes, repellit. *Socrates.* Rescripta Treviris etjam habet *Cod. Theodos.* hujus anni. *lib.* 11. *tit.* 31. *leg.* 7. Datum III. non. Decemb. Trev. *Et libro eodem tit.* 36. *l.* 26. Datum non. April. Trev. *Item lib.* 13. *tit.* 3. *leg.* 12. Datum XVIII. Cal. Octob.

Imp. Gratianus V. Imp. Theodosius Aug. 380 1132

Gratianus contra Gothos, in Pannoniam, & Macedoniam mittit cum copiis Baudonem, & Arbogastem Francos. *Zosimus. Socrates.* Naviculariis Trevirensibus, delatam à Constantino, & Iuliano, equestris ordinis dignitatem, Gratianus, & Theodo-

Fol. | V.C. | Christ.

Theodosius confirmant. *Cod. Theod. lib.* 13. *tit.* 5. *leg.* 6. Dat. VIII idus Febr. Trev. *Item eod. lib. tit.* 9. *leg.* 3. Dat. VIII idus Febr. Trev. Vbi pro Gratiano V. malè legitur: vel. *Item lib.* 14. *tit.* 3. *leg.* 17. Datum V. id. Iul. Trev.

1133 381 *Posthumus Syagrius. Annius Eucharius.*

Wisigothi Constantinopoli Theodosio confœderantur. *Prosp. Zosimus.* Wandali pulsi à Longobardis novas sedes quærunt, electo Rege Mogogesilo, quicum postea Gallias intrant. *Iorn.* Equi Circenses immunitate donati Treviris Cal. Maij. *Brauw.* V. Cod. Theod. lib. 15. tit. 10. l. 2. Versicolore pennâ erant tunicati aurigæ, coloribus ad factionum studia translatis, mutabant pannum. *Augustinus. Salvianus. Tertul. Sidon. Apoll.* Septeni faciendi erant circuitus; unde Propert. lib. 2. eleg. 25.

Septima quam metam triverit ante rota.

Pro minis & scenicis editum Treviris rescriptum, in *Cod. Theod. lib.* 15. *tit.* 7. *leg.* 6. Datum VIII. Cal. Maij Trev.

1134 382 *Antonius. Posthumus Syagrius II.*

Priamum quendam regnasse, in Francia author est *Prosper.* Vnde quidam putant natam fabulam de Francis origine Trojanis. Gratianus dum exercitum negligeret, & paucos ex Alanis, quos ingenti auro ad se transtulerat, anteferret veteri, ac Romano militi, adeoque Barbarorum comitatu, & propè amicitiâ caperetur, ut nonnumquam eodem habitu iter faceret, odia contra se militum excitavit, hoc tempore, cum Maximus apud Britanniam tyrannidem arripuisset, & in Galliam
67 transmisisset, ab infensis Gratiano legionibus exceptus, Gratianum fugavit: nec mora exstinxit. *Epit. Vict.* Maximus cum militibus Romanis ac Britannis, è Britannia, transmisso navibus oceano, ad ostia Rheni appellit. *Zosimus.* Inde è Batavia Rheno ascenso, & Mosellâ, in urbe Trevirica sedem instituit. *Ambr. Gregor. Turon. lib.* 1. *cap.* 38.

1135 383 *Merobaudus II. Saturninus.*

Occiso Gratiano Lugduni VIII Cal. Sept. ab Andragathio, suorum proditione, Fl. Valentinianus junior imperavit annos 8, menses 8, dies 20. Arcadius quoque à patre Theodosio Cal. Febr. Imp. appellatus, imperavit annos 12. Fl. Maximus imperium occidentis occupavit annos 5, dies 20. *Onuphr. Hier.* Maximus Treviris Bonosum Luciferianum hæreticum in carcerem mittit. Ejus epistola ad Sericium Papam. *Baron.* S. Ambrosius à Valentiniano mittitur legatus in Treviros; atq; inter Maximum & Valentinianum pacē componit. *Ep. D. Ambr.* Hunc venerati sunt Reges Francorum Sunno & Marcomirus, item Arbogastes. vide ad annum V. C. 1145. Hunni irrumpunt in Aleman-

Alemanniam ſuperato Danubio, imminent Galliis, ſed à Bautone Franco, Militiæ Duce, arcentur. *D. Ambroſ. epiſt.* In his tumultibus contigiſſe hiſtoriam S. Vrſulæ & XI millium Virginum narrant Authores: „Hæ jubente Maximo, Londini col„lectæ, & invitæ navigiis impoſitæ, ut Britannicis legionibus „apud Armoricos darentur, tempeſtate aguntur ad litus Ger„manicum: ubi à Barbaris, Pictis, & aliis captæ, dum virgi„nitatem morte tuentur, Martyres evaſerunt, ita *Baronius in Martyrologio Romano 21 Octob.* At *Miræus in ſuo chron. Belg. anni* 1636: „Quæ turba (ſcilicet Virginum & mulierum) fugato „Gratiano, partaque per Maximum victoriâ, dum ad parentes, „maritos, propinquos, & amicos, per oſtia Rheni, & per Ve„ronam Friſiorum (eodem quo illæ prius itinere venerant) „duce agminis Vrſulâ, properat, in Hunnos, Gratiani fautores, „nondum procul à Rhenano limite repulſos, incidit; & ab iiſ„dem, ut Maximo infeſtis, eſt interempta. Sicque martyrium „fecerunt, cùm pro Chriſtiana, quam profitebantur, religione, „tùm pro pudicitia ſervenda. *Gaufredus Epiſc. Aſaphenſis comm. rer. Britan.* Franci ciſrhenani Maximo Tyranno favent, alii trans Rhenum, ſtant pro Theodoſio, & Valentiniano. v. annum V. C. 1140.

Ricimer. *Clearchus.* 384 1136

Ricimer hic Francus fuit, ut & Bauto Conſul anni ſequentis. S. Ambroſius Treviros iterum venit, petitum corpus Gratiani, quod Lugduno Maximus juſſerat Treviros transferri; idemque, Maximum id reddere nolentem, Sanctorum communione privat. *Ambroſ. epiſt.* Honorius Theodoſii filius naſcitur. *Proſper.*

Imp. Cæſ. Arcadius Aug. *Bauto.* 385 1137

Maximus auget in Galliis vectigalia; atque ipſemet purpuratus, ſtat ad lances, & ponderum momenta. *Pacat. in panegyr.* Priſcillianus, hæreſeos damnatus in Synodo Burdigalenſi, Treviris, juſſu Maximi, capite damnatur. *Proſper. Sulp. Sever.* Datum Treviris reſcriptum Valentiniani, Theodoſii, & Arcadii, ut intra annum criminalis quæſtio terminetur IV id. Iul. *Cod. Theod. lib. 9. tit. 36. leg. 1.*

Honorius Theodoſii f. Nob. puer. *Evodius.* 386 1138

S. Martinus Treviris à Maximo convivio exceptus, Præſbyterum præfert Maximo, cui & necem prædixit. *Sever.*

Fl. Valentinianus Iun. Aug. III. *Eutropius.* 387 1139

Maximus imperium univerſum animo concipiens, filium Victorem etjam Auguſtum creat, & Galliæ præficit. *Nummus* apud

Fol. | V.C. | Christ.

apud Occonem 383. Multas in Italia civitates invadit, cogit Valentinianum, ejusque matrem Iustinam, cum Galla filia, fugere ad Theodosium, qui postea Gallam uxorem duxit. *Zos. Marcell. Comes.* Nannio & Quintino militiæ magistris, infantia filii, & defensio Galliarum, committitur. *Sulpit. Alex. Greg. Turon.*

1140 388 *Imp. Theodosius Aug. II. Cynegius.*

Expeditio Theodosii in Maximum Tyrannum, qui tertio ab Aquileia lapide captus, atque indumentis Regiis spoliatus, capite mulctatur. *Prosper. Panegyr. Greg. Turon.* Franci primi sive cisrhenani facta cum transrhenanis conspiratione, non ferentes puerum Victorem, limites suos transgressi, feruntur in solum Romanum, ducibus Francorum primorum: Genebaldo; secundorum: Marcomire, & Sunnone; Coloniæ quoque Agrippinæ metum incutiunt. Nannius & Quintinus contra eos in-
67 gentem exercitum Agrippinæ cogunt. Quo audito alii è Fran-
68 cis cum præda Rhenum transivere, alii in Gallia .j. Romano
381 solo mansere, à Romanis apud Carbonariam cæsi. *Alex. Greg.*
382 *Turon. Victor.* Victor Eugenii filius occiditur ab Arbogaste. *Panegyr.* Sigebertus ad annum 387 ita scribit: *Franci, Quintinum, & Heraclium, Romanorum Duces, cum omnibus pene suis, juxta Trevirim delent.* Quod forte referendum ad annum sequentem.

1141 389 *Timasius. Promotus.*

Theodosius Romam venit cum Honorio filio, & cum Valentiniano triumphat. *Marcellinus in chron. Zosom.* Franci quidam prædas agunt in Gallia, quos repellit Arbogastes Francus ipse, militiæ Romanæ Dux; tum & ipse Valentinianus ad Rhenum venit, cum exercitu, & cum Sunnone, & Marcomire, Regibus Franciæ secundæ, pacem facit. *D. Ambros. Zosim.* Rescriptum datum Treviris 16 Cal. Iulii. *Cod. Theod. lib. 5. t. 21. l. 3.* Aliud ibidem *lib. 6. tit. 26. leg. 5.* Dat. 6 idus Decemb.

1142 390 *Imp. Cæs. Valent. Iunior. Aug. IV. Neoterius.*

Atrebatensibus mittitur Diogenes Episcopus. *Chron. Camer. Balderici.* S. Seuerinus Coloniensibus, Victricius Rhotomagensibus; de quo *Paulinus epist. 26.* à quibus multi Francorum,
393 præsertim Romanis militantes, ad fidem Christianam perducti sunt. *Paulin.*

1143 391 *T. Fabius Titianus. Q. Aur. Anianus Symmachus.*

Valentinianus Treviris Viennam proficiscitur, in Italiam iturus, cui Barbari imminebant, sed Arbogastes satellicio Francico eum detinet Viennæ. *Sulpitius Alex. apud Gregor. Turon. lib. 2. cap. 9.*

Imp.

Imp. Caes. Arcadius Aug. II. Rufinus. 392 1144

Valentinianus, ad vitæ fastidium, nimiâ Arbogastis, Magistri militum austeritate, perductus, laqueo apud Viennam periit. *Prosper.* Eo mortuo, Arbogastes Eugenium in Galliis imperare facit. *Zosim. Sosom.* Tradunt Eugenium Arbogasti à secretis fuisse, & clientem, Arbogastem vero Francum, sive Germanum, exulem, ex his Claudiani versibus:

Barbarus Hesperias exul possederat urbes,
Sceptraq; dejecto dederat Romana clienti.

Item: *Hunc sibi Germanus famulum delegerat exul.*
Eugenius in occidente imperavit annos II. menses VI. dies XIII. *Onuphr.* Theodosius cum jam per XVI. regnasset annos, regnat cum Arcadio, & Honorio, filiis, annos tres. *Prosper.*

Theodosius Aug. III. Abundantius. 393 1145

Honorius Imp. appellatus IV idus Ianuarii. *Onuphr.* Arbogastes adversus Sunnonem & Marcomerum Reges Francorum Secundorum ultra Rhenum, cum exercitu proficiscitur, ubi Bructeros, Chamauos, Angrivarios, & Cattos clade affecit. *Sulpitius apud Gregor. Turon.* Tum Eugenius tyrannus, & Arbogastes, cum Francorum, & Alemannorum Regibus, vetusta foedera de more init. *Sulp.* Huc facit quod habet Paulinus: *Arbogastem, à Regibus Francorum Marcomiro, & Sunnone, interrogatum, an Episcopum Ambrosium nosset, novi, inquit, atque ei charus sum; cui ille: in hoc profecto vinces omnes, quod ab illo viro diligeris, qui dicit Soli: consiste, & consistit.* Vnde opinio eos fuisse Christianos. Arbogastes adversus Theodosium, collectis Francorum, Gallorumque viribus, exundat. *Oros.* Theodosius, parans se ad bellum, contra Eugenium, & Arbogastem, sub initium Ianuarii, Imperatorem statuit filium Honorium; ac belli duces eligit Stiliconem Wandalum, Gainam, & Alaricum, qui postea Visigothorum Rex, Romam cepit. *Socrates. Claud.* Honorius imperavit in occidente annos XXVIII. menses XI. dies X. *Onuph.* 393

Arcadius Aug. III. Honorius Aug. II. 394 1146

Eugenius, atque Arbogastes, instructas acies, intra arcta Alpium latera continent, insidiis præmissis. Theodosius in summis Alpibus constitutus, vacans orationi, ac jejunio, victoriâ cælitus potitur, turbine ventorum in ora hostium irruente; quo spectat hoc Claudiani: *O nimium dilecte Deo* &c. 69
Eugenius captus, atque interfectus est. Arbogastes suâ se manu perculit. Ita & hîc duorum sanguine, bellum civile restinctum est, absque illis decem millibus Gothorum, quos præmissos à Theodosio, Arbogastes delesse funditus fertur; quos utique perdidisse lucrum, & vinci vincere fuit. *Oros.*

1147 395 *Sept. Anic. Hermogenianus Olybrius. Sex. Ant. Probinus.*

Theodosius cum suscepisset occidentale imperium, obiit apud Mediolanum 17. Cal. Febr. Arcadio orientem, Honorio occidentem relinquens. *Prosper, Socrates, Marcell.* Arcadius cum jam regnasset annos XII. regnat cum fratre Honorio annos XIII. *Prosper.* addit *Onuph.* menses III.

1148 396 *Imp. Arcadius Aug. IV. Honor. Imp. Aug. III.*

1149 397 *Cæsarius. Pontius Atticus.*

1150 398 *Imp. Cæs. Honorius Aug. IV. Eutychianus.*

393 Hisce annis Paulinus Nerviorum, & Morinorum partem,
394 ad Christi fidem convertit. *Epistola ejus ad Victricium.* Honorius
395 Stiliconem ad Rhenum misit, ad compescendos hinc inde
Francos, cis, & trans Rhenum. *Claud.* Marcomirus Francorum
Rex, à Stilicone captus, mittitur in Hetruriam ad Imp. Alius
70 Rex Sunno à suis occiditur. *Claud.* Cum Francis pax convenit, suntque mercede à Stilicone conducti, partim ad Rhenum custodiendum, dum ipse cum legionibus Romanorum mari proficiscitur adversus Gildonem, qui in Africa tyranni-
71 dem arripuerat; partim ad naves dirigendas, per fretum de Gribaltar, dudum iis notum. *Claud.*

1151 399 *Manlius Theodorus. Eutropius.*

Eutropius Eunuchus ille est Claudiani, mox honore, & vitâ privatus. *Prosper. Sozom.* Theodorum verò à singulari doctrina laudat idem poëta, & fuisse Christianum, arguit libellus *D. Augustini*, ei dicatus, de beata vita.

1152 400 *Stilico. Aurelianus.*

Gothi Italiam Alarico, & Radagiso, ducibus, ingressi. *Prosper.* Obit D. Martinus tanti æstimatus totâ Gallia, ut ab excessu Martini annos numerarint, atque ita receptum est Clodovæum obiisse anno 112 ab excessu S. Martini. *Greg. Turon.*

1153 401 *Eugonius Vicentius Celsus. Fravita.*

Nascitur Arcadio Theodosius junior ex Eudoxia. *Socrates, Marcellinus.* Stilico in Rhetias mittitur, ad comparandum exercitum adversus Gothos, Hastam urbem obsidentes, in Hetruria. Qui abiens, Francis Primis, & Secundis, Rhenum committit, more solito, videlicet iis mercedem pactus. *Claudianus*; Qui Gothos semper Getas vocat, & mirè Stiliconi adulatur, quasi
70 Francos, & omnes ad Rhenum populos, non tot diebus edo-
72 muisset, quot Drusus, & Trajanus annis. *Orosius* Stiliconem Wandalum, cum Gothis, & Wandalis occultum fœdus habuisse scribit ad destruendum imperium Romanum.

Arcadius

Christ. | V.C. | Fol.

Arcadius Aug. V. Honorius Aug. V. 402 1154

Theodosius lactens adhuc, declaratur Augustus XVII Kal. Febr. imperat in oriente cum patre Arcadio annos VI, menses duos, dies XV. *Onuph.* Pollentiæ adversus Gothos vehementer utriusque partis clade pugnatum est. *Prosper.* Quam tamen victoriam mirè Claudianus extollit. Honorius & Stilico de Gothis victis triumphant. *Claud.* C 9 C10 74 75

Theodosius Iunior Aug. Rumoridus. 403 1155

Honorius Aug. VI. Aristenetus. 404 1156

Stilico. Anthemius. 405 1157

Hisce annis Rheni limite nudato præsidiis Rom. Franci mercede à Romanis conducti, in omnibus Romanorum castris ad Rhenum, custodias agunt, ne Gallia pateat Barbaris ultrarhenanis. *Claud.* Vivunt Franci primi in summâ pace cum Romanis, sibi vicinis, quorum castra, urbesque ad Legiam, commeatus, & negotiationis causâ, frequentant. 388 74 75 394

Fl. Arcadius Aug. VI. Sept. Anic. Petronius Probus. 406 1158

Wandali & Alani Gallias trajecto Rheno pridie Calend. Ianuarias ingressi. *Prosper.* Quod alii ponunt anno sequenti. Wandalis Franci, Rheni custodes, egregiè in initio restiterunt, viginti Wandalorum millibus, cum Rege eorum Godegisilo, aut Wodegisilo, peremptis; at postea ab ingruentibus Alanis Franci protriti sunt. *Fregeridus. Greg. Tur.* 76

Cæs. Fl. Honor. Aug. VII. Theodos. Iunior Aug. II. 407 1159

Perrupto Rheni limite, innumerabiles, & ferocissimæ nationes, universas Gallias occuparunt, ac primò quidem effusæ sunt in Germaniam primam, natione Barbaram, ditione Romanam, post cujus exitium, arsit Regio Belgarum; capiuntur urbes, Moguntiacus, Treviri, Argentoratus, Vangiones; item Nemetes, Rhemi, Ambiani, Atrebates, Teruana, Tornacum. *Hieron. in epistola hoc anno scripta. Salvianus.* 76

Anicius Bassus. Fl. Fl Philippus. 108 1160

Has gentes quia Stilico excivisse ferebatur, cum filio Eucherio Romæ capite punitur. *Chr. Marce.* Arcadius Imp. Constantinopoli moritur. Honorius XLV. cum Theodosio fratris filio regnavit annis XV. *Prosper.* Constantius Tyrannus oritur in Britanniis, quæ à Romanis deficiunt, ut, & Galliæ Armoricæ, postquam Constantinus Boloniam appulisset. *Orosius. Olympiodorus.* 77 389

Fol. | V.C. | Christ.

1161 409 *Imp. Honorius Aug. VIII. Theodosius Aug. III.*

Wandali Hispanias occupant. *Prosp.* Franci primi, qui nunc Flandri, Zelandi, cum Toxandris, Batavis, & quibusdam ultra-
77 rhenanis, Teruanam à Wandalis eversam, aliaque Romanorum
388 castra occupant ad Legiam, & pleraque & etjam ad Rhenum. *Zosim.*

1162 410 *Varron. Tertullus.*

Roma à Gothis Alarico duce capta, & ob hoc solus fuit
77 orientalium partim Consul. *Prosper. August. in præfatione. Orosius.* „Fame periit, antequam gladio. *Hieron.* Franci proprio arbi-
389 tratu vivunt, sibique rempublicam constituunt, ut & Batavi, Celticæque nationes omnes, inter Rhenum, & Mosam, ejectis Magistratibus Romanis. *Zosim.*

1165 411 *Fl. Theodosius Iunior Aug. IV. sine collega:*

389 Constantinus Tyrannus apud Arelatem capitur & occiditur, & filius ejus Constans in Hispania. *Prosper.* Gaiso Francus
89 sub Honorio Comes est sacrarum largitionum, & magister officiorum, Edobicus quoque Francus magister militum. *Cod. Theod. Zos.*

1164 412 *Imp. Aug. Honorius IX. Theodosius Aug. V.*

Gothi quoque Rege Athulpho Gallias ingressi. *Prosper.* Iovianus tyrannus in Gallia à Constantio Honorii duce opprimitur. *Orosius.* Sidonii Apollinaris avus est præfectus Prætorii in Gallia. *Sidon.*

1165 413 *Lucianus. Herodianus.*

Burgundiones partem Galliæ propinquam Rheno obtinent.
391 Iovinus & Sebastianus fratres in Galliis regno arrepto peremti sunt. *Prosper.* Honorius Tyrannos omnes deleri jubet. *Oros.* Franci Trevirorum urbem, multùm labefactatem direptione Wandalorum, obsident, ac secundâ irruptione invadunt.
77 C *Frigeridus, Greg. Turon.* Salvianus ad Trevirim urbem: *Quia Te tria excidia non correxerunt, quarto perire meruisti.*

1166 414 *Fl. Constantius postea Cæsar. Fl. Constans.*

Castinus Domesticorum Comes, loco Constantii mittitur
77 C in Gallias, qui cum Francis pugnat, iisque aliquot eripit civites. *Gregor. Turon.* Attalus Gothorum consilio tyrannidem resumit in Gallia. *Prosper.* Constantii opera Britannia redit ad jura imperii Romani. *Beda.*

Imp.

1167 415 *Imp. Honorius Aug. X. Theoſius VI.*

Conſtantius in Galliam rediens Attalum capit. *Proſper.* Gothos quoque Narbona expellit. *Oroſius.* Athulphus Gothorum Rex à ſuis occiditur, regnumque Wallia invadit. *Proſper.*

Imp. Cæſ. Theodoſius VII. Iunius Quartus Palladius. 416 1168

Wallia pacem Honorii expetens, reddit Placidiam Theodoſii Imp. filiam, quam Romæ Gothi ceperant, conjugem Athulphi occiſi, cujus nuptias Conſtantius promeretur. *Proſper.*

Imp. Cæſ. Honorius XI. Fl. Conſtantius III. 417 1169

Honorius Romam cum triumpho ingreditur præeunte currum ejus Attalo, quem Lyparæ vivere exulem juſſit. *Proſper.* D. Auguſtinus ſatis viciſſe Honorium ſcripſit, quod multis 968
naufragiis elapſus eſſet.

Fl. Honorius Aug. XII. Theodoſ. Iun. Aug. VIII. 418 1170

Valentinianus Conſtantij & Placidiæ filius naſcitur ſexto idus Iulias. *Proſper.*

Fl. Monaxius. Fl. Plinta. 419 1171

Conſtantius pacem firmat cum Wallia, data ei Aquitania, & quibuſdam civitatibus confinium provinciarum. *Proſper.* A
Francis Rex eligitur Pharamundus, more cæterarum gentium, 77
qui ſolus omnibus præeſſet. *Sigeb.* In commune, Francorum 78
regnum conſtitutum, ex Morinis, Menapiis, Centronibus, Pleu- 236
moſiis, Gordunis, Grudiis, Levacis, Saliis, Advaticis, Toxan- 396
dris, Ripuariis, Batavis, Caninefatibus populis ciſrhenanis; & 398
Friſiis, Chamauis, Bructeris, Anſivariis, Vſipiis, Tencteris. Tranſrhenanis, quorum ſitum vide in tabula noſtra geographica; Tranſrhenani poſtea dicti Toringi.

Theodoſius Imp. IX. Conſtantius III. 420 1172

Conſtantius ab Honorio in conſortium regni aſſumitur. *Proſper.* Nobiliſſimum Francorum in Gallia Regnm initium ſumit ſub Pharamundo Marcomiri filio, ut poſt Adonem, ſcriptores rerum Gallicarum affirmant, ita *Gordonus.*

Fl. Agricola. Fl. Euſtatius Gordonus. 421 1173

Conſtantius Imp. moritur. *Proſper.* Malè in quibuſdam codicibus hîc legitur Conſtans. Ravennæ obijſſe tradit Nicephorus è mœrore, quod audiret electionem ſuam Theodoſio improbari. *Niceph.* Pharamundus legem Salicam dictat inter Legiam, Carbonariam, Scaldim, & mare. *Sigeb. Lex Salica.* Sed & legem Ripuariam in Toxandria, ſeu Brabantia; etjamque

Latinè, quod summa pax esset cum Romanis, adeo, ut horum multi in Francorum regione, Franci in Romanorum, habitarent. *Lex Salica.*

1174 422 *Fl. Honorius Aug. XIII. Theodosius Aug. X.*

Ætius in locum Constantii præficitur rei bellicæ, & mittitur ab Honorio in Hispaniam, contra Wandalos. *Iorn. Cassiod.* Hac ejus monumentum scribit Brauwerus in Basilica Pauliana esse Treviris: *Hic jacet Fl. Constantius, vir consularis, Comes, & Magister utriusq; militiæ, atque Patritius, & secundò Consul ordinarius.*

1175 423 *Rufius Prætextatus Marinianus. Asclepiodotus.*

Honorius obit XIX. Calend. Septemb. *Onuph.* Dum Placidia cum filio Valentiniano in oriente est, Ioannes, vilis natalibus homo, imperium occidentis invadit, Castino connivente. *Socrates. Iornandes. Cassiodorus. Renatus Frigeridus apud Gregor. Turonensem lib. 2. cap. 8.* Ejus nummus elegantissimus argenteus apud me exstat, ubi ab una parte est caput Ioannis, diademate è gemmis, & unionibus composito, adornatum, cum inscriptione: D. N. IOANNES. P. F. AVG. Ab altera parte: VICTORIA AVG. CONOB. Cum figura militari, dextrâ tenente signum militare, sinistrâ globum, cui insistit victoriola, supplantans captivum; quòd ideo hîc addidi, quia Occo, alijque, nullum ejus nummum habent. Walliæ in Gothia succedit Theodoricus. *Iorn. Isid.* Pharamundus, ut pluri-
386 mum residet apud Francos Salios, sive mari vicinos, ubi nunc
397 terra Franca, & Salica, sive Zelandica. Clodio cum uxore vivente patre etjam ad mare degit. *Fredegarius.*

1176 424 *Castinus. Victor.*

Placidius Valentinianus Cæsar appellatur à Theodosio Idibus Octob. imperavit annos XXIX. menses V. dies XXIII. *Onuph.* Franci ruptâ limitum pace, invadunt castra, & provincias Romanorum, ac præter Tongros, Coloniam Agrippinam, & Treviros, quam urbem ceperant anno V. C. 1165; occupant etjam Moguntiam, Argentoratum, Nemetas, Vangiones, urbes sitas in Germania superiore Cisrhenana, tum dicta Germania prima, unde Sidonius:

Francus Germanum primum, Belgamq; secundum Sternebat.

72 Belgæ secundi, dicti tum: Tornacenses, Teruanenses, Bolonien-
73 ses, &c. cum quibus Franci Salii, alijque Legiæ vicini, sæpiùs
79 pugnarunt. Postquam à Romanis descivere, neque enim aliunde Franci Belgam secundum attingere poterant, quam ab hac parte. De Germanæ secundæ urbibus occupatis à Francis, ita Salvianus, dum agit adversus ludos circenses: „ Sed „ videlicet

„ videlicet ad hæc reſponderi poteſt, non in omnibus hoc „ Romanorum urbibus agi. Verum eſt: etjam plus ego addo; „ ne illic quidem nunc agi, ubi ſemper ſunt acta antea, „ non enim hoc agitur in Moguntiacenſium, atque Maſſilie„nium civitate, ſed quia exciſa, & deleta eſt: non agitur A„grippinæ, ſed quia hoſtibus (Francis) plena: non agitur Tre„virorum urbe excellentiſſima, ſed quia quadruplici everſio„ne eſt proſtrata: non agitur denique pluribus Galliarum „ urbibus, & Hiſpaniarum, & ideo, væ nobis, atque impurita„tibus noſtris.

Theodoſ. Aug. XI. Valentinianus Nob. Cæſ. 425 1177

Cæſo Ioan. Tyranno, Valentinianus Auguſtus à Theodoſio deſignatur Imp. qui cum matre in Italiam venit. *Proſper. Socrates.*

Theodoſius Aug. XII. Placidius Valentin. Aug. II. 426 1178

Aëtius in Galliam mittitur adverſus Gothos, & Francos, imperii terminos invadentes. *Socrates. Proſper.*

Hierius. Artaburius. 427 1179

Aëtius victis Gothis arma parat in Francos. *Iornan.* Wandali ab Hiſpania in Africam tranſeunt. *Proſper.*

Felix. Taurus. 428 1180

Aëtius multis Francorum cæſis, quam occupaverant, propinquam Rheno Galliarum partem, recuperat; videlicet Argentoratum, Moguntiacum, Vangiones, Nemetes: item Confluentes, Antennacum, Bonnam, Coloniam, &c. atq; ita Romanis recuperavit ſuperiorem Germaniam Ciſrhenanam. Tongros eum non lego pertigiſſe, quæ urbs varias ſub gentes continebat. Walliæ in regno Gothico ſuccedit Theodoricus ſeu Theudo. *Iornandes.* 79 81

Florentius. Dionyſius. 429 1181

Aëtius tranſito Rheno in Alemanniam profectus, vincit Iuthingos; tum, & Vindelicos, & Noricos domat. *Sidon. Apoll.* Sed, & ſuperbiam Suavorum immenſis cædibus ſervire imperio Romano coëgit. *Iornandes.*

Theodoſ. Iun. Aug. XIII. Plac. Valent. Aug. III. 430 1182

Aëtius adverſus Scotos, & Pictos, Britanniam infeſtantes, Gallienum Ducem cum copiis mittit. Qui cum hoſtibus congreſſus, magnam eorum multitudinem ſtravit. *Beda.* Mortuo Pharamundo, Clodio regnat ſuper Francos, annis XX. *Sigeb.* Rex crinitus dictus, ut, & Franci omnes criniti, in ſignum libertatis. 80 585 586 588

libertatis. Clodio Batavos Francorum regno adjecit. *Marian. Scotus.* Paulo ante hæc tempora Franci Secundi, Chamavi, Ansibarii, Vsipii, Bructeri, Tencteri, Transrhenani, populi (adversus quorum incursionem, ut, & ad defensionem Coloniæ, exstructum fuerat Tuitium munimentum, sive Divitium, aut Deuso, vulgò Duytsch, cui præerat Comes Divitensium, & Tongricanorum, ut suprà ad annum V. C. 1117.) capto inter alia Tuitio castro, & factâ conspiratione, cum Tungris populis
81 Cisrhenanis, quibus unus, idemque Comes Divitensium imperaverat per latissimum districtum, omisso Francorum nomine, quorum jam regnum cis Rhenum erat constitutum, atque assumpto nomine Tongrorum, sive Toringorum, peculiarem sibi etjam Regem creaverunt, regnumque constituerunt ultra Rhenum, in regione Tenctorum, Ansibariorum, &c. quam Toringiam appellavere, desijtque post hac in historia, tam Romana, quam Gallica, sive Francica, earum gentium nomen. Hi Toringi postea à ripa Rheni repulsi, interiores occuparunt provincias, in Germania magna, ut, & Saxones, à quibus, & Saxonia, & Turingia hodierna. Forte Tongri, sive Toringi, quorum erat latissimus districtus, infensi Francis ob Tongros urbem ab ejs occupatam, & detentam, cum ultra-Rhenanis conspiravere. His quoque temporibus Germanus Antissiodorensis, Lupus Trecensis, Severus Trevirensis Episcopi, adversus Pelagianos in Britanniam missi sunt, unde redux S. Germanus Aremoricos defendit ab invasione Eocharici Alanorum Regis. *Prosper. Vita S. Germani.*

1183 431 *Anicius Bassus. Antiochus.*

Aëtio absente in Italia, ubi ei bellum obortum contra Felicem militiæ Magistrum, & Bonifacium, quibus imputabantur tumultus à Wandalis in Africa exciti, Clodio ægrè ferens
80 Francos Secundos Vltrarhenanos à Primis descivisse, ac pecu-
89 liare regnum ultra Rhenum constituisse, eorum regionem,
395 nunc dictam *Toringiam invadit, & in Dispargo* (Doesburgo) *castello Toringorum aliquamdiu habitavit. Sigeb.* Aëtius occiso Felice Consul fit anni sequentis. *Prosper.*

1184 432 *Ætius. Valerius.*

Aëtius à Bonifacio ex Africa reduce justo prœlio superatus, in Dalmatiam fugit, indeque, per Pannoniam, ad Hunnos, quos concitat in Romanos. *Prosper.*

1185 433 *Theod. Iunior Aug. XIV. Anicius Maximus.*

In Gallia cum Suptar Rex Hunnorum Burgundiones nimis opprimeret, illi, in Deo Christianorum spem, suam ponentes, se baptizari petierunt. Et statim Hunnis congressi, pauci

multa millia eorum peremerunt, & sic rabiem ipsorum refrenaverunt. *Sigeb.*

Aspar. Ariobinda. 434 1186

Reconciliatur Aëtius Imperatori, & cum auxiliis Hunnicis redit ad Romanum solum. *Prosper. Sigeb.* Mittiturque rursus in Galliam. Clodio remanet Dyspargi, tum, ut Frisios sibi confoederatos, à Toringorum incursu tueatur, tum, ut adversus eos, Rheni limitem conservet, & cum opus esset copias suas Francicas Arenaco ultra Rhenum, in eos posset transferre.

Imp. Theodosius XV. Valentinianus VI. 435 1187

Pax factâ cum Vandalis, datâ ejs ad habitandum, per Trigetium, Africæ portione, Hippone, III. Idus Februarii. Eodem tempore Gundicarium Burgundionum Regem intra Gallias habitantem, Aëtius bello obtinuit, pacemque ei supplicanti dedit, qua non diu potitus est, siquidem illum Chunni cum populo suo, ac stirpe deleverunt. *Prosper.* Huc facit hoc Sidonii de Aëtio: ——— *Belgam, Burgundio, quem trux*
Presserat, absolvit.

Idacius scribit Burgundionum cæsa viginti millia.

Isidorus. Lenator. 436 1188

Theodoricus Visigothorum Rex obsidet Narbonam, pacis placita perturbans. *Prosper.*

Aëtius II. Sigevoltes. 437 1189

Bellum adversus Gothos Chunnis auxiliantibus geritur. *Prosper.* Narbona obsidione liberatur Aëtio Duce, Gothorum cæsa octo millia. *Idatius.* Eodem anno inquit Prosper: *Piraticam Barbari fœderum desertores exercuerunt.* Bagaudica factio rursus in Gallia exorta, Battone Duce occiso, quievit. *Sigeb.*

Imp. Theodosius XVI. Acilius Glabrio Faustus. 438 1190

Piratæ multas insulas, sed præcipuè Siciliam vastaverunt. *Prosper.* Hi piratæ mihi videntur Franci; hoc fere nomine à Romanis appellati, quotiescumque bellum adversus eos gereretur, præsertim cum ijdem Franci veterum cum Romanis fœderum nunc sint desertores, ijdem aliàs etjam Siciliam vastavere, atque nobilem in ijs urbem Siracusam cepère. V. & an. V.C. 1048: *Domitis Francis oppressa bella piratica.* Toto orbe reliquo nullos piratas Romani timuerunt, nullasque sibi subditas gentes navibus uti, nisi ad commercium, permisere. Vnde idem Prosper ad annum V. C. 1179. Hierio & Ardobatio Coss. de bello Africano contra Bonifacium: *Exinde gen-* 54

tibus, quæ uti navibus nesciebant, dum à concertantibus in auxilium vocantur, mare pervium factum est. Erant, tum quidem Wandali in Africa, unde Siciliam poterant infestare, at cum ijs nulla fœdera fuerant Romanorum, unde fœderum desertores appellari non possunt.

1191 439 *Imp. Theodos. XVII. Festus.*

Aëtius in Gallia cum Gothis pugnat, ejus dux Littorius, petentibus, pacem negans, capitur, ductus Tolosam, quam auspices prædixerant eum intraturum. Aëtio rebus, quæ in Gallia componebantur, intento, Genseribus XIV Cal. Nov. Carthaginem capit. *Prosper.* Theodoricus Gothorum Rex inter Rhodanum & Ligerim latè dominatur. Sidonius Apol:

Nil prece, nil pretio, nil milite fractus agebat
Aëtius, capto terrarum damna patebant
Littorio, in Rhodanum proprios producere fines,
Teudorica fixum.

1192 440 *Placidius Valent. Aug. V. Anatolius.*

Wandali invasam Africam devastant. *Sigeb.* Avitus Prætorio præfectus, mittitur, ad Theodoricum ad vetera fœdera renovanda. Sidon:

Fœdus Avite novas, sævum tua pagina Regem
Lecta domat.

1193 441 *Cyrus Panopelites sine Collega.*

Theodosius Imperator in Wandalos movet cum classe ingenti. *Prosper.* Bellum contra Burgundiones in Gallia memorabile exarsit, quo tota pœne gens cum Rege suo, per Aëtium victa, concidit. *Sigeb.*

1194 442 *Dioscorus. Eudoxius.*

Cum Genserico à Valentiano Augusto pax confirmata, & certis spatiis Africa inter utrumque divisa est. *Prosper.* Nomen Romanum aliquando magno emptum hoc tempore repudiatum. *Salvian.*

1195 443 *Anic. Maximus II. Paternus.*

1196 444 *Theodosius Imp. XVIII. Albinus.*

1197 445 *Valentinianus VI. Nonius.*

Cum dudum Franci terra, marique Romanos afflixissent, ad eorum urbes invadendas Clodio animum adjecit, fœdere inito cum Toringis, ac primum è Dyspargo castello suo, ad Isalam sito in Toringia, exploratores, misit in primam Franciam, ut inde Legiâ transito, Romanorum loca circa Tornacum, Atrebatum,

Christ. | V.C. | Fol.

Atrebatum, Cameracum, recognoscerent; ipse cum non parva suorum manu, Rhenum vicinum, ac deinde Mosam transiit, in Ripuariam, & Franciam Primam, è quibus locis ingenti congregato exercitu, Carbonariam Sylvam ingressus, Tornacum capit, urbem Wandalorum invasione, mirè fœdatam, deinde etjam Cameracum. *Sigebertus.* Tum, & Atrebatum. *Sidonius Apollinaris.* Omniaque ad Somonam usque. *Sigebertus. Hincmarus in vita Sancti Remigii.* Quod itaque quindecim circiter annis Clodio Disburgi habitasset, ubi olim Sicambri; factum, ut Romani Clodionem Sicambrum appellarint, & Francos Sicambros, unde D. Remigius sacrâ undâ abluturus Clodovæum, à Gregorio Turonensi fertur dixisse:

——— *Mitis deponito colla Sicamber.*

Aëtius III. Q. Aurelius Symmachus. 446 1198

Britones à Scotis, Pictisque vastati, ab Aëtio Consule auxilium flagitantes, non impetrant, utpote, qui gravissimis eo tempore bellis, cum Bleda, & Attila, Regibus Hunnorum, erat occupatus. *Beda.* Inscriptio epistolæ paupercularum Britonum reliquiarum, ad Aëtium, ibidem exstat, hoc titulo:

Aëtio ter Consuli gemitus Britannorum.

Inter hæc Attila Bledam fratrem peremit, non ferens regni consortem. *Prosper.* Britanni cum frustra ab Aëtio auxilium sæpiùs petijssent, contra Pictos, & Scotos; evocat Anglos, Iuthos, & Saxones, è Germania Transrhenana. *Beda.* A Germania Angli Britanniam veniunt, eamque ab hostibus tutam faciunt esse, non multò post eam sibi vendicant. *Sigeb.* Anglorum meminit Tac. de moribus Germ. qui, & Ptolomæo ἀγγειλοὶ dicuntur; Procopio ἄγγιλοι. Ethelberdus: *Anglia vetus sita est inter Saxones, & Giotos, habens oppidum capitale, quod sermone Saxonico Sleswijck, secundum verò Danos Haitby.* Exstat in Codice Legum antiquarum, Lex Saxonum, Angilorum, & Werinorum. Desiit deinceps in Germania Angilorum, seu Anglorum cum gente nomen, ut, & Saxonum maritimorum. Et Britanni Angli, & Anglo Saxones appellari cœpêre.

Faltonius Probus Alipius. Ardabarius. 447 1199

Hunni Thraciam vastant. *Iornandes. Claudian. Sidonius.* Attilæ pervaganti orientale imperium dat Theodosius pro recessu VI. millia librarum, pollicitus ei annuum librarum mille tributum. *Sigeb.*

Rufius Prætextatus Posthumianus. Fl. Zeno. 448 1200

Obit Clodio, cumque filius ejus natu major Attilam in 84
auxilium vocasset ad Francorum Regum obtinendum; fœ- 85
dere cum Romanis percusso, succedit Merovæus, natu se- 86
cundus, à quo Franci Merovingi. *Sigeb. Ado.* Regia Franco- 88
 rum 89

rum Atrebatum. *Chron. Camerac.*

1201 449 *Turcius secundus Astenius, Protogenes.*

Sigebertus meminit hoc anno legationis in Britanniam, de qua ad annum V. C. 1181. Merovæus adoptatus ab Aëtio dicitur amicus, & socius Pop. Rom. Eo fœdore conventum, ut Franci Belgicam omnem secundam tenerent ad Somonam usque, Romani verò Germaniam Primam, Germaniam Secundam, & Belgicam Primam, de quibus, v. fol. 72, 73.

1202 450 *Placidius Valent. Aug. VII. Val. Corn. Avienus.*

Nova iterum orienti consurgit ruina, qua LXX. non minus civitates deprædatione Hunnorum vastantur. *Sigeb.* Theodosius Imp. V. Calend. August. obiit. Marcianus Aug. imperat annis VI. mensibus VI. *Onuph.* cum quo Valentianus annis V. *Sigeb.*

1203 451 *Marcianus Aug. Clodius Adelphius.*

Attila cum innumerabili Barbarorum multitudine (quam alii quingentorum, alii septingentorum millium faciunt) imminet Rheno. In eum armatur Gallia universa: Franci, Ro-
85 mani, Gothi, fœdere percusso. At priusquam hi copias jungerent, Attila Rhenum transgressus ad Toringiam, quam invaserat, Tungros urbem cepit. Deinde Treviros etjam, & Metas ad Mosellam, tum, & Remos, Mosâ transito. Vnde per se-
86 quanam ad Ligerim rectà copias direxit, Romanis, & Francis
87 semper cedentibus, donec Gothis jungerentur. Cum verò Attila Aurelianum ad Ligerim obsideret, atque ab Aëtio provocaretur ad certamen, æquo loco, & tantis exercitibus capace; pugna commissa est in campis Catalaunicis, ubi ab utrisque CLXII millia cæsa referuntur, exceptis XC. millibus Gepidarum, & Francorum, qui ante congressionem publicam noctu sibi occurrentes, mutuis concîdere vulneribus, Francis pro Romanorum, Gepidis pro Hunnorum parte pugnantibus. Attila viribus inferior, cum reliqua exercitûs parte, ultra Rhenum in patriam fugit. *Prosper. Gregor. Turon. Sigeb. Iornandes.*
88 *Cassiod.* Fabula est Aldenburgum ab Attila eversum, cum certum sit hisce in locis Attilam non fuisse.

1204 452 *Herculanus. Asporatius.*

Attila redintegratis viribus, quas in Gallia amiserat, Italiam ingressus, Aquileiam, aliasque urbes capit. *Prosper. Cassiod. Sigeb.*

1205 453 *Opilio. Vincomalus.*

Thurismundus filius Theodorici prælio Catalaunico occisi, regnum Visigothorum suscipit. *Sigeb.* Merovæus in summa pace

pace vivens Atrebati, ſubinde etjam Francos, Salios, & Batavos inviſit, conditque arcem Merewedam ad Dordrechtum. 88

Aëtius. Studius. 454 1206

Attila Leonem Papam ad ſe venientem reveritus, Italiam relinquit, unde redit in Galliam à Gothis poſſeſſam. Attila Viſigothos debellare aggreſſus rediit inglorius. *Sigeb.* Valentinianus Imp. Aëtium patritium, propriâ manu, & circumſtantium gladiis interfecit. *Sigeb.* Vnde Sidonius:

Principis interea gladio, miſerabile fatum
Clauſerat Aëtius.

Attila quoque hoc anno, crapulatus, erumpente per apoplexiam ſanguine de naribus, in lecto eſt ſuffocatus. *Sigeb.*

Imp. Valentinianus Aug. VIII. Fl. Anthemius. 455 1207

Hoc anno XVI. Kalend. April. Valentinianus Auguſtus occiſus eſt ab Aëtii milite, conſilio Maximi Tyrannidem meditantis. *Sigeb. Onuph.* Sidonius:

——— *Ferri mala crimina ferro Solvit.*

Maximus occidentis Imp. imperat menſes II. dies XXVII. à populo membratim diſcerptus. Eodem anno pridie Idus Iun. fuit interregum dierum XXVIII. Imp. Mæcilius Avitus imperat in occidente menſes X. dies VIII. Roma à Wandalis capta eſt duce Genſerico Rege. *Onuph. Sigeb.*

Ioannes Varana. 456 1208

His Coſſ. dejectus eſt Avitus Imperator à Majorano, & Richimere, Placentiâ, & factus Epiſcopus in civitate. *Marii Chronicon. Gregor. Turonen. lib. 2. cap. 11.* Ratio fuiſſe videtur ſtuprum Aviti Treviris commiſſum, quo urbs deperdita eſt. Aimoinus lib. 1. cap. 3: „ Trevirorum urbem Franci factio„ne Lucii conſularis eodem tempore pervaſerunt. Qui vide„licet Lucius indignatione commotus, eo, quod cognoviſſet „ab Avito Galliarum Auguſto uxorem ſuam ſtupro macula„tam, atque cavillando ſibi audiſſet eum dicentem, quod cali„das quidem haberet thermas, ſed ipſe frigidâ lavaretur, iſta „perpetravit. Hincmarus in vita Sancti Remigii: „ In illis „temporibus ceperunt Franci Agrippinam civitatem ſuper „Rhenum quam Coloniam vocaverunt; & Treviris civitatem „ſuper Moſellam, quæ ab Hunnis antea diruta, & afflicta fue„rat, ſuccendentes ceperunt. Sidonius Poëtarum, & Panegyriſtarum more Avitum laudat, Aviti gener, ut ſcribit Gordonns anno Chriſti 437. Eo anno Burgundiones terras cum Gallicis Senatoribus diviſerunt. *Marius.*

Fol. | V.C. | Christ:

1209 457 *Constantinus Rufus.*

Marcianus Imp. moritur VIII. Kalend. Febr. Iul. Majoranus in occidente imperat annos IV. menses IV. dies II. Leo Imperator orientis imperat annos XVII. *Onuph.* Trevirorum urbs à Merovæo, servante pacem cum Aëtio initam, redditur Romanis. V. annum V. C. 1214. & 1222.

1210 458 *Fl. Leo Aug. Iul. Valer. Majoranus.*

88 Merovecho Francorum Rege mortuo, Hildericus filius ejus regnavit annis XXVI. *Sigeb. Balder.* Galliæ, Ægidius ex Romanis, magister militum, datus est. *Gregor. Turon.*

1211 459 *Ricima. Patricius.*

Majoranus Imp. in Gallias venit, & recipit Lugdunum. *Sidon. Apoll.*

1212 460 *Flavius. Apollonius.*

Majoranus res Galliæ componit. *Idatius. Sidon.* Gaisericus Rex a Majorano per Legatos petit pacem. *Idatius.*

1213 461 *Severinus Dogalarphus.*

89 Majoranum de Galliis Romam redeuntem, & Romano imperio, vel nomine, res necessarias ordinantem, Ricimer livore percitus, & invidorum consilio fultus, fraude interficit circumventum. *Idatius.* Fit Imp. occidentis Vibius Severus, qui imperat annis III. menses VIII. dies XXIX. *Onuphrius.* Apud Tolosam hoc annis sanguis è medio urbis effluens Gothorum interitum, & Francorum dominationem portendit.
90 *Aimoin. Sigeb.*

1214 462 *Leo Aug. II. Severus Aug.*

89 Hildericum insolenter, & luxuriosè agentem Franci regno deturbant. Qui abiens in Thoringiam ad Regem Basinum, uxoremque ejus Basinam, latuit. Franci sibi Ægidium Romanum, magistrum militum, unanimiter Regem adsciscunt. *Gregor. Turon.* Ægidium his versibus laudat Sidon. Apollinaris:

——— Dignus, cui cederet uni
Sylla acie, genio Fabius, pietate Metellus,
Appius eloquio, vi Fulvius, arte Camillus.

Illo tempore in his partibus circa Rhenum usque Ligerim flumen, habitabant Romani, quorum Princeps erat Ægidius; ultra Ligerim autem dominabantur Gothi, quorum Princeps erat Alaricus. Burgundiones quoque Ariani, & Gothi, habitabant juxta Rhodanum flumen, usque ad civitatem Lugdunum, & ei confines urbes, quorum Princeps erat Gundebaudus.

Christ. | V.C. | Fol.

dus. *Hincmarus in vita Sancti Remigii.* Tanta erat inter Francos & Romanos communio, itaque permixtim habitabant, ut unus 362
velut populus censerentur; præsertim, cum & Franci linguâ 363
Romanorum uterentur, certis tamen regulis non adstrictâ, 364
unde Barbara, & rustica Romana appellata. Hinc Sidonius Apollinaris de Arbogaste, præcedentis Arbogastis propinquo, tractum Mosellæ pro Romanis gubernante, quem à peritia linguæ Latinæ laudat, lib. 4. ep. 17: *Potor*, inquit, *Mosæ Tiberim ructas.* Item: *Sermonis pompa Latini, si qua adhuc uspiam est, Belgicis olim, sive Rhenanis, abolita terris in te resedit.* Erat Arbogastes ille Comes Trevirensis, urbisque gubernator, unde liquet eam urbem à Francis incolis, ut arbitror, captam anno V. C. 1208. Romanis fuisse restitutam. Exstat Auspicii epistola ad Arbogastem virum spectabilem Comitem Trevirorum versibus Trochaicis, sed absque metro conscripta, ubi inter alia:

Congratulandum tibi est, O Trevirorum civitas,
Quæ tali viro regeris, antiquis comparabili.
De magno origo semine decendit sui nominis
Certè virtutis ejus est, ut Arbogastes legitur, &c.

Cecinna Decius Basilius Felix. Vrbianus. 463 1215

His Coss. pugna facta est inter Ægidium, & Gothos, inter Ligere, & Ligericino, juxta Aurelianis, ibique interfectus est Fredericus Rex Gothorum. *Marius.* De quo sic Idatius: „Adversus Ægidium Comitem utriusque militiæ, virum, ut „fama commendat, Deo bonis operibus complacentem, in Ar„moricana provincia, Fredericus frater Teuderici Regis insur„gens, cum his, cum quibus fuerat, superatus occiditur. Prævalebat proculdubio Ægidius non Romanorum tantùm, sed, & Francorum copias, à quibus Rex electus fuerat, secum ducens. *Gregor. Turon.*

Rusticus. Anicius Olybrius. 464 1216

Ricimer, quem alii Francum putant ex genere Richomeris, alii à patre Suevo natum, matre Gothâ, missus obviam Beogoro Alanorum Regi, vastanti Italiæ provincias, ad Cisalpinam Galliam, hostem victum occidit. *Iorn. Cassiod. Marcell.*

Herminerius. Basiliscus postea Aug. 465 1217

Severus Imp. dolo Richimeris veneno extinguitur XV. Aug. *Marcell.* Mortuo Severo Imperatore XVIII. Kalend. Septemb. fuit interregnum anni I. mensium VII. dierum XXVII. *Onuph.*

Fl. Leo Aug. III. T. Fabius Titianus. 466 1218

Hispania venit in potestatem Eurici Gothorum Regis. *Severus. Sulp. Idatius. Iornandes.*

Fl. Peusaus

Fol. | V.C. | Christ.

1219 467 *Fl. Peusaus. Ioannes.*

Fl. Anthemius Aug. fit occidentis Imperator annis V. mensibus III. Creatus pridie Idus April. ex consensu Senatus, & Richimeris. *Nicephorus. Evagrius. Marcell. Onuph.*

1220 468 *Anthemius Aug. sine Collega.*

Præfectorum Romanorum sævitia, & avaritia impensè obest totâ Galliâ Romanis. *Salvianus. Gordonus.*

1221 466 *Marcianus. Zeno postea Aug.*

Durat in Britannia bellum contra Anglo-Saxones. *Beda. Paulus Diaconus.* Hoc tandem anno Childericus, post octavum exilii annum, regno Francico restituitur, pulso Ægidio, quod graviùs justo Francos opprimeret. Basina uxor Basini Regis Thoringorum, relicto viro suo, ad Childericum venit, quam ille uxorem duxit, & ex ea Ludovicum genuit, ante baptisma dictum Clodovæum. *Gregor. Turon. Sigebertus. Hincmarus.* Quod verò Aimoinus scribit lib. 1. cap 7. Francos Childerico è Toringia venienti occurrisse ad Barrum castrum, nullo modo intelligendum castrum Ducatus Barrensis, quod recentius est, sed aliquod castrum in Brabantia, aut Batavia, sic dictum aut à Bergh, bargh .j mons, aut à Bar, barre .j. repagulum; erat enim, tum temporis Francorum Regia Atrebatum, Toringia verò ultra Rhenum, à Dyspargo Coloniam versus; unde Atrebatum versus iter facienti, Batavia, & Brabantia, erat transeunda.

1222 470 *Severus. Iordanus.*

1223 471 *Leo Aug. IV. Probianus.*

1224 472 *Festus. Martianus.*

Anthemius Imp. V. Idus Iulii occiditur. Anicius Olybrius imperat in occidente menses III, dies XXIII. *Onuphr.* De quo ita Sigeb. sed malè anno 468: ,, Anthemio, & genero suo Ri- ,, cimere Patritio, Romæ contendentibus de imperio, interim ,, Olybrio ad imperandum à Leone Augusto transmisso, Ri- ,, cimer Anthemium perimit. Olybrio X Kal. Novemb. mortuo fuit interregnum menses IV. dies XII. *Onuph.*

1225 473 *Imp. Leo Aug. V. sine Collega.*

Leo Iunior Cæsar Aug. appellatur à patre Leone in oriente. *Onuph.* Fl. Glycerius fit Imp. occidentis, imperat annum I. menses III. dies XXI. creatus III. non. Martii. *Onuph.*

1124 473 *Fl. Leo Aug. VI. sine Collega.*

Leo Aug. ... Idus Ianuarii mortuus est. Fl. Leo Iunior, & Fl, Zeno Isauricus imperarunt in oriente annum I. *Onuph.*

Gly-

Glycerius Aug. VIII. Cal. Iulii coactus abdicavit. Iulius Nepos imperat in occidente annum I. menses II. dies VI. *Onuph.*

Fl. Zeno Aug. II. sine Collega. 475 1227

Leone Iuniore Aug. mortuo, Zeno imperio exactus est, Fl. Basiliscus fit Imperator orientis, annum I. menses VI. *Onuph.* Imp. Iul. Nepos V Kalend. Septemb. abdicavit. Interregnum in occidente mensium II. dierum III. *Prosper.* Fl. Momillus Augustulus imperat menses IX. dies XXIV. creatus pridie Calend. Novemb. *Prosper.*

Imp. Fl. Basiliscus Aug. II. Fl. Armatus. 476 1228

Imperator Basiliscus coactus à Zenone imperio cessit; Fl. Zeno orientis Imp. iterum, annos XV. *Onuph.* Hoc anno V. Kalend. Septemb. Imp. Augustulus ab Odoacro Rege coactus abdicavit. Imperium Romanorum in occidente, annis CCCXXV. deficit; anno à Iulio Cæsare DXXII. *Onuphrius.* Videlicet usq; ad Carolum Magnum, de quo suo loco. Regnant in Italia Gothorum Reges, quorum primus Odoacer Herulus regnavit ann. XVI. menses VI. dies XI. *Onuphrius.* Non existente ullo Imperatore in occidente, Ægidius magister militiæ Romanorum, & Francorum exrex, imperium in Gallia sibi attribuit, contrà verò Galliam omnem animo concipit Hildericus cum Francis, qui post Wandalos & Alanos, post Gothos & Hunnos, incessunt Gallias, non tantùm, ut eas habeant direptioni, sed, ut sibi sint perpetuæ habitationi. *Sigeb.* Ac primo quidem, cum è fœdere anni 1200. V. C. omnia haberent in Germania inferiore Cisrhenana ad Rhenum, Coloniam usque, fugato de bello duce Ægidio, multisque Roma- 89
norum occisis, Coloniam, vicinasque urbes, ac deinde etjam Treviros rursus occuparunt. *Sigeb.*

Annus, ut sine Imperatore, ita sine Consule. 477 1229

Pulsus Ægidius ex ea Galliæ parte, quæ deinceps Austrasia, sive Austria, .j. Francia orientalis appellabitur, cum reliquiis exercitûs sui Romani venit ad Somonam flumen, terminum regni Francorum, ab Aëtio assignatum; ut urbes in eo flumine sitas, totamque regionem intra Somonam & Sequanam adversus Francorum incursionem tueretur; verum, præ- 89
valentibus Francis, inde pulsus, & ultra Somonam, ad Suessionem usque urbem, fugatus est. *Aimoinus.*

Fl. Illus sine Collega. 478 1230

Zeno Aug. III. sine Collega. 479 1231

Fl. Basilius Iunior sine Collega. 480 1232

Flo. | V.C. | Christ.

Fl. Placidus sine Collega. 481 1233

Hisce annis Ægidio continente se Suessione, cum filio Syagrio, & paucis Romanis, Hildericus reliquam provinciam cepit, ad Sequanam usque, ipsamq; Lutetiam Parisiorum; tum & transito cum exercitu Sequanâ, omnia sui juris fecit, ad Ligerim usque, redactâ etjam in potestatem suam urbe Au-
90 relianensi. Vbi cum intellexisset Hildericus Audouachrium Saxonum Ducem, navibus Ligerim ingressum, omnia depopulari, Andegavos usque, cui urbi præerat adhuc Romanorum nomine Paulus Comes; fœderibus antiquis Francorum cum Saxonibus renovatis, Andegavum quoque cepit, & Paulum
90 urbis Comitem peremit. *Aimoinus. Sigebertus.* Ægidius Dux in Galliis moritur, Syagrius filius ejus substituitur. *Sigebertus.* Suessione videlicet, quod initium fuit Regni Suessionensis.

Severinus. Trocondus. 482 1234

Circa hæc tempora, cum, & Britanni ab Anglis, & Saxo-
90 nibus pulsi, magno numero, inter Ligerim, & Garumnam exscendissent, quibuscum primis Francis continua pax fuerat, hosce quoq; à Gothis fugatos in fœdus admisit. Tum sese Hildericus armavit adversus Gothos ultra Ligerim dominantes. *Gregor. Turon.* Franci Romanis, Gallisque devictis, neque re-
37 C ligionem Christianam, neque usum linguæ Latinæ prohibuerunt.

Anicius Faustus sine Collega. 483 1235

Theodoricus Amalus Ostrogothorum Rex à Zenone Consul anni sequentis designatur. *Iorn. Pompon. Lætus.*

Theodoricus Rex Gothorum. Venantius Decius 484 1236

Hilderico Rege mortuo, Clodovæus filius ejus regnat an-
14 C nis XXX. *Sigeb.* Eurico Visigothorum Regi succedit filius Alaricus. *Sigeb.*

Q. Aurelius Symmachus sine Collega. 485 1237

Cecinna Maurus Decius. Tonginus. 486 1238

Anicius Manlius Severinus Boëtius sine Collega. 487 1239

Claud. Iul. Ædesius Dynamius. Sifidius. 488 1240

Anicius Probinus. Eusebius Chronio. 489 1241

Hisce annis à Clodovæo, quod admodum invenis esset, nihil gestum memorabile observo. Anno posteriore ita scribit Sigebertus: „Ludovicus Rex Francorum, Suessionis Syagrio „Duci Romanorum congreditur. Syagrius Tolosam ad Ala-

„ricum

„ ricum fugit, à quo, Ludovico repoſcenti remiſſus, perimi-
„ tur. Ludovicus quidquid Galliarum ſub jure erat Romano-
„ rum, ad jus Francorum transfert. Factum id ſcribit *Gregor. Turon. lib.* 2. *cap.* 27. anno quinto regni ejus. Meminit & *Aimoinus lib.* 2. *cap.* 12.

Anicius Fauſtus Iunior. Longinus II. 490 1242

Cum in hac expeditione milites Clodovæi eccleſias ſpoliaſſent, atque ex Rhemenſi, urceum miri ponderis, & decoris, aſportaſſent; eum S. Remigio reddidit Clodovæus, quem, licet Ethnicus, ut & alios Epiſcopos, plurimùm eſt veneratus. *Aimoinus lib.* 2. *cap.* 12. Theodoricus Gothus Italiæ Rex Ravennæ Odoacrem obſidet. *Caſſiod. Iorn. P. Diacon.*

Fl. Olybrius Iunior ſine collega. 491 1243

Zeno Imp. VIII idus Apr. mortuus eſt. Anaſtaſius Dicorus creatus Imp. orientis, imperat annos XXVII, menſes III, dies III. *Onuph.*

Anaſtaſius Aug. Rufinus. 492 1244

Gundebaldus Burgundionum Rex Galliam ciſalpinam populatur, & ſpoliis onuſtus redit ad ſua. *Paul. Diacon.*

Decius Albinus. Euſebius Chronio II. 493 1245

Hoc tertio anno obſeſſæ Ravennæ, Odoacer convenit cum Theodorico, pariter regnarent; brevi tamen poſt ab eo occiſus; tum ſolus Italiæ Rex, pacem facit cum Imperatore, & Regibus vicinis, etjam cum Clodovæo. *Paulus Diaconus. Iornandes. Caſſiod.*

Turcius Secundus Aſterius. Præſidius. 494 1246

Clodovæus adhuc paganus, & Deum ignorans, S. Remigio villas dedit, quas ille pauperibus deputavit. *Teſtam. S. Remigii apud Miræum.* Ducit uxorem hoc anno ex genere Burgundionum, Crotildem nomine, Chriſtianam ab ipſis incunabulis infantis. *Greg. Turon. Hincmarus in vita S. Remigii.* Sperabat Clodovæus ex hac occaſione Regnum Burgundiæ accipere ſe poſſe. *Greg. Turon.* Vide. Baronium hoc anno, alii priùs à Clodovæo ductam volunt Chrotildim.

Viator. Æmylius. 495 1247

Clodovæi primogenitus Ingomer baptiſatur, & moritur, volente Deo tanti conjugii primitias ſibi offerri; quare Rex Reginæ ſuæ improperavit: quia puer in Dei veſtri baptiſatus eſt nomine, Dii noſtri illum præſenti luce fraudaverunt. *Greg. Turon. Hincmarus.*

Fol. | V.C. | Christ.

1248 496 *Paulus sine collega.*

Genuit Chrotildis alium filium, quem baptisatum vocavit Clodomirum, quo ægrotante, cum rursus conjugem increparet, orante Reginâ, puero salus est restituta. *Greg. Turon. Hincmarus.*

1249 497 *Imp. Cæs. Anastasius Dicorus Aug. II. sine collega.*

1250 498 *Decius Paulinus. Ioannes Scytha.*


1251 499 *Ioannes Gibbus. Asclepius.*

Regina Chrotildis hoc tempore non cessat prædicare, ut Clodovæus Deum verum cognosceret, & idola negligeret; sed ille nullo modo ad hæc credenda poterat commoveri, donec tandem aliquando bellum contra Alemannos moveretur, in quo, cum exercitus Clodovæi rueret ad internecionem, elevatis in cœlum oculis, ait: IESV CHRISTE, quem Chrothildis prædicat Filium Dei, si mihi victoriam super hos hostes indulseris, credam tibi, ut in nomine Tuo baptizer. Cum autem hæc diceret, Alemanni terga vertentes, in fugam labi cœperunt, cumque Regem suum cernerent interremptum, Clodovæi se ditionibus subdunt. *Gregor. Turon.* Exstant apud Cassiodorum literæ Theodorici Regis Italiæ, hoc initio: Luduin, Regi Francorum, Theodoricus Rex, quibus ei de hac victoria congratulatur. *Cassiod.* Tunc Regina accersiri S. Remigium jussit, à quo verbo salutis instructus, & omnipotentem Deum in Trinitate confessus, Baptisatus est: in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti; delibutusque sacro crismate, cum signaculis crucis Christi; omnisque populus pariter acclamavit: Mortales Deos abjicimus, pie Rex, & Deum, quem Remigius prædicat immortalem, sequi parati sumus. *Greg. Tur. Aimoin. Hincmarus.*

52 C







OBMISSIONES quædam in operis ſummario per annos diſtributo.

FOl. 656. anno V.C. 1060. Chriſti 308: Ob Reges Francorum, *adde*: interfectos, Francoſque captivos beſtiis, &c.

Ibidem anno V.C. 1065. Chriſti 313. *hoc adde*; Conſtantinus ſanctionem edit Treviris de provocando à ſententia Iudicis. Dat. VI Kal. *Cod. Theod. l.* 11. *tit.* 29. *l.* 1. Item *lib. eodem, tit.* 30. *leg.* 1. De appellationibus quoque: Dat. III. Kal. Ian. Trev.

Fol. 657. anno V.C. 1066. Chriſti 314. lin. 1. *ante* Diocletianus, *pone*: Reſcribit & de adminiſtratione & periculo tutorum, dat. VII Kal. Apr. Trev. *Cod. Theod. l.* 3. *tit.* 19. *leg.* 1.

Fol. 659. anno V.C. 1080. Chriſti 328. *in fine adde*: Conſtantinus Imp. edicit de veteranis non afficiendis injuriâ, dat. Kal. Ianuar. Triveris. *Cod. Theod. l.* 7. *tit.* 20. *leg.* 5.

Fol. eodem, anno V.C. 1084. Chriſti 332. *ſubjunge*: Conſtanſtantini reſcriptum exſtat ad Conſilium Bizacinorum de inofficioſo teſtamento, datum VII Kal. Aug. Coloniæ Agrippinæ. *In Cod. Theod. l.* 2. *tit.* 19. *leg.* 3. Item *l.* 4. *tit.* 10. *leg.* 1. contra libertos ingratos, Dat. VI Kal. Aug. Colon. Agripp.

Fol. 661. anno V.C. 1087. Chriſti 345: Conſtantius ſanctionem edit de delatoribus, dat. id. Maii Trevir. *Cod. Theod. lib.* 10. *leg.* 7. *fol.* 663.

Fol. 663. anno V.C. 1109. Chriſti 357. *ſubjunge in fine*: Eo tempore exiſtimo Menapios noſtros, & Grudios, qui tum Primi Franci appellati, ſibi timentes à Iuliano, in commune deliberaſſe, ad conſtruendum caſtrum, Bzugh, nunc Burgum Brugenſe, adverſus incurſum Romanorum.

Fol. 665. anno V.C. 1116. Chriſti 364. *ſubjunge in fine*: Valentiniani decretum exſtat de erogatione militaris annonæ, & de capitatione, dat. idibus Decemb. Treviris. *Cod. Theod. lib.* 7. *tit.* 4. *leg.* 11. Anno V.C. 1117. Chriſti 365. ante: *Eſt & horum Imp.* pone: III. Kal. Ianuar. *Lib.* 11. *tit.* 29. *leg.* 3.

Fol. 672. anno V.C. 1142. Chriſti 390. *adde in fine*: Valentiniani, Theodoſii & Arcadii decretum eſt de Hippocomis, dat. XV Kal. Iul. Trevir. *Cod. Theod. l.* 8. *tit.* 5. *leg.* 50.

Errata quædam in eodem ſummario ita corrigenda.

Fol. 609. circa finem, anno hriſti, *pone*: Chriſti.

615. lin. penult. applaudi *ſcribe*, *pro* applandi.

616. anno V.C. 796, poſt *Suet.* adde: *Tac.*

635. anno

OBMISSIONES.

635. anno V. C. 973 : adolescententem, *omitte* : ten.
639. linea 3. *pro* jussus, *lege* : jussu.
640. anno Christi 355, *pone* : 255.
644. ad numerum marginalem 214, *ante* : Bavaci, *pone* : etjam.
646. ad numerum 64 A, Victoriâ, *majusculâ scribendum.*
647. lin. 13. *pro* 274, *pone* : 275.
Ibid. Germani; hi. *scribe* : Germani hi,
650. ad annum V. C. 1038, *pone annum Christi* : 286. *pro* : 285.
652. lin. 3. Constato. *lege* : Constantio.
654. lin. 12. cecidit. *scribe* : cecîdit.
658. ad annum V. C. 1078. *pone Christi* : 326.
658. *sic* 327. *pro* : 527. 328. *pro* : 528.
661. ad annum Christi 345, *scribe* : V. C. 1097.
668. lin. 13. Deuos. *lege* : Deuso.
671. lin. 18. servanda. *pone pro* : servenda.
675. ad annum V. C. 1160, *pone* : 408. *pro* 108.
676. lin. 5. & etjam. *omitte* : &.
Ibid. lin. 23. *ante* Sidonii, *pone* : Apollinaris.
677. lin. 2. *annos pone*, Christi 415. V. C. 1167.
Ibid. lin. 32. scritores, *sit* : scriptores.
Ibid. lin. penult. & ult. *hos numeros pone ad marginem* : 380. 424.
678. lin. 1. *ad marginem pone* : 398.
679. lin. 4. Massilienium. *scribe* : Massiliensium.
Ibid. lin. 27. sub gentes. *interpone* : se.
680. lin. penult. spem, suam. *aufer comma.*
683. lin. 23. evocat Anglos, *scribe* : evocant.
Ibid. lin. 28. Ethelbertus *scribendum pro* Ethelberdus.
Ibid. lin. ante penult. *pro* Regum, *pone* : Regnum.
685. lin. 20. interregum, *scribe* : interregnum.
Ibid. lin. 23. *Ioannes Varana.* interpunge.
686. lin. 1. *Constantinus Rufus.* etjam interpunge.
Ibid. lin. 11. *Ricimæ.* scribendum : *Ricimer.*
Ibid. lin. *Idalius*, scribe : *Idatius.*
Ibid. lin. 17. *Severinus Dogalarphus.* scribe : *Severinus. Dagalaiphus.*
Ibid. lin. 23. hoc annis, *scribe* : hoc anno.
Ibid. lin. antepenult. Ariani & Gothi, *scribe* : sicut Gothi.
687. lin. 18. decendit, *lege* : descendit.
Ibid. lin. 34. Beogoro, *scribe* : Beorgori.
688. ad annum V. C. 1221. *pone Christi* : 469. *non* 466.

NOtet quoque Benignus Lector, secundum Onuphrii calculum, quem secuti sumus in hoc operis summario (quod rectè vocetur chronicon Franco-Romanum) historiam deductam per DLVII. annos, videlicet 499 post Christum natum, & 58 ante Christum; qui conjuncti faciunt annos DLVII. non DLIV. ut in prima hujus libri pagina, in titulo, posuimus, secuti Cuspinianum, aliosque authores, in operis contextu; itaque, & hoc in secundâ impressione typographus emendabit.

ADDITIONES
AD LIBRVM PRODROMVM SECVNDVM,
ATQVE IMPRIMIS
Ad Cap. XVII. folio 157.

*Nterea dum Liber hic, invalescentibus undequaque bellis, sub prælo hæret: Antuerpiæ prodierunt in lucem Typis Plantinianis Balthasaris Moreti Vindiciæ Hispanicæ eruditissimi viri Ioannis Iacobi Chiffletii, Veteres Sedes* Francorum; *quibus lex Salica à Pharamundo lata, constituentis etiam cis Rhenum intra limites à nobis positos in tabula nostra geographica fol.* 237. *iis videlicet locis, ubi* RIPVARIOS *collocamus, & Campanos Toxandros; in hoc tantùm à nobis dissentientis, quod nos* Primos omnium Francos Salios *collocemus non in ipsa Toxandria, sed ut scribit Ammianus Marcellinus,* apud Toxandriam; *in Zelandia videlicet & Flandria maritima, quam terram Salicam nuncupamus.*

Chiffletii authoritas ita se habet: Cùm Iulianus Imperator levandarum à tributis immanibus Galliarum rationem iniret, Datiano & Cereali Coss. (hoc est anno Christi CCC. LVIII.) Belgicam secundam adiit, *petiitq; primos omnium* FRANCOS, *quos consuetudo* SALIOS *appellavit, ausos olim in Romano solo, apud* TOXIANDRIAM-LOCUM, *habitacula figere prælicenter; cui cùm* TUNGROS *venisset, occurrit legatio prædictorum.* Hæc Ammianus Marcellinus, Iuliani miles ac socius, qui Saliorum nomen deducit à consuetudine, quam haud dubiè primùm induxerit ipsa terra & habitatio Salica, quemadmodum in nominibus plerisque contigit gentilitiis. Narrat deinde Ammianus, quomodo inibi Cæsar, Francis perculsis, studio pervigili properans, utilitatem fundare Provinciarum *munimenta tria, rectâ serie, superciliis imposita fluminis Mosæ, subversâ dudum obstinatione barbaricâ, illicò instauravit.* TOXIANDRIA-LOCUS, qui (judicio Petri Divæi, Christophori Brouweri, & Nicolai Vignerii) in Lotharingiæ Inferioris pago Taxandrio, etiamnum dicitur *Tessanderlo*: Tungri populi in eodem tractu, & Mosa fluvius illac præterfluens, notæ sunt certissimæ habitationis (tempore Iuliani Imperatoris) Francorum Saliorum in locis illis, inter Scaldim & Mosam fluvios, in quibus conditam fuisse à Francis Ortivis, sub Pharamundo Rege, Legem Salicam ostendo perspicuè.

[Margin: cap. 5. fol. 38. — Lib. 17. — Lib. 2. Rer. Brabant. — Lib. 4. Annal. Trevir. — Tomo 1. Biblioth. pag. 881.]

Ita Sigebertus anno CD. XXII. *Franci uti cœperunt legibus, &* LEGEM SALICAM *dictaverunt per quatuor gentis suæ Proceres,* [Margin: In Chron.]

a *electos*

electos de pluribus, his appellatos nominibus, Vsogast, Bosogast, Salagast, Widigast, in villis Germaniæ; Selehaim, Bodohaim, Windohaim. Hi quatuor Proceres, per tres mallos convenientes, causarum origines sollicitè tractantes, de singulis discutiendo, sicut LEX SALICA *declarat, judicare decreverunt.* Illæ tres villæ (judicio Godefridi Vendelini, abstrusioris litteraturæ viri) supersunt hodieque in Germaniæ Inferioris campaniâ Brabanticâ, hisce nominibus, **Zelheim / Bodersheim / Wintershoven.** Et **Zelheim** quidem variante dialecto sonat Teutonicè *Saliorum habitationem*, cui ex altera parte Tameræ fluvii opponitur *Salicus vicus*, vulgò **Zelck:** nec non & agri inter **Herkam** & **Halen** hodieque vocantur **Vranckrijck** / quod est, FRANCIÆ REGNVM; & infra illos prata Salica, **Zeelbemden** nuncupantur; manifestè Francorum Saliorum primæ sedes.

Pergit Sigebertus, anno CD. XXX. *Clodius Filius Faramundi, Rex crinitus, regnat super Francos annis viginti.* Francos intellige Salios & Ortivos, quibus dumtaxat Clodio Rex præerat, quippe qui arma sua in Gallias non intulit ultra Mosam, Mosellam, Scaldim, & Somonam fluvios; intra quos, pulsis Romanis, Regnum suum stabilivit, in quo Legem Salicam latè observatam fuisse constat ex monumentis fide dignis, quorũ exempla singillatim proferam.

In Averbodiensi Ordinis Norbertini Monasterio, quod in Ducatu Inferioris Lotharingiæ situm (prope Dissthemium & Asperum D. Virginis collem) leucâ dumtaxat horariâ distat à Toxandria-loco, servantur litteræ Ludovici Comitis Lossensis (qui posteà Godefridi IX. Inferioris Lotharingiæ Ducis socer) quæ sic habent in autographo:

Ex Chartul. Averbod. fol. 221.

IN NOMINE *Sanctæ & individuæ Trinitatis, Patris, Filii, & Spiritûs Sancti:* EGO LODOWICUS *Dei patientiâ Comes Lonensium, notum facio præsentibus & futuris, quòd Waltherus Decanus sancti Gereonis, & Frater eius Hubertus, libertatis suæ prædium, quod possidebant in Eike, quæ super Mosam est, cum familiâ ad ipsum pertinente, & omnibus appendiciis eius, tacti spiritu timoris Dei, Ecclesiæ Averbodiensi legaverunt,* OBSERVATA SALICAE LEGIS OMNI CAVTELA. &c.

Hoc ergo ut illibatum apud posteros meos permaneat, præsentia scripta sigilli mei impressione communio, ne res acta vacillet. Testes sunt Arnoldus de Diest: Arnoldus de Kesninc: Godefridus de Materberg: Cono de Diepenbeke: Conradus de Anbertinghe. Acta sunt hæc anno Incarnationis Dominicæ millesimo, centesimo, quinquagesimoquinto, Indictione III. concurrente XV. Epactâ V. regnante Imperatore nostro Frederico.

Cap. 9 fol. 83.

Idem: Francos Salios Teutonicâ linguâ usos, patet ex legibus Salicis, quæ in Latinum exaratæ, plerasq. Germanicas retinuêre voces, quæ Taxandrio Saliorum pago, ubi sancitæ fuerunt, adhuc sunt familiares.

Idem

Idem inter Lumina sua nova Salica, quibus Vindicias Hispanicas illustravit, primum lumen ponit hoc titulo: Franci Orientales, dicti Salii, Legem Salicam condiderunt, citra, non ultra Rhenum. *Atque ita disserit adversùs Dominicum antagonistam*: Quod iste titulus præfert fusè probavi in Vindiciis Hispanicis. Contrà Dominicus contendit, Salios leges suas ultra Rhenum condidisse: Primò, quia Francos transmisso Rheno, citeriorem Rheni ripam incolentes, id *Saliorum* nomen ab ulteriori parte attulisse indicat *Notitia Imperii*, dum cohortes inter & legiones numerat *Salios Gallicanos*, ut ab aliis Transrhenanis differant, qui simplici *Saliorum* appellatione designabantur. Hæc satis probè teneo, quæ jam antè in V.C. Isaaci Pontani Commētariis legeram, & frustrà, suppresso Auctoris nomine, huc contorquet Dominicus. Utriusque enim Imperii notitia (ultra tempora Honorii Arcadiique scripta) sub Magistro peditum in Occidente recenset *Salios* simpliciter; ac deinde *Salios Gallicanos*; mox sub Magistro peditum intra Gallias, *Salios seniores*; tum intra Hispanias, *Salios juniores Gallicanos*. Verùm hæc nominatim non distinguunt *Salios Transrhenanos* (qui nulli umquam fuerunt) à *Saliis Gallicanis*; quin potiùs istos à *Saliis Liguriæ populis*, quorum meminit Plinius; qui, propterea quod *Francis Saliis* antiquiores erant, vel quia ante illos in militiæ ordinem relati, *Salii* simpliciter, & *Salii Seniores* nuncupati sunt, ad *novorum Saliorum* distinctionem, qui in Belgicâ primâ citra Rhenum appellationem sumpserant; unde *Gallicani* sunt cognominati. Ad quæ attendendum, sub eodem peditum Magistro varios populos militiam exercuisse, & ex Italiâ *Latinos*, *Sabinos*, & *Cortoriacenses Hetruscos*; ut mirum non sit, *Ligures Salios* (Plinii ævo celebres, quo nondum alibi auditum *Saliorum* nomen) ut *seniores* & antiquiores in castris Romanorum stipendia tunc percepisse. Hæc si Dominico minùs placeant; neque ejus ratio nos obstringit, ut credamus *Salios seniores*, in Notitia memoratos, habitatione trans Rhenum Germanos fuisse; cùm nullus Auctor antiquus id clarè tradat; quinimò Ammianus perspicuè insinuet, *Salios* tempore Iuliani Imperat. sedes suas citra Rhenum habuisse; cui non contradicit Iulianus Imp. ubi μοῖραν τῶν Σαλίων vocat populos, quos ad *Toxiandriam locum* deditițios exceperat, ad partis alterius distinctionem, quæ ad Saliam & Mosellam incolebat, Mosam inter & Rhenum.

Cap. 5. Pag. 57.

Origin. Francic. lib. 2. c. 8.

Lib. 3. c. 17.

Lib. 17.

Epist. ad Athen.

Pergit Dominicus, & iterùm in Pontani sententiâ versatur, ubi Saliorum partē consedisse ultra Rhenum ait indicari à Claudiano, dum Stiliconem Germanos, res novas in Romanum Imperium molientes, adortum sic commendat:

——— *Tot prælia sanguine nullo*
Perficis; & Lunâ nuper crescente profectus,
Antè redis quàm plena fuit: RHENUMQUE *minacem*
CORNIBUS INFRACTIS *adeò mitescere cogis,*

Carm. 1. de Laud. Stilic.

Vt SALIUS *jam jura colat, flexosq; Sicambri*
In falcem curvent gladios; GEMINASQUE *viator*
Cùm videat RIPAS, *quæ sit* ROMANA *requirat:*
Vt jam TRANS FLUVIUM, *non indignante Cayco,*
Pascat BELGA *pecus, mediumq; ingressa per Albim*
GALLICA FRANCORUM *montes armenta pererrent.*

8. Æneid. Tacitus Ann. 2. Rhenus fluvius, Virgilio *Bicornis* dictus, *apud principium agri Batavi velut in duos amnes dividitur; ad Gallicam ripam latior & placidior affluens, verso cognomento Vahalis dictus.* Vtrumque autem Rheni amnem Stilico perruperat ejus *cornibus infractis*, ut canit Claudianus: sic ut (quemadmodum Constantini Magni Nazar. in Paneg. jam ævo) *araret illam terribilem aliquando ripam inermis agricola, & toto greges flumine bicorni versarentur,* Ita ut à Gallicâ ripâ, quę descendenti sinistra erat, *Salius rura coleret;* à dextrâ *Sicamber* messem faceret, Salioq. ad Vahalim considenti adesset quando vellet: quod commercium alio postmodum tempore Apollinaris exoptavit his versibus:

Carm. 13.
Sic RIPAE DUPLICIS *tumore fracto*
Detonsus VAHALIM *bibat* SICAMBER.

Certè si ad Belgicam Rheni oram considebant Sicambri, frustrà potus Vahalis ipsis expetebatur. Ad illam ergo Vahalis ripam incolebant Belgæ Salii, qui Stiliconis beneficio non tantum pecora cis Rhenum quietè pascebant, sed etiam securè trajectâ Rheni alterâ ripâ, per montana Francorum, qui ultra Rhenum incolebant aliis nominibus, armenta procul abigebant.

Sueton. in Aug. c. 21. Lib. 2. c. 18. Lib. 12. Verùm opponi potest, *Sicambros* (Gentem Transrhenanam) *ab Augusto traductos in Galliam, atque in proximis Rheni agris collocatos:* quod non nego; sed cum Cluverio ex Taciti verbis colligo, veteri gentis nomine, quod in Germaniâ Sicambri habuerant, citra Rhenum penitus extincto, novum ipsis nomen impositum, quo *Gugerni* vocarentur; & sic iis qui trans Rhenum adhuc habitabant priscam appellationem remansisse. Non enim in Belgicam traducti ab Augusto Sicambri omnes; sed *Sicambrorum exigua restabat portio*, inquit Strabo. Vel certè *posteriores Ro-* Lib. 7. Lib. 3. c. 9. *mani* (ait Cluverius) *quia clarissimum apud eos erat* SICAMBRORUM *nomen, atque solum trans Rhenum, tam* USIPIOS, *quàm* TENCTEROS *in sedes illorum transgressos, appellavere* SICAMBROS. Ita Claudianus loco jam laudato; sed & alio etiam, ubi de Stilicone rursum:

De 4. Consul. Honorii.
——— *Hostiles (tanta est fiducia) ripas*
Incomitatus adit: totum properare per amnem
Attonitos REGES *humili cervice videres.*
Ante Ducem nostrum flavam sparsere SICAMBRI
Cæsariem, pavidoq; orantes murmure FRANCI
Procubuere solo. ———

Quia Stilico per Germaniam ad Rhenum iter instituerat, Si-

cambros

cambros supplices priùs habuit à parte Germanici limitis, quàm Francos Salios à parte Gallici. Eodem sensu *Clodoveus* & *Charibertus* Reges à S. Remigio & Fortunato dicti sunt *Sicambri*; quia genus ducebāt à Gente Francorum Transrhenanâ. Longè igitur aberrat Dominicus à mente Claudiani, qui *Salium* in Belgis considentem, & per intermedium Rhenum *Sicambro* oppositum, satis indicat. Apud Gregor. Turon. lib. 2. c. 31. Lib. 6. c. 4.

Tertium Dominici argumentum vel idcircò invalidum est, quia petitum ab Auctore incerto, quem ipsemet *non semper erroris expertem* fatetur: is est anonymus quidam fabulator; qui *Proceres Francorum leges suas in villabus ultra Rhenum tractasse scribit*; additque insuper, *Clodionem misisse exploratores de* DISBARGO, *Castello* TORINGIORUM, *usque ad urbem* CAMERACUM; *ipsumq; posteà cum grandi exercitu Rhenum transivisse*, & CARBONARIA *sylvâ ingressum, urbem Tornacensem obtinuisse*. Unde infert Dominicus, leges sub Pharamundo Francis datas, ultra Rhenum considentibus scriptas fuisse; quia ante Clodionem Imperium Francorum citra Rhenum stabilitum non erat; isque primus sylvam Carbonariam penetraverat: quod postremum falsum esse insinuat Gregorius Turonensis, ubi ait primâ in Gallias irruptione *multos Francorum à Romanis apud Carbonariam peremptos fuisse*. Pag. 46. Lib. 2. c. 9.

Præterea *Disbargum* Castrum, quod ille anonymus ultra Rhenum collocat, citra Rhenum situm fuisse colligitur ex eodem Turonensi, ubi sic de Francis: *Tradunt multi eos de Pannoniâ fuisse digressos, & primùm quidem littora Rheni amnis incoluisse; dehinc transacto Rheno Toringiam transmeasse*. Tum paucis interjectis: *Ferunt etiam* CHLOGIONEM, *utilem ac nobilissimum in gente suâ Francorum Regem fuisse, qui apud* DISPARGVM *Castrum habitabat, quod est in termino* TORINGORVM. Mox subjicit: *Chlogio autem, missis exploratoribus ad urbem Cameracum, perlustrata omnia ipse secutus, Romanos proterit, civitatem apprehendit; in quâ paucum tempus residens, usque ad Sommam fluvium occupavit*. Ex quibus manifestè apparet, Clodionem in Disbargo Castro domicilium habuisse citra Rhenum; adeoque *Disbargum* non esse *Deusonis Castrum*, vulgò **Duisburg**/ ex alterâ parte Rheni: quod ne quidem est in termino Turingorum quos Sala rigat. Deinde, quia Clodio exploratores misit à Disbargo Cameracum, quos mox secutus civitatem cepit, absque dubio Disbargum vicinior Duisburgo locus erat; neque in termino *Turingorum*, sed *Tungrorum*, quos Franci transito Rheno transmeaverant, ut vult Gregorius: cujus idcircò contextui sagacissimus Chesneus ad marginem adjecit *Tungrorum* pro *Turingorum*. Quam lectionem ex MS. veteri G. Morelius firmat in Notis; & sequitur Nic. Vignerius, ac Sanmarthani Fratres. Occurrit autem in Germaniâ secundâ **Diest** Castrum; quod quia in colle situm erat, rectè dici poterat *Disberga*, vel *Disbargum*; non secùs ac *Duis* ultrà Rhenum cum adjectione Loc. cit. Libro de Origin. Franc. Lib. 2. c. 1.

jectione dictum est *Duisburgum*; Thenæ, *Tillemont*: quod cum *Thenobergâ* idem sonat.

Præterea Castrum **Diest** etiamnum situm est *in pago Hasbaniensi sive Diestensi*, ut loquitur Hotbertus in charta anni DCCC. XXXVIII. apud Miræum; & sic *in Termino Tungrorum*: quorum oppidum **Tongre** (Antonino *Aduaga Tungrorum*) in eodem Hasbaniensi pago adhuc exstat, non procul à Toxandris; apud quos sedes suas Franci dudum fixerant. Quia ergo ante Pharamundi tempora Franci Rhenum jam transierant, & Carbonariam penetrarant; & quia Clodio Rex, trajecto Rheno, Disbargi apud Tungros habitabat; malè ex anonymo Dominicus asserit, Salicas Leges sub Pharamundo ultra Rhenum latas fuisse. Quamvis enim Scriptor ille nugax fuerit Cisrhenanus, ignarum geographiæ manifestè se ostendit.

Donat. Belgic. lib. 2. c. 10. In Itiner.

Quarta & postrema Dominici ratio est; quia, inquit, *Salicam Legem per Proceres gentis Francorum in tribus villis Germaniæ ultra Rhenum sitis dictatam, fidem facit Prologus ipsius Legis, & vetus Chronicum libro Legis Salicæ à Pithœo præfixum.* Certè Prologus ille non exstat in antiquissimis Fuldensibus MSS. ex quibus Heroldus Salicas Leges in lucem protulit: unde à recentiore quopiam adjectum fuisse existimandum est; qui, cùm leges illas in superiori Germaniâ exscriberet, consultò dixit in Prologo, *illas in villis, quæ ultra Rhenum sunt, Salchaim, Bodohaim & Widohaim decretas fuisse.* Quæ tria loca, & alia *Malbergia* in libro Legum Salicarum memorata, cùm in Campaniâ Brabanticâ citra Rhenum adhuc supersint, sententiæ nostræ adstipulantur verba Transrhenani prolocutoris; uti etiam Thuani Chronici Auctor, qui vel trans Rhenum sua scripsit, vel bonâ fide ex amanuensi Transrhenano illa mutuatus est.

Idem Lumine 2. fol. 223. *adversus eundem*: Dominicus, qui modis omnibus agit ut veritati tenebras offundat, contendit Legem Salicam duplicem fuisse; alteram ultra Rhenum sub Pharamundo latam, alteram citra Rhenum à Clodoveo Rege. Verùm id perperàm observari nemo antiquitatis peritus inficiabitur. Lex enim Salica, quam à Basilio Heroldo genuinam habemus, nihil continet quod ad Christianam Religionem pertineat: nam quæ in illâ memorantur *Basilicæ*, ædificia erant quæ Gentiles super concameratis Magnatum sepulchris erigebant. Vnius rudera quadrato lapide conspexi in agris Antonianis ad Scaldim prope Tornacum; & in Brabantiâ, altero à Bruxellâ milliari, in vico qui vulgò **Zaveltom**/ tumulus ejusmodi ante annos aliquot apertus fuit, in quo inventa est funeraria supellex, sed quæ Romanam antiquitatem non redolebat. Vnde existimo sepulchra fuisse Procerum Salicorum, cùm falsis Diis adhuc addicti essent. Quæ in Pithoei & Lindenbrogii editione leguntur *de Ecclesiâ sanctificatâ, & de Clericorum homicidiis*, absunt ab Heroldiano codice, qui scriptus fuit

Titulo 58. & 71.

Tit. 58.

fuit uno teriore & uno stylo, atque ex antiquissimis Fuldensibus MSS. fideliter editus Basileæ anno 1557. Prologi & Epilogi, qui pro describentium ingeniis adjecti sunt, necnon & bifaria Legis divisio, quam marte proprio Goldastus nuper instituit, nullius sunt momenti. In summâ, Legibus Salicis antiquioribus, quas Heroldus edidit, nihil continetur quod prohibeat totas sub Pharamundo cis Rhenum latas fuisse, priusquam Franci Galliarum intima pervaderent: nec in iis quidquam reperitur, quod à Chlodoveo Christiano sancitas solidè persuadeat.

Sed & uno circiter abhinc anno Typis etiam Plantinianis Balthasaris Moreti Antuerpiæ editæ sunt Leges Salicæ illustratæ à Gottefrido Wendelino, atque illarum solum demonstratum non ultra, sed cis Rhenum in Belgica: *è quo lubet etiam non pauca delibare. Atque imprimis cap. 2. fol. 60. titulo:* Salicas Leges non esse latas in Germania transrhenana. *ita disserit Wendelinus:* SALICAS LEGES latas fuisse à Francis SALIIS, Germanicæ linguæ hominibus, nemo ambigit, & manifesta res est: sed in tam vasto nomine Germaniæ utra potissimùm in ora id factum fuerit, pugnant inter se Auctores; dum alius trans ripam Rheni Orientalem, atque adeò vel in Franconia contendit scriptas; alius cis ripam Occidentalem, in solo Gallico seu Belgico, adseverat sancitas.

Goldastus, Tomo tertio Constitutionum Imperialium, etiam Salicas Leges infercire voluit cum hoc Titulo, sanè speciosô, edito anno M. DC. XII.

FARAMVNDI PRIMI FRANCORVM REGIS
LEGES SALICÆ

*In Comitiis quondam * Salizensibus per Francos, & eorum Proceres decretæ, & per Regem postea cum eisdem Francis, & toto cœtu populi confirmatæ & sancitæ Anno Domini CCCC. XXIV.*

In qua periocha interfertus asteriscus * ad marginem habet hanc interpretationem: * *Qui locus hodie Saltzburch ad Salam fluvium in Franconia; olim* SALEHEM *in pago Salico.*

Idem Goldastus postquam Titulos exhibuit LVII. quorum postremus est *De Corporibus expoliatis*, quasi cum illo conclusurus librum primum, ut secundum auspicetur, novum hunc Titulum præfigit:

CLODOVEI REGIS FRANCORVM,
AVGVSTI CONSVLIS ROMANI
AC PATRITII
DECRETIONES,

Faramundi Legibus Salicis addendæ, in Comitiis Aquisgranensibus, anno Imperii sui V. cum universo cœtu populi promulgatæ, ac posteà in Theodonis-Villanis Comitiis confirmatæ, & pro LEGE *haberi jussæ.*

Additum

Additum est ad marginem *Anno Christi CCCCXC.* Atque ita cum novo velut libro init novus Titulus LVIII.

De Incendio vel Expoliatione Ecclesiæ, sive Homicidiis Clericorum.

Vltimus deniq. omnium est Titulus numero LXXI. inscriptus: *DE TERRA CONDEMNATA.* Interim autem tota ista editio pura puta est Pithœana, qualis illa Parisiis prodiit, & qualem illic à doctissimis Pithœis manticulatus Lindenbrogius anno pòst edidit Hamburgi; sed sine fucosis istis Titulis Faramundi ac Clodovæi, ab audace homine præfidenter confictis.

Et sanè valdè rudem esse oportet, atque imperitum Rerum Locutionisq. illius ævi Francici, Salici, Romanensis, qui ad primum sonum istarum Formularum non statim odoretur putidam imposturam hominis impudentis; ac tantò etiam stolidioris, quantò ad propria figmenta marginales notas ipsus sibi scribillat. Neque desunt tamen, qui huic stulto auscultent etiam viri docti. *& paulò pòst:* Commentitia tamen ista Faramundi Regis Inscriptio tolerabilis videri potest, præ altera illa, quam Clodovæo affingit homo vanissimus, & quidem (si Diis placet) jam CONSVLI ac PATRITIO in Comitiis Aquisgranensibus leges promulganti, ac posteà in Theodonis-Villanis confirmanti. Quis enim non videt, ista esse deformata ex commate variantis lectionis, quod Pithœus ex veteri Codice adnotavit ad Titulum illum LVIII. *De Incendio vel Exspoliatione Ecclesiæ, sive Homicidiis Clericorum?* Ad illum enim Titulum ista nobis vir magnus deprompsit: *Hæc Capitula Domnus* HLVDOVICVS *Imp. anno Imperii sui V. cum universo cœtu populi in Aquisgrani Palatio promulgavit, atque* LEGI SALICAE *addere præcepit. Ipseq. posteà cùm in Theodonis-Villa generalem Conventum habuisset, ulteriùs* CAPITVLA *appellanda esse prohibuit; sed ut* LEX *tantùm dicerentur, voluit.* Contigerunt hæc anno DCCCXIX. qui est quinctus iste HLudovici Imperatoris, uti etiam Annales fidem faciunt. Quâ fronte ergo ex HLudovico iste nobis recoquit HLodovæum? ex anno DCCCXIX. retrosiùs molitur CCCC. & totos CCCXXIX. annos cælum corrigit? Scuticam verberoni falsario.

Quid annis LXX. circiter ante Goldastum in hoc eodem argumento conatus fuerit Heroldus, ut Salicarum Legum decus ad suam item Germaniam traheret, dum Malbergiorum nominibus literularum notas præfigit, interpretationis secuturæ (si vixisset) sponsorias; quid alii atque alii pari curâ sategerint Germani (Beatus Rhenanus inter eos) non laboro anxiè: cùm & hos juxta cum Goldasto nihil aliud invitaverit, præterquam *Dulcis amor Patriæ,* ut in ista irruerent impetu magis quàm consilio, & Franconiam Salicarum Legum Patriam comminiscerentur,

rentur, producto etiam in scenam Hunibaldo quodam suaviludio; quem si non confinxit ipsemet Trithemius, non minùs tamen intemperanter sibi ludibrium illisit, dum produxit; ita una est perpetuaque fabula, sed quam egregiè revelavit Isacius Pontanus.

Atque ut & hos, & quotquot iis volent auscultare, semel isto errore DE FRANCONIA extricet veritas; certum est, neque FARAMVNDVM, neque CHLODIONEM, neque MEROVAEVM, neque CHILDERICVM, quatuor Francorum primos Reges, aut fando audiisse umquam, aut ductando adiisse istam Franconiam, quę nulla tunc erat in rerũ natura. Nam & Ammiani Marcellini ęvo, circa ann. adhuc 378. & quo tempore confecta fuit Tabula illa Itineraria, omnis ista regio nõ FRANCONIA dicebatur, sed ALAMANNIA: neque in novi nominis appellationem transiit, nisi post Chlodovæi VICTORIAM TOLBIACAM, annumque 496. quo Rex iste Alamannos ingenti clade stravit ad Tolbiacum [Zulpich] haud procul Coloniâ Agrippinâ: devictique isti Alamanni, atque in Francorum potestatem redacti, demulcendo Chlodovæo victori (ut fit) FRANCOS item se, suamque patriam FRANCONIAM nominare cœperunt, ac perseverarunt; tantâ istius nominis gloriâ, ut jam sæculis aliquot Gallos quoque teneat persuasio, FRANCICI nominis originem ex Franconia repetendi; quo nihil ineptius potest cogitari.

Non ergo in Franconia latæ sunt Leges Salicæ; imò nec ferri potuerunt, etiamsi velimus aliquando illic consedisse Francos. Nam, quia Salica lex meminit *Maris, Puteorum, Pelagorum* [Poelen] *Vipidarum*, nulla verò fit usquam in multa occasione *Pontium, Montiumve*. manifestum est, latam eam non fuisse in Franconia, ubi mare nullum est in propinquo, sunt verò montes ac fontes plurimi: unde erat occasio aliquid statuendi de *Fonte inquinato*, sicut factum videmus in Bajoariis, in quibus iste Titulus comparet. Erat quoque, ut inter tot nomina propria locorum aliquod unum inveniretur desinens in Berch / vel Born; cujusmodi sunt in Franconia non pauca. Quæ cùm nusquam in istis Legibus compareant, confitendum est latas eas in regione quapiam, nullis montibus, nullis fontibus prædita.

Ibidem: Neutribi ergo trans Rhenum latas Leges Salicas, etsi ex jam dictis utcumque clarum est; dabo tamen argumentum illustrius, quo pateat neque circa Superiorem Germaniam, hoc est, Franconiam, Noricum, Sueviam, Alamanniam; neque circa Inferiorem, hoc est, Turingiam, Nassoviam, Hassiam, Westphaliam, Bataviam, Frisiam, ferri umquam potuisse. Cap. 3. fol. 63.

Quidquid omnibus hisce Legibus statuitur pœnarum, eæ sunt omnes pecuniariæ, conceptæ DENARIORVM SOLIDORVMQVE numeroso supplicio; & quidem illo, quo constat valdè pecuniosam fuisse istam regionem, in qua pœnæ istę statutę sunt; ac forsan etiam nummatiorem, quàm fuit proximis hisce annis nostrum hoc Belgium, in quo Porcus anniculus, itemque Ovicula, væniit æstimatione communis fori Coronato, seu Drachmâ circiter aureâ; quod

est Argenti unciis duabus, quà summum: tantidem verò venisse in Salico solo sic ecce demonstro.

Solidus Legum Salicarum nummus fuit Romanus aureus; cujusmodi (tempore Pharamundi) ex unciis 12. cudebantur 72. hoc est, ex singulis unciis seni: ut proin pondere quidem superaverit Coronatum hodiernum in tertiam partem, bonitate tamen metalli fuerit inferior. Docet hoc Novella Majoriani Imperatoris lib. 4. tit. 1. his verbis: *Nullus solidum integri ponderis calumniosæ adprobationis obtentu recuset exactor; excepto eo* GALLICO, *cujus aurum minore æstimatione taxatur.* Exstant solidi RICHIMERIS & CHLOTARII Regum inter Gallias cusi; quos velim examinari ab iis in quorum sunt potestate, ut liquidò constare possit, an non verum sit, quod in Glossario doceo, solidos istos æquare bonitate Florenum aureum Rhenensem. Vt ut est, ab isto collybo non multùm exerrat solidus iste Francicus auri Gallicani.

Iam verò Tit. II. §. 1. sic legimus: *Si quis Porcellum lactentem furaverit de Rhannc prima, aut de mediana, & ei fuerit adprobatum,* 120. *denariis, qui faciunt solidos* 3. *culpabilis judicetur, excepto capitale & delaturâ.*

§. 5. *Si quis Porcellum furaverit, qui sine matre vivere possit, solidum unum culpabilis judicetur, excepto capitale & delaturâ.*

§. 8. *Si quis Porcum anniculum furaverit,* 120. *denariis, qui faciunt solidos* 3. *culpabilis judicetur, excepto capitale & delaturâ.*

Titulo quoque quarto, §. 2. de Oviculæ furto ita sancit: *Si quis anniculum, vel bimum Berbicem furaverit, denariis* 120. *qui faciunt solidos* 3. *culpabilis judicetur, excepto capitale & delaturâ.*

Si verum est (quod certum videtur) Francos nostros juxta cum Iudæis ac Romanis aliisque populis furtum condemnasse in quadruplum; hoc est, si præter restitutionem rei furtivæ voluerunt æstimationem ejus solvi in triplum; dicemus, per illa tempora atque in Salica regione Porcellum lactentem, Porcumque anniculum adpretiatum fuisse solido: pro eo ac paragraphus ille quinctus indicavit. Idem pronunciabimus de Vervece; ut & is fuerit æstimatus solido; præter quam æstimationem reliqua pœnæ persecutio extendatur in triplum.

Hunc esse genuinum istorum sensum, fidem facit Lex Gundibada Burgundionum, perscripta Consulatu Avieni, hoc est anno Christi vulgato 501. solis annis 80. post nostrã Salicam: cujus Tit. 4. sunt ista verba: *Quicumque Ingenuus, tam Burgundio quàm Romanus, Porcum, Ovem, Apem,* (alveare intelligit) *Capram furatus fuerit, in* TRIPLO *solvat, secundùm formam pretii constituti; & mulctæ nomine solidos* 12. *id est:* *Pro Porco, solidum unum:*
Pro Ove, solidum unum:
Pro Ape, solidum unum:
Pro Capra, tremissem.
Pretia verò hæc in TRIPLVM *solvantur.*

Dico

Dico ergo ac repeto, valdè pecuniosam fuisse regionem istam Salicam, in qua Porcellus atque Ovis emeretur solido; quod esset pro ratione monetæ nostræ, Coronato circiter aureo; quanti etiam emitur hoc nostro ęvo taxatione populari per fora nostra Belgica. Quare certum habeo, tantam in solo Salico fuisse nummariæ rei copiam, quanta fuit hactenus in hoc nostro Belgio, in quod Maximi Regis ęrarium, Diluvio quodam Auri atque Argenti ex imis Antipodibus ebulliens, jam totos istos octuaginta annos inundavit effusissimè. Non ergo trans Rhenum sive Superiorem, sive Inferiorem, quęrendum erit istud solum tam pecuniosum; cùm illic non Diva Pecunia, sed Dea Penuria tunc regnaverit, macrę egestatis austeritate horrida: nihil enim est quod in Superiorem illam Germaniam nunc pecunias alliciat, pręter vinum & manupretia paucula; quorum neutrum erat tunc in pretio, aut (rudibus adhuc sęculis) magnoperè excolebatur, vel expetebatur: & ut fuissent, certè non pluris quàm nunc, imò etiam minoris constitissent: utiq. autem Porcelli & Oves ne nunc quidem illic ad eam summam pecunię ascendunt, quæ est in Legibus Salicis expressa; quantumvis ingentes Auri Argentique acervi ex Belgio illuc quotannis congerantur. Batavia quoque nihil habet hodieque præter Piscaturam, Salsamenta, Lacticiniaque; sed quibus pretium fecit Catholica nostra Religio, quę per abstinentias nostras, quot Septimanis biduales, per Quadragesimam, per Adventum, per Vigilias & Rogationes, quotannis supra millionem Aureorum transmittit in Bataviam; & ad duos fermè solebat inferre, antequam Lutherus & Calvinus (duo illa sacra Capita) negotiationem istam dimidio frequentię accidissent. At enim tempore primorum Francorum nihil hujus locupletabat Bataviam; nullo quippe adhuc, aut perquam exiguo Christianismo, & qui Piscatorium forum non calefaceret. Itaque nec erat unde illic in Porcellum aut Oviculam solidus impenderetur. Breviter, nihil video quod cum Transrhenanis illis regionibus possit consistere, ut illis Salicarum Legum natales referamus acceptos. Rhenum ergo trajiciamus, ut in ora soloque Gallico regionem aliquam unam circumspiciamus, cui decus hoc possimus asserere.

Dum mecum dudum Salicarum Legum dispositionem universam animo volutarem, cujusmodi Lindenbrogius eam exhibuit, & antequam in editionem Heroldinam incidissem (aut si fortè visam alibi, nec satis æstimatam, attentiùs pervolvissem) replicanti mihi quos legerem Porcos, Porcellos, Vitulos, Vaccas, Tauros, Boves, Agnos, Capras, Canes, Accipitres, Anseres, Anates, Gallinas, Grues, Cygnos, Equos; circumspicienti verò Asinos ac Mulos; subiit cogitare de hoc nostro Belgio, & quidem Brabantico ac Leodiensi, an non illarum ea vera esset Patria; maximè autem hæc regio, quæ olim quidem TAXANDRIA, nunc vulgò diceretur KEMPINIA; in quam videbam consentire omnia illa quæ jam commemoravi, quęque alia poterant adferri pluria; & abesse quę ab istis Legibus absunt: Cap. 4. fol. 65.

absunt: unde non temerè videbar mihi solo isti Natales istos asserturus, si suffragaretur etiam Pecuniaria ratio: super qua tamen non fuit mihi hęsitandum diutiùs, statum Belgii, cujusmodi fuit sub Romanis, ęstimanti.

Etsi enim Pecuniarum omnium fons unus sit & scaturigo Auri Argentique fodinę, cujusmodi nullas habet Belgium (quas saltem industria scrutata sit hactenus) planè ut inde non possem asserere Belgio nostro tantam pecuniarum copiam, quanta in Salicis Legibus comparet; posse tamen quem (dicebam) opinari, non defuisse fontem alterum; qui manat à bonitate ipsius soli: cùm scilicet ea est ubertas, ut non tantùm alendis suis Incolis sufficiat; sed insuper, quę sunt apud se nata emittit ad alios populos; facitque ut exterę pecuniæ influant acervatim, nullę exportentur: quoniam nullis peregrinis indiget, qui abundat suis. At enim nihil istiusmodi possumus (replicabam) prędicare de Belgio nostro, naturâ quidem & cęli bonitate populosissimo, sed tamen hominum quàm alimonię fecundiore; dum ex ultima Borussia importantur quotannis Fruges; ex Gallia, Hispania, Rheni provinciis Vina; ex Orientali Antipodia & Moluccis Aromata (dumque etiam lascivit luxuria) Vestes undique peregrinę; prorsus ut sibi non sufficiat, si cesset Optimus Maximus Rex; recasurumque sit in eamdem illam inopiam quam narrarunt nobis sępè oculati testes avi nostri, quamque in libris Rationum observamus, dum legimus ac stupemus vilitatem rerum venalium omnium, raritatemque pecuniarum ante CXX. annos. Neque ergo vel sic mihi satisfaciebam.

Ad tertiam ergo venam me converti; quę est Principis Aula seu Domicilium, sive autem Reipublicę potentis Metropolis; à quo velut capite in omnes corporis partes vita diditur. Hujus aliquid agnosco secus Rhenum, qui Cęsares aliquot vel dedit, vel accepit detinuitque; Tiberium, Caligulam, Domitianum, Trajanum; Alexandrum etiam sepelivit ad Moguntiacum vico Sicilâ. Nam & Gallienus filium suum Saloninum Cęsarem Colonię Agrippinę collocavit, cùm ipse illic uxorem duxisset Transrhenani Regis filiam Piparam: & Saloninum mox ibidem obsedit, occiditq. Postumus, occupato Imperio, quod per Gallias 7. totos annos tenuit: sed & pòst, cùm multi alii, seu Tyranni, seu Principes loca ista incoluerunt, antequam Franci Romanos Galliâ expellerent. Constantini enim Iulianique, & successorum res in Belgio gestas, sedemq. Imperii collocatam Augustæ Trevirorum nemo ignorat: quam urbem insedit etiam aliquamdiu Maximus Tyrannus, pro Imperatore se gerens per Galliam atque Hispanias, paullò ante initia Pharamundi, latasque nostras Leges: quę cùm invenerint has Provincias tot Principum domicilio continuò excultas, mirum non est, si habuerint etiam pecuniosas; ut propterea potuerint eas multas statuere, quas rei potuerint exsolvere.

Et quamquam sedentarii non fuerint isti Principes, utcumque

Aula

Aula cum toto suo apparatu fuerit semper ambulatoria, non desiit tamen pecuniosum esse Belgium, propter torrentem pecuniarum quartum, imò verò flumen altissimum, quod est BELLVM continuum, & MILES pręsidiarius benè stipendiatus; quale jam inde à Cęsare Dictatore ad Pharamundum per annos 475. fluere nunquam desiit, in tantum, ut nulla fuerit in Orbe Romano toto Provincia, in qua plura validioraque pręsidia continenter sederint, aut plus pecuniarum prodegerint, quàm ad citeriorem ripam Rheni. Nam quia trans Rhenum Germani magno semper terrori fuerunt Romanis, adeoque post occisum cum tribus Legionibus, totidem Alis, & sex Cohortibus sociorum Quinctilium Varum, habita est Germania formidabilis, & REGNO ARSACIS ACRIOR GERMANORVM LIBERTAS, sicut loquitur Tacitus: idcircò Augustus *Germanicum Druso ortum* OCTO LEGIONIBVS *imposuit apud Rhenum*; ut est apud eumdem Annali 1. qui (teste Floro) *per Rheni quidem ripam amplius quinquaginta castella erexit*, pręsidiisque loca munivit. Atque ut sciamus quanti hoc instar sit; testis est Dio, Legiones omnes Romanæ militiæ fuisse XXV. sive autem XXVIII. fuerunt; quot numerat Tacitus. Ex his autem *præcipuum Robur Rhenum juxta, commune in Germanos Gallosq́, subsidium*, OCTO LEGIONES *erant*, præter magnum Equitum Classiariorum numerum, qui flumen tutarentur; sicut observat etiam Pontanus. Romanarum ergo virium plusquàm pars quarta, fermè etiam tertia, sedebat ad Rhenum adversus Germanos.

Octo Legiones unà cum Equitibus & Classiariis constituunt facilè quinquaginta millia capitum: quantas copias numquam in his oris aluit Rex Hispaniæ. Iam verò diurnum stipendium militis sub Augusto, & usque ad Plinii ævum, fuerunt deni asses: ita stipendium annuum abiit in asses MMMDCL. qui sunt denarii argentei CCXXV. aut eo plus (cùm denarius fuerit permutatus assibus XVI. sestertius, quaternis.) Hi annui denarii CCXXV. constituebant solidos tunc Romanos novem ipsissimos (cùm XXV. denarii permutarentur solido.) Annuum ergo stipendium erant solidi noveni, ternâ erogatione militi per quaternos menses depensi; ut tres Aureos quisque acciperet Kalendis Ianuariis; rursum tres alteros Kalendis Majis; & denique tres ultimos Kalendis Septembribus. Novem solidi Romani totidem sunt Nobiles Rosati Anglicani, sicut jam sciunt omnes: hoc erat tunc annuum militis stipendium: idem est, fuitque his annis nostri nostrum. Vnde conficio, illis temporibus non minùs pecuniarum erogatum in hoc Belgio, quàm hoc ævo nostro factum est: ideoque & mercium pretia æqualia colligo, & mulctarum immanitatem mirari desino.

Accedit huc, quòd post mortem Augusti miles in Pannonia tumultuari cœpit, ac queri: *Militiam ipsam gravem, infructuosam; denis in diem assibus animam & corpus æstimari*: instititque flagitare, *ut singulos denarios mererent*: quod est, ut pro X. assibus acciperent XVI. quod etsi tunc non obtinuerunt; posteà tamen Domitianus, Dione

teste apud Zonaram, *cùm trans Rhenum agros eorum, cum quibus pax intercedebat; populatus esset; quasi re præclarè gesta superbiens, victoris more, militibus auxit stipendium: cùmq; hactenus iis* (quaternis mensibus) LXXV. *denarii solverentur, centenos dari jussit:* hoc est, pro ternis aureis quaternos; & pro annuis IX. ipsos duodenos. Atque hoc est quod Suetonius loquitur; *Addidit & quartum stipendium militi, Aureos ternos;* tertio quoque mense persolvendos; ita ut quotannis miles auferret solidos XII. menstruos, planè singulos Nobiles Rosatos: quantam summam nostri milites profectò non accipiunt.

Quoniam ergo tunc majores multò fuerunt in his oris Romanorum copiæ, quàm his annis omnibus Hispanicæ, majoraque stipendia; congestasque opes apparet (ferè dixerim universas) Romani Imperii ex Orbe reliquo huc potissimùm ad tutandam Ripam, non primorum tantùm Cęsarum temporibus, sed & posteriorum, usque ad Iulianum, Valentinianum, ac Theodosium: nemo non per se colligere potest (quod hujus est consectarium) PECVNIOSISSIMVM fuisse BELGIVM, quo tempore istud possidendi animo, Regnumq; novum condendi, occupaverunt Franci: multoque adeò fuisse pecuniosius quàm esset Gallia reliqua universa, quando eam Tributorum immanitas ita exhauserat, ut SOLITVDINEM ejus Panegyrici testentur, nec Historici tantùm inculcent. Super qua Galliarum extra Belgium sub Romanis egestate calamitosa placet adnotare paucula; de quibus liqueat, non longè à Rheno in penitiorem Galliam esse excurrendum, ut illic frustrà NATALE SOLVM LEGVM SALICARVM circumspiciamus.

Cap. 5. fol. 67. Iam inde sub Tiberio (quod testatur Tacitus) *Frisii, Transrhenanus populus, pacem exuêre, Romanâ magis avaritiâ quàm obsequii impatientes*, dum Tributum, quod iis Drusus modicum jusserat, Olennius auget. Vnde *ira & questus: & postquam non subveniebat, remedium ex bello. Rapti qui tributo aderant milites, & patibulo adfixi.* Iidem Frisii sub Nerone expostulant indignabundi, *Quotam partem campi* IACERE, *in quam pecora & armenta militum aliquando transmitterentur? servarent* RECEPTVS *gregibus inter hominum famem; modò ne* VASTITATEM *&* SOLITVDINEM *mallent quàm amicos populos.* Sub Domitiano Galgacus Britannus (in Vita Agricolæ) eadem æquè atrocia: *Romanorum* (inquit) *superbiam frustrà per obsequium & modestiam effugeris. Raptores Orbis, postquam cuncta* VASTANTIBVS *defuere Terræ, & Mare scrutantur. Si locuples hostis est, avari; si pauper, ambitiosi: quos non Oriens, non Occidens satiaverit. Auferre, Trucidare, Rapere, falsis nominibus Imperium; atque ubi* SOLITVDINEM *faciunt, Pacem vocant.* Et hæc quidem extra Galliam.

Intra ipsam verò Galliam quanta fuerit extra Belgium vastitas ac solitudo sub Imperatoribus sequentibus, non est hujus loci expangere: Panegyricus (SI MIHI) dictus anno CCXCII. Epochæ nostræ, satis eam prædicat per Nervios ac Treviros, Ambianos, Bellovacos, Tricasses, Lingonas; hoc est, Lotharingiam, Hannoniam, Campaniam,

niam, Picardiam, Normanniam, agrumque Parisinum: *Sicuti pridem tuo Diocletiane Auguste jussu supplevit* DESERTA *Thraciæ translatis Incolis Asia; sicut posteà tuo Maximiane Auguste nutu Nerviorum & Trevirorum* ARVA IACENTIA, *lætus postliminio restitutus, & receptus in Leges Francus excoluit: ita nunc post victorias tuas, Constanti Cæsar invicte, quidquid* INFREQVENS *Ambiano, & Bellovaco, & Tricaßino solo Lingonicoq; restabat, Barbaro* CVLTORE *revirescit. Quin etiam illa (cujus nomine mihi peculiariter gratulandum) devotißima vobis civitas Heduorum, ex hac Britannicæ facultate victoriæ plurimos, quibus illæ Provinciæ redundabant, accepit* ARTIFICES: *& nunc exstructione veterum domorum, & refectione operum publicorum, & Templorum instauratione consurgit.* Tunc ergo videre fuit, quod idem illic prædicat, *totis porticibus civitatum sedere captiva agmina Barbarorum .... Provincialibus* [Gallis] *ad obsequium distributos omnes, donec ad destinatos sibi* CVLTVS SOLITVDINVM *ducerentur.*

In eumdem sensum, ac verba etiam alter Panegyricus (FACEREM) *Quid loquar* (ait) *rursus intimas Francorum nationes, non jam ab his locis, quæ olim Romana, invaserant* [Bataviam scilicet, Menapiam, Taxandriam] *sed à propriis ex origine suis sedibus* [Sicambricis Transrhenanis] *atque ab ultimis Barbariæ littoribus avulsas; ut in* DESERTIS GALLIAE *regionibus collocatæ, etiam Pacem Romani Imperii* CVLTV *juvarent, & Arma* DELECTV?

Non potuit explicatiùs ob oculos poni squallor Galliarum & solitudo: ad quam removendam, reducendamque ac restituendam frequentiam, opus fuit ex Transrhenanis oris accire ultrò etiam hostes LETOS & FRANCOS, qui arva jacentia colerent; tributa penderent; delectibus responderent; breviter, ex *vastitate* facerent CVLTVRAM. His ergo terras dederunt Romani, quas ipsimet suis Tributis fecerant LETICAS, **Ledich**/ *Vastas, Solitarias, Desertas, Incultas,* Ereptas humano usui, ut à feris solis occuparentur, aut certè à melioribus, hoc est, Francis Transrhenanis gentibus, possiderentur.

Neque puduit hoc fateri, vel ipsos Imperatores Honorium & Theodosium anno 399. lege latâ, Cod. Theod. lib. XIII. Tit. XI. qui est, *De Censitoribus, Peræquatoribus, & Inspectoribus*, sub hac miserabilium verborum nænia: *Quoniam ex multis gentibus, sequentes Romanam felicitatem, se ad nostrum Imperium contulerunt, quibus* TERRAE LETICAE *administrandæ sunt; nullus ex his agris aliquid nisi ex nostra adnotatione mereatur. Et quoniam aliquanti aut ampliùs quàm meruerant occuparunt, aut conludio Principalium vel Defensorum, vel subreptitiis rescriptis majorem quàm ratio poscebat Terrarum modum sunt consecuti; Inspector Idoneus dirigatur, qui ea revocet, quæ aut malè sunt tradita, aut improbè ab aliquibus occupata.* Gratantur ex se sibi Romani Principes, quòd essent, qui vellent commigrare in Romanum solum LETICVM, **Ledich**/ solitudinesque excolere, quas volentibus occupare ultrò quoque dederunt: atque has vel ideò dederunt, ut dedisse viderentur; quas alioquin, etiam invitis illis, Germani

mani invaderent, ſcilicet hominibus vacuas: quale quid propediem eventurum in eadem ſemi-deſerta dudum Gallia pręſentio (illa pòſt ſentiet) cùm in illam ſolitudinẽ irrumpentes Gotthi repetent ſuam Gotthiam; Franci Franciam; Burgundiones Burgundiam; Normanni Normanniam: excipientque vices Gallicarum rerum, neſcio an meliùs, certè caſtiùs & modeſtiùs acturi.

Cęterum, quamquam deſertum fuit aliquando Ambianum, Bellovacum, Tricaſſinum, Lingonicumque, tamen ſemper frequens ac copioſum nihilominùs fuit noſtrum Belgium, etiam tempore Ammiani. Nam & anno 358. cùm à Saxonibus & Chamavis (quos Zoſimus ſemper vocat Quados) ſedibus ſuis expulſi eſſent Francorum Nobiliſſimi SALII, iique cum uxoribus ac liberis ſe recepiſſent cis Rhenum in Taxandriam, idque Iulianus ultum pergeret, quod PRÆLICENTER, hoc eſt, non impetratâ priùs veniâ feciſſent; eoſdem tamen ſuſcepit ſupplicantes; iiſque Taxandriam habitandam permiſit; Chamavos verò expulit: ita Taxandria, etſi anteà non infrequens cultoribus, abinde tamen facta eſt multò frequentior, cùm ex tota Batavia, quidquid ibi Salicorum hominum eſſet reliquum, commigraret cum ſuo Rege in Taxandriam, fierentque omnes Romanorum ſubditi, atque etiam ordinibus adſcriberentur, ſicut teſtis eſt Zoſimus, & ex Imperii utriuſque Notitia diſcimus, ubi SALIOS aliquoties lectitamus. Eamdem harum Provinciarum opulentiam pervidemus ad Ammiani librorum extrema, hoc eſt ad annum uſque 378. quo adhuc florebat opibus Germania noſtra ſecunda, *Agrippinâ & Tungris munita* CIVITATIBVS AMPLIS & COPIOSIS ut is loquitur extremo lib. XV. eademque floruit uſque ad annum 384. quo jam Maximus Tyrannus Imperii ſui ſedem conſtituerat Treviris: quam urbem idem Ammianus vocat DOMICILIVM PRINCIPVM CLARVM: quâ eadem quoque in urbe anno 379. Valentinianus Leges aliquot tulit, quæ exſtant in Codice Theodoſiano. Et denique, cùm anno 399. Stilico intra dies quindecim enavigaret Rhenum totum à Rhætis ad Bataviam, LETICIS illis TERRIS (credo) inſpectandis, omnia tuta invenit; Tranſrhenanos Reges Francos habuit ad colloquium obvios; Sicambros trans Rhenum pacatos; cis Rhenum Salios arva ac rura ſua LETICA colentes; Ripam Gallicam prævelatam domibus amœnis; Belgam pecora ſua paſcentem, etiam trans fluvium; omnia denique felicia, læta, copioſa, & (quod præſidiis ubique excubantibus fuit neceſſe) PECVNIOSA: quæ mox eadem invenerunt, & habuerunt, cùm SALICAS LEGES ferrent Franci.

Cap. 6. fol. 70. Si pecunioſam regionem incoluerunt Franci Salij (qualem hoc noſtrum Belgium tunc extitiſſe demonſtravimus) ſequitur utique ut & Oppidorum atq. VRBIVM frequentem habitaverint: neque enim niſi in urbibus cuditur Moneta: quo animadverſo, planè extra Majorem Germaniam fuerunt, cùm Leges iſtas conderent, quæ

ſemel

semel iterumque VRBIS cujusdam meminerunt, & quidem Titulo XXXIV. in quo bis legitur, *Malbergo* VRBIS *viâ Lacinâ.* Nam, ut exsertè scribit Tacitus, *nullas Germanorum populis urbes habitari satis notum est; ne pati quidem inter se junctas sedes. Colunt discreti, ac diversi, ut fons, ut campus, ut nemus placuit.* Ideoq. Tenchteros illos Transrhenanos sic inducit cum Agrippinensibus colloquentes, dum eos ad defectionem à Romanis sollicitant: *Postulamus à vobis ut* MVROS *Coloniæ (munimenta servitii) detrahatis; etiam fera animalia, si clausa teneas, virtutis obliviscuntur.* Sed & Ammianus principio libri XVI. narrat *Argentoratum, Brotomagum, Tabernas, Salisonem, Nemetas & Vangionas, & Maguntiacum* CIVITATES à Barbaris Transrhenanis *possessas*, eosque *territoria earum habitare*, non ipsas urbes: *Nam* (addit) IPSA OPPIDA, *ut circumdata retibus lustra*, DECLINANT. Franci ergo nostri Salii, cùm exsertè VRBIS cujusdam VIAM LACINAM commemorant, ad quam habitum fuerit Malbergium non unum; planè ostendunt, se degisse non trans Rhenum in Germania illa tunc inculta, sed planè cis ripam Gallicam, in solo Romano, urbibus oppidisque frequentatissimo, quodque inde sequitur, pecuniosissimo, præsertim circa Ripam, sicut jam ostendi.

Vrbes has atque oppida jam inde ab ævo Constantini, atque altiùs etiam, obtinuit dici CIVITATES; prout videre est in Itinerario Hierosolymitano, quod scriptum fuit anno Epochę nostræ 333. itaq; & Ammianus Agrippinam ac Tongros vocat CIVITATES AMPLAS & COPIOSAS. Et Augustinus GRATIANOPOLIM vocat CIVITATEM; & denique omnium per id tempus loquentium usus non alio nomine vocavit urbes atque oppida, quàm CIVITATIS: ut tunc per CIVITATEM non intelligeretur (sicut olim) Regio vel Territorium; sed omnino locus mœnibus conclusus, turribusque ac portis munitus; hoc est, Vrbs atque Oppidum: quod sexcentis exemplis firmari potest, nisi jam esset triviale.

Hinc ergo jam aliud mihi sub manu nascitur argumentum, quo evincam, non tantùm LEGES latas in solo Cisrhenano, seu Romano, sed & REGEM ipsum, sub quo latæ sunt (& cujus etiam meminerunt) in eodem regnasse: quem unus omnium consensus profitetur PHARAMVNDVM: idque me docent Gregorii Turonensis hæc verba: *Tradunt multi, FRANCOS de Pannonia fuisse digressos; & primùm quidem littora Rheni amnis incoluisse; dehinc, transacto Rheno, TONGRIAM transmeasse; IBIQVE juxta pagos vel CIVITATES Reges Crinitos super se creavisse, de prima, & (ut ita dicam) nobiliore suorum Familia. Quod posteà probatum CHLODOVEI victoria tradidère, idq; in sequenti digerimus.*

Reges ecce Francorum primi creati sunt *juxta Pagos vel CIVITATES*, hoc est, in solo non Germanico Transrhenano, sed intra limitem Romanum, in quo CIVITATES Agrippina, Tongri, Camaracum, Teroana; quas Gregorius velut nominat, dum de his Chlodovei victorias in sequentibus se digesturum promittit, quod

 & facit

facit extremo libro secundo. Illic autem narrat, ut Chlodoveus Sigibertum Coloniæ Agrippinæ Regem curaverit interfici per ipsiusmet filium Chlodericum: quem eumdem parricidam mox condignâ cæde ultus, Coloniense Regnum opesq́ue occupaverit. Narrat quoque, ut Chararicum Regem (Teroanæ adfirmat Malbrancus) ejusq. filium vivos ceperit, tonsosque, alterum quidem Presbyterum, alterum Diaconum curaverit ordinari, mox etiam utrumque plecti capite. Refert deniq. ut regnantem in urbe Camaraco Ragnacharium cum fratre Richario, vivos item captos, cum verborum quoque ludibrio, manu ipse suâ interemerit. Quos omnes Reges Chlodovei *propinquos ac parentes* (hoc est cognatos) fuisse addit idem Gregorius; &c. Cùmque hos videamus regnasse omnes *juxta pagos vel CIVITATES* Belgicas, COLONIAM, TEROANAM, CAMARACUM (inter quas media est TONGRORUM civitas) meridianâ luce clarius est, horum patres, vel summùm avos, illos eosdem esse, de quibus loqui se profitebatur Gregorius, quosque scribebat *transacto Rheno TONGRIAM transmeasse; IBIQUE juxta pagos vel CIVITATES regnasse;* exorsos scilicet unà cùm Pharamundo, Legum harum auctore, intra Terminum TONGRORUM apud DISPARGUM Brachbantiæ (sicut posteà patebit) considente, dum illi alias atque alias urbes sibi deligunt.

Cap. 8. *Tum Capite octavo de Taxandria sua, ubi primas collocat Francorum sedes, sic idem fol.* 79: TAXANDRIA, quam alii TOXIANDRIAM, alii TESSANDRIAM, vel etiam TEXANDRIAM, in libris inveniunt, est illa regio, quæ intra istos quadringentos annos, novo nomine indito, nunc vocatur Kempen / *Campinia*, ut loquuntur; sic fluminibus æstuariisq. cincta undique, ut sit quasi peninsula (Isthmo cohærens cum Atuaticis, seu Hasbanis, inter Mosam & Tameræ fontes medio, & qui Trajecto Belisiam leucas duas patet) figuræ fermè quadrilateræ, ab Oriente quidem in Occidentem longa leucas 24. à Meridie in Septemtriones lata 17.

Orientale hujus latus, à Trajecto ad Insulam usque Bataviam, claudit Mosa fluvius nonnihil arcuatus, & tandem etiam rectà flexus in Occidentem, infususq́. in æstuaria (quas paludes Menapiorum dixerunt antiqui) totum Septemtrionale Taxandriæ latus iisdem aquis cingit. Meridies istiusdem regionis uno perpetuoque ac satis recto limite finitur fluvio Tamerâ; quem, Ptolemæus *Tabudam* dixit, si vera est lectio; nam ego quidem Ταμβραν scripsisse existimo (& notum est quàm sunt μ & u vice β in Græcis codicibus identidem vicariæ:) Demer vocatur, ortusq́. circa Belisiam, haud procul Trajecto defluit Hasseletum, Diestam, Arescotum, Mechliniam; atque infra eam recepto Nethâ, nomen mutat, incipitq́. vocari *Rypela;* Latino vocabulo nonnihil corrupto, pro *Ripula*. Quia enim Bagaco Nerviorũ iter facientibus Romanis in Bataviam, per viam, quam vocabãt LACINAM, postquam huc pervenerant, põtonibus erat trajiciendum

hoc flumen : hujusmodi autem trajectus vocarunt *Ripas*; primam quidem hanc *Ripam* dixerunt *Ripulam*, minorem quippe illâ alterâ Mosę & Vahalis, post alterum tantum itineris superandâ. Hęc Ripula (nunc *Rypela*) tandem aquas sui Tameræ infundit in Scaldim ex adverso Rypelmundæ; quod Latinè dixeris *Ostium Rypelæ*; atque eatenus Taxandriæ meridionalem limitem determinat. Ab isto loco confluentium, Scaldis satis rectà petit Septemtriones, signatq; latus occiduum Taxandriæ, secundùm Antuerpiam, & Bergizomium, donec in eadem æstuaria Zelandica Menapiorum se condat, in quæ & Mosa.

His finibus circumscriptam Taxandriam agnosco etiam apud Plinium & Ammianum. Plinius enim lib.4. cap. 17. postquam Galliam Belgicã definivit à Sequana ad Scaldim, mox subdit: *A* SCALDI *extera incolunt* TAXANDRI *pluribus nominibus.* EXTERA vocat, quę sunt extra Galliam, quęque Germania adnumerat ejusdem libri c. 13. *Totum*, inquit, *hoc mare ad Scaldim usque fluvium Germanicæ accolunt gentes.* Taxandriam ecce terminat (ad Occidentem) Scaldi fluvio; & nos in Kempiniam deducit: & quoniam Taxandros scribit pluribus nominibus, hoc est populis ac gentibus accolere; profectò Taxandriam vult latissimè patere.

Ammianus Taxandriam hanc, à Francis Saliis habitatam, confinem agnoscit Tongris, seu Atuatico Tongrorum. &c. *Atque hæc quidem eruditissimus Wendelinus, cui assentior tradenti Taxandriam Francorum sedem fuisse, at non primorum, neque Saliorum, neque in ea Legem Salicam latam concedo, sed propè eam, non intra Scaldim & Mosam; sed intra Scaldim, Carbonariam, Legiam, & Oceanum, ut docui ex ipso Legis Salicæ contextu, cui loco clarissimè videns Wendelinus nullo modo convenire Ligerim flumen, Gallis* le Loire, *pro Ligerim substituit Likerim fluviolum, Brabantis Lacharam appellatum. Illius verba hæc sunt cap.* 10. De Francorum Saliorum finibus, Mari, Carbonaria, Ligeri. *fol.* 86. LIGERIS fluvius non nimiùm procul Carbonariâ, quique Iurisdictionem SALICAM disterminet, alius esse non potest ab eo quem nos hodieque vocamus **Jeker**, Galli *Lajarre*, Hasbaniæ limes Orientalis, linguam Teutonicam à Walonica separans. Hujus exsertè meminit Charta vetus Abbatię S. Dionysii apud Doubletium p. 724. *Ego Nevelongus dono Sanctæ Basilicæ Domni Dionysii, vel ejus congregationi, in luminaribus & in stipendiis Monachorum, hoc est, res proprietatis meæ in pago Hasbaniæ, in loco qui vocatur Hasca, super fluvium* LACHARA. *Anno* DCCCV. &c. Hasca nunc est **Her**: in qua parœcia sunt ista latifundia dudum cum aliis permutata. Cęterum fluvio Likeri nomen dedisse videtur vicus **Lieck** infra oppidũ **Borchworm**; ad quem vicum tendentes Walones, ire se dicunt *Au-Lee*, sive rusticiùs *O-ley*, *Ad Legerim*: nisi potiùs dicamus ipsum fluvium vico posuisse nomen; ut propter Likerim dicatur **Lieck**; quod eò quoque fit vero similius, quoniam ad eumdem fluvium alter locus est antiquitate quoque illustris LAGIVM, **Lauw**, Walonibus *Lauwagh*; ubi

collocatus fuisse legitur in Notitia Imperii *Præfectus Letorum* LAGENSIVM *prope Tungros;* videturque idem fluvius *Likeris* ibi, vico illic Lieck/ Laghara hîc, loco huic Lago, seu Lagio, ex æquo nomen indidisse.

Habemus ergo tandem finibus suis circumscriptam ditionem SALICAM intra Brachbantiam, Comitatumque Lossensem. cessatque omnis Ariolantium vitilitigatio super Titulo illo fluvioque Ligeri; cujus occasione volunt Codicem Salicarum Legum fuisse interpolatum, postquam Regni Francici pomœria prolata sunt trans Sequanam usque ad Gotthorum confinia. Nos Galliæ famosum illum fluvium LIGERIM, *La Loire*, negamus Salicos Legislatores umquam vidisse, cogitasse, scripsisse.

Optimè Wendelinus Ligerim *tolli vult; sed an ejus loco* Likerim, *an verò* Legiam *scribendum, ut nos asserimus cap.* 22. *fol.* 380. *Lectoris judicio relinquamus.*

Idem Wendelinus ad illud Legis Salicæ tit. XXVII. Si quis vineam alienam in furtum vindemiaverit, & vinum in carro carraverit. *adversus Matthæum van Hove, qui in Batavia Leges Salicas constitutas*
fol. 156. *scribit, aliosq; qui ultra Rhenum id factum malunt, ita habet:* Vineas Batavia numquam aluit, aut Francia illa Transrhenana per Cliviam, Zutphaniam, illasq. Westphalicas regiones; ut vel hinc appareat Leges istas illinc non fuisse latas: habuit verò ad Avorum usque nostrorum memoriam Taxandria, præsertim circa Dispargum, sive Diosten. Exstatque in libris Rationum, quanti elocatæ fuerint DECIMAE VINALES in municipio Lumpina, atque alibi. Anno verò 1504. *cùm maxima Leporum & Cuniculorum abundantia* VINEAS *& segetes depascerent, populus Diestensis libertatem obtinuit ab Henrico de Nassau, Diestensi Domino, eos capiendi & occidendi.* Vnde tanta fuit copia, *ut lepus venderetur dimidiâ blancâ, vel dimidio stufero.* Chron. Diestense. Vineæ jam non ultra Lovanium ac Leodium coluntur, gradumque latitudinis 50. 50`. Olim Belgium Vitiferum magis fuit sub Romanis, cùm Solis ac Zodiaci obliquitas esset graduum 23. 50`. circiter: quę nunc decrevit ad 23. 30`. Vbi post annum 1860. rursum incipiet crescere; vites quoque magis provenient in Septemtriones.

In Flandria, Brabantia, vicinisq; locis vineas olim excultas fuisse reperio in variis diplomatibus, atque imprimis in diplomate Alexandri Papæ, quo confirmat Fundationem Canonicorum Harlebecanorum anno
Cap. 52. fol. 171. 1070. *apud Miræum in Codice Donationum cap.* 52. *fol.* 171. Alexander Episcopus, servus servorum Dei, Erleboldo Præposito Harlebecensis Canonicæ S. Salvatoris, sitę in Episcopatu Noviomensi, cunctisq. suis successoribus regulariter promovendis in perpetuum. Quandoquidem divinæ Providentiæ dispensatione universalis administrationis curam suscepimus, ex debito nostri officii cogimur cunctis ecclesiis per orbē terrarū latè diffusis providere, & utilitatibus earū ac saluti animarum, quæ in ejus sunt, solerti studio invigilare, pręsertim his locis, quæ pia religione pollere noscuntur, & nostro munimine

mine ſpecialiter quodammodo ſe tueri humili prece depoſcunt, qui in eis habitat, Domino ſervientium chorus, quatenus à turbine ſecularium adverſitatum noſtra protectione defenſi liberiùs vota ſua continuata Domino reddere, & eodem quo cœperunt ſancto propoſito, uſque in finem ſecuri perſeverare prævaleant.

Quare cum interventu præclaræ Comitiſſæ Adelæ, tum tuis devotis precibus flexi, dilecte fili, te, ac pronominatam Canonicam, cum omnibus ſibi pertinentibus ſub tutela Apoſtolicæ defenſionis ſuſcipimus, & confirmamus jam dictæ venerabili Canonicæ quidquid hactenus habuit, tam largitione piiſſimorum Principum, quàm oblatione quorumcumque fidelium, juxta nobiliſſimi præceptum Regis Francorum Philippi, & præceptum Balduini Noviomenſis Epiſcopi, vel deinceps habitura eſt tam in terris, quàm in VINEIS, & villis & eccleſiis majoribus & minoribus omnibuſq. rebus mobilibus, & immobilibus, ita ut non liceat cuiquam eccleſiaſticarum vel ſecularium magnæ parvæq. perſonę pronominatam Canonicam de ſuis omnibus inquietare, &c.

Datum Laterani quinto Kal. Feb. per manus Petri clerici, fungentis vice Petri ſanctę Romanę Eccleſię Cardinalis ac Bibliothecarii: anno verò ab Incarnatione Domini milleſimo ſeptuageſimo, pontificatûs autem Domini Alexandri Papę II. octavo, Indictione VIII.

Sic in veteri Donatione Huntberti Abbatis Maricolenſis ſub Childeberto Rege Francorum, circa annum Chriſti 667. libro citato cap. 5. fol. 23.

An. XII. regni Domini noſtri Childerici glorioſi Regis, 15. Kal. April. An. 667.
ego in Dei nomine HVNTBERTVS, etſi indignus peccator, cogitans de Dei timore, vel æterni boni retributione, ſeu abluendis meis peccatis; quia dicit Scriptura: *Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, qui vos perducant in æternas manſiones Sanctorum.* Rurſumq. dicit: *Facite vobis ſaccos eleëmoſynæ, qui non veteraſcunt.* Luc. 16. Luc. 12.

Idcirco dono, quod in perpetuum donatum eſſe volo, ad ſacroſanctum monaſterium, quod vocatur *Maricolas*, quod vir illuſtris CHONEBERTVS quondam ſuo opere conſtruxit, ubi ego ipſe indignus peccator Abbas præeſſe videor, cōſecratum in honore S. Marię, matris Domini noſtri Ieſu Chriſti, SS. Petri & Pauli Apoſtolorum, vel reliquorum Dominorum, qui in ipſa baſilica venerantur, ſitum in pago *Fanomartenſi*, ſuper fluviolum, qui vocatur *Helpre*: hoc eſt, partem maximam de poſſeſſione noſtra in villa nuncupata *Macerias*, ſita in pago Laudunenſi, ſuper fluvium *Iſeram*, quam de avia mea, Deo ſacrata, AVDELIANA, quondam dato pretio, per venditionis titulum comparavi, &c.

Hæc omnia ſuprà nominata ad ipſum monaſterium delegavimus, ut ipſi monachi vel ſucceſſores noſtri in ſuo jure vel dominatione à præſenti die recipiant ad poſſidendum, tam in terris, quàm domibus, ędificiis, mancipiis, VINEIS, ſilvis, pratis, paſcuis, aquis, aquarumq. decurſibus, abſque ullius judicis interpellatione: ha-

 beantque

beantque in sua potestate tenendi, dandi, vendendi, commutandi, vel quid exinde voluerint faciendi. &c.

Actum Maricolis. Ipse tamen *Huntbertus*, etsi peccator Abbas propria manu confirmo.

Est hodie Maricolæ celebris Benedictinorum Abbatia in confiniis Brabantiæ & Hannoniæ ad fluvium Sambram. In cujus favorem in Codice Miræi exstat & diploma alterum Caroli Simplicis Francorum Regis anni 921. cap. 29. fol. 121. *hoc initio:* In nomine sanctę & individuæ Trinitatis. Carolus Dei gratia Rex.

Omnium sanctæ Dei Ecclesiæ fidelium præsentium ac futurorum noverit industria, quòd Ingelramus illustris Comes, ad nostram se colligens magnificentiam, exposuit, qualiter fratres *Maricolensis* ecclesiæ, quæ constructa est in honore Sanctæ Dei genitricis Mariæ, & SS. Apostolorum Petri & Pauli, ubi etiam pretiosissimus confessor Humbertus corpore quiescit humatus, penuria laborantes, divinum, ut expedit, nequeunt implere officium, & quod miseratus usibus eorum XXX. fratrum suppeditaverit res ad eamdem Abbatiam pertinentes.

In pago videlicet *Laudunensi* in villa *Macerias* sive castello, ubi S. Humbertus est ortus, triginta tres mansos, & in eodem pago in villa *Salveriis* quinque mansos, & in pago *Hainao*, in villa *Vercinio*, super ipsum fluvium mansos decem: &c.

Cujus salubribus monitis faventes, hoc præcellentię præceptum fieri, & dictis fratribus dari jussimus, per quod prædictas res omnes, cum plenissima integritate, cum terris scilicet cultis & incultis, VINEIS, silvis, pratis, pascuis, molendinis, aquis, aquarumq. decursibus, & mancipiis utriusque sexus, sæpe dictis fratribus, usibusq. ac stipendiis eorum, pro animæ nostræ remissione, perpetua firmitate, conferentes delegamus, ut quietiùs studeant pro nobis, conjuge ac prole, & pro regni stabilitate Domini clementiam jugiter exorare.

Vt autem hęc condonatio delegationis in Dei nomine cunctis sęculi temporibus validiorem stabilitatis obtineat vigorem, manu propria subter eam firmavimus, & annuli nostri impressione signari jussimus.

Signum Karoli gloriosissimi Regis.

Datum Nono Idus Ianuarii, anno ab Incarnatione Domini nongentesimo vicesimo primo, Indictione nona, palatio Lugduno.

ADDITIONES

Ad Cap. XXI. fol. 324.

Tomo 2. fol. 493.

IN gratiam eorum, quos audio linguæ patriæ studiosos esse, tria glossaria adjungo. Primum è Lipsii centuria tertia epistolarum ad Belgas. ep. 44. inscripta Henrico Schottio Iurisconsulto & Syndico urbis Antuerpiensis.

After,

After, Secundùm.
Ambacht-man, Ministri. quod Cæsar & Festus, *Clientem* Gallis significare notant.
Angaen. *Anagen*, Principium; &
Anagenni, Initio.
Anlucht. *Anlucce*, facie.
Anschijn, idem. *Anluccon*, Aperuerunt: sicut *Belucon*, concluserunt. *Antloc*, revela.
Luken, Beluken, Ontluken.
Antomi, frenum. nunc *toom*.
Angst. *Anst*, gratia: alibi *enst*.
Angust, Angustia.
Anvarnunst, intellectu.
Ete, Ate. *At*, Escas.
Asca, Cinis.
Arug, perversa. nos *Arg*.
Anastandunt, insurgunt.
Andredit, timet.
Andredandi, timentes.
Baldo, & alibi *Bolatico*, fiducialiter.
Begihte, confessione: nos *Bichte*.
Begian, & *Beian*, confiteri.
Beginnen, begunst. *Begegunsta*, cœpi.
Swack, debilis. *Besuick*, supplanta.
Besuicheide, scandalum.
Beswijcke. *Bethiu*, aliàs *Bithiu*, propterea.
Bilith, post eà Belt, Beelt. *Bilithires*, figuli: & *Gebilithe*, imagine.
Biwie, quare.
Bisa, turbo: ut gallis, *vent de Bize*
Spel, spil, pro fabula etiam & comœdia. *Bispilla*, & alibi *spella*, parabola.
Blasma, Flamma.
Bouckestaf. *Buokestaf*, Litteratura, vel potius ipsa littera.
unde Burtezel. *Burthon*, Oneribus.
Baren. *Barida*, germinans.
Vellen. *Besillidi*, prosterneret.
Beko, proba: alibi, *Bekunno*, tenta.
Belgon, irasci.
Belgen sal. *Belgonsal*, irascetur.
Bescedewit, obscurabitur: quasi à schaduwe/umbra.
In sijn bevvelt hebbē. *Bewildi*, possedisti.

Bizzedon, fremuerunt: à *Biza* suprà.
Kellera, promptuaria. Keller, kelder.
Kuni, semini. vide *Thindekunni*,
Kippon, compedibus: à latino *Cippo*.
Cocare, pharetra. Kokere.
Krepinda, reptilia: quasi *kruypede*.
Kunnea & *Kunni*, generatio.
Kuosmeer, butyrum. Koe-smeer, vaccæ adeps.
Dfiant, diabolus: quasi *de vyand*.
Drohtin, & *druhtin*, & *drustin*, dominus.
Drugina dolus: unde *bedriegen*. Bedrögen. Bedrogh.
Drumbon, tubis: nunc *trompen*.
Duiri, januas: nunc *duere*, *doore*. Duere.
Dumba, stultus. Dom, domme dommē bond, pro dullē hond.
Dumpheide, insipientia.
Duom, judicium: & *Duoma*, judicia: & *Duomot*, judicatis.
Duelont, errant: nūc *dolē*, *dwalen*.
Egisliko, terribiliter: nos *eysselick*.
Eino, solus: *Einodis*, solitudinis.
Eintisce, antiquos: à Latino, ut videtur, ut nos *Anticksche*. & *Eintiscen*, antiquis.
Ettir, venenum: ac *Etter* nostrum, id est pus.
Elelendich, extraneus. Ellendigh, miser & extorres. ex el aliud, & land. ex alia patria
Eldi, senecta: & *Vreldi*, senium: nam *ur* auget.
Ervri, pavimento; quasi *ertvry*, quod terram tueatur.
Ereve, hęreditas. Erve.
Euua, lex: & *Euun*, lege. V. Eenvva fol. 269.
Euuenlari, legislatorem.
Ewethon, æternum.
Fakinga, dormitatio: nos *Vaeck*. V. Forconciliare. fol. 269.
Faconsal, dormitabit.
Facodon, dormitaverunt.
Farbrokanussi, prævaricationes.
Fardruncon, crapulatus. Verdronckē
Farwathana, maledicti.
Farwathanussi, abominatione. Vervvaten.
Farwet, abominatus.
Farseggeni, excusandas.

Fastira,

Vaster. *Fastira*, munita.
Verdriet. *Farthroza*, tędio.
Ferreno, longè: nos *verre*.
Fetheracco, alarum: nos *vederen*.
Fio, pecora: nos *vee*,
Fiu, pecuniam; nota sic à *Pecude*, ut Latinis.
Filoberth, pręclara.
Filuberthon, pręclaris.
Filoscire, pręclarus. in his talibus *filo*, est *veel*, vel multum.
Filohardo, vehementer.
Fillunga, flagellum, an quia cutem radit, quasi *villen*?
Finistre, tenebrę: Germani hodie.
Forthora, dextra: &
Forthoron, dextris.
Vry-hof. *Frihof*, atrium: & *Frithova*, atria.
Fremitborona, alienigenę: quasi *vreemt-geborene*.
Fruo, manè: nos *vroegh*.
Fulita, putredo: quasi *vuligheyt*: & *Fulithon*, sordibus.
Vol, plenus *Fulleton*, abundantia.
Voet-scabél. *Fuotscamel*, scabellum.
Vol-leesten. perficere *Fulluft*, adjutorium:
Folleisten, opitulentur.
Vorst, Forst; unde Forestariorum fabula. *Furist*, princeps: nos *Vorst*.
Furistingo, prępositione.
Furitekin, prodigium: nos *voorteecken*.
Lijden fuit ire, unde *verlijden*. *overlijden*, transire; decedere. *Farlithon*, transierunt: &
Farliet, transeat.
Farbelgeda, exacerbavit: vide *Belgan*, & *Irbelgiden*.
Verbelgen. *Voor-vecht* *Farfiht*, expugna.
Fardiligo: dele: nos *verdilgen*.
Vellen, diruere; supplantare. *Faruuellunt*, prophanaverunt.
Farschiton, cōcīdit, mediâ lōga.
far in pejorem partē capitur. *Fellonsal*, destruet: nos *vellen sal*, dejiciet.
Vellen sal. *Fel*, Trux inde. *Ferterronsal*, perdes: nos *verderven*.
Ferwerthansal, peribit.
Forhfuor, prodiit.

Framforithu, recessisti. *Fram, verre.*
Framgeleidon, abduxerunt.
Garo, paratus: & *garn*, idem. *Gaerwen,*
Garivon, manipulos: nos *gervē*. *parate, v. āte f. 332.*
Gedruft, turbata.
Geberge, cubilibus, ab occultādo *Berg, receptaculum.*
Gegravanussi, sculptilia. * *v. MALLOBERG. 286*
Gehuorda, fornicati; alludit ad *hoere*, meretricem. ** Graven, gravéren.*
Geluvi, consensu; an *Gelivi*.
Gelibedelic, deprecabilis.
Gelende, accola: vide *Elelendig*. *Gelande.*
Gemerke, terminos. *v. Marca*
Giveri, libera: vide *Gevere*. *fol. 287.*
Genuhte, abundantia; ab eo quod nos *genoegh*, satis.
Giheita, vota: alibi *Giheta*.
Gerichtnussis, refectionis. *Gerecht,*
Gescathot, cōdemnatus: an propriè mulctatus? *ferculum, missus.* *Schatten, censurare.*
Getuwing, disciplina.
Geverthe. Iter. vide *Verthe*.
Gewede, vestimenta. *v. VVadion.*
Gewesannussi, substantia. *Gevvesenesse, essentia propriè*
Gewin, possessio. *Gevvin, gevvuenst.*
Gewunst, idem.
Gewitti, scientia. *VVeten.*
Gewitscopi, testimonia. *VVetenschap.*
Gewisso, etenim, enim. *Gevvis.*
Giversunthedion, opportunitatibus. *Geen versuymthede.*
Gipondi, patēs: nos *gapende* fortè.
Githuue, disciplina: suprà *Getuwing*: nos *gedwing*.
Giwepene, arma: quasi *gewapene*.
Givuilitte, abundantia: suprà *Fullethon*. *Gevulte. Gevveelte. Gevulte.*
Glider, lubricum: & *Glideren,*
Glideri, lapsu. *Slibberen, glat.*
Gothehten, cogitationibus: nos *gedachten*.
Gruova, lacus: quasi *groeve* nobis fossa.
Guolike, & *guilike*, gloria: & alibi, *guolicheide*. *Goelick. i. Deo similis.*
Guolicansal, glorificabo.

Gelicoda,

Geliconda, complacui, v. *Licont*.
Gemeini, communicabo.
Giveri, libera, imperandi.
Geveran ſal, liberabo.
Quicken, verquickē. *Gequicco*, vivifica.
Gequicceda, vivificet.
Geruuon, parare: *thu geruuidos*, paraſti: *geruuon ſal*, parabit: *geruuidon*, paraverunt: *geruuindi*, pręparans: *geruuida*, paravi: *gegeruuot*, pręparabitur.
Spore, Speure. *Geſpuredos*, Inveſtigaſti.
Timmeren. *Getimbrit*, ædificatur.
VVijen, vvijden. *GeWijt*, benedictus, &c.
GeWijunga, benedictio.
Maken. *Gemacoda*, concinnabat.
Genereren. *Ginroda*, genuit.
Minderen. *Giminſoda*, diminuit.
Gimilikoda, magnificabimur. vide *Mikil*.
Erven. *Giërvun ſal*, hęreditabit.
Stateren. *Giſtatodun*, locaverunt.
Giet, confitetur. vide *Begihte*.
Gomarda, mirificavit, à *Maar*, fama.
Hafta, captivitas. in Vbiis hodie ita carcer.
Hardo, valdè, nimis.
Haet, odiū *Hategon*, ęmulatione.
Hatongon, iracundiam.
Heet moed. *Heimodo*, & *Heitmodi*, furor.
Heitinga, vota. hodie Galli, *Soubhaiter* compoſitè. vide *Geheita*.
Hera, cilicio: quaſi *Haera*, à pilis: & *Heren*, cilicium.
V. HEREBERGVM, fol. 277. *Hereberga*, caſtra. nos latiùs, pro omni diverſorio: ſed illud propriè & primo.
Heeft, habet. *Hevode*, poſſeſſio. ſuprà *geWin*.
Hier. *Hiera*, hic.
Hiuuſce, familiæ, quaſi *huyſche*, à domo. & *Hiuuſcis*, familias.
Hlothu, præda. an *lot* noſtrum, quia ſępè ſorte.

Hue, Quis. nos *Wie?* &c.
Huo, quanta.
Hundefliga, cynomyia. Hondsvliege.
Hulpilos, inops. quaſi *Hulpeloos*.
Io, ſemper.
Io bin, ſum. Ick ben.
Intlouc, aperuit. vide *Anlucon*. Luyken.
Irquicke, excita. Verquict.
Lap, oram veſtis. Lap.
Legerſtede, cubilibus. vide *Geberge*.
Lepera, labia: hodie *lippen*.
Lctiſton, noviſſima, nunc *leſten*.
Liva, vita: & *lives*, vitæ: & *lif*, vitam. nos *leve*. tamen & vulgò *by lijve*, illo ſenſu.
Lifuara, cibaria: quaſi *lijf-Waere*.
Lockis, capilli: & *locka*, capillis. Locken.
Loſen, doloſum: &
Loſin, doloſo: &
Loſonga, dolos.
Lucucumin, paullò minùs: nos *luttelke-min*.
Luctika, puſilla.
Luzzilon, parvulis: & *Luticon*, idem. Luttel.
Licont, placent: vide *Geliconda*, & *Licon ſal*, placebit. Dat lijckt my. placet.
Ludon ſal, tonabit. nos de ære campano.
Mancrefte, Majeſtas. ipſa vox tamen Viri robur magis ſignificat, *Mans-cracht*. Sed alibi, *Megincraft*, majeſtas: & *Megincreſti*, majeſtatis.
Mongon, maxillas. ſi recta ſcriptura: nos *Wangen*.
Melm, pulvis. nos *Mulm*, & *Gemul*.
Meiſtero, maximo: nos *Meeſte*.
Mikil, magnus, multa, copioſa: & *Mikilon*, magnis: & *Mikilo*, magnificè: & *Oimikilit*, magnificate. vide *Gimikiloda*: & *Mikile*, magnificentia.

Muodis, mentis. nos, *Moedt*.
Moes. *Muos*, esca, cibi. nos pro olere.
Musche. *Musca*, passer.
NenWiht, nequam: quasi dicas nullius pretii aut ponderis.
NieWiht, pravum.
Ninneht, non. & *Nuuieht*, idem.
Nieuuergin, & *Niergin*, usquequaque.
Northalvan, Aquilonis.
Nieten, nutten. *Niet*, posside: & *Nieton sal*, possidebit: & *Nutun*, possidere.
Overhoorigh. *Overhoriga*, Prævaricantes: vel potiùs, Mandatum spernentes.
Oigi, ostende. ab oculis ductum
Oginon, ostendit: & *Gugoda*, idē: & *Ougon sal*, ostendam.
v. HVRDA fol. 280. *Ordon*, habitabat. Horda Tartarorum.
Persenen, Pressenen, Vsurari. nunc Persen, usura; à premendo, persen. Perssenier, Vsurarius. *Prisna*, usura. *
Quena, uxor. Anglis hodie Regis uxor ἐξόχως, sive Regina.
Quiccafe, animalia: quasi *Quicvee*, vivæ pecudes.
Quat, dixit: & *Quethe*, dicat: & *Quit*, dic. nobis mansit geminatione vitiosum *Quetteren*.
Quezzodos, allisisti. nos *Quetsen*.
Radivvagon, currus. quasi *RadWagen*, à junctis rotis: an & *Ried-Wagen*, ab usu? Istinc *Reda*.
Ripoton, maturitate. nobis *Rijp* mansit.
Ribaridos, Denudasti. sic nobis compositum, *Openbaeren*.
Rebarnussi, revelatione.
Refangan, arguam: & *Refagnussi*, redargutiones.
Respias, arguas. nos componimus, *Berispen*.
Ruecone, fumigabant: quia *Roco*, Fumus: sed & alio sensu, *Riechon sulun*, fumigabunt, ab odore.
Saca, rem. Sake.
Salethu, tabernacula: & *Selithon*, tabernacula: & *Selitha*, tabernaculum. Nos *Saletta*, paullò alio sensu. Salen. V. Edictū Lud. Pii.
Sammung, Synagoga. unde *versaemen*, & *sammungun*, cleros, caussâ electionis.
Scalc, servus. unde *Maris-scalcus*, qui equis curator.
Scanhon, pudore. vide Scachum fol. 302.
Scaphon, oculi.
Scarsahs, novacula. nam *Sahs*, cultrum notat: unde Saxones Withikindo.
Scefti, vel *scepft*, sagittæ. Schichten.
Scepeno, Iudex. hodie *schepenen*, scabini.
Scerni, subsannatio, & *scern*, illusio. Scheeren, siccè tondere.
Scieri, lucidum. Scierendieren Kilian
Scimo, splendor, nos *schijne*.
Sclot, fera.
Serin, tribulato. ut *zeer doen*, Belgæ.
Setti, sedes.
Sidin, moris. nos *sede*.
Siwoluatdun, septuplum. quasi *sevenvoudt*.
Sicn ogun, pupilla oculi.
Siu, ut quid?
Slapigravi, sepulchrum. quasi dicas dormitorium.
Slahta, generatio: & *slahten*, semini. nos compositè, *geslacht*.
Spietis, hastæ. nos *spiesse*, nomen primogenium à mucrone *spiets*.
Sprinco, locusta. Sprinckhane.
Spel, fabulatio: & *Spelle*, parabola. v. *bispille*.

Solne,

Solne, ſolium.an ſolarium?
Sowilican, & *Sowelix*, quacumq.
Stowingon, increpatione.nos pro ſtimulatione.
Staf-ſwert, framea.
Stedinuſſi, ſtabilitatem.
Stros, ſtrati. vide *ſtore*.
Suiga, armentum: & *ſuegon*, armento.
Silte. *Suliton*, ſalſuginem.
Svveere. *Suero*, dolorem.
Smeer. *Smerenne*, adipe.
Sneevv. *Sneve*, nivis.
Scaduvvē. *Scedewon ſal*, obumbrabit.
Sculdun, increpuerunt. nos *ſcelden*, & compoſitè, *beſchuldē*.
Schutten. *Scutta*, excuſſit.
Stooren. *To-Store*, Deſtrues.
Stichten. *Stihtan*, ædificabis.
Stincken. *Stincan*, odorabunt.
v. fol. 369. *Stukida*, irritavit. ut nos metaphoricè *ſtoken*.
Thegenliche, viriliter. nos *degentlijck*, paullò alio ſenſu.
Thiat, gens: & *thiade*, gente: & *thiado*, gentium: & *thiadon*, nationes: & *thiede*, gentes.
Thiadekunni, generationes. vide *Kuni*, nam compoſitum eſt.
Dierne. *Thierno*, juvencularum. Nos *Dierne*. de vegetâ fœminâ.
Thio, femur. nos *Die*.
Tot dat, tot dit. *Tothiti*, & *totithi*, apud.
Touferes, venefici. nos *Tooverers*.
Threſoor. *Triſeworin*, theſauris.
Triumbon, tubæ. nos *Trompen*.
Tvvijfele. *Twifolda*, anceps. qui in duo diſtrahitur. unde & Latinis *Dubito*, quaſi *Duito*: & Græcis διςάζω.
Thinoda, ſervivit: & *Thianinwi*, ſerviamus nos. inde *Dienen* hodie.
Verduldigh *Tholon*, patientur: & *tholindon*, patientibus: & *tholodit*, ſuſtinuiſſem: *tholoda*, tribularer.

Thion ſullun, abundabunt. Dijen, Bedijen.
Thuroliton ſal, pertranſibit. nos *Doorlijden*.
Tian, enutries. nos *Tijen*, & *Optijen*.
Verthe, itineribus. ſup. *Geverthe*.
Vndirthudig, ſubjecta: & *Vndirthudiga*, ſubditi. nos *Vnderdaedigh*.
Vngeſceid, vacuè.
Vnſuoti, moleſti. Onſoete.
Vmbwath, quare? quaſi *Omwat?*
Vrkundun, teſtes: & *Vrkuntſcap*, teſtimonium. Eſt valdè noſcere: nobis manſit in formulis, *Oirkondt*.
Vrſagon, excuſationes. valde & multa dicere. Oorſaken.
Vtriſton, extremis. nos *Wterſten*.
Walalicondi, beneplacito. VVel lijckende.
Wambon, utero.
Wan, ſpes.
Wanda, veſtimentum: &
Wat, veſtem, veſtimenta.
Washemo, fructus. à creſcendo: & *Waſmo*, idem.
Werolt, ſęculum: & *werold*: &, *werildi werildis*, ſęculum ſęculi.
Wige, prœlium, bellum: & *wigis*, belli: & *wiga*, prœlia. Reperio & *Wie*, bellum. VVig Flād. bellum.
Wirte, Holera: & *wurti*, herba. inde *Wirteſpurgum*, Herbipolis. VVortelen.
Wirſcapandis, epulantis. VVeertſcap cōvivium.
VVitherſacco, adverſarius. quaſi *VVederſaeck*, aut *wederſegger*.
VVitti, prudentia. VVete.
VVitut, Lex: & *VVitute*, lege: & *VVitutdragere*, legiſlator. à promulgando, & longè latèque ſpargendo. VVet.
Wiolango? uſquequo?
Vrrehton, iniquitatibus. quaſi *Onrecht*.

Wrisit, gigas. (*Reuse*, à *rijsen*, *urrijsen*, eminere, excrescere.)

Vorrewet, compungimini: quasi *Berouwet*.

Vtferdi, exitus. (*VVtvaert*.)

VVoligis, utinam. (*Ic vvildege*.)

Vpslagoda, distulit: & *Vpslagodos*, distulisti. (Fortè à vẽ ditionibus *vvort uytgestelt tot den opslagh*.)

VVedan sal, induam. suprà *Wat*.

Vtwalle, scateat. de fontibus. (*VVivallen*.)

VValdan sal, dominabitur. (*VVelde*.)

Alterum è Paulo Merula, qui scripsit Glossarium Francorum vocabulorum, quæ exstant in libro Euangeliorum Otfridi, eaq; alemannicè interpretatus est, post Paraphrasim VVillerami, unde nos hæc delibavimus:

Adelich, sonder deel/ expers.
Ambaht, ampt/ ambacht/ officium.
Arabeiton, arbeyden/ laborare.
Angusti, anghst/ metus, angustia.
Anarati, onraet/ proditio.
Avur, maer/ sed. v. Willerami *Avor*.
Armalichun, armelich/ pauper.
Ariunti, aren-tijt/ messis. v. menses Caroli Magni. fol. 349.
Asgu, esche/ fraxinus.
Beldida, baldaet/ baldicheyt/ audacia.
Bidolben, bedolven/ sepultus.
Bigihtigun, biechten/ confiteri.
Bikanat, *biknat*, bekent/ notus.
Blida, blijde/ lætus.
Blitum, blijdende/ lætificans.
Blidlicho, blijdelic/ lætus.
Birut, beurende/ accidens.
Birum, beuren/ accidere.
Bezeigne, beteeckent/ significatum.
Bilidei, *bild*, beeld/ imago.
Biledo, beleyd/ ductus.
Bi unsich, by ons/ by onsch/ apud nos.
Bi sich, by sich/ by hem/ apud ipsum.
Brusti, gebreckelick/ mancus, deficiens.
Burgi, burgh/ stadt/ castrum, urbs.
Bue, bouw/ ædificatio, actio.
Chunheit, kunheit/ animositas.
Daga, dage/ dag/ dies.
Dati, dat.
Datum, daden/ deden/ faciebant.
Duron, deure/ ostium.
Duriwart, deurwaerder, custos ostii.
Drut, trouw/ fidelis.
Druthin, Godt/ Deus.
Disge, disch/ mensa.
Dreso, thresor/ thesaurus.
Dunichon, rock/ tunica.
Enoti, eenicheyt/ desertum.
Ebonon, even/ æquè, similiter.
Ewon, eewen/ ævum.
Ewart, *wetwaerde*, wethouder/ legis custos.
Eescon, eyschen/ petere.
Erkord, verkoren/ electus.
Enti, ende/ &.
Ergisliehun, eyslijck/ terribilis.
Ertesticha, ettelijcke/ aliqui.
Farawi, verw/ color.
Fiant, viant/ inimicus.
Friunt, vrient/ amicus.
Fiari, viere/ quatuor.
Forasagon, voorsegger/ propheta.
Furista, Vorst/ Princeps.
Filu, veel/ multum.
Forachta. vreese/ metus.
Forachtlich, vreeslic/ metuendus.
Fisgizze, visch/ piscis.
Funon, snoer/ funis, ex latino.
Follichomin. volkomen/ perfectus.
Firdan, verdaen/ perditus.
Furdir, voordeel/ commodum.
Fuar, voor/ vuer/ pro ante.
Flizun, vlieten/ fluere.
Fuozin, voeten/ pedes.
Garavan, gereeden/ præparate.
Geba, gaven/ dona.
Guallicht, geweltl/ potestas.
Genuchti, genuchte/ voluptas.
Gaganten, gegunt/ donatum.
Girati, geraden/ consultum.
Girithi, bericht/ instructio.
Gifti (*fortè gifti*) gifte/ donum.
Gidon, gedaen/ factum.
Gisidalen, setelen (quasi gesetelen) sedilia.
Giwati, gewade/ vestimentum.
Githigini, gedegentheyt/ probitas.
Gozeino, geseyt/ significatum.
Gisitho, geset/ sede/ mos, consuetudo.
Gigaroibin, gegerwet/ præparatum.

Gibogat,

Gibogat, geheuget/ memoratus.
Gibuge. geheugen/ memorari.
Gibugnusse, geheugenesse/ memoria.
Girestit, gerüstet / requietus.
Hinn, hen / illis.
Heroti, Heere/Dominus. olim *Here*, à latino Herus.
HeriZogon, Hertogen/ Duces.
Hiluch, gheheelt/absconditus.
Hebiger, heftigh/ vehemens.
Hiat, hier/ hic.
Hugi, heugenisse/ memoria.
Huggen, heugen/ meminisse.
Heubit, hooft/ caput. Wil. *hoivet*.
Heil, heil/ salus.
Iagilich, iegelijck/ unusquisque.
Iammer, immer/ immo.
Io, ja/ ita, etiam.
Ia auch, ja oock/ quin etiam.
Inti, ende/ &.
Itale, idele/ inanis.
Indati, ondaden/ malefacta.
Intfiangin, ontfangen/ acceptus.
Intereta, onreet/ imparatum.
Irhuggen, geheugen/ meminisse.
Iu in, jouch/ vobis.
Iaud, juwe/ vestrum.
Iz, het/ *aut*, dat/ hoc, illud.
Kleip, beclipt / comprehensus.
Korata, *koroti*, verkoren/ exquisitus.
Lioth, licht / lumen.
Luit, luid/ populus.
Lachan, laken/ linteum.
Leb, leven/ vita. & *Lib*, lijf/ corpus.
Lidi, leden/ membra.
Liben, verlijken/ æquare.
Managern, menigerley / varius.
Manodo, maendt / mensis.
Mennisgen; menschen / homines.
Mari, vermaert / celebris.
Marum, vermeeren / celebrare.
Munilich, menige / multi.
Mihil, groot / magnus.
Mithon, met hun / cum illis.
Missi, *mis*, qualick / malè.
Minna, minne / amor.
Muasz, moes / olus, cibus.
Manslago, manslagh / homicidium.
MuaZZi, moete / otium.
Ni, *nie*, niet / non.
N'alle, niet alle / non omnes.
Niazen, nutten / uti, frui.
ObaZ, oeft / fructus. v. Kil.
Otmuat, ootmoet / humilitas.
Pruanta, probande / victus.
Pade, pade / padt / semita.
Queman, kommen / venire.
Quam, quam / veniebam.
Raffta, straffet / corrige.
Redie, gereet / paratus.
Rinit, reinicht / purgat. item *Rent* fluit, currit.
Riazen, rouwen / pœnitere.
RuZi, ruse / molestia, tristitia.
Restit, rustet / quiescit.
Riu, rust / quies.
Salida, salicheyt / salus.
Samanodi, versaemt / congregatus.
Sarphe, scerpte / acrimonia.
Scal, sal / *Scullen*, sullen.
Scalc, scalc / famulus.
Sedale, setele / sedile.
Ser, seer / dolor.
Seledon, sael / aula.
Sie, sy / ipse.
Siungum, singen / canere.
Sluzila, sleutel / clavis.
Strennen, *streeuwen*, streeuwelen/ stroyen, sternere.
Scouvon, scouwen / aspicere.
Sien, *sulich*, sulck/ talis.
Sunta, sonden / peccata.
Suar, swaer / gravis.
Suehur, sweer/swager / gener.
Thar, dat / hoc.
Thesa, dese / hic.
Themo, hem / hunc, eum.
Thehemo, desen / hunc.
Thiu, die / den / illius, illi.
Thuruch, duer / per, propter.
Thiarna, deerne / famula, virgo.
Thiete, volck / populus. v. Lips.
Thegan, degelic / probus.
Thiob, dief / fur.
Thehein, geen / nullus.
Thionost, dienst / servitium.
The ih, dat ick / ut ego.
Thinera, diner / tuum.
Thriastunton, drie stonden / tribus vicibus.
Tradion, dra / citò.
Threso, tresoor / thesaurus.
Tholeda, dulde / patiebatur.
Thulta, gedult / passus.
Thurfi, notruft / victus.
Tharbeti, derbede/ carebat.
Thingon, dingen/ litigare.
Thiarniduom, maeghdom / virginitas.

tas, quasi *thiarnedom*, nam *thiarne* suprà virgo.
Unsih, ons / noster, Vulgus etiam *onsch*.
Und, ende / &.
Vncusti, onkuyschept / impudicitia.
Vntar, onder / sub.
Vmbi, om / propter.
Wanta, wane / puto.
Wantun, wanende / putans.
Warniste, waernisse / veritas.
Weuuuo, wee eeuwich / dolor æternus, pœna inferni.
Wazar, water / aqua.
Wih, wie / gewijt / sacer.
Wizzod, wijsheyt / sapientia.
Wisun, wise / mos, consuetudo.
VVio, wie / quis?
VVibt, wat / quid.
Winistrum, slinck / ex latino sinister.
Worolt, werelt / mundus.
Worabt, gewrocht / factum.
Vuntar, wonder / mirum.
VVrtu, worden / fieri.
VVisduam, wijsdom / sapientia.
Zehanzug, twintich / viginti.
Zeinta, gheseingt Brug. gesegent / signatum. geteeckent ab eodem fonte.
Zi, ze, tot / daer toe / usque. Item *Ziu*.
Zueio, twee / duo. *zuein* idem.
Zuiro, swieren / gyrare.

Tertium Glossarium est à me promissum anteà fol. 379. è reliqua Francica interpretatione Wilerami in Cantica Canticorum, quam non adduxi capite XXI. *addita expositione Flandricâ & Latinâ, & adnotatis singulis foliis VVilerami Raphelingicæ editionis, cujus mihi copiam fecit nobilis æquè ac eruditus D. Michaël Bultelius Iprens. non Græcæ tantùm atq. Latinæ, sed & Patriæ linguæ perstudiosus. In cujus Glossarii lectione animadvertendum. ut aliàs monuimus fol. 368. 36 .&c. VVileramum in gratiam Germanorum, quibus scripsit, S & Z affectantium, genuinum Francorum sermonem nimium sibilis inquinasse, eorum loco si* T *litteram posueris, Saxonibus quoque reliquisq; Theotiscis familiarem, habebis & veterem Francorum & Flandrorum linguam hodiernam.*

Aha, rivieren / flumina *fol.* 155. Est hoc nomine flumen in Flandria ad Gravelingam.
Akker, acker / ager. 141.
Alliz, altijts / semper, omni tempore. 45.
Allizana, idem. altijts-aen / 21. 35. 130. 132.
Altaz, al dat / omne illud. 67.
Also lango, alsoo langhe / tamdiu. 69.
Ambachten, & ambechten, bewercken / bedienen / bearbeyden / *i.* officium præstare, satagere, præparare. 15. *Sie ambechtent themo liude cibum vitæ.* sy bewercken de luyden de spijse des levens. *i.* Apparant & procurant populis cibum vitæ. *Ambechtent*, sy berichten / instruunt. *fol.* 130. *ambechtent.* sy besorgen / procurant.
Ana, an / ad, 17. *anavvassen*, anwassen / accrescere.
An then, by dien / ideo. 9.
Ande, ende / &. 27.
Andir, ander / alius. 51.
Anegeduon, angedaen / indutum, 90.
Anich, eenigh / ullus, aliquis. 128.
Andvvarde, andwoorde / responsum. 51. 92.
Ansinne, ansienne, ansicht / aengesicht, aspectus. 72, 92.
Apheldera, appelboom / malus, arbor. 25. Merula, ex *aphel* malum, & *tree*, quod Anglis, & Danis est *arbor*, ego magis crediderim esse vocis productionem, ut etiamnum apud nos ab appel malum, est appelaere / Brabantis appeler / malus arbor.
Aphalder bouma, appelboom / malus.
Arbeid, arbeid / labor. 43. 91.
Arbeideni, arbeyden / laborare. 50.
Armon, armen / pauperes. 29. 51.
Arm, arme / brachium: unde 67:
Armstrangich, sterc in d' handt / manu

aut

aut brachio fortis. 67.

Arzatvvurze, **mandragore**/ mandragora 142. propriè medica herba, ab *artzet*, quod veteribus Francis fuit *medicus*: unde *arzatan* verbum *curare, medicari*: hinc sequitur paulò pòst apud Wileramum fol. 143. *Mit solâ superficie divini verbi gearzatan sie thire infirmos auditores*, quod ita transfert Merula: **Die met het schelle van Gods woort alleen de krancke toehoorderen meesteren.** *Wurz* herba: unde *Wurtsburg* Herbipolis.

Ava, **af/ of**/ de, ex, ab. Pessulum ostii mei aperui, sic Francicè transfert Wileramus: 91. *then grindel miner dure nam ich ava*. Hinc & *ave* quibusdam adhuc Flandriæ locis pro **af**/ *avegaen* **afgaen** / *avehangen* **afhangen**; ut notat Kilianus: & **ave** etiamnũ privat, & absonum quid, aut absurdum indicat, & contrarium: ut **averechts**/ *i.* non rectè, sinistrè, sinistrâ manu: & **avetronc** pro *spurio & notho*, qui non est è recta stirpe, aut vero familiæ trunco. **Ave-saghen** *absurda narrare*: **ave-sprake** *absurdus sermo* Kiliano: **A-wijs** eidem *amens, insipiens*. sed hoc ab **a** & **au** privativo, ut Latinorũ *a, ab.* **Awegh** *locus avius*; **awegigh** *devius*; **aweerdigh** / **auweerdigh** *indignus*.

Bathen, **baden** / lavare, madefacere: *gebathot*, **gebadet**/100. **bad** balneũ.

Bede, gebede, **gebedt**/ oratio. 65, 69

Bedde **bedde** lectus. 44

Begondan **beginden** incipiebant. 33

Beken **beken** torrentes. 100

Bergan **bergen** montes. 68.

Bergvvasser **bergh-water** aqua montium. 75

Bere **dragen** ferre: unde fol. 20. *berid* **draeght**: hinc **berye** apud Brugenses, quo aliquid portatur; ut Latinis feretrum à ferendo.

Beven **beven** trepidare; *erbeveda* **beefde** trepidabat. 90

Beythe **beyde** ambo. 19, 24, 102

Bein **been** tibia. 103. *sine bein* **sijne beenen.**

Bevele, **bevel** jussum, mandatum. 138

Bez **beter** melius. 109

Bezzetta **best**, **alderbest** optimum. 100

Bidden **bidden** orare. 11 (85

Belethen **beleyden** deducere, dirigere.

Bileth **beleet** species. 98

Belethen **belijden**: *belethont* **sy belijden.** 129.

Bilithlich **billick** conveniens, decens. *Bilethelick*, quod regi & dirigi potest. Merula. Nunc Flandris **beleedelick.**

Bim, bin, **ben** / sum. 40. 9.

Binden **binden** ligare: unde *binda* ligamentum, **bande/ bintzel**/ vitta. 76. *binda*, **hairband**/ capillorum ligatura.

gebunden **gebonden** ligatus. 131

Birn **bern** puer, Frisicum. 21.

Bitherus **klouck**. V. anteà fol. 378

Bluode **bloedt** sanguis. 51.

Bluoen **bloeyen** frondere, florescere: 21. *bluoes*, **bloeyeste** / frondescis: *Winbluoth* **wijnbloeysel** vineę flores. 34

Booslich **booslick** malè. 51

Bouma **boomen** arbores. 73

Boumelin **boomken** arbuscula. 74

Boumgardo **boomgaerd/ bogaerd**, viridarium, hortus. 72

Bouchan **boecken** libri. 43

Branda silver, **gebrand silver**/ argentum ustum. 51

Bouwen, bovvan, **woonen**/ habitare. 165: *bovvest* **woonste** habitas: *bovvunde* **woonende** habitans. Nunc **bouwen** est ædificare, exstruere, excolere agrum.

Breyd **breet** latus. 129: & inde 73: *zebreident* **verbreydent** dilatant.

Bringent **bringhent** ferunt. 69. 147: *bringos* **bringeste** fers. 15: *Vurebringen* **voorebringen** adferre.

Brinnende **brandende** ardens. 74: *brinnet* **brandet** ardet, urit. 66.

Bristen **breken** frangere. 128: *nege bristet* **en ontbreeckt.**

Bruothere **broeder** frater. 24

Bruchen **bruycken** uti. 162: *gebruchan* **gebruyken.**

Brunno **borne** fons. 72

Bruch **breucke** ruptura. 66

Buch **buyck** venter. 14. 103

Burg **burg** urbs. 68. 92: *thia burg*, **die stadt.** 43: *burga* **steden.**

Buren, opbeuren, **opcommẽ/ oprijsen/ gebeuren.**

gebeuren. 37. 65: *buret op*, comt. 80: *bure thich noortvvint*, bure di op noort-wint / surge Aquilo.
Chela keel guttur. 103.
Cheine geen nullus. 133
Chennen kennen noscere. 99: *bechenne dir hine?* kent ghy hem? nosti ipsum?
Clagon clagen queri. 9
Clare claer clarus. 68.
Cnuodelen cloppen pulsare. 89: *mir becnuodelet*, beclopt my / pulsat me.
Cornelino, kernen / carlen / nuclei, grana. 147.
Corter schare forfex. 65: corten / curtare, decurtare.
Crafte cracht vis. 40: item *crefte*. 74
Cribbon cribbe præsepe. 24
Cruce cruys crux. 29. 103: *gecruciget* gecruyst.
Cuman sin, commen / gecommen zijn, venerunt. 9
Cumftich toecõmende adveniens. 101.
Cuning Cueningh Rex. 70: *thie Cuninga*, die Coninghen. Item: *Cuninginnan* Cueninghinnen Reginæ. 113. *cuningliche*, cueninghlicke / regiè. 132.
Cunnon, konnen / posse. 101. nobis cunnen.
Custigan cunstighe / costelijcke pretiosi. 101
Daaden daden facta. 33
Dach dach dies. 68. 92: *in thie dagon*, in die daghen, in diebus illis.
Dala dallen valles. 119: *dalaslachta*, ex vallium genere.
Deram deeren nocere. 80: *ghederam*, deeren.
Deil deel pars 162. hinc *délich* particeps; *adélich* qui partem non habet, expers: nam & *a* fuit privativum apud Francos. Vide suprà *ave*.
Diur dier carus, pretiosus. 74. *diurer* dierer pretiosius. 138: *diuresto vvin* dierste wijn.
Diuvel duyvel diabolus. 72. 50
Dochter dochter filia. 127
Deychene deught virtus. 14. 67. *thie doychene* die deughden. 67. 130
Doychene teeckenen signa. 40
Dode doode mortui. 75. 103
Dotha doot mors. 50. 17: *des dothes* des doots.
Doupha doop baptismus.
Drabent geven edunt, emittunt. 101. *suozen stanck von hin drahen*. i. soeten reuck van hun geven. *unde*, inquit Merula, *nostrum* dragen *pro* etterẽ / pus emittere, & proferre. 67: *Indragat*, indraget.
Dranck dranck potus. 71. 14: *verdranc* verdranck submergebatur.
Drap liep currebat. 103. draven inde equorum cursus. v. *Drephen* infrà.
Drenchen te drincken geven aquare, ad aquam appellere, agere potum. 133. v. fol. 463. 464. Wapendrencken.
Drephen draven currere. 26. 92: *drephet* draeft. 100: *overdrephet* overloopt; nobis inde overtreft. 67. 74: *overdrephent* overtreffen. 103: *verdreif* verdreef. drebe inde pro loco ad ambulãdum & currendum apto. & drijven agere.
Dresseler, *threxler*, draper / tornator. 102
Drinket drinckt bibit. 85
Driven drijven agere. 9
Driuphet druypt guttatim cadit. 102
Drochtine liefde affectus. 146
Dropzent droppen / druppen stillant. 102. 89: *nachtdrophon* nachtdroppẽ guttis noctium. *druoph* droop gutta. 102
Drugon drooge sicci. 103
Druncken droncken ebrius. 85.
Drut lief amicus aut amica. 14. 95. 148
Dualm doof surdus. 143: inde apud nos verdwelmẽ perturbari mente.
Dugathen deughden virtutes. 69: *dugethen* idem. 27
Duogan doogen valere. 10
Duen doen facere.
Dura & *dure* deure ostium. 91. 157
Douwes dauws roris. 89
Eer eertijts olim. 33
Eera eere honor. 51. 65: *Eeront sie* eeren haer honorant eam. 115
Egeslich eyselic terribilis. 112. Merulę videtur compositũ ab ege aut egge acies, gladius, & *lich* similis.
Einech eenigh solus. 51. 43
Einegemo, eenige / aliquis. 27. 32
Eyschen eyschen rogare. 101: *geëyschedon* eyste rogabat.

Elphondbeine

Elphondbeine elpenbeen ebur. 103. unde Brugensium yvoor.
En niet / *ne*, ne, non.
Erhaft verheven exaltatus. 46
Erid ge-eert honoratus. *vngeerid* onge-eert. 20. *i.* non honoratus.
Erist eerst primus. 37. 44. 45: *Erista, eriste.* idem.
Ernost ernstighept diligentia. 115.
Ernesthafto ernsthaftigh sedulus, serius. 9
Erquam voortquam præveniebat, procedebat. 90: ab *er* eer.
Erthes te vooren / eertijts / olim, antea. 99
Erthescon eerdsche terrena. 90
Erveguod erf-goet hereditas. 114
Erwelet vercoren electus. 99. 109
Ethele edel nobilis. 113
Ewe wet lex. 71: *therro aldon ewon*, der ouder wet / antiquæ legis.
Ewinlichon live, eeuwelijck leven / vita æterna. 65
Ewigan eeuwige æternus. 55. 155
Ezzan eten edere. 14: *ezzet* eet edit. 85
Fahen gaen ire. 74: *overfahent* te boven gaen / superare.
Fare verwe / barwe color. 74: *Golt*.
Fare gout-verwe aureus color.
Faz vat vas. 154. hinc *lichtfaz* 154. lanteerne lucerna, quasi vas in quo lumen.
Fenstere venster fenestra. 90
Ferit gevoert vectus. 120
Fiever, sage / cortse / febris. à feur ignis (inquit Merula) forte, ut Latinè febris à fervore, quod sit nimius fervor nativi caloris in corde excitatus: hanc majores nostri *sage* appellarunt; nos *cortse*, &c. 79
Fiur vper ignis. 155
Fingan vangen capere. 69: *vntfingast* ontfangen hebste accepisti.
Flizan bevlytigen accelerare, festinare. 147
Fliz vlijt festinatio. 84
Fliz vlijtigh festinanter. 165. 130
Fliezent vlieten fugiunt. 75
Flizlichor vlijtigh festinans. 17
Fliug vlught fuga. 166
Fluon vloepē fluere. 150: *overfluoiende* overvloepende superfluens, superabundans.
Flucht vlught fuga. 113
Fluoge vloeck execratio. 152
Fondan vonden / gevonden inventus. 84. 92
Fortheroda, ick versochte / ick voorderde / requirebam, insistebam. 92
Fragan, vragen / rogare. 43. 12: *fragadot*, ghy vraeghde, 99. *ratfragon*, raet-vraghen / consulere, 92: *tho ratfragoda*, desen vraegde ick raet / *i.* ab hoc consilium petebam.
Freuw, vreught / gaudium. 17: *gefreuwet*, verbreught / verblijt / lætus.
Friesten, spreken de Fransche ofte Vriesche tale / de tale der Franken ofte Vrijen. nam à Vrije dictus Fries / *Friso*; inde & Frisica lingua. Vide quæ superiùs notata cap. 24. fol. 516. 17: *geanfristot*, verbriest / ut verduptst / verblaemst.
Friunscnephe, vrientschap / amicitia. 104
Friunden, vrienden / amici. 85
Fuhtan vechten pugnare. 72. *gefuhtet*, gevochtet / pugnavit.
Fuylen, vuylen / sordere. 51: *verfuulet*, vervuylt / sordidus.
Fullen vullen replere. 104: *verfullene*, vervullen / idem.
Fuozen, voeten / pedes. 90. 102
Fure, voorby / ante, præter. 33
Fureget, voorgaet / voorcomt / procedit. 115
Furiston, Vorsten / Principes. 70. 131.
Gar, gaer / prorsus. unde allegaer / teenegaer / allegader / teenegader. 120.
Gardo, gart / gaert / hortus. hinc wijngaert / boomgaert / bogaert.
Gardbrunno, hof-borne / fons horti. 75
Garodo mih, begaf my / dabam me. 91
Gebode, gebodt / mandatum. 146
Garewa, gaerwe / rejectamenta lini aut pellium, garewen / garwen / gerwen: inde linum & corium purgare, præparare, adornare. 50. 53. 147
Geen, gaen / ire. 65: *upgeent*, opgaen / opcommen / ascendunt.
Gegen, tegen / contra. 154. nunc etiam jegen.
Gruoz, groot / magnus, grossus. 157. *gegruozet vverthan*, sal groot worden.
Geize, gepte / capra. 65

Geirren bewegen animum inducere. 12
Gelouvon gelooben credere. 37. 41
Geluste lust voluptas. 50
Genesan, genesen/ gesond/ sanus. 35
Gero, geere / begeere / cupio. 82. *Ich gero*, ick begeere: 84: *thu gerost*, du begeerste / cupis. *giregan* item begeeren / cupere. 155. inde nostrum gierigh.
Gerno, geerne/ libenter. 35. *allergernost* aldergeerenste/ 50. libentissimè.
Geselskiphe, geselschap / sodalitas. 12.
Getigan, degelick / honestè. Vsitatius gedegen / inquit Merula, à degen salus, prosperitas, honestas.
Geverda, geveerd/ res, negotium. 103.
Gevaerd, à *vaeren*, geschieden. unde *gevaernisse*, geschiedenisse/ eventus.
Gived, geeft/ dat. 25
Gisel, zegel/ sigillum. 72: *Begiselat*, bezegelt/ sigillat.
Glaz-vaz, lanteerne: *glaz*, glas / vitrum. 144. *faz*, vat. Vide suprà.
Golda, gout/ aurum.
Grava, graf/ sepulchrum. 29
Grimme, grimmen/ rugire. 70
Grindel, grendel/ pessulum. 91
Griphon, grijpen/ manus injicere. 146. *Ich gegriphontich*, ick grijpden. prę terito pro præsenti, quod Francis usitatum.
Gruonent, groenent/ virent. 100
Gruoz, groot / grossus, à groeyen credo, id est crescere. 157: *gegruozent*, groot/ propriè gegroeyt.
Guold, gout/ aurum. 51
Guodlich, i. goelick/ gratum, placens. 67: *guoodlichant thar ana*, hebben daer behagen in.
Gulden, gulden/ aureus. 102
Hafda, hadde/ habebat. 23
Halden, houden/ tenere. *behaldon*, behouden. 101
Hals, hals/ collum. unde *halsziretbe*, hals-cieraet/ colli ornamentum.
Hand, hand/ manus. 90
Hangen. hangen/ pendere. 67
Hara, hier/ hic, huc. 163
Hare, haer/ crinis. 70: *In einemo hare thines halses*, in uno crine colli tui.
Haveco, havic/ accipiter. 35
Heftent, bindent / alligant. 66. nunc hechten/ affigere.
Heyderheyt, helderheyt/ claritas. 35
Heyl, heyl/ salus. *heylbrunno*, heylborne / fons salutis. 17
Heylsamo, heylsaem / salvus, sanctus. 130.
Heyleda, heelde/ sanabat. 103. *geheylet*, geheelet/ genesen/ sanatus. 74
Heyzet, hietet / jubebat. 32. *heyzest mich*. hietste my / imperabas mihi. 39. item, promittebas mihi. *geheyzon*, belooft/ promisit. 39. *geheyze*, belofte/ promissio. 82
Helle, helle/ infernus. 154
Helphon, helpen/ adjuvare. 44
Hengon, hengen/ permittere. 80. unde gehengen Gods / Dei permissu. Ic sal 't niet hengen/ non permittam. &c.
Her, hy/ ipse. *Cusse her mich*. Hy cusse my/ osculetur me. 2.
Heran hersan, haere hersenen/ 12. *heran lande*, haeren lande/ ejus terra. velut in fem. alioqui, *biro* mascul. *von biro selvero*, van hem selven, de ipsomet. 116
Herduom, heerschap: *her*, heer / ex Latino herus: ponitur & pro domino ipso, ut & heerschap apud nos. *herduomes dochter*, heerschaps dochter/ domini filia. sic Hertogdom/ Keyserdom.
Heresta, eerste/ primus. 51
Herestent, eersten / besten / optimus. 74. v. sine aspiratione, quam Franci non bene observarunt, ut neque hodie Brugenses aut Franconatenses.
Herza, herssen/ cerebrum. 12
Herza, herte/ cor. 17
Hevich, heftigh / vehemens, iratus. 155: *hevige veel*, i. vehementer, aut valde multi.
Hino, hem/ eum. 43
Hinan, henen. 91. *hinan worphe*, henen worpen/ abjicere.
Hiro, haer. *hiro kint*, haer kint.
Hys, hy/ ipse. 33
Hiz pro het/ hoc, illud. 33
Hieftewaer, herwaer/ derwaert.
Himolriche, hemelrijcke / regnum cęleste. 51
Hohe, hooghte / summitas, altitudo. *in thero hohe*, inder hooghte / in summitate. 68. 129.

Hoben.

Hohen, hoogen/ altus. 166
Hoived, hooft/ caput. 67. 89
Hoyvede, hooft. 90. *hoved*, hooft. 25.
Holan, holen: *verholan*, verholen/ absconditus. 71
Holt, trouw/ fides. 28. *sijnen holden*, sijne ghetrouwe. 51. 100. *Thesthe holder*, des te meer ghehouden. 17
Honich, honich/ huenich/ mel. 71
Horet, horet toe/ audi. 45. hinc *gehorsaemogheyd*, ghehoorsaemheyt/ obedientia.
Horechen, horken/hurken/luysteren/ auscultare. 165.
Hough, hoogh/ altus. 29
Houph, hoop/ acervus. 128
Huoder, hoeder/ conservator. 9. 162
Huodet, hoedet/ evita. *behudan*, behoeden/ beletten/ evitare, conservare. 21. 92
Huffelon, genæ, malæ. 66. à malorum similitudine. V. fol. 371
Hugen, heugen/ gedencken/ meminisse. *gehuga*, geheught/ gedenckt/ memineris. 34
Hulde, hulde/ favor, fides. 159. Den nieuwen Heer hulden/ i. solemniter dominum admittere, juramentum ei præstando. unde gehuld/ *verholden*.
Hunchredo, hongher/ fames. 103
Hus, huys/ domus. 26. *huse*, domus. 9
Huvela, heuvelen/ colles. 28
Iachanda, jacint/ hyacinthus. 102
Iamer, jammer/ miseria. 93
Iehen, gaen/ ire. *sie gehent*, sy gaen.
Iemer, immers/ unquam, imò. 17
Iegivan, gegeven/ datum. sic & Ipreses & Flandri-occidentales g omittunt. frequenter gedaen/ edaen; gegeven/ egeven. &c.
Iewiht, iet/ entwat Brug. aliquid. 51.
Ifol, vol/ plenus. 89
Iit, yet/ aliquid. 40
Ile, festina. 36. *Ilen*, properare. *Ilens*. i. statim. *Iled*, haested/ 46. *Ilede*, haestede. *Ile*, comt/ 69. V. fol. 374.
Ingeben, tegen/ jeghen/ contra.
Inich selvon, u-selven/ te ipsum. 55.
Inlichenes, innerlijck/ interius. 65. *Innewa Waren dachte*, indachtigh waren. 119. *Wola inneva*, wel vernomen. 24.
Insigela, zegel/ sigillum, signaculum.
Ir, ghy/ tu. 27
Irred, beweget/ rectiùs dwaelt. 27. ex Latino errare. *Irre*, afleyden. 28. *geirredon*, veroerden. 32
Ioch, ghy/ tu. *Iuch* idem. *Iuch selvon*, u-selven. 27. *Iouch* idem & *Iuch*. 85.
Iuweres, uwers/ tuum. 55. *Iuweren vville*, uwen wille. 55
Iuwera geluchon, uwes gelijcke/ tui similis. 27. 149
Keyser, keyser/ Cęsar. 70
Keran, keeren/ vertere. *keret*, keert/ 138. *gekeret*, gekeert. 131. *bekered*, bekeert. 116. *bekierent*, bekeeren. 70.
Kenesen, bywijven/ concubinæ. 113
Kind, kind/ puer, etiam in plurali: *mine kind*, mijne kinderen. 68
Kusen, kiesen/ eligere. 163. *verkiensest*, eligis.
Klagon, klagen/ conqueri. *Ich klagon*, ick klagen/ conqueror; ut idem sit Infinitivus cum Indicativo, quod sępissimè occurrit in lingua Francica, & Brugenses hodieque observant, nam quod alii: ic dancke Godt/ ic ete/ ic drincke/ ipsi dicent: ic dancken Godt/ ic eten/ ic drincken.
Knison, kneusen/ knosen/ quassare, concutere, comminuere. 75: *the geknisedon lichamon*, squallida corpora, concussa, contusa. Brugensibus *knisen* etiam est quellen/ quelen/ quelende ziecte/ consumptio, atrophia, syntexis. Kil.
Knuffe, knocke/ junctura, nodus. 117. *thas geknuffe thinero thieho*, juncturæ feminum tuorum, Brugenses dicerent, het geknochte dijner dyen.
Kose, sprake/ loquela. *gekose* idem. 66 inde apud nos mansit liefkoosen/ blandiri, adulari.
K*um*, comt/ veni. 34. *kum vure*, comt voort.
K*undent*, condigen/ vercondigen/ annuntiare. 66. *kundet*, vercondight. 93.
K*unste*, wijsheyt/ scientia. 67
Lando, land/ terra. 9
Lachan, laken/ pannus, chlamys. 92.
Lazat, laet/ sinat. 116

Lathon, nooden/ invitare, vocare. 46. 69: *gelathod*, genoot/geroepen.
Leffa lippen labia. 101. leppē Gand. *thine leffa*, dijne lippen/ tua labia. 71
Legor, leger/ cubile. 69. à *legen*, nunc liggen. unde leger pro exercitu.
Lendet, reclinat. 150. nobis leent: leenen/ reclinare. lene/ fulcrum.
Lernent, *lernont*, leerent/ docent. 33. 130. *lero*. leere/ doctrina. 68. *lera* idem. 95
Lernostu, leerstu/ disce. 196. *gelernes*, leerste. 14
Leschan, leschen/ extinguere. 155
Lese, lese/ colligat. 108
Leydin, leyden/ leeden/ ducere. *geleidos*, *leydeste*. 197
Leyten, lijden/ pati. 68: *bilethent*, belijden/ confiteri.
Leyt, leet: *leyther*, leeder/ onaengenaemer.
Leystes, houd/ tene præsta. 70. *leysten* fuit præstare. nobis nunc etiamnum leesten & verleesten acquirere, cōficere aliquid non sine magno sumptu. 91: *geleyste*, voldoe/ perfice.
Leuwon, leeuwen/ leones. 69
Levenda, levende/ vivus. 74
Lievesston, liefsten/ carissimus. 85
Lichamon, lichaemen/ corpora. 50
Lichnis, *gelichnis*, gelijckenis/gelaet/ similitudo, simulatio. 18
Licht, licht/ facile. 75
Liget, light/ jacet. 51. *ligad* idem. 17.
Liesket, leschet/ exstinguit. 74
Lilian, lelien/ lilia. 68
Linebergon, traillē/ cancelli. 30. à lijne i. linteum, & bergen/ defendere, conservare, quòd scilicet ex linteis olim fierent, aut à *line*. i. resti, quòd inde retis in formā fierent. Merula.
Liuchtent, lichten/ illuminant. 155
Lisno, lise/ levis. *lisno suthene vvint*, levis meridionalis ventus. nobis lise spreken/ est leviter loqui; liselick cloppē/ leviter & suaviter pulsare.
List olim quęlibet ars, nunc non nisi mala ars, dolus, insidiæ, ut *stanck* olim quemlibet odorem significavit, nunc tantummodo fœtidum. Merula. 127. *Listmeesters*, geleerde meesters/ magistri eruditi. 127
Listeliche, listigh/ insidiosus. 155
Lithan, lijden/ pati. 17. 91
Liumont, gerucht/ rumor, fama. 73. ad verbum: *populi os*. liude-mont/ aut lyude-mont.
Liumhaftich, berucht/ befaemt/ vermaert/ celebris, famosus. *haftich* particula fuit ut nunc achtigh.
Loccheda, lockte/ adlactabat. 101. *gelocchet*, locket/ allicit. 71
Logon, lichten/ flammā emittere. 154.
Lockon, locken/ crines. 66
Loosen, lossen/ liberare. *verlooset warth* verlosset werde/ liberabatur. 53. *verloosda*, verloste/ liberabat. 66. item *erlosda*, 120
Louvan, geloove/ fides. 43. item *belovan*, belooven/ promittere. 90.
Louvon, loven/ laudare; *gelouvon* idē. 9
Louvon, loven/ consentire. 82: *Verlouwan havet*, vergunt heeft. unde verlof venia.
Louphen, loopen/ currere.
Luchan, open/ apertè. 116
Luchent, *lychent*, liken/ placent. *luchent mir*, behagen my. 35
Lussan, lieflick/ amicabiliter. 132
Lusted, *gelusted*, het lust/ placet. 25. 92
Lustlich, lustigh/ egregiè. 301
Luster, luster/ luyster/ splendor. 109.
Lutteren, suyveren/ purgare. *geluttered* geloutert. 23
Luzzeron, clare/ clarus. *luzzero wazzeron*, clare wateren/ claræ aquæ. 101.
Luzzel, luttel/ parum. 42
Machon, maecken/ facere. *gemachit*, gemaeckt/ factus, 67
Magat, maget/ virgo. 21. 28
Mahela, bruyd/ sponsa. 50. *mahelda*, ondertrauwde/ i. despondebatur. 55.
Maheldaga, hylic-dagh/ bruyloftdagh. 56. *mahel*, nuptiæ.
Maelschat, *melscat*, dos. Merula.
Man, men; *man scephet*, men schept. 75.
Manich, menigh/ multus. 20
Manichslachtan, menigerhande/ diversi generis. 20. v. *Slacht*.
Manichfaldet, *gemanichfaldet*, vermenighvuldigt/ gemenighvuldigt/ multiplicatus. 92
Manigara, menighe/menighte/ multi. 71: *mannigara mennischon*, menige menschen/ multi homines.

Manon,

ab **upt buyten/ achter bachten.**
Other ioch, **ofte oock**/ vel etiam. 70
Ouch, **oock**/ etiam. 17
Quas, **ooft/ vrucht**/ fructus, messis. 135. *OueZe* idem. 24. 25
Phlanzen, **planten**/ plantare. 165. *gephlanzet*, **geplant**. 75. *uzphlanza*, **afplantinghe**. 72
Phenningo, **penningen**/ nummi. 162.
Pigmentaren, **apothekers**/ pigmentorum venditores. 101
Porte, **poorte**/ porta. 130
Puzza, **putte**/ puteus. 75
Queken, **leven**/ vivere. 72. *Quekheston* **levendige**/ viventes. 102. *Quekken wazzero*, **levende water**/aqua viva. **Queken** inde & **quicken** nutrire; **quick** agilis, vivus; unde **quicksilver**/ argentum vivum. **een quic**/ agile quid, spiritus, spectrum. **quicksteert**/ motacilla. *erquekkon*, suscitare. 151
Quelen, **quelen/ quellen**/languere. *gequelet*, **gequellet**. 9
Raada, **rade**/ consilium. 66
Rades, **ras**/ citò. 157. 158
Rahta, **rechte**/ rectum. 90
Rechtet, **bericht**/ dirigit. 25
Ravon, **rave**/ corvus. 100
Reide, *gereide*, quadriga. 119. V. *Veredus* antè fol. 315
Reynan, **reynen**/ purgare. 18
Reyno, **reynigheyt**/ munditia. 27. *gereynet*, **gereynight**/ mundatum. 17.
Rennen, **loopen**/ currere. unde *Zerennet*, **verloopen/ versmolten**. 91.
Revon, **wijnstruycken**/ vites. 17
Ribduom, **rijckdom**/ divitiæ. 155. 66.
Rihtet, **richtet**/ regit. 148
Rieden, **rieden**/ suadebant. 92
Rihtes, **regeerste**. 131. *richt*, **richte**/ erigebam. 91. *gerichtan*, **berichten**. 25.
Rieph, **riep**/ vocabam. 92. *ich rieph himo*, **ick riep hem.**
Rinde, **scelle/ scille**/ cortex quo coriarii depsunt. Merula. à rotunditate credo, *Rind*, **rond**. 74. *Rande*, *rinda*. 43
Rinnen, **loopen**/ v. suprà *Rennen*. *Berinnent*, **overloopen**. 155. *rinnende beken*, **loopende beken**. 100
Riphon, **ripe**/ maturum. 34
Rokche, **rock**/ tunica. 90

Ruo, **ruste**/ quies. 51.
Ruhten, *rochten*, *roecken*, *ruochen*, curare; unde *Ruochesl*, **sorgste**/ cura. 40. **Roeck** item pro cura; unde **roeckeloos**/ qui est sine cura.
Ruovvet, *geruovvet*, **gheruft**/ quietus. 19. *Ruovvan*, **rusten**. 35. *Ruovvon*, **ruste**. 90
Ruom, **roem**/ jactatio, gloria. 55. 114.
Ruod, **root**/ ruber. 51. *Ruodero ephelo*, **rooden appel**/ malum granatum. 72 66
Ruste, *geruste*, **rustinge**/ apparatus. 68. **schepen toerusten**/apparare naves.
Saho, **ick sie**/ video. 68. *gesahon*, **sagen**/ videbant. 101
Saga, **seg**/ dic. 95. *Sage* idem. 11. *Sagadon*, **seyden**. 101.
Salva, **salve**/ unguentum. 16
Salvado, **salfde**/ ungebat. 17
Samo, **gelijc**/ simile. 102
Samon, **soo**/ sic. 23
Samene, **tsamen**/ simul. 108. *Te samone* **te samen**. 66. idem. *gesamenet*, **versaemt**. 115
Sanftero, **sachter**/ mollius. 102
Sang, *gesang*, **gesangh**/ cantus. 126.
Sazzon, **setten**/ ponere. 9. 101.
Scade, **schaduwe**/ umbra. 25
Scag, *gescag*, **geschiede**/ contingat. 55.
Scal **sal**/ *scal sijn*, **sal zijn**/ erit, 73. 35.
Scames, **scameste**/ pudeat. 14. *Scamensi h*, **scamen hun**/ pudet eos.
Scamelichede, **scamelic**/ verecundus.
Scandlich, **scandelic**, ignominiosus. 51.
Scaphan, **scheppen**/ creare. 34: *Ich havon gescaphat*, **ick hebbe geschapē**/ creavi. 118. *gescapheda*, **gegroeyt**/ accretum. 116. *Wole gescapheda*, **wel geschickt.** Brugensibus **schappelic** hodieque est compositus, decens, à *scaphan*, **schapen**/ creare, **schap** & **schip** usitatū pro qualibet actione, **vrientschap/ dronkenschap/ priesterschap/ maeghschap**/ &c. & **schappen** est agere, **coopmanschappen**/ &c. sic & **schaffen.**
Scarp, **scerp**/ acutus. 92
Scarphe idem. 33
Schihe, *geschihe*, **geschiet**/ accidit. 113.
Scilden, **scilden**/ scuta. 67
Schinen, **schijnen**, lucere. 73. *schinede* & *skeynede*, **dede schijnen**. 33.
Sciretbe, **cieraet**, ornamentum. 14.

Skirm,

Skirm, beschermінghe / defensio. 24. *zescirmo*, tot beschermінghe. 68. *bescíermes*, besciermste / defende. 12.
Scolde, soude. 90. ut *scal* sal suprà.
Scon, schoon / pulcher. unde *scona*, schoonheyt / pulchritudo. 9. sic in Rijm-cronijck: Dat hire een wijf nam om haer scone.
Sconesta, schoonste / pulcherrima. 95.
Scorenon scapho, gescozen scapen. 65.
Scouwon, sien / videre. 118: *scouweste*, sietste / videas.
Scrift, scrift / scriptum. 92: *gescriftan*, gescriften / 43. 92.
Sculan, sullen. 45. ut *scolde* soude / *scal* sal suprà.
Scundont, senden / mittunt. 103
Scuohe, scoe / calceus. 127
Scuvvan, scuwen / vitare. 44
Sehene, sien / videre. 101. *seent*, sient / 14.
Sela, siele / anima. 91
Seren, *seeren*, seer doen / dolore afficere. 92: *sie seredan mich*, sy quetsten my / sy deden my seer / vulnerabant me. *geseret*, verseert. 70
Sehtogh, tsestigh / sexaginta. 113
Seviste, sacht / licht / facile, leve. 38. saft quibusdam in Flandriæ locis adhuc in usu pro sacht. *Unseviste*, onsaft / onsacht / difficulter, non leviter aut molliter.
Seyme, zeem / mel. 84
Senden, sinken / subsidere. unde *gesende most*, gesonken most / mustum defęcatum. 147
Siechon, siecke / ęgri. 75. 92.
Siecheduom, sieckte / ægritudo. 92. ut rijckdom / wasdom / &c.
Siechon, soecken / quærere. 92
Sielin, sielen / animæ. 55
Sihestu, sietste / vides. *gesihestu* idem. 126. *gesihte*, gesichte / 72. *anasihen*, aensien. 120. *gesihet*, siet. 40.
Silverinero, silvere / argenteus. 162.
Sim, son / sol. 9
Sino, siet / vide. 18
Sithele, *gesithele*, setel / sedes. 51
Sitheri, sidert / postquam. 34
Skeyto, sceyd / discedit, dividitur. 14.
Skunan, schijnen / apparere. 19
Slaaphe, slaep / somnus. 45. *Ich slaphon*, ick slape / dormio. 86. *in slapho*, in slaepe. 27. *slaphlosen*, slaeploosen / somni expertes. 142. ut sinneloos expers sensus.
Slachta, geslachte / genus. 17. *slach*, forma, species; van sulcken slach, ejus speciei, aut ejus generis; tractū videtur à moneta, quæ cuditur altera alteri similis. hy slacht sijn vader / patrem refert. slach alioquin est verber, percussio.
Slafto, ick slappe / flaccesco. 82
Slafihede, slapheyt / flacciditas. 85.
Slozhaft, besloten / slot hebbende / conclusus. 72
Slophan, *gestophan*, sloopen / sluppen / latenter exire; & exuere se, uytgeslopen. 90
Sluogan, slougen / verberabant. 92
Smal, smal / angustus. 125
Smecchent, smaken / sapiunt. 104. *Smekest*, smaeckste / sape, proba. 132.
Smithe, smit / faber: *gesmithe*, smits werck. 59. *smijdich* inde & *gesmijdich*, gesmie / mollis effectus. *smethelichon*, smedige. 80. *smithen*, smijten / slaen / fabrorum ferrariorum. *gesmithe*, item *gesmeden*. 127
Sorgan, sozgen / curare. 90. *sorgan* item sozgen / curæ. 92. *in then sorgan*, in die sozgen.
Spizzan, spitsen / vertices. 69. *spits* propriè cuspis, & acumen; item *spits* aculeatus; *spitsen*, vertices montium.
Sprache, sprake / *gesprache*, loquela. 15.
Springet, springht / salit. *Overspringet*, overspringht / transsilit. 28.
Sprongen, sprongen / saltus. 38
Spunhaft, burstachtigh: *spune*, borstē / ubera. 70. Vide antea fol. 369
Starf, starf / moriebatur. 103
Stein, steen / lapis. 34
Stadlicho, stadich / urbanus, civilis; à *stad*, urbs, civitas. 165. *stadeicheyd*, gestadigheyt. 155. *stadigera*, gestade. 80.
Stancvvurze, wel-rieckende cruyden, herbæ bene olentes. 71. *vvurt*, *vvurz* herba, wurtel; inde & wortel herbæ radix. *Stanc* olim in malam partem non capiebatur, ut antea notavimus fol. 369
Starcka, sterck / fortis. 90. *gestarcode*, versterckte. 34
Steen, staen / stare: *ufstaen*, opstaen / surgere. 34 *versteen*, verstaen, intelligere. 14

Stecchet, **besteken**/ vallatus, septus. 128.
Steyga, semita, gradus. 51. *Stige*, **steger**/ **steyger**/ gradus 51. *Steyga*, **trappe**.
Stiuro, **steure**/ **stoore**/ turbatio. *vngestiuro*, **verstueringe**/ idem. 32 *stier* torvus, à **stier** taurus. **stuer sien**/ velut taurinis oculis intueri.
Stubbe, **stof**/ pulvis. 90
Stund, **stont**/ stabat. 69 91
Suar, **swaer**/ difficilis. *besuarent*, **beswarent**. 90
Suarz, **swart**/ niger. 100
Suevet, **swevet**/ vagatur. 71
Sueron, **sweeren**/ jurare. *ich besueron*, adjuro. **ick besweere**. 93 *Suor*, **beswoor**/ 32
Suester, **suster**/ soror. 70
Suichet, **soeckt**/ quærit. *besuichet*, **besoeckt**/ invisit, experitur. 50
Sulecht, **sulcke**/ talis. 86. 103
Sulen, **sullen**/ 33 *sulen duon*, facient, **sullen doen**.
Sum, *som*, aliquando *sumevvyla*, **somwijle**. 19. *sumeliche*, **sommige**. 34. 84. *sumestond*, **sommighe stonden**/ aliquando. 33. 158. *stund*, tempus, *avondstund*, *nuchtenstund*, &c.
Sumetyt, **somtijt**. 82
Sunder, **dan**. 66. 128. *sonderlicho*, **sunderling**/ peculiariter. 19.
Sunna, **sonne**/ sol. 116. nos hodie **sunne**.
Suochent, **soecken**/ quærunt. 40
Suonere, **vrede-maecker**/ **soender**/ **soenere**/ conciliator. 161. nunc **versoender**.
Suozen, **soete**/ dulcis. 23
Suthene vvint, **suyde wint**/ auster. 80.
Tavelon, **plancken**/ tabulæ. 17
Than, **dan**/ tum: *thanne* idem. 51. 71.
Thavan, **van daer**. 91
Thancan, **dancken**/ gratias agere. 17
Thanca, **gedacht**/ mentio, memoria. 119. *gethancon*, **gedencken**/ 90. 113.
Thar, **daer**/ ibi. 41. *thar umbe*, **daerom**/ ideo. 9
Themphen, **dempen**/ *bethemphet*, **verdempt**/ exstinguit. 74
The, **de**/ **die**/ illi. 66
then, **dien**. *van then*, **van dien**/ eam ob causam.
Themo liude, **die luyden**/ illi. 66.
Ther, *der*, *the ther*, **dieder**. 4

Thene, **tegen**/ contra. 50
Thencon, **dencken**/ cogitare. 23
Thero, **dinre**/ ejus. 4
Thes, **des**/ eis.
Thic, **dic**/ sepe. *thickest*, **dickeste**/ sæpissimè; nos **dickels**/**dickwijls**. i. multis momentis; nam **wijle** momentum.
Thieho, **dye**/ femen, femur. 127
Thiernan, **deernen**/ adolescentulæ. 113. 40.
Thine, **dine**. *thin*, **din**/ tuum.
Thigan, *gethigan*, **degelijc**/ honestus. 51.
Thimsternisse, **dimsternisse**/ tenebræ. 39.
Thinge, *gethinge*, **recht**/**gedinge**/ causa judicialis, lis, judicium. 55. *getinga saecke*. 35. 128
Thinga, **dingh**/ res. 73
Thiz, **dese**/ hic. 28
Thiu, **by dien**/ ideo.
Thiu mare, **die mare**/ rumor ille. 99.
Tho, **doe**/**doen**/ cùm. 42. *tho ich vvas*, **doen ick was**/ cùm essem.
Thoch, **doch**/ **nochtans**/ tamen. 24. 40. item 163:
Thoch, **alhoewel**/ quamvis.
Tholan, **lijden**/ **dulden**/ tolerare. 28. *tholeden* idem. 75. *tholedo*, **ick lede**/ **ick dulde**/ tolerabam. 70
Thornan, **doornen**/ spinæ. 21. *thorninan corona*, **doorne croone**/ spinea corona. 55
Thrada vard, **rasch-vloeyende**/ **varende**. *Dra* & *dre*, *drade*, *thrade*, cito. *thrader*, **te draer**/ citius. 80.
Thraden, **drayen**/ tornare. 128: *getrade*, **gedrayde**/ item 102. *gethrad*, **gedrayde**/ tornatile.
Thrangan, **dringen**/ 11: *vvole gethrangada*, **wel gedrongen**/ de acie ordinata, & bene conferta.
Thrie, **drie**/ tria. 04: *thriestund*, **tot drie stonden**.
Thruvo, **druve**/ uva. *vvinthruvon*, **wijndruven**. 17. 123
Thruzed, *vertrhu ed*, **verdriet**/ tędium. 24. *verthruzet*, **verdrietet**/ tędet. 50. item: *overthruze*, **verdriet**/**verdroten**; **verdrietigh**/ **verdrotigh**. 93.
Thiubze, **gedruysch**/ strepitus, impetus, fragor. 75
Thuagan, *gethuagan*, **gevaeght**/**gereynight**.

night. Merula vult *thuagan*, *dvvagan*, idem esse quod nobis **vagen.**
Thurgdan, **volmaeckt**/ perfectum. 26 **Duerdaen** nobis hodie & **voordaen** est omnino perficere, iterum atque iterum facere.
Thurft, **behoef**/ necesse est. 102. unde *nooddruft* urgens necessitas, & quasi necessaria necessitas, duobus vocabulis idem significantibus ad augendum conjunctis, ut Merula notat in Wileramum.
Thursta, **durst**/ **dorst**/ sitis. 103
Thuwan, **duwen**/ *bethuwan*, comprimere. 50
Thus, **dus**/ hoc modo. 157
Thusent, **dusent**/ mille. 67. 162
Thusenden, **dusenden**/ millia. 99.
Thuinget, **dwinghet**/ coge. 66
Thich, accus. à *tu*, *du*.
Trief, **droph**/ **drop**/ **drup**/ gutta; unde *trieffentet vvabo*, **druppende honich-zeem.** 71
Truwa, **trouw**/ fides. 70
Vagat, **vouget**/ adjungit, applicat. 67. *Ze samene vagat*, **te samen vought.**
Vahs, *vaese*, **haer**/ capillus. 65. 76. hinc, inquit Merula, nostrum **vase**/ **vaesken**/ **veese**/ **veesken**/ capillamentum, festuca.
Valdich, **voudigh**: 18: *eynvaldicheyt*, **eenvoudigheyt.**
Vano, **van**: *vano thieu*, **van dien**/ **daer van**: hinc 68. *vano mir*, **van my.**
Varen, **gaen**/ ire. 69 *gevara*, **gevaren**/ 107.
Vaerd, *vard*, **metter vaerd**/ statim. 75.
Verid, *compt*, venit. 30. 33
Vechtande, **vechtende**/ pugnans. 132.
Verra, **verder**/ longius. 71
Vestenen, munire. 73: *gevestenont*, **bevestigen.** 20
Vesto, **veste**/ firmitas. 34
Vergehtan, **vergeten**/ oblivisci. 40.
Vernam, **vernam**/ capiebam, intelligebam, 91. *Ze vernemene*, **te vernemene.** 75. *vernimet*, **vernemnet**/ 9. *vernomen*, **vernomen.** 43
Vernuft, **vernuft**/ **reden**/ ingenium, intellectus, & ratio. 43
Verro, **verre**/ procul. 119
Versteen, **verstaen**/ intelligere. 39.
Vffa, **vp**/ **op**/ supra. 51
Vile vvola, **seer wel**/ **vele wel**/ multùm bene. 23. sic *vilo clare*, **seer claer.** 68
Vindan, **vinden**/ invenire. 13. 43.
Vingera, **vingeren**/ digiti. 41.
Vmbe, **om**/ ob. *umbegent*, **ommegaen.** 92.
Vnbarich, **onvruchtbaer**/ sterilis. 65.
Vnbequama, **onbequaem**/ ineptus. 126.
Vnder, **onder**/ sub: *undervvinden*, **onderwinden.** 90
Vntduo, **opent**/ aperiat. 84
Vnrecht, **onrecht**/ injustitia. 51
Vnsich, **ons**/ nos. 103
Vngenatelich, **ongenadelic**/ immisericors. 154
Vndersceythet, **onderscheydet**/ distinguit. 103
Vntfahon, **ontfanghe**/ accipio. 72.
Voecher, **vrucht**/ fructus. 82. hinc *voecher*, **woecker**/ fœnus, pecuniæ fructus.
Vollichlicho, **ten vollen**/ **volligh lick**/ plenariè. 135
Vore then, **voor desen**/ antehac. 32.
Vorecundent, **verkondigen**/ nuntiant. 34.
Vortherent, **versoecken**/ probant, quærunt. 128
Vortheron, **vorders**/ **voorouders**, majores, 29.
Vphsteen, **opstaen**/ surgere. 31
Vphgende, **opgaende**/ surgens. 115
Vroo, **vrough**/ matutinus. 141. item lætus olim *vro*; unde **des ben ick vro** in veteribus cantilenis in festo nativitatis Domini. nunc **vrolick**/ **vroylick.**
Vnchtan, **vochten**/ pugnabant. 9
Vucht, **vocht**/ madidus. 72
Vure, **voort**/ ultrà, ulteriùs. 32.
Vzera, **uyterlycke.** 141
VVabo, **seem**/ mel. 82. 84: *ther vvave*, **die honich-raeten**/ favi. 84
Wachot, **waket**/ vigila. 86. *vvachtera*, **wachters**/ **wakers**/ excubitores. 92.
VVasse, **was**/ cera. 71
VVade, **kleeders**/ vestes. *gevvade* & *gevvode* idem. *gevvadet*, **gekleedt.**
VVaie, **way**/ *thurvvaie*, persla. 86
VVambo, **buyck**. venter. 90. Inde apud nos mansit **wambays**/ thorax.
VVannan, **wanneer**/ quando. 151. *Wan*

an, **van waer**/ unde.
VVanda, **waende**/ putabat. 91
Wan, defectus; unde **wanhope** desperatio, **wanlust**/ nausea. *vvanne* **ontbrekende.** 128
Waphane, **wapenen**/ arma. 67
Wara, iens, ambulans. *Mithevvara*, comes. 112. *mithe* nobis **mede**/ *Waren*, vel potiùs **varen**/ire, ambulare.
Warmet, **verwarmt** / calefactus. 92.
Wara dada, **nam waer** / captabat occasionem. 118. *Bewarent*, **bewaeren** / custodiunt. 49. *bewaret*, **bewaert.** 50
Wardede, **andwoorde** / responsio. 92.
Wascha, **wasschen** / lavare. 65
Watelicheyt, **schoonheyt** / decus. 14. *Unvvateliche*, **ongeschict** / incompositus. 9
Wecchan, **wecken**/45. excitare.
Weynigaz, **cleene**/ **weynigh**/ 74. exiguum.
Weythenent, **weyden**/ pascunt. 12. 129. *vveythe*, **weydinge**/ pastus. 68
Weliches leythes, **welcke luyden** / qui. 9. *vvelich*, *vvat*, **welcke** / quid. 66.
Welich, **wel**/ bene. 95.
Wenich, parvula. 157
Wende, **went**/ verte. 113
Weder, **weder** / tempus; *ongewedere*, **ontweder**/ intemperies. 33
Were, **weere**; *bostvvere*, **borstweere**/ pectoris munimentum. 67. 157.
Werchman, **werckman** / opifex. 102.
Werchon, **wercken**/ operari. 68. 18. 35
Werelde, **werelt** / mundus. *ther vverelde*, **de werelt.** 27. 25
Werldlichon, **wereldlicke** / 27. mundanus.
Werthich, **weerdigh** / dignus. 9
Wether, **weder**/**weer.** *niWether*, **nochte**/ neque. 28
Weyz, **weet**/ scias. 39
Wyla, **wijle** / momentum. 85. 39. *thie vvyla*, **ter wijlen.**
Wizzest, **weethet** / **du weetste** / scis. 64.
Wiare, **viver** / vivarium. 130
Wie verre, **hoe verre**/43. quàm longè.
Wie velo, **hoe vele**/ 70. quàm multum.
Widere, *gewidere*, **weder** / tempestas. 33.
Wigbugs, castrum, à *vvige* quod significat prœlium, & *bugs*, *buse*, domus. 67.

Wichan, *gevvichan*, **geweken**/ recessit. 9. *vviechet*, **wijckt**/ recede. 64.
Wilde, **wildernisse**/ eremus. 10. *vvildes buba*, **hutte inde wildernisse.**
Willon ich, **wil ick**/ ego volo. 19.
Willigero, **gewillige.** 39
Willon, **wille**/ voluntas. 19
Win, **wijn**/ vinum. 82
Wingardon, **wijngaerden**/ vineæ. 34.
Winstra, **slinker**/ sinistra. 147
Winnont, **winnen**/ procreant. 113.
Wirkkon, idem quod *vverchon*. 114.
Wir, **wy**/ nos.
Wirtheg, **weerdigh** / dignus. *vvirthegaro*, **weerdiger**/ dignior. 90.
Wisda, *vvisde*: *vveseda her*, **besocht hy**, visitabat. *gevvyset*, **gevisiteert.** 84.
Wysheyde, **wijsheyt**/ scientia. 43.
gevvisiget, **woorde̋ste.** 141
Wither, **weder**/ 68. *vvitherdrivan*, **verdrijven.**
Wiz, **wit**/ albus. 99
Wizzet, **weet**/104. scias. *vvizzon vvir*, **weten wy**/ scimus. 95
Vuollan, maculare, **bevuylen** / **besoedelen**/ 90. *unbevuollene*, **onbevuylt**/ **onbesoedelt.** 112.
Woleluſten, **wellusten**/ deliciæ. 150.
Woledaden, **weldaden**/ **goede wercken**/ benefacta. 46
Wordon, **woorden**/ verba. 102.
Worthan, **geworden**/ fieri. 66.
Worfan, **worpen**; *gevvorfan*, **afgeworpen**/ 66. dejectus.
Wroch, *gewrocht*, **gewrocht**/ operatum. 67
Wunna, *vvoon*, **woonste** / habitaculum. 51. *vvunnothet*, **woont ghy**/ habita. 17
Wunderost thich, **verwondert di**/ miraris. 118
Wunderot, **verwondert**/ miratus. 115.
Wurzedo vvin, **gecruden wijn**/ vinum aromaticum. 147
Wurzbedde, **cruyt-bedde**/ herbarum lectuli. 161.
Ze, **to**/ **te**/ ad. 66. *te samone*, **te samen**/ simul. *ze sumere*, **te samen.** 131.
Zegeet, **vergaet**: sic & Rythmo chronicū **te gaen** pro **vergaen**; *Zestoort* pro **verstoort.** Germani aspirationis & sibilorum amantes, quod nos, & veteres Franci, per T, per Z scribunt. Merula. 53.

Zeychnet, *bezeychnet*, **beteeckent**/ significat. 9.
Zeldo, *gezeldo*, **heyrlegers**/ exercitus. 126. *gezelt* pro castris apud scriptorem rythmicum.
Zelt aut zael, tentorium. v. Merulam.
Zene, **tanden**/ dentes. 65. 137
Zesevva, **rechter-handt**/ dextra manus. 147
Zyt, **tijt** / tempus. 33. 126.
Zidech, **tijdigh**/ temporaneus. 135.
Ziehent, **suygen**/ sugunt. 68
Zihen, **halen**/ adferre. 35
Ziren, **vercieren**/ ornare. 112.
gezirer, **verciert**/ ornatus.
Zimmeru, *Gezimmere*, **getimmerte**/ contabulatio. 67.
Zither, **tseder** aut **sider** / **sindert** / & per syncopen **sint**.
Zoyga, **toont**/ monstra. 35.
Zues, **twee** / duo. 32. *Zuene* idem, & *Zuine*.
Zuchte, **jongen** de ouibus. *Zohen*, **gesogen** / 65. fortè à sugendo **sugen**: unde & *zuege*, **sogh**/ porca, sus.
Zuene, *zuie*, **twee** : *zuie zehenzoch*, **twee hondert** / ducenti. 163.
Zuiflan, **twijfelen** / dubitare. 91. *zuifleda*, **twijfelde**/ dubitabat. 90.
Zuivele, **tweelingen**/ gemini. 68.
Zuejvet, **swevet** / fluctuat. 37
Zucchon, **tucken**/ tangere. *anazucchon* **aentucken** / attingere. 12. **aennemen**.
Zuischan, *enzuischan*, **tusschē**/ inter. 17.

Hæc glossaria, aliaq́ à nobis allata ad veteris Francicæ linguæ elucidationem, qui probè calluerit, nullo negotio, & linguam veterem Saxonicam, Danicam, Anglicam, Frisicam, Germanicam, omnemq́ Theotiscam intelliget. Quibus linguis addiscendis non dubito quin à multis sedula adhibebitur opera, quandoquidem varii codices, iis linguis conscripti, nunc excudi incipiant, ut nuper in Anglia, Leges & Canones veterum Regum, & Historia Bedæ, aliaq́ Saxonicè & Latinè, in publicum data sunt: quod si aliis in provinciis fieret, plurimum id historiæ Christianæ lucis adferret.



ADDITIONES
Ad Cap. XXII. fol. 380.

De Lege Salica cis Rhenum lata, vide quæ suprà ad caput 17. è Chifletio & Wendelino: sed & adversùs eos, qui ad Salam sive Isalam flumen Salios collocant, atque Oldenseel veteres Salios *interpretantur, ut Valerius Andreas in topographia Belgica, aliique: respondeo plurimos quoque totâ Flandriâ pagos esse, in* seel, *aut* seele, *nostrate dialecto, desinentes: videlicet:* Dudseele, Sysseele, Herseele, Straseele, Sueveseele, Winneseele, Oudeseele, Brouckseele, Beerseele, Vlierseele, Belseele, Londerseele, Helverseele, &c. *quæ videre est in Ortelii tabula Geographica Flandriæ. Quæ omnia si à Saliis originem habeant, indubiè credendum est, eos totâ Flandriâ frequentißimos fuisse. Quod verò eodem capite vigesimo secundo fol. 423. docuimus Francos fuisse idololatras, ac præter Deos proprios, coluisse etiam Deos Romanorum; id nuper quinto die mensis Ianuarii 1647. non sine summa omnium admiratione, apparuit in Walachriæ ora litorali ad Domburgum antiquißimam urbem, octo circiter miliaribus ab urbe Brugensi: mari enim retrocedente, & flante Euro, præter solitum, arenis dispersis, detectæ sunt statuæ aliquot, & aræ lapideæ, maximæ vetustitatis; quæ dum eruuntur, pocula etiam, & ollæ antiquæ, & nummi Romanorum se ostentarunt; quorum omnium effigiem exprimunt tres tabulæ subsequentes, in quas hasce accipe elucidationes.*

Prima est Iovis statua cum aquila insistente globo ad pedem dextrum; quid dextrâ tenuerit, nihil certi; in sinistra est hasta. ad latus fulmen apparet in corona quercea superimpositum columnæ. vide similem coronam cum fulmine apud Goltzium in Fastis fol. 178. num. 2. & fol. 183. num. 5. & pluribus aliis locis. Quercum Iovi sacram fuisse jam docuimus cap. 22. fol. 41. sed & globum Iovi adscribi, ut orbis moderatori, in confesso est. Statuam Iovis dextrâ fulmen tenentis, sinistrâ Aquilam, vide apud eundem Goltzium loco citato fol. 177. num. 6. Pro FACTI *quod apparet, puto scriptum* FACTITI, *itaque ad longum sic se habet inscriptio:* Iovi Optimo Maximo Texquisius Factitius votum solvit libens meritoq́. *nam* V. S. L. M. *posteriora quatuor verba apud Romanos denotarunt, ut patebit ex aliis inscriptionibus ad numismata Imperatorum mox adferendis, & paßim toto opere Gruteri, ubi interdum plures adduntur literæ, interdum omnes; sic pag.* XIX. IOVI CONSERVATORI, *&c.* VOT. SOL. LIB. MER. *aliquando &* Voto suscepto libens meritoq́. *quatuor illæ literæ significant, cùm videlicet aræ ponebantur in itineris procinctu. ut videre est apud eundem Gruterum pag.* XXXIII. *alioquin moris fere erat, periculo oceani liberum tum demum aram ponere; unde hæc est inscriptio apud eundem Gruterum pag.* XCVII. *inscriptione* 4. PLVTONI DEO IN LOCO SVB TERRA COND. PERICVLO OCEANI LIBER ARAM POSVIT FAB. VICELLINVS EX VOTO.

sic

sic & in inscriptione aræ sequentis num. 21. OB MERCES RECTE CONSERVATAS *&c.* V. S. L. M. *Iovem verò à Gallis & Francis cultum fuisse, è Iulio Cæsare & Gregorio Turonensi superiùs est ostensum. Inito fœdere cum Romanis tempore Augusti Imperatoris, de quo dudum antè, non dubitem, quin Francorum portus, novus Scaldis, sive Tabuda, inter Walachriam & Scaldiam Insulas (eorum industriâ elaboratus, cùm tempore Iulii Cæsaris Scaldis in Mosam influxerit) Romanis etiam permissus sit; quos omnino credibile est, emenso maris periculo, postquam in eorum portum appulissent, ad vicinum portui templum venisse, Diis suis, Iovi, Neptuno, Herculi, &c. vota soluturos. Portus ille etiamnum* **Room-pot** *vocatur, teste Ortelio, tab.18. fol.166. antea fortè* **Roompoꝛt** Romanorũ portus. *ut* **nieu poꝛt** novus portus, *quod alibi diligẽtiùs examinandum.* Cap. 18. fol. 166. 177

Secunda ara est Neptuni dextrâ tenentis delphinum, sinistrâ tridentem; qualis omnino est apud Goltzium in Fastis fol. 204. *nummo Agrippæ* 5. *Barba Neptuni squallida est, & velut undatim fluens; qualis etiam in Fastis Goltzii apparet cum tridente, fol.* 205. *nummo sexti Apulei* 3. *atque eodem libro pluribus in locis. Neptuno autem à Græcis & Romanis attributum maris dominium, eumq́; à populis mari vicinis, omnibusq́; quibus erat per mare navigandum, cultum olim, atque in auxilium vocatum fuisse, lippis & tonsoribus est notum. Inscriptio prorsus est detrita.*

Tertia ara, quantum colligere possum, etiam est Neptuni cum navis gubernaculo, eiq́; implicito delphino ad sinistram; prout etiam est in ara subsequente: ante pedem dextrum apparet velut avis marina, quæ illo in littore frequens. Inscriptionis nihil erat residuum, nisi unica litera N.

Quarta ara habet Deam Nehaleniam, *sedentem cum corbe aut calatho pomis, pyris, aliísque fructibus repleto in sinu; ad dextram canis, ad sinistram iterum corbis. Inscriptio clarè apparet. Ad latus hinc inde folia, atque opus encarpum; in summitate, poma, pyra, cerasa, pruna. Dea hæc peculiaris fuit primorum Francorum hoc tractu, neque alia est, quàm* Nova Luna; *unde fortasse nomen è corrupto latino, quemadmodum Franci plurimas voces latinas in suam linguam detorserunt, nisi quis malit ex græco* νέα ἑλήνη, *pro* νέα σελήνη *id est* Nova Luna, σ *in spiritum asperum mutato; quemadmodum ex græco* ὗς *latini fecerunt* sus; *ut contrà ex* ὑπὲρ super, ἕξ sex, ἑπτὰ septem, ἕδος sedes, ἕρπω serpo, ὕλη sylva, ἑκυρὸς socer, ἡμὶ semi, ἑ se, *&c. apud Hesychium quoque* ἑλένη *est* λαμπὰς δέτη, *id est* fax, *ubi addenda est adspiratio loco* ς *literæ, non enim aliunde quàm à* σέλας *lumen, de quo vide plura cap.* 27. *Notant verò Authores, magnam fuisse communionem veteris linguæ Gallicæ cum Græca. Merula in Willerami paraphrasim Francicam ad illud fol.* 29: then weynegon dieron, niet then michelon. *i.* **de cleene dieren/ niet de groote.** Michelon, *inquit* pro Magno, quod sæpius hoc scripto reperitur; nescio an ἀπὸ τοῦ μεγάλου deducere debeam, sunt enim plura vocabula Gręcis nobiscum communia, *ubi inter alia enumerat hæc:* οὖθαρ, **uder**/ uber. χολὴ, **galle**/ fel. στύφειν, **stijven**/ spissare. θὴρ, **dier**/ animal. θύρα, **duere**/ ostium. ῥάκος, **rock**/ vestis.

vestis. ἄτμος, **adem** / spiritus. μήνη, *& doricè* μάνη, **mane** / luna. ῥάστειν, **rusten** / quiescere. *plura alia habet , ut* βούτυρον , **butter** / butyrum. λίνον, **linen** / linum. *&c. At ea consultò omisi, quod cùm æquè Romanis in usu fuerint, dubium an à Græcis hauserint Galli, an à Romanis. Videndus Ioachimus Perionius de linguæ Gallicæ cum Græca cognatione; item le dictionaire François-grec de M. Leon Tripault, Conseillier du Roy au siege presidial d'Orleans; Wolfangus Lasius de migrationibus gentium, l. 2. fol. 25. ubi de Gallo-græcis. Ascensius in Agell. l. 15. c. 30.* Galli *(ait)* olim sic græcè locuti sunt, ut nunc latinè. *Certè Iulius Cæsar comm. 6. de bello Gallico de Druydibus , quos Plinius innuit* ἀπὸ δρυὸς, *à quercu appellatos. vide suprà fol.* 412. Nonnulli *(inquit)* annos vicenos in disciplina permanent, neque fas esse existimant eam literis mandare, quum in reliquis ferè rebus publicis, privatisque rationibus, Grecis literis utantur. *Itaque ab his Druydibus omnino credendum, novæ Lunæ antiquitùs traditum esse Nehaleniæ nomen. Mirum, quod de Vlysse Græco, Homerico illo, toto mari per decennium erroneo, scriptum reliquit Tacitus gravissimus auctor, l. de moribus Germanorum, fol.* 435. Vlyxem quidam opinantur longo illo & fabuloso errore in hunc Oceanum delatum, adiisse Germanie terras, Asciburgiumque, quod in ripa Rheni situm hodieque incolitur, ab illo constitutum, nominatumque ἀσκιπύργιον. aram quin etiam Vlixi consecratam, adjecto Laërti Patris nomine, eodem loco, olim repertam: monumentaque & tumulos quosdam Græcis literis inscriptos in confinio Germaniæ Rhetiæque adhuc exstare, quæ neque confirmare argumentis, neque refellere in animo est: ex ingenio suo quisque demat, vel addat fidem. *Strabo Vlyssis errores non fabulam esse vult, sed veram scribit esse historiam, in fabulosam poëtarum more narrationem ab Homero contortam, ac millia erroris ejus. vestigia toto orbe reperiri: Ejus verba hæc sunt interprete Casaubono l. 3:* Vlyssis quoque expeditio hucusque progressa, & cognito Homero ausam videtur præbuisse Iliadem, ita Vlyssem quoque ex historia in fabulosam poëtarum more narrationem torqueret: Non enim Italiæ modò & Siciliæ loca, & alia quædam hujus rei indicia suggerunt: sed in Hispania quoq. urbs Vlyssea ostenditur, & Minervæ templum, & alia sexcenta errorum Vlyssis vestigia. *Vlysseam hîc intelligi existimo, quæ hodie Vlisippo Portugalliæ, de qua sic Solinus cap.* 26: In Lusitania promontorium est, quod alii Artabrum, alii Vlyssipponense dicunt: hoc cælum, terras, & maria distinguit, terris Hispaniæ latus finit, cęlum & maria hoc modo dividit, quod à circuitu ejus incipiunt Oceanus Gallicus, & frons septemtrionalis Oceano Atlantico, & occasu terminatis, ibi oppidum Vlyssippo, ab Vlysse conditum. ibi Tagus flumen. Tagum ob arenas auriferas cęteris (amnibus) prætulerunt. in proximis Vlissypponis equæ lasciviunt mira foecunditate. nam spirante Favonio vento concipiunt, & sitientes viros aurarum spiritu maritantur. *Idem c.* 25. Finis erat orbis ora Gallici litoris: nisi Britannia insula, non qualibet amplitudine, nomen penè orbis alterius mereretur. Octingentis enim

enim & amplius millibus passuum longa porrigitur: ita ut eam in Calidonicum usque angulum metiamur: in quo recessu Vlyssem Calidoniæ appulsum, manifestat ara, Græcis literis inscripta voto. *Quæ considerans Lipsius, ita ait in Taciti locum citatum.* Quidni Vlyssinga nostra in Zelandia ab eodem sit? quidni Circzea à Circe? &c. *Præsertim cùm & Claudianus locum, quo Vlysses in Avernum descendit, constituat in insula Oceani, inter Galliam, Britanniam, & Rhenum lib.* 1. *in Rufinum his versibus:*

Est locus extremum pandit qua Gallia litus,
Oceani prætentus aquis, quò fertur Vlysses
Sanguine libato populum movisse silentum:
Illic umbrarum tenui stridore volantum
Flebilis auditur questus; simulachra coloni
Pallida, defunctasque vident migrare figuras.
Hinc Dea prosiluit, Phœbique egressa serenos
Infecit radios, ululatuque æthera rupit
Terrifico, sensit ferale Britannia murmur
Et Senonum quatit arva fragor, revolutaque Thetys
Substitit, & Rhenus projecta torpuit unda.

Hisce adde & ex adverso Vlyssingæ, ac VValachriæ, in Flandrorum ora maritima, pagum esse **Lisse-wege** / *quod velut* Vlyssis viam *denotat, &* **Vlisseghem** *id est* Vlyssis ædem; *&* Toxandros *ad Oceanum, atque in Campinia, puram putam esse vocem græcam* τοξάνδρους; *ac* viros *significare* arcum gerentes, *à* τόξος arcus ἀνὴρ ἀνδρὸς vir; *ut & ipsam VValachriam* ςάυλακραν *velut extremam Galliam, sive extremam Galliæ oram,* ἄκρος *enim* est extremus, *&* τὰ ἄκρα τὰ πέρατα, *id est* extremitates, termini: *ut habet Henricus Stephanus in suo Thesauro. Chanorinus:* ἄκρον λέγεται καὶ ἡ εἰς ἔσχατον πέρας ἄφιξις. *id est,* ἄκρον *dicitur* in extremam oram desinentia, sive abscessus. *Vt verò* Walo *pro* Gallus; *hoc in tractu dictum, ita* Wala *pro* Gallia *ob facilem transitum G in V, ut suprà ostensum in* warda *guarda,* werra *guerra, &c. in chronico meo M. S. pro* Walacra *sæpe legitur* Gaulacra. *Atque hæc quidem, ut nemini mirum videatur, si Nehaleniæ nomen deducatur è græco. Vide & Eyndium Chronici Zelandiæ lib.* 1. *cap.* 8. *&* 9. *quibus notat*: Græcis mare nostrum navigatum, nostraque litora cognita fuisse: Fol. 321. 324.

Peculiarem hanc primorum Francorum Deam fuisse, ex eo convincitur, quòd ne nominis quidem ullus Latinorum, aut Græcorum Scriptorum meminerint; neque alia est quàm Luna nova, sive crescens, Francorum Scabinorum sigillo expressa, de quo suprà cap. 27. *Culta atque in summa veneratione habita duabus præcipuè de causis, ad fructus terræ promovendos & conservandos, atque ad sedandas maris tempestates, nimiumque æstum cohibendum; de quibus cùm sufficienter actum sit, dicto capite* 27. *hoc tantùm Lectorem admonendum volo, in magno illo volumine Inscriptionum antiquarum Gruteri, hanc inter alias extare fol.* LXXXIX. *Inscriptione primâ*: Tuitii prope Coloniam Agrippinam in lapide; cui utrimque adsculptum cornucopiæ:

DEAE NEHA E E
ERIATTIVS IVCVN
DI PRO SE ET SVIS
V. S. L. M.

Vbi omnino scriptum fuisse existimo NEHALENIAE, *quodq; literæ omnes non apparerent, ab exscriptore non positum, nisi* NEHAEE; *unde certißimo argumento convincitur Francos illos ad Rhenum, seu Vltrarhenanos non fuisse primos Francos, at secundos tantùm; prout à nobis in tabula geographica appellantur, à primis videlicet oriundos, ut sæpiùs toto hoc libro est ostensum. Nehalenia enim, ut marini æstus moderatrix, & præses primò culta fuit à Francis maritimis, & Saliis, in locis mari propinquis. At posteaquam alia loca procul à mari dißita occuparunt, ut de Colonia scriptum capit.* VII. *fol.* 58. *eundem cultum, quem à maritimis locis advexerant, etiam in aliis observarunt. Tuitium autem castellum fuit ex adverso Coloniæ olim Divitense munimentum, de quo sic Cluverius Germ. antiquæ lib.2.c.17. fol.*404. Castella Romanos in ulteriore etiam Rheni ripa erexisse, ad custodiendos pontes, & impediendas Germanorum in Galliam irruptiones, infrà, lib. III. pluribus patebit locis. Idem ad Agrippinensium fuisse factum Coloniam, docuit quondam Tabula lapidea, in vico Duitsch, sive Teutsch ex adverso Coloniæ, reperta: quę, teste Ruperto, hujus loci ante CCCC. ampliùs annos, Abbate, narrabat Divitense munimentum, in terra Francorum, ab Imp. Cæs. M.Fl. Val. Constantino, pro militibus, illic in tutelam Galliarum collocandis, esse erectum. Atque ab hoc loco milites nominantur notitiæ Imperii, & Marcellino, lib. XXVI. & XXVII. Divitenses, coniuncti ubique Tungris, sive Tungritanis. Vocabulum huic munimẽto haud dubiè è situ loci quęsitum; quia extra Galliæ Provinciam in Germanica ripa positum. unde Celtico vocabulo, variantibus Dialectis, dictum Teutisch, & Duitisch: quemadmodum, qui aliis erat Teûto, Rheni adcolis dicebatur Tuito; de quo suprà, lib. I. cap. IX. plura disserui. sed Divitense munimentum jam extra Vbiorum fineis ad Germaniam & Francorum solum pertinuit. *Huc referendum puto, quod legitur apud Caßiodorum, circa annum Christi* 376. *Valentiano IIII. & Valente IIII. Coss:* His Coss. Saxones cęsi de Vsone in regione Francorum. *Deusone hic legendum suspicantur plerique, atque* Duyts *intelligunt è regione Coloniæ, ubi Francia secunda. Porrò Nehaleniæ canis, aßiduus Comes videtur in hac, aliisq; ejus statuis; tum ob custodiam hortorum, quibus præsidere credebatur, tum quod veteres, & Proserpinæ, & Hecatæ (quas easdem faciebant cum Luna) canes semper attribuerint; tum denique quod & canibus venetur Diana, quæ eadem cum Luna.*

Quinta Nehaleniæ sedentis statua est, at sella non apparet, caputq; etiam est abruptum, quod, cùm omnium statuarum unum idemq; sit, idemq; capitis indumentum, quia quidquid acephalum indecorum est, sculptor à reliquis statuis caput huic etiam mutuavit. pes sinister insistit proræ navis, cui videtur inscriptum fuisse: DEAE N. *id est, Deæ Nehaleniæ.*

Inscriptio

Inscriptio reliqua mihi incognita est, neque lubet semper conjecturare.

Sexta Nehalenia rursus sedens, cum calatho manu sinistra; uvæ & vitis folia hinc inde ad latus. Inscriptio plena hæc est: Deæ Nehaleniæ Cajus Exomnianus Verus donat dedicatque.

7. *Nehaleniæ typus, ut arâ quartâ. Inscriptio quoque ita clara, ut explicatione non egeat. Ad latus dextrum apparet Hercules, cum pelle leonina & clava nodosa, ut videre est in Fastis Goltzii, fol.* 142. 144. 145. 149. 151. 172. 189. *Ad latus sinistrum apparet etiam Dei alicujus figura, at nihil certi.*

8. *Ad Nehaleniam cum cane videtur accedere Dryas, id est, mulier Gallica Sacerdos, cum puella aut flamine minore: ad latus utrumque est sacrificulus columnæ insistens, sub qua encarpa. Inscriptionis nihil apparet.*

9. *Nehaleniæ sedentis typus, cum cane & calatho, vitis cum foliis ascendens, lapidi incisa est; Hercules quoque ad latus, ut suprà arâ 7. Præter* NEHALEN *nihil inscriptionis videtur.*

10. *Nehaleniæ stantis typus, cum corbe supra pedem sinistrum, insistentem basi columnæ, aut fortassis proræ navis, ut suprà statua 5. Ad latus utrumque figura erat Neptuni, aut Herculis, sed prorsùs detrita. In inscriptione aliquot literæ desunt.*

11. *Nehaleniæ sedentis typus, cum duabus victoriolis, quales sæpiùs videre est apud Goltzium in Fastis; ut fol. 15. nummo Q. Maximi, ubi victoria stolata, & pennata insistit proræ navis, dextrâ corollam protendens, sinistrâ ramum palmæ gestans. Sic & in nummo M. Æmilii Lepidi ibidem fol. 186. nummo 1. Victoriæ Hieroglyphicum exstat etiam in nummo secundo Severi n. 29. paulò pòst. Ad dextrum latus est Neptuni cum tridente, ad sinistrum alterius Dei figura.*

12. *Nehalenia stans cum cane. Ad latus dextrum, Neptunus cum delphino & tridente, ut statuâ secundâ; infra quem alia rursùs Neptuni figura, cum gubernaculo & delphino. Ad latus sinistrum, tertia Neptuni figura, velut aquam è poculo effundentis. Infrà videtur mulier pectore nuda, vestem utrâque manu attollens, cum pocillo oblongo ad dextrum pedem.*

13. *Nehalenia sedens cum calatho in sinu; ad utrumque latus cornucopiæ. Inscriptionis pars posterior abrupta est.*

14. *Typus Deæ sedentis, ut antè; ad utrumque latus, arbor latissimis foliis. Inscriptio integra est, neque indiget explicatione.*

15. *Typus Nehaleniæ, ut 13. & 14. at hîc, ad pedes adest canis. Ad utrumque latus, cornucopiæ: nihil hîc apparet inscriptionis.*

16. *Sedentis Nehaleniæ typus cum corbe, inscriptio quoque detrita, ut tantùm appareat scriptum fuisse:* Deæ Nehaleniæ. *Ad latus sinistrum, Neptunus insistens columnæ, cum poculo dextrâ, tridente sinistrâ.*

17. *Nehalenia sedens cum calatho utrimque, & cornucopiæ ad utrumque latus; utraque manus cum ipso sinu abrupta est. Inscriptio clara.*

18. *Ara est cum inscriptione, utrimque cornucopiæ.*

19. *Altare est, cui superimpositum fuisse existimo statuam Neptuni, eo capite, quod etiamnum exstat, de quo mox n. 22. latum enim est altare*

 illud

illud duobus pedibus cum dimidio, altum pedibus tribus.

20. *Ara cum inscriptione, cujus posterior pars interiit: ad latus utrumque, arbor cum latis foliis. Innuit inscriptio concordiam Francorum cum Romanis, atque inter Provincias populi utriusque.*

21. *Columna est, Nehaleniæ statuta, ob merces rectè mari conservatas.* Nego ; tor, *id est, negotiorum gestor. Sic apud Gruterum in vocum abbreviatarum interpretatione,* S ; P *ponitur pro stipendiorum.*

22. *Caput Neptuni, qualia sunt frequentia apud Goltzium in Fastis. vide suprà statuam 2.am & 19.am Sed & simile caput inventum fuisse ad ostia Rheni docet Hadrianus Iunius in Batavia sua cap. 10. fol. 116.*

23. *Nehaleniæ etiam sedentis effigies, sed cujus vix aliquid apparebat, ideò adnotari jussi servum venaticum lateri aræ sinistro incisum, incedentem baculo, & captum leporem tergo gestantem alteri baculo appensum. Quam aram reor à venatoribus Nehaleniæ dedicatam, cùm eadem sit Luna & Diana. Lapis subrubeus est, altus duos pedes, reliqui ferè omnes albi lapides sunt, & velut cretacei, adeoq; facilè dirumpuntur, altiq; sunt tres, interdum quatuor pedes, lati duo cum dimidio, aut tres fermè pedes.*

24. *Vascula sunt duo è terra prorsus rubente eruta ex arena, cum poculo adjuncto è terra Samia, exteriùs subcineritio colore, interiùs (ut ex ruptura apparet) planè albo instar cretæ. Robertus Stephanus in Thesauro linguæ Latinæ de insula Samo:* Fiebant etiam in ea vasa fictilia egregia, ex creta fabricata, quæ Samia vocabantur. *Eorum in sacrificiis usum fuisse tradit his verbis Cicero 6. de republ.* Exstat oratio Lælii, quam omnes habemus in manibus, quam sympina Pontificum Diis immortalibus grata sint, Samięque, ut is scribit, capedines. *Ita Nonius cap. 4. ubi & hoc refertur Lucilii:*

Et non pauper uti Samio, curvoque catino.

Plautus in captivis in re divina etiam meminit vasorum Samiorum:


Quin etiam ut magis noscas, genio suo ubi
quando sacrificat,
Ad rem divinam, quibus est opus, Samiis vasis utitur,
ne ipse genius surripiat.


Sed & mensis & conviviis adhibita fuisse docet illud Tiballi lib. 2. & 3.

At tibi læta trahant Samiæ convivia testæ,
Fictaque Cumanâ lubrica terra rotâ.

Eorum vasorum unum mihi conservo, gratum antiquitatis monumentum; aliud simile omnino vidi apud Petrum Clinck æditum Domburgensem: referunt vasa ambo cervum, quem persequuntur canes, in gratiam Nehaleniæ, quæ & Luna, & Diana.


Quæ sequuntur numismata, sunt quorundam Imperatorum Romanorum à Vitellio usque ad Tetricum, unà cum statuis etiam eruta Domburgi ex arena, è quibus numismatibus certissimo docemur argumento, Francos nostros in pace vixisse cum Romanis ab Augusti tempore, usque ad Gallienum; prout sæpiùs ostendimus toto hoc opere, atque imprimis cap. 18. fol. 164. & sequentibus, adeò ut rebellante cum Batavis Civile, non






21

DEAE NEHALENNIAE
OB MERCES RECF CONSER
VATAS M SECVND SILVANVS
NEGO† TOR CRETARIVS
BRITANNICIANVS
V S L M












I




2



3



6



7



4



5


+ SIGILLVM: BRVGENSIS: OPPIDI

4



+ SECRETVM: DE BRVGIS

5



+ SECRETVM: DE BRVGIS


SIGILLVM IOHANNIS DOMINI SIGELLE


+ SECRETVM MEVM




1



2




3



4




5




6




7



8




9





Jan de m. fc



10
DEAE NEHALEN
NIAE N N
IME
VSLM



11
DEAE
NEHALENNIAE
FLET.†VS GENNALONIS
PRO SE ET SVIS
V S L M



12
NEHALENNIAE
L·IVSTIVS SATTO ET
NI
I.SEGVNDIVS·MODERATVS
FRATRES. V S L M



13
DEAE
NEHALENNIAE


14
DEAE
NEHALENNIAE
L. FESTIVS
PRIMVS VSLM


15
DEAE
NEHALENNIAE


16
DEAE
NEHALENNIAE


17
DE AE
NEHALENNIAE.
M. TARINVS.
PRIMVS . EXVOTO
SVSCEPTO.L.M.


18
DEAE
NEHALENNIAE
SVMARONIVS
PRIMANVS
V S L M

non fidi tantum, sed & auxiliares fuerint Romanis, ut eodem cap. probatur. Erant ea numismata æri incisa anno 1647. Hagæ Comitis ab Henrico Danckers, at ita corruptè, ut vix ullius Imperatoris certa effigies appareret; ubi verò intellexi primum eorum delineatorem fuisse Sculenburgium, Middelburgi in Walachria pictorem satis exactum; ab eo primarias omnes delineationes, ut sese authentica omnia ostendebant; pretio assecutus sum, quæ statim atque cum numismatibus meis contuli, ne unum quidem me fefellit, fueruntq; omnia indubiè eâ formâ, quâ curavi in æs incidi. Fol. 177.

Primus nummus argenteus est Vitellii Imp. cusus anno à Christo nato sexagesimo nono, ut notat Occo; eo anno adferens idem numisma, fol. 9. editionis Plantinianæ anni 1579. hac etiam inscriptione: A. VITELLIVS GERMANICVS IMP. *& ab altera parte:* FIDES EXERCITVVM. *ubi Occo:* Duæ dextræ junctæ; erat autem Concordiæ symbolum. *Tacitus lib. 17.* Centurio Sisenna dextras, concordiæ signa, Syriaci exercitus nomine, ad Prætorianos tulit. *Notandum Imperatores omnes, quorum numismata Domburgi reperta sunt, in inferiore Germania, ac fortassis etiam hisce in locis fuisse; atque imprimis de Vitellio, Galbâ imperante, his verbis Tacitus attestatur l. 1. hist. fol. 309:* Inferioris Germaniæ legiones diutiùs sine Consulari fuere, donec missu Galbæ Vitellius aderat, Censoris Vitellii ac ter Consulis filius. *& fol. 324:* Aulus Vitellius inferiorem Germaniam ingressus, hiberna legionum cum cura adierat, redditi plerisque ordines, remissa ignominia, allevatæ notæ. *Sed & Vitellius in inferiore Germania Imperator salutatus adversus Galbam. ibidem fol. 325:* Inferioris tamen Germaniæ legiones solenni Kal. Ianuar. sacramento pro Galba adactæ, multa contatione, & raris primorum ordinum vocibus: cęteri silentio, proximi cujusque audaciam exspectantes, insita mortalibus natura properè sequi, quæ piget inchoare. sed ipsis legionibus inerat diversitas animorum: primani quintanique turbidi, adeò ut quidam saxa in Galbæ imagines jecerint: quintadecima ac sextadecima legiones, nihil ultra fremitum & minas ausę, initium erumpendi circumspectabant. at in superiori exercitu quarta ac duodevicesima legiones iisdem hibernis tendentes, ipso Kal. Ianuar. die dirumpunt imagines Galbæ: quarta legio promptiùs, duo & vicesima contanter. Mox consensu, ac ne reverentiam Imperii exuere viderentur, in S. P. R. Q. oblitterata jam nomina, sacramenta advocabant. nullo legatorum tribunorumvè pro Galba nitente, quibusdam ut in tumultu, notabiliùs turbantibus. non tamen quisquam in modum concionis, aut suggestu locutus; neque enim erat adhuc cui imputaretur. Spectator flagitii Gordeonius Flaccus consularis legatus aderat, non compescere ruentes, non retinere dubios, non cohortari bonos ausus, sed segnis, pavidus, & socordia innocens. quattuor centuriones duodevicesimę legionis, Nonius receptus, Donatius valens, Romilius, Marcellus, Calpurnius Repentinus, cùm protegerent Galbæ imagines, impetu militum abrepti, vinctique. nec cuiquam ultra fides, aut memoria prioris sacramenti. sed quod in seditionibus accidit, unde plures, omnes fuere.

Nocte

Nocte quę Kal. Ianu. secuta est, Coloniam Agrippinensem Aquilifer quartæ legionis epulanti Vitellio nuntiat, quartam & duodevicesimam legiones, projectis Galbę imaginibus, in Senatus & pop. Rom. verba jurasse. id sacramentum manè visum. occupari nutantem fortunam, & offerri principem placuit. missa à Vitellio ad legiones legatosque; qui descivisse à Galba superiorem exercitum nuntiarent: proinde aut bellandum adversus desciscentes, aut si concordia & pax placeat, faciendum imperatorem: & minore discrimine sumi principem, quàm quęri. proxima legionis primę hiberna erant, & promptissimus è legatis Fabius Valens. is die postero Coloniam Agrippinensem cum equitibus legionis, auxiliariorumq; ingressus, imperatorem Vitellium consalutavit. secutę ingenti certamine ejusdem provinciæ legiones: & superior exercitus, speciosis Senatus populique Romani nominibus relictis III. Non. Ianu. Vitellio accessit. *Item fol.* 326: Adjuncto Britannico exercitu ingens viribus opibusque Vitellius, duos duces, duo itinera bello destinavit. Fabius Valens allicere, vel si abnuerent, vastare Gallias, & Cotianis Alpibus; Italiam irrumpere, Cęcina propiore transitu, Peninis jugis degredi jussus. Valente inferioris exercitus electi cum Aquila quintę legionis, & cohortibus alisque, ad XL. millia armatorum data: XXX. millia Cęcina è superiore Germania ducebat, quorum robur legio una, prima & vicesima fuit, addita utrique Germanorum auxilia, è quibus Vitellius suas quoque copias supplevit, totâ mole belli secuturus. *Item fol.* 327: Instructi intentique signum profectionis exposcunt: nomine Germanici, Vitellio statim addito: Cęsarem se appellari, etiam victor prohibuit. *Fieri potest Vitellius aliiq; Romani Imperatores in Nerviis, ubi vicinas habebant sylvas, naves ædificari jusserint, potiùs quàm apud Batavos, ubi nullæ ac paucæ sylvæ, quibus fœdere inito cum Grudiis, Gordonis, Pleumosiis, Menapiis, aliisq; primis Francis è Scalde in Tabudam Francorum portum devenerint, unde per Oceanum in quamcumq; vellent provinciam poterant deferri, atque numismata in templo Nehaleniæ ad profectionis ac voti facti aut soluti monumentum relicta sint.*

Secundus nummus est Trajani Imp. anni à Christo nato centesimi sexti, ut notat idem Occo, id numismatis eo anno reponens fol. 36. hac inscriptione:

IMP. CAES. NERVAE TRAIANO AVG. GER.
DAC. P. M. TR. P. COS. V. P. P. *& ab altera parte:*
S. P. Q. R. OPTIMO PRINCIPI S. C.

Figura stans, sinistra cornucopię, dextra duas spicas, super vasculo repleto spicis, à tergo prora navis. *Hunc postquam Nerva adoptasset, Germaniæ præfecit, & Rom. Imperatorem appellavit. Vnde Xiphilinus in epit. Dionis Nicæi ed. H. Stephani versionis Latinæ fol. 215. in Nerva:* Nerva qui propter senectutem minimè contemptus erat, in Capitolium conscendit, ibique magna voce: Quod felix faustumque sit, inquit, Senatui, Populoque Romano, mihique ipsi, Marcum Vlpium Nervam Trajanum Principem facio: eundemque postea in Senatu Cęsarem designavit, atque ad eum suâ manu scripsit; is tum præerat Germanię.

maniç. *Idem in Trajano :* Ei multa decreta sunt à Senatu, sed imprimis Optimus cognominatus est. *& paulò pòst:* Nisibi, Batnísque captis Parthicus cognominatus est, sed cognomine Optimi multò magis gloriari videbatur, ex quo natura moresque ejus suavissimi, magis quàm arma cognoscerentur. *Hinc* optimo Principi *inscribitur nummus Domburgensis. De cognomine Germanici sic Cuspinianus in Trajano:* Trajanus apud Agrippinam Coloniam imperii insignia sumens, moxq. Germaniam trans Rhenum in pristinum statum reducens, gentem rebellem repressit, & inde Germanicus dictus, quod & Iuvenalis in sexta Satyra sic meminit:

Dacicus, & scripto radiat Germanicus auro.

Cujus etiam reditum è Germania tamquam optimi Principis voto prosequitur decima Satyra. *Inter nummos Occonis reperio unum Trajani anni Christi centesimi hac inscriptione :* PROFECTIO AVG. GERMANIAE S. C. *in quo ab aversa parte apparet* Imp. eques laureatus, dextrâ pilum tenens, milite legionario preeunte, & tribus ordine subsequentibus. *Ob expeditiones ejus navales in nummis etiam ejus reperitur ab aversa parte ut habet Occo fol. 147 :* Neptunus dextro crure navis proram calcans, dextrâ manu delphinum tenens, sinistrâ tridentem. *Sed & hic potuit Tabuda Francorum portu usus fuisse; ejusq. rei causa nummum suum in ejus mnemosynon reliquisse. Est & alius Trajani nummus ibidem, ubi Neptunus dextro crure insistit proræ navis, sed & hic prora navis, felicitatem classis Romanæ denotat, & mulier cum spicis & cornucopia ubertatem terræ sub eo; & rerum omnium abundantiam toto orbe.*

Tertius nummus est Septimii Severi Imp. quem in hisce partibus fuisse docet inscriptio armamentarii antea hoc libro allata cap. 5. fol. 42. Vide & Bataviam Iunii fol. 112. ubi gens Batavorum amici & fratres Populi Romani appellantur, quo Batavorum nomine, an non etiam Menapii, Grudii, Gorduni, aliiq. tota Flandria & Zelandia intelligantur, non semel dubitavi, præsertim cùm & hi plus libertatis habuerint quàm Batavi, ut qui viros in militiam Romanam non tenebantur ministrare. Notat Occo in Septimio Severo fol. 244. marmor ad ostium Rheni hac inscriptione erutum:

L. S. SEVER. PIVS PERT. AVG. P
MAX. TRIB. POT. XIII.
ANTONIN. PIVS AVG.
GER. MILIT. LEG. I. ME
. . . ENIDIOR. . . . . .

Vide eandem inscriptionem in Batavia Adriani Iunii fol. 115. qui & tertiam adfert hisce literis :

BRITANNIC GERMANIC PIVS FELIX AVGVSTVS
PONT MAX TRIB POT XVIII COS. IIII. P. P. IMP. III.
ARAM A DIVO CLAVDIO. ET POSTEA
A DIVO SEVERO PATRE SVO RESTITVTAM.

Deest in initio nomen M. Aurelii Antonini, qui Caracalla dictus est, filius Septimii Severi. Vbi nota aram in Rheni litore à Claudio Cæsare positam,

à Severo restitutam; unde mirum non esse debet, & in litore Walachriæ, ubi commodissimus portus Tabuda, tot aras positas fuisse. Est verò nummus hic Severi, anni Christi 194. aut circiter, quo se scripsit Imp. III. ut notat Occo, apud quem fol. 234. circum effigiem Severi eadem inscriptio, quæ in nostro nummo, videlicet: L. SEPT. SEV PERT AVG IMP III. *id est ad longum:* Lucius Septimius Severus Pertinax Augustus Imperator tertiùm. *Ab altera parte, inquit idem Occo:* Figura militaris stans dextrâ victoriolam, sinistrâ hastam. *verùm cum altera inscriptione. Nummus hic Marti Victori inscriptus post occisum Didium Severum Iulianum, interfectorem Helvii Pertinacis, quem in Divos retulit Severus, & à quo se Pertinacem voluit appellari, ut notat Occo.*

Quartus nummus, qui & Severi secundus, est anni à Christo nato ducentesimi primi, eundemq; habet Occo hoc anno fol. 239. eâdemq; utrimq; inscriptione: Severus Pius Augustus. *&:* Parthicus Maximus Pontifex maximus Tribunitiæ potestatis nonùm. *Trophæum cum duobus captivis denotat victoriam ejus obtentam, tum adversus Parthos, unde Parthicus Maximus appellatus, tum adversus Clodium Albinum, circa Lugdunum in Gallia, ubi Albinus profligatus est, & occisus, caputq; ejus Romam missum, cruci affixum est; de hac victoria ita Xiphilinus ex Dione Nicæo:* Prelium verò Severi & Albini apud Lugdunum ita factum est. erant utrique militum quinquaginta millia, aderatque præsens in bello uterque, quasi de capite certaretur, etsi Severus antè nulli prelio interfuerat. Albinus nobilitate & doctrinâ antecellebat: alter scientiâ rei militaris, & peritiâ ducendi exercitus potior erat. accidit priore pugnâ ut Albinus Lupum vinceret, unum ex ducibus Severi, eumque cum magno militum numero interficeret. sed genus alterius pugnæ varium fuit: nam quum primò sinistrum cornu Albini victum profugisset, eosque insequuti Severiani simul magno impetu facto trucidarent, atque eorum tentoria diriperent. milites Albini, ii qui dextrum cornu tenebant, habebantque ante se cæcas fossas, tectâ ipsarum superficie, ad eos usque progressi, jaculabantur eminus, neque longiùs progrediebantur. sed simulato maximo timore statim retrocedebant, ut hostes ad insequendum se pellicerent, id quod evenit. irati enim Severiani, quòd illi parvam irruptionem fecissent, ac contemnentes, quòd subitò fugissent, impetum fecerunt in ipsos, rati campum, qui inter utramque aciem medius erat, pervium esse: quumque ad fossas venissent, cladem gravissimam acceperunt. nam primi fractis subitò iis rebus, quæ fuerant in superficie positæ, in foveas incidunt: qui proximi sunt, offendunt, & super illis corruunt: cæteri dum retrocedunt timoris causâ, videlicet improviso retroversi, non solùm ipsi impingunt, sed etiam novissimum agmen cõturbant, ita ut in maximam & confusam phalangem compellantur. fuit horum, & eorum, qui in foveas inciderunt, magna cædes, equorum pariter, atque hominum. preterea in hoc tumultu, qui inter vallem erant & fossas, sagittis telísq. transfixi concidebant. Quâ re animadversâ, Severus cum prætorianis cohortibus ad opem eis

eis ferendam venit, tantumq. abfuit ut illos auxilio juvaret, ut etiam prætorianos ferè perderet: ipse quidem Severus amisso equo in periculum venit. sed ut vidit suos omnes fugere, statim discissâ chlamyde, districtoque gladio, in fugientes contendit, ut vel illi affecti pudore reverterentur, vel ut ipse unà cum iis occideretur. itaque multi viso Severo constiterunt, ac reversi sunt, qui repentè conversi, ratique suos qui sequebantur, hostes esse, magnum numerum pro Albinianis concidunt: pòst verò hostes insequentes se in fugam convertunt: atque ad extremum ii equites, qui cum Læto remanserant, reliquos à latere adorti, omnes conficiunt. nam Lætus, quamdiu pugna æqualis fuit, substitit, circumspiciens atque sperans utrumq. periturum, sibíque reliquos utrimque milites imperium daturos. sed postquam Severum jam superiorem esse cognovit, tandem rem aggressus, Albinianos confecit. itaq. Severus victoria potitus est. *In hujus victoriæ signum cusus nummus Severi cum hac inscriptione à parte sinistra:* FIDEI EXERCITVS GALL. LVGD. *Gordonus refert hoc ad an. Christi 199:* Severus filium Bassianum, quem Antoninum nominavit, creat Cæsarem, & Albinum qui in Gallia imperium occupavit, reportatâ sanguinolentâ victoriâ, occidit. *Fauchet lib. 1. cap. 21:* Ceste mort d'Albin advint environ l'an de Iesus Christ 198. *Id ipsum omnes ferè scribunt; at in chronico Eusebii ad annum Christi 208. in quibusdam Codicibus legitur:* Clodio Albino, qui se in Gallia Cæsarem fecerat, apud Lugdunum interfecto, Severus in Britannos bellum transfert, ubi ut receptas provincias ab incursione Barbarica faceret securiores, vallum per 132. millia passuum, à mari, ad mare, duxit. *Vnde quidam existimarunt Clodium hoc demum anno interfectum. Apud Cassiodorum nullâ Clodii factâ mentione legitur anno Christi* CCX. *Coss. Apio & Maximo:* His Coss. Severus in Britannos bellum movit: ubi ut receptas provincias ab incursione Barbarica faceret securiores, vallum per centum triginta passuum millia à mari ad mare duxit. *Ibidem quarto pòst anno:* Gentianus & Bassus Coss. His Coss. Severus Imperator Eboraci in Britannia moritur, cui Antoninus Caracalla, Severi filius, succedit: qui regnavit annis septem. *Cuspinianus incidisse mortem ejus scribit in annum Christi* 214.

Quintus nummus, Severi tertius, cusus eo mortuo, à filiis ejus Antonino Caracalla & Septimio Geta, à quibus in Divos est relatus, quod exponitur rogo in aversa nummi parte expresso, quem ita describit Herodianus in ejus vita, interprete Angelo Politiano l. 4. fol. 414. Mos est Romanis consecrare Imperatores, qui superstitibus filiis vel successoribus moriuntur: quíque eo sunt honore affecti, relati dicuntur inter Divos. Est autem totâ urbe quasi luctus quidam, festæ celebritati promiscuus: quippe functum vitâ corpus, ritu hominum sumptuoso funere sepeliunt. sed certam imaginem defuncto quàm simillimam fingunt, eamque in regię vestibulo proponunt, supra eburneum lectum, maximum, atque sublimem, vestibus instratum aureis; & quidem imago illa ad ægroti speciem pallida recumbit: circa

lectum verò utrimque magnam partem diei sedent, à leva quidem Senatus omnis vestibus atris amictus, à dextera verò matronæ, quas virorum aut parentum dignitas honestat: harumque nulla, vel aurum gestans, vel ornata monilibus conspicitur, sed vestibus albis exilibus indutę, mœrentium speciem prębent. hęc ita per septem dies continuos faciunt, medicis ad lectum quotidie accedentibus, inspectumq. velut ęgrum, deteriùs se habere subinde pronuntiantibus. dein ubi jam visus obiisse diem, lectum humeris attollunt, equestris, Senatoriique ordinis, nobilissimi, ac lectissimi juvenes. perque viam sacram in vetus forum deferunt, ubi magistratus Romani deponere consueverant: utrimque autem gradus quidam sunt ad scalarum similitudinem extructi, in quibus altera ex parte puerorum chorus est, è nobilissimis, atque patritiis: altera fœminarum illustrium, hymnos in defunctum, pęanasque canentium, verendo ac lamentabili carmine modulatos; quibus peractis tollunt iterum lectum, atque extra urbem perferunt in Martium campum: ubi quà latissimè campus patet, suggestus quidam specie quadrangulâ, lateribus æquis assurgit, nulla præterquam lignorum ingentium materia, compactus in tabernaculi formam. id quidem interiùs totum est aridis fomitibus oppletum, extrà autem intextis auro stragulis, atque eboreis signis, variisque picturis exornatum. infra verò alterum minusculum quidem positum est, sed formâ & ornatu persimile, portis januisque patentibus. tertiumque item & quartum semper superiore contractius, ac deinceps alia donec ad extremum, quod est omnium brevissimum, perveniatur. possis ejus ædificii formam comparare turribus his quę portubus imminentes, noctu igne pręlato, naves in tutas stationes dirigunt: Pharos vulgò appellant. Igitur lecto in secundum tabernaculum sublato, aromata & suffimenta omnis generis, fructus, herbasque, succosque omnes odoratos conquirunt, atque acervatim effundunt: quippe neque gens est, neque civitas, neque, qui honore ullo aut dignitate pręcellat, quin certatim pro se quisque suprema illa munera principis honori deferant. ubi verò ingens aromatum acervus aggestus est, ac locus omnis expletus, tum circa ædificium illud adequitant universi equestris ordinis certâ quadam lege ac recursu, motuque Pyrrichio, numeroque in orbem decurrentibus; currus item circumaguntur, insessi purpuratis rectoribus, qui personas ferunt ducum omnium Romanorum, principumq. illustrium, quæ ubi celebrata sunt, facem capit imperii successor, eumque tabernaculo admovet. tum cęteri omnes undique ignem subjiciunt, cunctaque ilicò fomitibus illis aridis odoramentisque referta, igne valido corripiuntur. mox ab extremo minimoque tabernaculo, tanquam è fastigio quodam, simul cum subjecto igni, aquila dimittitur, quæ in cęlum creditur ipsam Principis animam deferre. ac jam ex illo unà cum cęteris numinibus Imperator colitur. *Vide rogum hunc in forma ampliori apud Guichard in Funerailles, fol.* 179. *& in Nummis Biei apud Anton. Augustinum Antuerpiæ à Scotto editum fol.* 30.47.49.60.

Sextus

Sextus nummus est Antonini Caracallæ, filii Severi, de quo Spartianus: Nomen Antonini idcirco filio apposuit, quòd somniaverat Antoninum sibi successurum, unde Getam etiam quidam Antoninum putant dictum, ut & ipse succederet in imperio. *Antonini Inscriptiones veteres, repertas in Germania inferiore, & ad ostia Rheni, unà cum Severi patris, suprà dedimus in primo nummo Severi. Gruterus in Inscriptionibus antiquis hanc etiam adfert è Smetio, fol.* 267 : *Coloniæ Agrippinæ in porticu templi Aquarum, hoc est thermarum, quas Antoninus & Adrianus Romani Principes suo opere ædificarunt.* M. AVRELIO ANTONINO CAES. IMP. DESTINATO IMP L SEPTIMI SEVERI PERTINACIS AVG FILIO RESP. AQV. *Idem habet Occo fol.* 255. *In nummi nostri ambitu scriptum :* Antoninus Pius Augustus Germanicus. *Spartianus in Caracalla :* Quum Germanos subegisset, Germanicum se appellavit. *& paulò pòst :* Per Cadusios fines & Babylonios ingressus, tumultuariè cum Parthorum Satrapis manum contulit, feris etiam bestiis in hostes immissis; datis ad Senatum, quasi post victoriam literis, Parthicus appellatus est : nam Germanici nomen patre vivo fuerat consequutus. *Sed & Britannicus dictus, ut & pater ejus Severus, quicum in Germania & Britannia victoriam sæpiùs est consecutus. Consul quartùm fuit anno Christi 216. cum Balbino, teste Cuspiniano in Caßiodorum, aliis* 214. *Itaque anno Christi 216. aut circiter cusum esse hunc nummũ, patet ex aversa ejus parte. Postquam quartũ Consulatum est adeptus, vixit adhuc usque annum Christi* 221. *qui fuit ab urbe condita* 973. *juxta Cuspiniani calculum, ad hoc Caßiodori anno v.c.*973. Antoninus & Adventus : His Coss. Antoninus interficitur inter Edessam & Carras, anno ætatis quadragesimo tertio. *aliis hic annus est* 971.

Septimus nummus est Maximini Imperat. qui & Germanicus dictus, atque è Germania inferiore in Germaniam magnam ingressus cum exercitu Romano, ut ait Occo: Hostes vicit per trecenta vel quadringenta millia Barbarici soli, &c. Et nisi Germani per amnes & paludes in sylvas confugissent, omnem Germaniam in Rom. ditionem redigisset. Vir corpore adeò procerus, ut & proceritate & candore, atq. oculorum magnitudine omnes excelleret; pedum octo, & propè semis longitudine, &c. *Alexandro Severo interempto, Imperator in Gallia est proclamatus. De quo sic Iulius Capitolinus:* Quum in Gallia esset, & non longè ab urbe quadam castra posuisset, subitò immissis militibus, ut quidam dicunt, ab ipso, ut alii, à tribunis barbaris, Alexander ad matrem fugiens interemptus est, Maximino jam Imperatore appellato. *Occo fol.* 292. *idem omnino numisma producit ad annum Christi* 236. *hac inscriptione ad longum :* Imperator Maximinus Pius Augustus. *& ab altera parte :* Providentia Augusti, *cum typo Providentiæ, videlicet : figura stans dextrâ bacillum, sinistrâ cornucopiæ, ad pedes globus.*

Octavus nummus est Posthumi, cujus sæpißimè mentio est facta hoc libro, ac nominatim cap. 18. *fol.* 184. 187. *de eo sic Trebellius Pollio:* Hic vir in bello fortissimus, in pace constantissimus, in omni vita gravis,

usque adeò ut Saloninum filium suum eidem Gallienus in Gallia positum crederet, quasi custodi vitae, & morum, & actuum imperialium institutori. sed, quantum plerique asserunt, (quòd ejus non convenit moribus) postea fidē fregit, & occiso Salonino sumpsit imp. ut autem veriùs plerique tradiderunt, quum Galli vehementissimè Gallienum odissent, puerum autem apud se imperare ferre non possent, eum, qui commissum regebat imperium, Imperatorem appellarunt, missisque militibus adolescentem interfecerunt. quo interfecto, ab omni exercitu, & ab omnibus Gallis Posthumus gratanter acceptus, talem se prębuit per annos septem, ut Gallias instauraverit, quum Gallienus luxuriae, & popinis vacaret, & amore barbarae mulieris consenesceret; gestum est tamen à Gallieno contra hunc bellum, tuncque sagittâ Gallienus est vulneratus. siquidem nimius amor erga Posthumum omnium erat in Gallica gente populorum, quod submotis omnibus Germanicis gentibus, Romanum in pristinam securitatem revocasset imperium. sed quum se gravissimè regeret, more illo, quo Galli novarum rerum semper sunt cupidi, Lolliano agente, interemptus est. Siquis sanè Posthumi meritum requirit, judicium de eo Valeriani ex hac epistola, quam ille ad Gallos misit, intelliget: Transrhenum limitis ducem, & Galliae pręsidem Posthumum fecimus, virum dignissimum severitate Gallorum. praesente quo, non miles in castris, non jura in foro, non in tribunalibus lites, non in curia dignitas pereat: qui unicuique proprium & suum servet: virum quem ego prae cęteris stupeo, & qui locum principis meretur jure: de quo spero quod mihi gratias agetis. quòd si me fefellerit opinio, quam de illo habeo, sciatis nusquam gentium reperiri, qui possit penitùs approbari. *Volunt quidam eum nostratem fuisse, Francum videlicet origine, atque arrepto apud Francos imperio, multa Romanorum castra atque urbes intercepisse sub Gallieno. Miraeus contrà scripsit eum pro Romanis pugnasse, adversus erumpentes Francos, ut suprà patuit cap.* 19. *fol.* 213. *verùm ita conciliandi authores, ut in principio quidem pro Romanis fuerit, at deinde, cùm universa Gallia fermè à Gallieno defecisset, ipse pro repub. Romana arripuerit imperium apud Francos, quos Occo jam tum scribit in hisce partibus habitasse, his verbis de Posthumo agens: fol.* 531: Occiso Salonino, quem Gallienus ei instituendum commiserat, arripuit imp. apud Gallos per annos septem. erga hunc magnus amor Gallicae gentis: nam, submotis Germanis, Romanum in pristinam securitatem revocavit imperium. Hunc Valerius Imp. transrhenani limitis ducem, & pręsidem Galliae fecit, virum quem prae cęteris stupebat, & qui locum principis jure merebatur. Francos qui olim Sicambri, postea Menapii dicti, consederant ad eum locum quo mare Rhenus influit, sibi ascivit, atque imperium apud hos decennio possedit; haec pars tum Gallia Belgica dicebatur, ubi tum Franci habitabant. *Ibidem de Posthumo juniore:* Unà cum patre interfectus est apud Francos. *Apud eundem Occonem idem prorsus est nummus, anni Christi* 263. *aut* 264. *fol.* 332. *eademq; utrimque inscriptio,*

quæ sic ad longum: Imperator Cassius (*aut* Cæsar, *ut in sequentibus Victorini & Tetrici)* Posthumus Pius Felix Augustus. *& aversè :* Pontifex maximus tribunitiæ potestatis quartùm, Consul tertiùm, Pater Patriæ. *ubi, ut loquitur Occo fol.* 332. figura militaris gradiens; dextrâ hastam, sinistrâ spolia gestans.

Nonus nummus etiam est Posthumi, coronâ quoque radiatâ, ut præcedens, cum inscriptione præcedenti, ut in aversâ parte figura est Æsculapij, cum patera in dextra, ad quam assilire videtur serpens, inscriptio : Salus exercituum. *Eadem prorsus figura est in Posthumi nummo apud Occonem fol.* 333. *cum inscriptione eadem. AEsculapium sanitatis Deum à Romanis creditum fuisse, ac typum salutis haberi, omnibus notum est.*

Nummus decimus cusus est à Victorino, quem Posthumus imperii consortem fecit, in honorem Posthumi, occisi jussu Servilii Lolliani apud Gallos & Francos etiam rebellantes, de quo sic Trebellius Pollio : Hujus rebellione in Gallia Posthumus vir omnium fortissimus interemptus est, cùm jam nutante Gallieni luxuriâ, in veterem statum Romanum reformasset imperium. *Sequitur ibidem & sic in laudem Posthumi :* Plerasque Galliæ civitates, nonnulla etiam castra Posthumus per septem annos in solo barbarico ædificaverat; quæ interfecto Posthumo subitâ irruptione Germanorum, & direpta fuerant, & incensa. &c. *In aversa nummi parte ara est erecta Posthumo, velut in Divos relato: Hujus Posthumi plurima sum assecutus numismata, toto Belgio reperta, pleraque ærea, aut argentea subærata. Inter alia est, ubi ab aversa parte stat Neptunus dextrâ delphinum tenens, sinistrâ tridentem, planè ut in statua 2. cum hac inscriptione :* NEPTVNO REDVCI. *ut dubium non sit quin Posthumus hoc loco classem habuerit adversus inimicos, quâ se frequenter mari commisit. In alio Posthumi numismate exhibetur navis prætoria in undis fluctuans, cum epigraphe :* LAETITIA AVG. S. C. *In alio Victoria alata celerrimè gradiens, dextrâ corollam prætendens, sinistrâ gestans palmam; dextro genu propellens captivum nudum humi jacentem, cum circumscriptione :* VICTORIA AVG. *In alio Imperator stat galeatus, & loricatus, dexteram porrigens mulieri sibi ad genua procumbenti, quæ vicissim ei dexteram præbet : mulierem hanc Galliam referre docet circumscriptio :* RESTITVTOR GALLIAE. *Est & inter meos nummos argenteos cum simulachro Rheni bicornis, virili specie humi jacentis, dexteram imponentis adjacenti sibi navi, lævo cubito ollæ, sive poculo innixi. literæ in circuitu :* SALVS PROVINCIARVM.

Nummus undecimus est Victorini, de quo sic Trebellius : Posthumus senior, quum videret multis se Gallieni viribus peti, atque auxilium non solùm militum, verùm etiam alterius Principis necessarium, Victorinum, militaris industriæ virum, in participatum vocavit imperii, & cum eodem contra Gallienum conflixit. Quumque adhibitis ingentibus Germanorum auxiliis, diu bella traxissent, victi sunt. Tunc interfecto etiam Lolliano, solus Victorinus in imperio remansit. *Germanos hîc intelligo non illos Vltrarhenanos in Germania magna, sed Francos, sive Francones nostros in Germania inferiore, qui*

qui ingentia Posthumo & Victorino auxilia attulerunt pro republica Romana pugnantibus adversus Gallienum; nam è locis Trebellii, anteà citatis, patet Posthumi continua fuisse bella adversos Germanos Vltrarhenanos, quando eos à Romanis limitibus submovit, atque in eorum solo castra ædificavit, quæ, eo mortuo, à Germanis direpta atque incensa sunt. Apud Occonem nummus idem reperitur fol. 335. *anni à Christo nato* 267. *unius partis inscriptio est :* Imperator Cæsar Victorinus Pius Felix Augustus. *alterius :* Salus Augusti. *statq; Dea Salus sinistrâ hastam tenens, dextrâ pateram porrigens, serpenti ex ara assurgenti. Hujus etiam varios nummos nactus sum, omnes æreos, in Belgio repertos, ubi se præcipuè continuit. In ejus laudem ita loquitur Iulius Aterianus apud Trebellium Pollionem.* Victorino, qui Gallias post Iunium Posthumum rexit, neminem existimo præferendum; non in virtute Trajanum, non Antoninum in clementia, non in gravitate Nervam, non in gubernaculo ærario Vespasianum, non in censura totius vitæ ac severitate militari Pertinacem, vel Severum; sed omnia hęc libido & cupiditas mulierariæ voluptatis sic perdidit, ut nemo audeat virtutes ejus in litteras mittere, quem constat omnium judicio meruisse puniri. *Punitionem hanc ita describit :* A quodam auctuario, cujus uxorem stupraverat, compositâ factione Agrippinæ, percussus; Victorino filio Cæsare à matre Victorina sive Victoria, quæ mater castrorum dicta est, appellato, qui & ipse puerulus statim est interemptus. *Et mox in Victorino Iuniore :* Exstant sepulchra circa Agrippinam brevi marmore impressa, in quibus unus fortè lapis est inscriptus : HIC DVO VICTORINI TYRANNI SITI SVNT. *Pergit Pollio:* Victorino Lolliano & Posthumo interemptis, Marius ex Fabro, ut dicitur Ferrario, triduo tantùm imperavit, *&c.* Vir strenuus ac militaribus usque ad imperium gradibus evectus, *&c.* occisus est à quodam milite, qui cùm ejus quondam operarius in fabrili officina fuisset, contemptus est ab eodem, *&c.* Addidisse hæc verba dicitur interemptor : Hic est gladius quem ipse fecisti.

Duodecimus nummus est Tetrici, post Victorinum, Galliæ quoque Belgicæ, ac Germaniæ inferioris Præsidis, ac Posthumi & Victorini in imperio successoris. De quo sic Trebellius : Interfecto Victorino, & ejus filio, mater ejus Victoria sive Victorina, Tetricum Senatorem Pop. Romani Præsidatum in Gallia regentem, ad imperium hortata, quòd ejus erat, ut plerique loquuntur, affinis, Augustum appellari fecit, filiumque ejus Cæsarem nuncupavit. *Nummum hunc eundem habet Occo, fol.* 336. *anno à Christo nato* 268. *hac inscriptione :* Imperator Cęsar Tetricus Pius Felix Augustus. *in adversa parte :* Fides militum. Figura stolata stans inter duo signa militaria.

Nummus decimus tertius est ejusdem Tetrici, cum inscriptione ab una parte, ut suprà; ab altera : Pax Augusti. *in qua pacis effigies sinistrâ hastam gestantis, dextrâ protendentis olivæ ramum; quem nummum etiam videre est apud Occonem fol.* 336. *anni Christi* 268. *de hoc, ac præcedentibus, qui cum Francis Romano populo confœderatis, rem fere*

Romanam

Romanam tutati sunt in Gallia. Ita Trebellius Pollio in Lolliano : Gallieno perdente rempublicam in Gallia, primùm Posthumus, deinde Lollianus, Victorinus deinceps, postremò Tetricus (nam de Mario nihil dicimus) affectatores Romani nominis extiterunt, quos omnes datos divinitùs credo, ne quum illa pestis, inauditâ luxuriâ impediretur, possidendi Romanum solum Germanis daretur facultas, qui, si eo genere tunc evasissent, quo Gotthi & Persæ, consentientibus in Romano solo gentibus, venerabile hoc Romani nominis finitum esset imperium. *Certum est hoc tempore, si Franci à Romanorum fœdere descivissent, seq; junxissent Batavis, Frisiis, aliisq; vicinis populis, prout fecêre sub Clodione, æquè facilè Romanos totâ Galliâ devicissent : verùm à prudentibus moderatoribus, quiq; ipsi Romanum affectabant imperium, cohibiti sunt, donec Tetricus sese dedidit Aureliano, de quo sic Trebellius in Tetrico seniore :* Cùm multa Tetricus feliciter egisset, diuque imperasset, ab Aureliano victus, quum militum suorum impudentiam & procacitatem ferre non posset, volens se gravissimo Principi, & severissimo dedit. Versus denique illius fertur, quem statim ad Aurelianum scripserat:

Eripe me his invicte malis.

Quare, quum Aurelianus nihil simplex, neq. mite, aut tranquillum cogitaret, Senatorem pop. Rom. eumdemq. consularem, qui jure præsidiali omnes Gallias rexerat, per triumphum duxit, eodem tempore quo & Zenobiam, Odenati uxorem, cum filiis minoribus Odenati, Herenniano, & Timolao; pudore tamen victus vir nimium severus, eum, quem triumphaverat, correctorem totius Italiæ fecit; id est Campaniæ, Samnii, Lucaniæ, Brutiorum, Apuliæ, Calabriæ, Hetruriæ, atq. Vmbriæ, Piceni, & Flaminiæ, omnisque Annonariæ regionis: ac Tetricum non solùm vivere, sed etiam in summa dignitate manere passus est, quum illum sæpè collegam, nonnumquam commilitonem, aliquando imperatorem appellaret. *Militum suorum procacitatem, quam ferre non poterat, suspicor fuisse Francorum, qui, licet Posthumo & Victorino auxilio fuerint adversus Gallienum, cum Tetrico contra Aurelianum, libertatem inceperunt affectare, atq; eo tempore Francicum nomen primò est auditum, postquam cum Francis Posthumus adversus Gallienum pugnavit. Trebellius Pollio in Gallieno :* Contra Posthumum igitur Gallienus, cum Aureolo, & Claudio Duce, qui postea imperium obtinuit, principe generis Constantini & Cęsaris nostri, bellum incepit: & cum multis auxiliis Posthumus juvaretur, Celticis, ac Francicis, in bellum cum Victorino processit, cum quo imperium participaverat. Victrix Gallieni pars fuit, pluribus pręliis eventuum ratione decursis. *Idem in Aureliano, qui occiso Gallieno, anno Christi* 268. *duobus pòst annis imperium est adeptus :* Francos irruentes, cùm vagarentur per totam Galliam, sic afflixit, ut trecentos ex his captos, septingentis interemptis, sub corona vendiderit, unde item de eo facta est cantilena: Mille Francos, mille Sarmatas semel occidimus. *Certum est coactis in unum viribus, & Grudios nostros, atque*

Gordunos, & Menapios, & Batavos, & Frisios, & Sicambros, in commune assumpto, tum Francorum nomine unà cum Germanis aliquot Rheno vicinis, Galliarum magnam partem, sibiq; vicinas omnes Romanorum civitates ad sexaginta occupasse, quas demùm Probus recuperavit, teste Vopisco in Probo: Cum ingenti exercitu Gallias petit, quæ omnes occiso Posthumo, turbatæ fuerant, interfecto Aureliano, à Germanis possessæ. Tanta autem illic prælia feliciter gessit, ut à Barbaris, sexaginta per Gallias nobilissimas reciperet civitates. *De quibus, vide quæ dicta superiùs cap.* 18. *fol.* 186. 187. 188. *A quo tempore, quamquam inter Francos & Romanos subinde fœdera renovata sint, pace factâ, non existimem umquam Romanis in Walachriam, neque mari, neque terrâ accessum patuisse, præsertim cùm ipsi jam inde à Probi temporibus scribantur pyraticam exercuisse, & classe etiam navali Romanorum provincias longè dißitas, ut Siciliam, Græciam, Asiam infestasse. Atque hinc est, quod Romanorum posteriorum numismata nulla Domburgi reperta sint. Restat nunc inquirendum, quo tempore ara illa, atque statuæ dejectæ fuerint, atque obrutæ arenis. Ego, cùm videam Francos, ad Clodovæi usque tempora, Iovem, Neptunum, aliosq; Romanorum Deos coluisse, existimo templum illud semper ab iis in honore habitum fuisse, præsertim ob vota Nehaleniæ facienda, quotiescumque sese oceano committebant, &, nisi fortasse semel chortâ tempestate, marinis undis absorptum sit, durasse ad usq; tempora sancti Willebrordi, quem suprà docuimus Walachriæ insulæ primùm religionem Christianam annuntiasse circa annum Christi* 694; *præsertim, cùm Scriptores omnes asserant, eum isthic idola destruxisse. In vita ejus descripta ab Theofrido Abbate Epternacensi circa annum Christi* 1100. *ita legitur cap.* XII. De adventu ejus in insulam Walachriam, ubi custos delubri eum vulneravit ob destructum idolum. *Ita Bochelius ad Wilh. Hedam fol.* 23. *Rijm-cronijck de Pipinio Herstallio:*

Ses hondert t'neghentigh eñ viere
Doen sende hy in den lande schiere
Willebrorde / die eerst bekeerde
Die Vriesen/ende t'gheloove leerde
Tot Westcappelle / dat hy quam/
Daer hy aenbedende vernam
Mercuriose over eenen Godt.
Dat beelde door ons Heeren ghebodt
Brac hy/eñ hevet vole ghehouden:
Mer dat heeft hy swaer ontgoldē/
Want die Mercuriose wachte/
Sloech hem in sijn hooft onsachte/
Dat hy storte sijn bloet:
Nochten predicte metter spoet
T woordt ons Heeren als een stout sercant/
Vanden westen van Vrieslant/
Oestwaert/door die landen rechte
Onthier dat hy quam t'Wtrechte.

Sic & ferè Beca in Willebrordo ex editione Bochelii, fol. 101. *Meminit & Martyrologium Gallicanum Saussæi hoc modo:* Cùm aliquando in Valachia *(lege Walachria)* delendis idololatriæ spurcitiis insudaret, accidit, ut veniret ad locum, ubi simulachrum Mercurii ab incolis magna in veneratione habebatur, quam statuam, zelo Dei fervens pius Antistes, confregit, atque profani spiritûs fragmenta extra templum abjecit. Hac re exasperatus custos idoli, beatum Episcopum mucrone percussit in summitate capitis. at divino judicio mox abreptus à diabolo, miserabili morte post triduum à sæculo decessit. Confessor autem

tem Domini, hoc glorioso stigmate insignitus, at divinâ gratiâ servatus, cursum non dimisit pietatis incoeptum, at magis ac magis produxit. etenim in pagis illius tractûs singulis, euangelium mirabili ardore prædicans, atque quævis aspera superans, ineluctabili constantiâ opus demùm creditum consummavit. *Molanus in natalibus Sanctorum Belgii 7. Novembr.* Inter Zelandos dum fidem prædicaret, ex oblatis primitiis, ecclesias ædificavit; ubi etiam divina bonitas Fidei negotium celebri miraculo promovit. Dum enim vir Dei Westcappellæ, zelo religionis idolum quoddam frangebat, custos templi gladio caput sancti viri percussit, sed Deo defendente, nullam intulit læsuram. Alcuinus ut rem minùs necessariam, idolum non nominat: verisimile est tamen Herculem custodem fuisse, qui ibi, ut finium protector limitaneus, vanè colebatur: cujus inscriptio in saxo baptisterii hactenus cernitur. Erat enim Westcappel ultimus limes Germaniæ ad Scaldim & Oceanum. *Goropius Becanus lib. 4. Gigantomachiæ, non Mercurium fuiße ait, sed Herculem Marcusanum, quem Walachri coluêre, hoc modo:* Est in Zelandia pagus, Germaniam ad Oceanum, & illud Scaldis ostium terminans, quod proximum est Galliæ, nomine Westcappel: in eo olim fanum fuit Herculis Limitanei, quia hîc extremum esset limitaneæ regionis, qua Germania ad Galliam finiretur. Herculi enim vestibula templorum, & regionum introitus primi ad custodiendum dedicantur, quod in iis tuendis & prudentiâ & fortitudine maximè opus: quę ambę virtutes Herculi tribuuntur, ut alibi latiùs erit explicandum. Eâdem ergo causâ, & hîc & Gadibus colebatur, utrobique finium Oceani custos atq; protector. est hactenus in eo lapide, qui in baptisterio muro infixus cernitur apud Westcappellanos, hæc inscriptio:

HERCVLI MARCVSANO.

In qua sequens linea ægrè legi potest, quibusdam singulas litteras punctis distinctas fuisse existimantibus, ad hunc modum:

M. R. R. I. M. F. I. V. I. S.

aliis contrà sic legentibus: M. PRIMELIVS

TERTIVS

V S L M

Quam lectionem Laurinis, omnium antiquitatum doctissimis placuisse intelligo. sed ea nihil ad nos, quæ secunda linea contineantur: illud dumtaxat notandum, Herculem hîc sacellum habuisse, cui nomen à limitanea domo sit factum. Marchus enim, sive contra aspirationem, quæ in compositione, lenitatis causâ, frequentissimè tollitur è medio, Marcûs, posterioris syllabæ vocali longâ, domum signat limitaneam, sive domum in regionis finibus constitutam. Hus enim domum significat; ab Hu, quod idem est, quod tueor & custodio ab injuria. incertum igitur est, an à nostris diceretur Marcûs, an Marcu, si Marcûs, Hercules à domo limitanea nomen accepit: si Marcu, longa posteriore syllaba, idem significatur quod Latinus diceret, custodiam limitis: atque hac ratione Hercules Marcusanus

cusanus limitis custos, sive defensor diceretur. Scio inter alia cognomina, quæ sunt quàm plurima, Herculem Custodem etiam in vetustis monumentis vocari. Romæ, in nova regione ad circum Flaminum, ędes Herculis Custodis fuit, adjuncto (ut videtur) templo Musarum, ut ille harum sicuti Dux, ita custos esset. Ovidius in Fastis Herculis, hujus meminit, ita canens:

Altera pars Circi custode sub Hercule tuta est.

Lib. I. c. 8. fol. 44. *De hac lapidis inscriptione ita Eyndius in Chronico suo Zelandico:* Tacitus columnas superesse de auditu retulit, Mediterranei maris limites in mentem illi venere, ut amant ingenia Scriptorum, sæpe sibi ignota, notorum imagine, metiri. quæ causa, cur ea monumenta Herculis varii variè exagitavêre; mihi, ut ad propositum redeam, omnes conjecturæ in Walachriam Zelandorum, hodie nobilissimam insulam, concurrere videntur. Præcipuè cùm, ut Ortelius quoq; animadvertit, Marcusani Herculis fanum, seu potiùs arx, ad Scaldis ostium ibi fuerit; ut id inscriptio vetus, in sacro lapide indicat, reperto ibidem, ut Gerardus Noviomagus testatur à viro nobili Philippo Burgundo, Oceani Præfecto, anno salutis humanæ CIↃ. IↃ. XIIII. Lapis autem quadratus, basis formam repręsentans, in fontem sacrum Westcappellæ (extremum id in ipso promontorio, oppidum fuit, nunc vicus est) & usum christiani lavacri initiatus est, fortè à sancto Willebrordo: cui hæ insulæ salutaris dogmatis debent initia. Vir enim ille, ubique pro more positum habuit, profana ab idololatria Ethnicorum, ad veri Dei cultum revocare, vel iisdem ferè nominibus, paulùm modo detortis, vel eisdem speciebus leviter mutatis. Inscriptio talis est apud Gruterum:

HERCVLI
MARCVSANO
M. PRIMIJVS
TERTIVS
V. S. L. M.

Idem subjungit paulò pòst 45: Posthumus hujus limitis Dux, & Galliæ Præses à Valeriano constitutus, ambitiosa Herculis Marcusani inscriptione, ditionis sive imperii sui terminos usque ad Scaldim se protulisse, indicare voluit, in illo æreo nummo, qui Herculis Marcusani effigiem & nomen liquidò ostentat; ejus typus exstat apud Guiliel. Choulium Gallum; inscriptio apud Adolphum Occonem Augustanum. ejusdem sanè Posthumi alius nummus ex Orichalco, à me, Haemstedæ, dum arcem ex ruderibus antiquis restituo, fundamentaque quædam sub terra molior, inventus, præfert, ab uno latere, caput Posthumi cum diademate, & hac inscriptione. IMP. C. POSTVMVS P. F. AVG. ab alio, signum galeatum & militariter chlamydatum, unâ manu pilum, alterâ pilam tenens, quantum visu assequi possum, cum ἐπιγράφῃ. P. M. TR. P. CONS. III. qui sanè nummus apertè se cusum clamat, cùm sub Gallieno, voluptati & socordiæ dedito, ad imperium irrepsit; vir bello fortis, ut auctores testantur,

testantur, pace constans, in omni vita gravis: decennio, malè parto dominatu, bono moderamine usus. Vixit circa annum Christi CCLXX. ex quibus conjicere integrum est, Scaldis, ex utraque ripa ostium, Posthumi exercitum præsedisse, castris, in eminentiori illo sabuletorum utrimque dorso, locatis: ad defendendum imperii limitem, quem à Cimbris hîc Marcam dictum, illorum, cum nostro hodie, idiomatis cognatio, declarat. loquitur autem res ipsa, Herculi, antiquitùs ibi culto, id agnomen postea additum, quòd is fluvius Germanorum & Gallorum populos discreverit, etiam ante Romanorum adventum. pulsis autem Romanis, non secùs Francorum, Orientalis & Occidentalis imperii, Neustriæ scilicet, vel Westriciæ, & Austraciæ, sive Austrichiæ, terminus exstiterit.

Vt verò ad S. Willebrordum revertamur, lubet de idolis ab eo confractis, audire venerabilem Bedam, Sancti Willebrordi contemporalem, qui latinè descripsit historiam Ecclesiasticam gentis Anglorum, saxonicè versam ab Alfredo Rege, atque utraque linguâ nuper excusam Cantabrigiæ, anno 1644. Ita ille loquitur lib. 5. cap. 12. tit: Vt viri venerabiles, Suitsbert in Britannia, Wilbrordus Romę, in Fresiam sint ordinati Episcopi. Primis sanè temporibus adventus eorum in Fresiam, mox ut comperit Wilbrordus, datam sibi à Principe licentiam ibidem prędicandi, acceleravit venire Romam (cujus Sedi Apostolicæ tunc Sergius Papa præerat) ut cum ejus licentia, & benedictione, desideratum euangelizandi gentibus opus, iniret: simul & reliquias beatorum Apostolorum ac Martyrum Christi ab eo se sperans accipere; ut dum in gente cui prædicaret, destructis idolis, ecclesias instituerет, haberet in promptu reliquias Sanctorum, quas ibi introduceret, quibusque ibidem depositis, consequenter in eorum honorem (quorum essent illa) singula quæque loca dedicaret. sed & alia perplura, quæ tanti operis negotium quærebat, vel ibi discere, vel inde accipere cupiebat. in quibus omnibus cùm sui voti compos esset effectus, ad prædicandum rediit. *Notandum hoc loco idola tantùm destructa, non ipsa fana sive templa, in quæ introductus cultus reliquiarum, ut* ejectis dęmonum, quos colebant Pagani, simulachris, habere possent visibiles quosdam, &, in sensus incurrentes, characteras, Sanctorum reliquias, & templa dęmonibus erepta, & per Sanctorum (quos veteres Christiani dæmonibus opponebant) nomina soli Deo dicanda, quibus interea, quasi literis librorum, quos ignorabant, majusculis, historiarum sacrarum, Euangelicarum imprimis, & Apostolicarum, scintillas aliquot contemplentur, undè pertractentur animæ gentiles, & studia accipiantur voluntatum, donec paulatim ad volumina sacra, aut legendo, aut audiendo, cognoscenda perducantur. *Ita notæ in hunc Bedæ locum, è publicis veteris Ecclesiæ Anglicanæ homiliis excerptæ, ut in libri titulo habetur. Apud eundem Bedam lib. 1. cap. 30. epistola est Gregorii Papæ ad Mellitum Abbatem, qua jubet idola tantùm, non fana destruantur, in hæc verba:* Dilectissimo filio Mellito Abbati, Gregorius servus servorum Dei. Post discessum congregationis

gationis nostrę, quæ tecum est, valdè sumus suspensi redditi; quia nihil de prosperitate vestri itineris audisse nos contingit. cùm ergo Deus omnipotēs vos ad reverend[ni.um] virum fratrē nostrum Augustinum Episcop. perduxerit, dicite ei, quod diu mecum de causa Anglorum cogitans, tractavi: videlicet quòd fana idolorū destrui in eadem gente minimè debeant: sed ipsa, quę in eis sunt idola, destruantur, aqua benedicta fiat, in eisdem fanis aspergatur, altaria construantur, reliquiæ ponantur. quia si fana eadem bene constructa sunt, necesse est, ut à cultu dęmonum, in obsequia veri Dei, debeant commutari; ut, dum gens ipsa, eadem fana sua non videt destrui, de corde errorem deponat; & Deum verum cognoscens, ac adorans, ad loca quæ consuevit familiariùs concurrat. & quia boves solent in sacrificio dæmonum multos occidere, debet eis etiam hac de re aliqua solemnitas immutari. ut die dedicationis vel natalitiis sanctorum Martyrum, quorum illìc reliquiæ ponuntur, tabernacula sibi circa easdem ecclesias, quæ ex fanis commutatæ sunt, de ramis arborum faciant, & religiosis conviviis solemnitatem celebrent; nec diabolo jam animalia immolent, sed ad laudem Dei in esu suo animalia occidant, & Donatori omnium de satietate sua gratias referant; ut dum eis aliqua exteriùs gaudia reservantur, ad interiora gaudia consentire faciliùs valeant. nam duris mentibus simul omnia abscindere impossibile esse, non dubium est. quia & is qui summum locum ascendere nititur, gradibus vel passibus, non autem saltibus elevatur: sic Israëlitico populo Dominus in Ægypto quidem innotuit: sed tamen eis sacrificiorum usus, quę diabolo solebat exhibere, in cultu proprio reservavit; ut eis in suo sacrificio animalia immolare præciperet, quatenus cor mutantes, aliud de sacrificio amitterent, aliud retinerent, ut & ipsa essent animalia, quę offerre consueverant, vero tamen hęc Deo, & non idolis immolantes, jam sacrificia ipsa non essent. Hæc igitur dilectionem tuam prædicto Fratri necesse est dicere, ut ipse in præsenti illic positus perpendat, qualiter omnia debeat dispensare. Deus te incolumem custodiat, dilectissime Fili. Data die decima quinta Kalendarum Iuliarum, imperante Domino nostro Mauritio Tiberio piissimo Augusto, anno decimo nono, post consulatum ejusdem Domini anno decimo octavo, indictione quarta. *In margine etiam hæc nota additur:* ut fana & festa, ejecto Diabolo, mutatoq. impio cultu, Deo vero sensim dicarentur. *Id ego observatum fuisse existimo à S. Willebrordo, ut idola fregerit, non templa: quod asserit Eyndius è chronico vernaculo Goudæ edito, scribens:* Westcappellæ in insula Walachria Mercurii signum à Willebrordo in templo fractum. *Westcappellâ procul dubio etiam Domburgum venit sanctus Willebrordus, ubi cùm templum reperisset aris & statuis plenum, statuas confregisse omnino credendus est, unde Neptuni caput repertum à reliquo corpore separatum, sic & Nehaleniæ truncus absque capite; reliquæ aræ & statuæ à populo è templo abreptæ sunt, & in Oceanum vicinum, ubi fortasse profunditas quædam erat, injectæ. Nam quod Henricus Danckers in libello suo*

Lib. 2. c. 1.

tribus

tribus insulæ Walachriæ Statibus dedicato, in præfatione scribit rotundi templi fundamenta in arena visa fuisse, negarunt omnes Domburgenses, quotquot ea de re allocutus sum. Burgum hîc fuisse antiquitùs, ipsum nomen præfert, at Domburgh tùm demùm appellatum fuisse videatur à sancto Willebrordo: postquam vero Deo templum dicavit, locumq́; appellavit Dominicum Burgum *vulgò* Domburgh/ *fuit verò* Dominicum *primis Christianis ædes* Domino.i. *Christo* κατ' ἐξοχὴν *sacra, unde remansit hodieq́;* Dom *pro summo templo, ac præsertim Vltrajecti, ubi hoc nomen invectum est ab eodem S. Willebrordo, & Canonici quoque* Domheeren *appellati: neque aliunde nostrum* kirck / kerck / *quàm à græca voce* κυριακὸν, *idem prorsus significante, quod Dominicum, siquidem* κύριος *Dominus est. De eo sic Spelmannus Anglus in Glossario:* Dominicum pro templo, ecclesia, basilica, & loco, in quem, ad sacros conventus celebrandos, fideles soliti sunt convenire, Græc. κυριακὸν. Occurrit in Concil. Laodicen. circa annum. 366. ca. 28. interpr. 2. Non oportet in dominicis seu ecclesiis Agapen facere. &c. Epist. Maximini Imp. pro Christianis, apud Euseb. hist. lib. 9. Ruffino interpr. circ. an. 400. Sed orationum domus, id est, dominica sua, ut ministrent pro voluntate sua, permittimus. & lib. 10. cap. 3. Sequere me ad dominicum, & hujus fidei signaculum suscipe. Rationem nominis clarè indicat Eusebius in orat. de laudibus Constantini: Servator igitur confestim trophæa victoriæ ubique terrarum erigenda, mundum universum sacrosanctis templis, augustissimisque ecclesiarum ædificiis adornandum, in singulis urbibus, pagis, regionibusque omnibus, atque adeò in desertis Barbarorum locis, ædes sacras, & templa vni omnium Deo, atque universarum rerum Domino dedicanda, consecrandaque curavit: unde etiam templa, quæ erant ei consecrata, Domini nomen obtinuerunt: quod nomen non ex hominibus, sed ex omnium Domino, illis fuit impositum; & propterea Dominica sunt appellata. Operæ pretium est, ut adjungam, quę ad primum Eusebii locum, citatum, quidam in margine notavit, (opinor) beatus Rhenanus; scilicet, apud primos Christianos Domini vocabulum paulò frequentiùs fuisse, quàm Christi (juxta morem Apostolicum, & modum historiæ euangelicæ:) perinde etiam ipsa loca, in quibus coibant propter Dominum, appellasse eos Dominica; unde (inquit ille) Germani etiamnum episcopalia templa (quæ certè primaria sunt, & reliquis antiquiora, DOM vocant, & illorum Canonicos DOMHERREN, quasi dicas Dominicales sive Dominicanos dominos, sicut Templariis olim à templo datum nomen. Extat adhuc in Triboccis, inter Elcebum pagum, qui Sletstadio originem & nomen dedit, & Argentoratum, prope Molleshemium sacellum, quoddam vetustissimum, etiam Gentilium Romanorum monumentis spectabile, quod vernacula simplicitas, DOMPHIETER appellat. i. Dominicum Petri. Hæc ille. Sanè ut isti DOM pro templo, à Latinis Dominicum & Dominus: ita Germani alii, Saxones, Angli, Scoti, Batavi KYRIK, & per contractionem KYRK, à Græc. κυριακὸν & κύριος deduxêre;

duxêre; nostratibus hodie duplici aspiratione vocabulum proferentibus, CHYRCH; Germani simplici, KYRCH; Scoti juxta primitivum KYRK.

Quamvis verò sancto alicui Apostolo, aut Martyri templum dedicaretur, semper appellabatur Dominicum, quòd Domino. i. Christo Deo sacra in ea fierent. Sic apud Bedam l. 5. c. 21. ecclesia in honorem B. Andreæ Apostoli consecrata, domus Dei appellatur: Suscepit verò pro Wilfrido episcopatum Hagustaldensis ecclesiæ Acca presbyter ejus, vir & ipse strenuissimus, & coram Deo & hominibus magnificus, qui & ipsius ecclesiæ suæ, quæ in Beati Andreæ Apostoli honorem consecrata est, ædificium, multifario decore, ac mirificis ampliavit operibus. Dedit namque operam (quod & hodie facit,) ut acquisitis undecumque reliquiis Beatorum Apostolorum & Martyrum Christi, in venerationem illorum poneret altaria, distinctis porticibus in hoc ipsum, intra muros ejusdem ecclesiæ. sed & historias passionum eorum, unà cum cæteris ecclesiasticis voluminibus summâ industriâ congregans, amplissimam ibi ac nobilissimam bibliothecam fecit, nec non & vasa sancta, & luminaria, aliaque hujusmodi, quæ ad ornatum domûs Dei pertinent, studiosissimè paravit.

Suprà citatæ notæ in Bedam ad cap. XII. *libri quinti, de locis sacris, ad cultum diabolicum delendum, & ad honorem Christi promovendum, substitutis, non silent veteres Ecclesiæ nostræ Catholicæ sermones. Vide* XII. *Kal. April. S. Benedicti Abbatis, pag.* 316. *lin.* 10. Benedictus montem adiit, Casinus dictum; qui in altitudinem per tria ascendit milliaria, ubi ab antiquis diebus idolum quoddam, quod dicebatur Apollo, colebatur. tunc sanctus vir idolum illud funditùs evertit; & Dominicum in memoriam S. Martini, & oratorium aliud in honorem S. Iohannis Baptistæ exstruxit, illumque populum gentilem ad fidem Christi prædicatione singulari convertit. *Adnotandum hoc loco, videtur S. Willebrordum Anglum Northumberlandum, & nostram, & Frisicam, & Saxonicam calluisse, quòd eæ linguæ unam ferme, eandemq́; tum habuerint dialectum, unde Rijm-cronijck:*

Inghels was Willibrord bekant/
Gheboren van Noorthomberlant:
Ende want d'Inghelsche zijn ghewassen
(Alsmen leest) van Neder-Sassen/
Conste hy te bet die Vriessche tale/
Dit magh elck man proeven wale.

a Anglis hodie venia *leave.* nobis olim lof / nunc oorlof / quasi venia data audienti, sive obaudicti. i. obedienti. oor' auris, hooren/audire, obedire.

Quod ut ad oculum ostendam, subjicio versionem Alfredi Regis Saxonicam, literis nostratibus, loci suprà è Beda restituti, de Idolis à S. Willebrordo confractis, eorumq́; loco in fanis ethnicorum substitutis SS. Reliquiis, additâ interpretatione vernacula.

Soo tham aerestum tidum,	Soo dan 't d'eerste tijden/
thaes the tha lareo was coman	als die Leeraers waren comen
on Frisena land, and Wilbrord	in Frisen-land/ ende Willebrord
Fram tham Cyninghe [a] *lyfneße*	van dien Coningh oorlof
onfeng, that he thaer laeran moste,	ontfingh/dat hy daer leerẽ mogte.

tha

tha ƿolde he hraedlice to Rome	dan wilde hy radelic te Rome
cuman; tha ƿaer B thaer	comen / daer was Bisschop des
Apostolican setles Sergius Papa.	Apostolike setels Sergius Papa.
And ne ƿolde mid his lyfnesse,	Eñ en wilde / dan met sijn verlof/
and mid his [b] bletrunge,	ende met sijn' benedictie/
that ƿillsume ƿorc onginnan,	dat welsaem werc ontginnen/
and gefyllan, tham [c] theodum	ende gevullen / den heydenen
[d] godspell to laeranne:	Gods spellinge te leerene:
and somod he ƿiluode fram him	ende t'samen hy wilde van hem
onfon thara eadiga Apostola	ontfaen der heyliger Apostelen
Reliquias, and Christos	Reliquias/ende van Christene
Martyra, that mid thy	Martelaers; op dat met dies
he [e] deofolgild toƿurpe,	hy duvels-beelden afwierpe/
and [f] cyrican timbrede,	ende kercken timmerde/
and [g] raerde on thaere theode,	ende raede aen de heydenen
that he laerde, that he thaer	dat hy leerde/dat hy daer
gearƿe [h] haefde haligra Reliquias	gereet hadde heylige Reliquien
into settenne.	in te settene.

b *Blesse* Anglis benedico, beo. *blesset*, benedictus, beatus.
c *Theodum*, v. fol. 333. & in Glossario Lipsii in Addit. fol. XXVII.
d) à *spel*, acicula; nobis hodieque est *spellen*, syllabas cõnectere, quòd aciculis singulæ literę pueris ostentẽtur. hinc *spellen* est explanare ad minima usque elementa. *spellinge* ipsa rudimenta.

Vide hæc Latinè è Beda paulò antè fol. LXII.

e *Deofol*, diabolus, hodie Anglis *devil*, nobis *duyvel*. *Gild* propriè societas est: dubito an non fuerit *deofolbild*: Fuit verò bilt propriè statua è trunco arboris, aut è lapide cæso; nam bil instrumentum fuit, quo & arbores & lapides cædebantur Kil: bille/ *securicula, instrumentum lapicidæ*. billen den molensteen / *acuere lapidem molarem*. Riderus in dict. anglico: à bill falx arboraria, sylvatica. hinc *billet* eidem talea, truncus. unde & *billet* nobis & Gallis pro sceda, scedula. bilt Kiliano etiam est belt / beelt.

f Vide suprà in addit. fol. LXXI.

g *Raerde*, quia in Latino non habetur, in Flandrico substitui raede / id est. persuadebat, consilium dabat. fortassis legendum *roerde*, quod est, commovebat.

g Vide fol. 332. GAERVVEN.

Laminâ quartâ fol. 54. *n.* 1. *exhibentur burgi Brugensis rudera, prout nunc etiamnum visuntur ab occidente.*

2. *Burgi veteris pars ad meridiem, cui super-ædificatum est templum S. Basilii; qualia tria, vel quatuor fuisse existimo, velut castri turres, quarum fundamenta adhuc apparent in domo & curia Episcopali. Item in cellario ac promptuario Franconatensium, decem aut duodecim pedes lata.*

3. *Frontispicium ambitus sancti Donatiani; quæ Burgi erat facies à septemtrione.*

4. *Vetus est Sigillum oppidi Brugensis, quod appensum vidi diplomatibus annorum* 1225. 1240. 1246. *in hospitali sancti Ioannis, quorum initia dedimus in Sigillis Comitum fol.* 42.

5. *Sigillum est novum, non tamen novissimum, civitatis Brugensis, quo signatum vidi diploma* 1286. *hoc initio:* Nous Escevien, & toute li communiteis de le vile de Bruges, faisons scavoir, *&c. & fine:* ce fut faict en lan de grace M. CC. quatre ving & six, le tiers jours apres exaltation sainte Croix, el mois de Septembre. *Idem exhibetur quoq; à Domino Sandero, in Flandria illustrata, in topographia urbis Brugensis. Et nos anteà utriusq; meminimus cap.* XXVII. *fol.* 588. *In contrasigillo est vetus Burgum Francorum, hinc inde lilia, quia Francorum hic primæ sedes, quorum anno* 1286. *insignia, lilium.*

6. *Insignia sunt Menapiorum Seniorum, è notitia Provinciarum, quorum meminimus capite 27. fol. 594. 595.*

7. *Agathes est, lapis in cespite repertus Meetkercka, anno 1627. uno ab urbe Brugensi miliari; cujus mentio cap. 5. fol. 32.*

ADDITIONES
Ad Cap. XXIII. folio 461.

V*Etus M.S. Zuerii Boxhornii, quo modus Viscarnæ à Comite in Zelandia banniendæ describitur, sic se habet fol. 82. parte 2:* Soo wanneer die Graeve van Zeeland sijn Hooge Vierschaere houdē wille/soo sal hy voor alle wercken sijn waerhede doen hooren by den Griffier / ende drie des Graeven Mannen/ sonder eenighe partye te roepen/ van alle saecken daer af hy meendt in die Vierschaere te rechten; eñ alle dese informatien ghedaen zijnde/dat men des Graeve waerheyt heet/sal hy hem mogen stellen te houden die Hooge Vierschaere.

Dese Vierschaere is een Justitie / seer verhoopt ende begheert by den goeden/ ende seere ghevreest by den quaeden / die niet en soecken dan langhe processen. Ende al es dese Justitie cort/ soo en verhaest sy niemandt.

Al est dat de verweerer terstont moet bereydt wesen sijn onschuldt ende waerhede te tooghen/soo en heeft hy des gheen klaghen of croenc; want hy ghenouch ghewaerschout is by der Keure/om hem in tijts bereet te maecken/ overmids dat eenen tijt in 't jaer hem daer toe precyselijc ghestelt es/dat men vierschaere houden mach.

Anderwerf wordt hy ghewaerschout / door dien eer de Graeve sitten mach / soo moet hy eenen ghestaeckten tijt te voren by placcate dat doen kondighen.

Derdewerf wordt hy ghewaerschout/door dien men den verweerer moet doen daghen/ ende hem daer toe verklaren de saecke waeromme.

Ende de vierdewerf wordt hy ghewaerschout/door dien den Griffier oplesen moet / van wien/ende waerom hy ghedaeght wordt / ende dat alsoo schrijven in eene rolle / ende setten voor die Vierschaere.

Van Paesschen tot den eersten van Julio/ende van den laetstē Augusti tot Alderheylighen Misse / mach die Graeve / Mombour ofte Stede-houder / Hooge Vierschaere houden / ten waere des noodelijck noodt was/ buyten die tijde de Vierschaere oock te houden.

De Grave ofte Mombour/ sonder eenige restrinctie by der Keure/ mach sitten met sulcke mannen / ende met sulcken ghetalle / als 't hem belieft. Mer de Stede-houder moet hebben elf mannen / ende de twee gheleerden daer toe ghecordonneert/ ten minsten. De Grave eñ Mombour mach wijsen met der ganscher partye/mer den Stede-houder met der meester menichte.

Alle dingh-saken in eyssche/ antwoorde/ replijcke ende duplijcke/ moetmen voeren van daghe tot daghe/ sonder meerder uytstel / op dat onvertoghen recht gheschiede.

Ende omme dies wille / dat vele saken ende in groote menichte tot deser Vierschare komen / die de Mannen in soo korter tijdt niet expedieren en moghen / al es de Justitie in der Vierschare seer kort / alst roert de boeten ende breucken / soo es de Grave ghewoon te ordonneren eenighe notable Practiciens/ ende in Justitie wel verstaende/sonderlinghe

verlinghe den natuere van den lande kennende/ omme die ghedaeghde t'onderbraghen/ ende met henlieden te composeren.

Ten eersten daghe/als die Burchgrave met den Mannen in Middelburch ghekomen es/ omme sijne rechtsvorderinghe te beghinnen/ omme te komen ten verijden / soo sal hy met Mannen vergaderen in s'Gravensale binnen der Abdye: Daer zijnde/ die Schouth sal die Vierschaere bannen/ segghende: Hoirt daer na, die Mannen zijn. Onrecht verbie ick, om rechts wille. Vierschare ban ick, van mijns ghenadich Heeren vveghe, ende van mijn Heere die Burchgrave weghen, ende dat in kennisse van Mannen. Daer naer sal die Schouth noch segghen: Hoirt daer nae, die't aengaet. De Griffier salse oplesen, alle daer mijn' ghenadighe Heer sijn schot aengebreeckt, innelandsche ende uytlandsche. Ende dan salse de Griffier oplesen uyt des Rentmeesters Steenrolle; en soo wie dan, Assum, seydt / ende gisel wordt/ dien sal de Griffier teyckenen. Ende alle ghelesen zijnde / sal die Schouth overluydt segghen: Alle die inlandsche zijn, daghe ick op morghen, ende die uytlandsche, op overmorghen. Dat ghedaen zijnde / sal die Schouth die Vierschare continueren / segghende: Sulcken recht ende opene Vierschare, als mijn Heere die Burchgrave hier begonnen heeft, verlegghe ick op morghen ten acht uren.

Ten tweeden daghe / sal die Burchgrave wederom vergaderen als voren / ende die Schouth sal segghen: Hoirt die't aengaet. Ende dan sal die Griffier oplesen alle de inlandsche. 't Welck ghedaen zijnde/sal die Schouth segghen: Alle de ghene, die by den Clerck daer op ghelesen zijn, eysch ick op, eenwerven, tweewerven, ende derdenwerven; ende die hier niet en zijn, noch en doen antwoorden, doe ick bannen, ende dat in kennisse van Mannen. Die Schouth sal die Vierschare continueren als voren.

Ten derden daghe, salmen wederom vergaderen als voren/ ende die Clerck sal oplesen alle die uytlandsche / ende die Schouth sal spreken als voren. 'T welck ghedaen zijnde / die Burchgraef en Mannen gaen van dane in den Steen; daer zijnde / seyt die Schouth: Hoirt daer na, die't aengaet. Men sal die inlandsche oproepen, ende te Steene eysschen.

Ende soo sal die Notarius beghinnen te lesen alle die inlandsche/ ende die Schouth sal t'elcken naeme / ofte t'alle twaelf ofte sesthien namen seggen: Die de Clerck daer op gelesen heeft, eyssche ick voort, dat sy opstaen, ende gaen ten Steene. Hier naer sal die Schouth Vierschare verlegghen/ende continueren als voren.

Ten vierden daghe / vergadert men wederom ter Steene / ende die Schouth seyt daer: Hoirt der na, die't aengaet. Men sal die inlandsche ten Steene eysschen voor die tweede reyse, ende die uytlandsche voor die eerste reyse. Ende dan salse die Clerck beginnen te lesen/eñ den Schouth spreken / ende de Vierschare continueren als voren.

Ten vijfden ende laetsten daghe / als men wederom vergadert is in den Steen / sal die Schouth segghen: Hoirt daer na die't aengaet. Men sal die inlandsche ten Steene eysschen voor de derde, ende die uytlandsche voor die tweede reyse. Daer naer salse die Griffier oplesen / ende die Schouth spreken als voren. Ende als sy alle ghelesen zijn / seydt die Schouth: Hoirt daer na die't aengaet. Alle die hier gisel vvorden vvillen, gaen daer achter by den Notaris ende Mannen, men salse daer inschrijven. Ende als sy alsoo gisel ghevvorden / en wederomme voorts ghekomen sullen zijn / die Schouth sal segghen: Hoirt daer na. Men sal die ghiselen oproepen, ende beklaghen die hier niet en zijn, noch gheen Asum en segghen. Ende naer datse de Secretaris opghelesen sal hebben / soo sal die

die Advocaet de noncomparanten beklagen mogen voor tsestigh pont/ van hier geselschap niet gehouden te hebben / oft hy sal 't mogen doen in 't grootе vonnis.

Ende alle het selve sal hy in Beoosterschelt tot Zierickzee doen. Daer zijnde/ sal hy gaen ter eerster daghe in s' Gravenhof/ende ten tweeden/ ende ten derden daghe. Ende van dane gaen Mannen naer den Steen/ ende oock tot dry reysen toe / ende doen alle dat ghene / dat hier voren verhaelt is.

*Fol.*464. *Post explicationem vocis* Wapeldrinc: *Erat verò gravis multa duodecim librarum , quam incurrebat ille , qui alterum in lutum injiciebat, quia apud Germanos injectio in lutum , fuit gravis pœna, atque infamiæ nota ; unde Tacitus de moribus Germanorum:* Distinctio pœnarum ex delicto , proditores & transfugas arboribus suspendunt; ignavos, & imbelles, & corpore infames , cœno & palude , injectâ insuper crate mergunt. *In Lege Burgundiorum etiam legitur tit.* 34. *de divortiis:* Si qua mulier maritum suum , cui legitimè juncta est, dimiserit, necetur in luto.

*Fol.*475. *Textus Legum Feodalium vernaculus de Campo sic se habet, cap.* 63: Hof-recht heetmen / om dat den Heere es schuldich recht te doene in sijn Hof/ *&c. & cap.* 65. Dat upperste recht / dat es Camp-recht/ ende dat bedynghmen mette mannen / ende wijst de Justitie / *&c.*

Et cap. 65. Die eenen man begheert te campen / moet eerst causeren voor den Prince van den lande de saecke / ende behoort te wesen van rauwen loosheden in faite van wapenen / of van verradenessen / ofte van donckeren saken ghedaen teghen sinen Heere ende Prince/ te contrarie; oft omme vonnessen / oft om kennessen / ghewijst ofte ghekent in Hove / daer d'een soude segghen / dat quaet ende valsch waere/ ende d'ander soude seggen / dat goet ende gherechtich waere / ende d'een soude dat up den anderen goet willen doen/met sinen live/ ende sinen pand bieden ; of het soude wesen van archeden soo bedect / datmense niet anders te kennessen soude moghen bringhen.

Item cap. 68 : als danne den Prince hoort de sake / ende sulx vint dat behoort te campe / ende consenteert datmens hem wet doen sal / moet 't Hof ghemaent werden / ende den aenlegghe moet commen inden Hove/ ende gheven heesch / ende daer ne leicht hy up't principael gheen andre vermet / danne hy't presenteert binnen eenen sonne-schine/ sonne ende wint ghedeelt / in een crijt naer camp-rechte met ghelijcke wapenen/ naer costuymen eñ uzagen vanden Hove / up hem goet te makene/ ofte te doen lijdene : daer up wijstmene te daghene te xiiij. nachten mont-sprekene/ ofte te sinen huys/met manne van 's Heeren weghe/ eñ met twee mannen vanden Hove/ ofte met meer/ ende te nommene zeker hof/ ende stede/in te commene te camp-rechte van sinen live : quame hy danne niet / men soude voort up hem dinghen van derden daghe te derden daghe; ende soudene met drie derde daghen/ten vierden daghe op de galghe verwinnen buyt'en lande van Vlaendren/by contumacien/als vander archeyt die hem aengeleyt ware/ en sinen grond legghen 's Heeren plouch/ ende sine catheylen 's Heeren tafele.

Item cap. 70: Als sy camp-vast zijn / soo wijsme hen vuerste veertich daghen omme te leerene camp-spel : ende oock ware eenigh ghewont/ oft hadde sieckhede/ oft ander letten / dat hy bin die ghenese / ende hem selven helpe ; eñ oock mede dat elck sine vrienden ontbiede / ende voorsie van dat hem van noode zy/of nootsakelick zy; ende/hadde oock den verweerer onrecht / dat hy bin dien zochte den omoet vanden Heere/ ende

ende vanden aenlegghe ; waere oock den aenlegghe soo verhit in gramschepe / dat hy bin diere wilen coelen mochte / ende de waerheyt kennen ; ende noch by meer redenen / maer dit zijn de meeste.

Item cap. 71: Ghy sult weten dat edelheyt heeft in campe groot voordeel / want een vrye edelman van vier sijden sal niet ghewijst worden een halven edelen / of poorter / of coopman / of ambochtere / of keerele / of bastaerde / te verantwoordene ; eñ een half edele sal niet antwoorden eenen onedelen : ende al ghevielt't by machten / of aventuren / of leelickheden vanden aenlegger / ofte by wantalen / dat hy andwoorden moste ; hy soude hebben als edelman / of half edelman / of een vierendeel / of een half vierendeel edeldoms voordeel inde wapene. Want edele lieden vechten in vulle wapene / ende te paerde ; ende onedele lieden vechten met cloppelen / ende met schilden / ende zijn vertreckt met leedere / ende hierom vallen dickent groote ghedinghen voor den camp.

Item cap. 72 : Als sy in't crijt commen / soo vechten sy : ende als den crijt-waerder by rade vanden mannen point dynct / houden-se up / ende laten-se rusten / dat den eersten d'een niet stempelicke t'onder ne gaet / ende d'ander te boven / ende stellen-se weder in dat point / ende heeten-se doen haer zienste ; maer ter derder pose latent gaen / alsoo het magh / het ne ware by den Prince selve / die magh eerlike / als't hem ghelieft / doen houden point / ende doen besien / of hy't met betren bescheede accorderen mochte / ende doen beteren daer't sienste ware alsoo't behoorde. &c.

Item cap. 74 : Soo wye dat in campe doot blijft / men hanghtene ande galghe / ende den schilt besiden hem : ende die hem upgheeft / of verwonnen kent / of vuyt de coorden gheworpen / of ghejaeght wort / dien slaetmen 'thooft of in't crijt / ende danne haughtmene ande galghe / eñ den schilt besiden hem / eñ hy heeft verbuert sijn goet teghen den Heere.

ADDITIONES AD CAP. XXVI. fol. 547.

V*Erba M. S. D. Rolandi de Baenst hæc sunt :* Ou temps passé y eust à Bruges un Chastelain heritable, ayant grande preminence en la ville & au terroir de Bruges, lequel avoit nom Boldrannus ; lequel eut une femme nommée Enna ou Dedda, laquelle fut meschante & deshoneste ribaulde : monsieur son mary le Chastelain avoit un serviteur, en quel il se fioit fort, nõmé Erembaldus, natif de Furnes ; lequel desloyal & meschant s'abusoit souvent avecques la femme de son maistre, laquelle l'entretenoit en ses luxures, laquelle (comme l'on dict) fist promesse à ce meschant de la vicomté de Bruges, ou cas si son mary mourut bien tost : parquoy ce meschãt serviteur cherçoit jour & nuict mettre à mort son Seigneur & maistre le Chastelain. Vne fois advint que en Flandres se fit une expedition de tous costés par terre, par aeuwe : Boldrannus le Chastelain avoit charge par aeuwe, avecques ses adjoincts armes, tout prest pour combatre, le batteau estoit ancré au milieu du fleuve : & quand de nuict tous estoint en repos, Boldrannus le Chastelain s'esleva pour faire sa necessité naturelle, & laissa son aeuwe en haut sus le bort dudit batteau ; ledit Erembaldus son serviteur courroit par derriere sans quelque bruit, & le bouta du hault en bas sondit maistre,

tant que pouvoit de force, arriere de la naviere, au fond du fleuve, & se noya; dont nul ne scavoit où estoit deuenu cedit Chastelain, lequel sans heritier a esté noyé. Erembaldus son serviteur au retour de la guerre a prins en mariage la vefve de son Seigneur le Chastelain, & des biens de son Seigneur trespasé a achaptée la vicomté de Bruges; & de sa femme a eu plusieurs fils, c'est à scavoir, Bertulphus Prevost de Saint Donas, Haket, Walfric Cnop, Lambert Nappe, pere de Boscart; lequel Boscart avoit une domicilie à Straten hors la ville de Bruges, pourquoy les ignorans de son lignage l'appellent Boschart de Straten. Au second lieu de la vicomté succeda Robert: apres Robert succeda Walterus son fils: ou troisiesme lieu de la vicomté, à la quatriesme generation, succeda Aket: ainsi creust en abondance en generation la famille de Erembaldus, aussi en grande richesse, tant qu'ils devenoient les plus riches du pays, en puissance, & religion: aussi le Prevost Bertulphus de S. Donas, homme de grand' authorité, les avança fort, & maria ses niepces haultement aulx nobles gentilshommes liberes de condition, pour plus anoblir son lignage: Mais peu luy aida, si comme vous orez, car la coustume de Flandres estoit contraire; car en ce temps mesme que Comte fut en Flandres Charles de Denemarque, advint une question entre deux gentilshommes, tant que l'un appella l'aultre en singulier combat, & estoit celuy qui demandoit le combat Robert de Berseke, ayant espousé la niepce du Prevost Bertulphus, sa partie luy refusa le combat, luy reprochant vilainement qu'il estoit serf, ayant perdu sa liberté & noblesse d'avoir espousé femme de lignage des serfs (car la coustume de Flandres estoit en ce temps telle, quiconques avoit espousé femme non libere l'espace d'un an & jour, il perdit sa noblesse & liberté.) Le gentilhomme estant marry de ces vilaines reproches, aussi d'avoir perdu sa liberté & noblesse pour le mariage de sa femme, niepce du Prevost Bertulphus, le vint plaindre audict Prevost, lequel orgueilleux arrogamment opposa à l'encontre, pour tenir la liberté de luy & son lignage estre. Enqueste faicte par ancienes gens, fut trouvé que le lignage de Bertulphus furent serfs. Et voyant le Prevost Bertulphus, que luy & son lignage furent privés de leur liberté, & faict serfs, & que le Comte les vouloit tirer à son service, ils se retirerent de luy; & assemblerent ensemble en la maison du Prevost, & là fut conclu d'entre le Prevost, ses freres, nepveus, cusins, de tuer le Comte Charles de Flandres en l'eglise de S. Donas, car n'aultre lieu ne trouvoint plus propre. L'an 1127. Charles de Denemarque Comte de Flandres, homme de saincte vie, grand aulmosnier, fort addonné au service divin, se levoit souvent bien matin pour aller aux matines; un jour advint que le Comte, qui avoit son palais pres de l'eglise, là où est de present la Loeve, & tout ce qu'il y a comprins par derriere jusques à l'eauwe, avecques la maison du Francq, avecques une gallerie allant de son hostel par dessus une porte jusques à l'eglise de Sainct Donas, les trahistres & conspirateurs de la mort

mort du noble Comte, qui bien ſcavoint la maniere du Prince, le firent guetter par une matinée, le deuxieſme jour de Mars; & quand ils furent informés que le Comte eſtoit en ſa devotion en l'egliſe, ils viendrent ſecretement avecques leurs complices, dont eſtoit principal autheur Boſcard nepveu du Prevoſt Bertulphus, & occirent de pluſieurs playes le noble & bon Prince. Incontinent faict le deteſtable meurdre, les meurdriers ſe firent maiſtres du chaſteau, & ſe fortifierent. Meſſire Gervaes de Praet, noble chevalier, voyant ce faict advenu, un des principaulx Conſeilliers du Comte, & ſon chambelain, firent aliance avecques ſes parens, & à groſſe armée vint aſſieger les trahiſtres. Iſaac, nepveu du Prevoſt, s'en fuit à Teruane, & ſe veſtit en moine; mais il fut pris, & faict vilainement mourir. Le Prevoſt eſchappa du chaſteau, mais prins à Ipre, fut faict mourir à un gibet. Aket le Vicomte eſchappé s'enfuit à Liſweghe vers ſa fille, vefve d'un noble & riche chevalier. Bouchart eſchappé, & depuis prins à Lille, fut mis vif ſur une rouë, & mourut miſerablement. Walfric Cnop, frere du Prevoſt, & Walter fils de Lambert de Reddenburgh, & aultres vingthuict ont eſté precipité du hault de la tour, & ainſi morts.

Quod aſſerit neque Erembaldum, neque Bertulphum Præpoſitum, neq; Robertum, Walterum, Hackettum Caſtellanos, unquam Stratios appellatos, ego facilè crediderim, cùm neminem Caſtellanorum unquam repererim eo cognomine vocitatum: multos verò Stratios eo tempore reperio in aula Comitis aſsiduos fuiſſe, atque Comiti Carolo familiares, ut qui Comitum Flandriæ diplomatibus cum Bertulpho Præpoſito, & Roberto, Waltero, Hacketto; Caſtellanis, ſubſcripſerunt. Cap. 26. in ſerie Caſtellanorum, ac nominatim fol. 549. *anni* 1116. *aut circiter*: Hincmarus & Heribertus de Straten. *item fol.* 552. *anni* 1119: Tancmarus & Berewaldus de Stratan. *Vide & Indicem Nobilium familiarum.*

Porrò de ſervitutis macula Burchardo Præpoſito, ejuſq; conſanguineis objecta, meminit Vita Caroli Boni per Gualterum Tornacenſem conſcripta, fol. 40. *cap.* 15: Accidit autem ut quidam miles nobilis adverſus alium nobilem in Curia Comitis de treugarum infractione placitaret, & ille nota ei ſervilis conditionis objecta, eò quòd conſanguineam illius Præpoſiti, quæ ancilla Comitis eſſe diceretur, uxorem duxiſſet, reſpondere ut libero refutaret. Quamobrem omnis illa Præpoſiti cognatio etiam intolerabili adverſus Comitem Carolum & militem illum exarſit irâ. In omnes enim hæc redundare videbatur calumnia. Cauſa ergo hæc diu quidem ventilata, ſed tandem tali eſt ratione terminata, ut illa quæ notata fuerat matrona, duodecimâ nobilium manu libertatem ſuam perſonaliter aſſenſu Comitis evendicaret, & querela Comitis in reliquam illam parentelam ſalva maneret. Hujus ergo calumniæ talis ſuſpenſio Domino Carolo prima viſa eſt fuiſſe interfectionis occaſio. Hinc namque graviſſima contra eum cœperunt exercere odia.

Notandum & hîc dici Hackettum Caſtellanum fugiſſe Liſſewegam, ad filiam

filiam suam, nobilis viri viduam, fortè Dodini, aut Heionis de Lissewega, quos Balduinus Securis, Flandriæ Comes, testes sibi esse voluit in diplomate anni 1117. *quo per Walterum Castellanum suum, Roberti Castellani filium, Abbatiæ S. Andreæ dedit terram de Benceburgh, aut Bencebruc; præsente etiam Bertulpho Præposito, & Lamberto Nappin fratribus Hacketti, & avunculis Walteri Castellani. Vnde colligo Hackettum Lissewegâ oriundum, ibique bona sua habuisse, quæ secum postea monasterio mancipavit, ut dictum suprà fol.* 549. 555. *item fol.* 557. *ubi Gerembaldum, seu potiùs Erembaldum de Lissewegâ, cujus operâ, fundus Abbatiæ Tosanæ à Laurentio, S. Richarii Abbate, conquisitus fuit, crediderim esse filium Dodini, in diplomate anni* 1117. *dicti præconis de Lissewega, quo nomine Sculteum, & Baillivum, &, ut frequentiùs loquuntur, Beriderum etiam lego appellatum. Sed & Hacketti, eruditi, juxta ac religiosi viri authoritate, factum existimo, ut Walterus Cromlin, ejus gener, manserit in aula Theodorici Comitis, non secus atque Desiderius, Hacketti ex fratre Wlfrico nepos, qui fratris sui Isaac, unius è conjuratis, domum evertit, ut est in Vita Caroli Boni apud Gualterum, cap.* 34. *adeò ut existimem in gratiam Hacketti factum esse, quod nemo exprimat cognomen ac familiam primorum Castellanorum, ob inustam familiæ infamiam è cæde Caroli Boni.*

ADDITIONES PROMISSÆ AD CAP. V. fol. 35.

Totum tractum Morinorum ad Sithiu, sive Audomarum, & Teruanam, olim fuisse paludibus plenum, & cum aquis marinis communem, quotiescunque Oceanus accedebat, Ortelius, & Chiffletius nos docent, quorum hic ad illius locum, à nobis etiam citatum, cap. 7. *ita subjungit:* Ortelii rationibus addunt etiam incolæ, in locis illis repertas anchoras, ostenduntque passim in illo tractu conchas marinas,


Et quas Oceani refluum mare lavit arenas.

Ibidem in charta geographica portus Iccii ad oculum liquet portum interiorem Sithiu, sive portus Iccii, non multùm abesse ab urbe Teruana, eamq; alluere aquas vadosas. Videndæ & Claudii Dausquei eruditissimi viri Terræ fluctantes. *Harum terrarum illuviem Philippus Elsatius, Flandriæ Comes, in diplomate suo anni* 1169. *suprà citato fol.* 566. *tradit se sumptibus propriis exhausisse, & ex eo statum commodioris naturæ, quasi violenter extorsisse, atque in terram frugiferam transformasse, deinde è millibus aliquot mensurarum,* 1700. *tradidisse Ecclesiæ S. Petri Ariensis. Itaque ab eo tempore, & vadosæ aquæ prorsus retractæ, & portus, si quis remanserit, planè abolitus est, & eductis aggeribus, prohibiti æstus marini. Quo verò in statu fuerit universus ille districtus anno* 1156. *quo Ludovicus, Franciæ Rex, Ecclesiæ Teruanensi miserit literas citatas, cùm nondum clarè mihi liqueat, nihil adhuc certi ausim definire, præsertim cùm Chenu in Catalogo Episcoporum Galliæ apertè tradat Boloniensem Episcopatum demum post Teruanam à Carolo Quinto dirutam, initium cepisse.*

FINIS ADDITIONVM.

INDEX PRIMVS.

CAPITVM.





INDEX

INDEX SECVNDVS RERVM.

Numerus cum litera C *primum librum denotat, in quo agitur de officio Comitis; absque litera, secundum; cum litera* A, *Additiones.*

A.

B.

C.

D.

Britannicum,

G.

linguâ

M.

N.

O.

P.

Q.

R.

Magno,

S.


T.



INDEX TERTIUS
VOCUM ORIGINIS FRANCICÆ, AUT FLANDRICÆ.

Fidari,

Mundialis,



INDEX

INDEX QVARTVS.
NOBILIVM FAMILIARVM, CASTELLANORVM TOTIVS FLANDRIÆ, ET MINISTERIALIVM COMITIS.

De

INDEX QVINTVS. LOCORVM.

Perviciacum.

ERRATA

ERRATA SIC CORRIGENDA.

Pag.
13. lin. 26. quæ, *lege*: quem
14. lin. 20. Iuvrea. *pone* Iurea
22. lin. 3. *pro* cap. 9. *pone*: cap. 21. fol. 360.
Ibid. lin. 6. altra. *lege* ultra
28. *circa finem*, prætium, *lege* pretium
36. lin. 2. obnubat. *lege*: obnubit.
Ibid. lin. 8. *pro* ſeptingentas *ſubſtitue*: quingentas & quatuordecim.
37. lin. 27. dele lectum. *ſcribe*: delectum.
48. lin. 2. Maximiniano. *lege*: Maximiano.
55. lin. 17. it. *ſcribe*: id.
58. lin. 14. *pro* Sollianum. *pone*: Lollianum.
59. lin. 11. ſunt. *pro* ſunt. *qualia Lector facilè per ſe corriget.*
61. lin. 8. κġὶ *lege*: κġῖ
Ibidem lin. 35. *poſt* CCCC, *adſcribe*: quo vixit Zoſimus.
63. lin. 13. Germanis, Tranſrhenanis. *aufer cōma.*
Ibid. 14. captivas *lege*: captivos.
Ibid. 21. πλησίον. *lege*: πλησίων.
Ibid. *ult.* ſementum. *lege*: ſementem.
64. lin. 4. ingente. *l*: ingenti.
Ibid. lin. 7. ſic, *præpone comma.*
65. *In margine* lib. 27. *ſcribe*: 17.
67. lin. 9. Occiſo. *ſcribe per o parvum.*
75. lin. 41. Oſtri. *pone*: Iſtri.
79. lin. 5. Saleheim. *ſcribe*: Salehaim.
Ibidem lin. 11. XIX. *pone*: XX. & lin. antepenultimâ CCCXXVIII. *pone* CCCCXXVIII.
80. lin. 4. Gandentio. *l*: Gaudentio.
85. lin. 21. ad marginem *pro* 435. *pone*: 453.
86. lin. 35. à VVandalis. *ſcribe* ab Hunnis.
89. lin. 1. CCCCLXV. *l*: CCCCLXI. Ibid. lin. 13. cis Rhenum, *ſcribe*: cis. & trans Rhenum.
92. lin. 42. παλαπέμψαντες *l*: παραπέμψαντες
94. lin. 33. bibennem. *ſcribe*: bipennem.
101. lin. 32. verò, *dele comma.*
166. lin. 37. κρίτ]ες, *ſcribe*: κρέιτ]ες.
167. *Malè hîc poſitus numerus folii* 169.
lin. 40. ſic loquitur. *interpone*: enim.
168. *Malè & hîc poſitus numerus* 170. Ibid. lin. 23. conducebatur. *lege*: conducebantur. Ibidem lin. 28. ἐς *ſcribe* ἐς, & *pro* ἀπεςειλε, ἀπέςειλε.
Ibid. lin. 31. veritis. *lege*: veritus.
175. lin. 25. ante ſexaginta, *interſere*: tres &
177. lin. 16. eſſectis. *lege*: effectis.
182. lin. 12. Batavij, *poſtremum* j *ſuperfluum eſt.*
291. lin. 27. l. *ante* de Agrippa *dele.*
237. lin. 16. ac eandem iis, *ſubjunge* &.
264. lin. 9. nozer *pone* ſunzer.
276. lin. 2. ad marg. *pro* Piſtacenſe, *repone* Piſtenſe.
287. lin. 30. ſimplici l. *ſcribendum* N.
314. lin. 5. cuſtodiebantur, *pone, pro*, cuſtodielantur.
323. lin. 46. feſtuca *ſemel tantùm pone.*
329. lin. 26. *pro* verheught *ſcribe* gheeſt.
339. lin. 27. eum. *repone*: eam.
372. lin. 19. ecce te. *ſcribe*: ecce tu.
Ibid. lin. 36. hups/ *pone*: hupsen.

Pag.
377. lin. 24. ad marg. auguſtior. *ſcribe*: anguſtior.
381. lin. 20 chronicen. *ſcribe*: chronicon.
387. lin. 16. ſpumate. *lege*: ſpumante.
396. lin. 14. ſejugibis. *lege*: ſejugibus.
432. *reponendum folium, quod per errorem*: 132.
435. lin. 38. cœperint. *pro* cεperint.
438. lin. 7. Francorum. *ſcribe*: Franconum.
457. lin. 15. Carceri, *pone*: Carceris
459. lin. 16. vude, *pro*: unde.
461. lin. antepenultima *pro* ex ſolitum æſtuante. *lege*: ſolitum exæſtuante.
488. lin. 17. Comitum. *ſcribe: pro* Comitem.
Ibid. lin. 41. dubiè. *pro*: dubio.
494. lin. 15. vetuſtiſſimi. *reſtitue pro*: vetuſſimi.
500. lin. 28. præfexus. *ſcribendum*: præfixus.
503. lin. 13. ad marg. *pro* rhena. *ſcribe* Rheneſi
524. lin. 28. boucr. r *pone ante* o
527. lin. 33. aliquot. *ſcribe*: aliquod
529. lin. 21. muliaribus. *pro*: milliaribus.
Ibid. 26. Carmilitano. *pro*: Carmelitano.
530. lin. 25. *ante* Gualbertus. *pone*: Idem.
534. lin. 31. fit. *ſcribe*: ſit.
535. lin. 18. anni 1121. *ſcribe*: 1151.
536. lin. 7. *pro* epocha. *ponendum*: apocha.
542. lin. 6. ſpeciiminibus. *dele ſecundum* i.
Ibid. lin. 8. hodierne *repone pro* hodiernæ.
547. *Ita numerus fol. i reponendus, pro quo malè.* 557.
550. lin. 9. oſtæſeele. *lege*: Ooſterſeele.
Ibid. lin. 40. manſioues. *ſcribe*: manſiones.
Ibid. lin. 44. Iabbecka. *lege*: Iabbeca.
551. lin. 42. *pro*: M. XVII. *pone*: M. C. XVII.
555. lin. 27. VValtoro Cravvel. *lege*: VValtero Cromlin.
597. lin. 3. Capurnius. *lege*: Calpurnius.
Ibid. *pro numerò annorum V. C*: 965. *pone*: 695.
602. lin. 5. *pro anno ante Chriſtum* 28. *pone*: 38.
613. lin. penult. applandi. *lege*: applaudi
622. lin. 33. viteretur, *ſcribe*: uteretur.
629. lin. 35. in ſurrexerant. *lege*: inſurrexerant.

In Additionibus.

Fol.
X. lin. 42. olidos. *lege*: ſolidos
XLVII. lin. 27. Chavorinus, *lege*: Phavorinus
LVI. lin. 29. Gordonis. *ſcribe*: Gordunus
LIX. lin. 26. Apio. *lege*: Apro
LXIII. lin. 7. ut in. *repone*: at in
LXVI. lin. 15. *ante* Reſtat *ſubjunge*: Hiſce Romanorum numiſmatibus ſuppoſiti nummi minores argentei, proculdubio ſunt Francorum.
LXXII. lin. 43. 't d'eerſte. *ſcribe*: in d'eerſte.
LXXIV. lin. 5. *ante* Additiones *ſcribe*: Hiſce ſubjicitur ſigillum Ioannis Nigellani, poſtremi Caſtellani Brugenſis, quod vidi appenſum apochæ fol. 573. recitatæ, anni 1224.
LXXX. lin. 30. fluctantes. *lege*: fluitantes.
In Indice II. Aquæ calidæ indicium. *lege*: Iudicium.

Notet Lector, libris hiſce duobus prodromis, uſum me Cuſpiniano, in Faſtos Caſſiodori; at in ſummario operis, Onuphrio, qui mihi videtur exactiùs ſcripſiſſe: unde quotieſcumque anni non convenient, inter utrumque, Onuphrius erit præponendus.

APPROBATIO.

Legi quatuor libros priores Historiæ Comitum Flandriæ, authore Olivario Vredio I.C. Brugensi, & dignos prœlo censui; quorum primo agitur, quid Comes? Secundo, quid Flandria? Tertius historiam continet Flandriæ Christianæ, sub Comitibus non hæreditariis, à tempore Clodovæi I. Regis Francorum, usque ad Balduinum primum Comitem Flandriæ hæreditarium. Quartus refutat fabulam, quæ de Forestariis circumfertur. Actum Brugis ultimâ Martii 1646.

Christianus vanden Berghe S.T.L.
Canonicus Brug. & Lib. Censor.

SVMMA PRIVILEGII REGII.

Philippus Dei gratiâ, Hispaniarum & Indiarum Rex; &c. Archidux Austriæ; &c. Dux Burgundię, Brabantię, &c. Comes Flandriæ; &c. diplomate suo sanxit, ne quis libros Olivarii Vredii I.C. Brugensis, quorum primo agitur, quid Comes. Secundo, quid Flandria. Tertius historiam cõtinet Flandrię Christianę sub Comitibus non hęreditariis, à tempore Clodovei I. Francorum Regis Christiani, usque ad Balduinum primum Comitẽ Flandrię hæreditarium. Quartus refutat fabulam, quæ de Forestariis circumfertur: Latinè, Gallicè, aut Flandricè imprimat, aut alibi terrarum impressos, in has inferioris Germaniæ ditiones importet, aut divendat intra sex annos, ab eo die numerãdos, quo librorum impressio prorsus absoluta est. Qui secus faxit, pręter librorum confiscationem, sex Florenorum Carolinorum, pro quoq. libro multabitur; ut latiùs patet in literis datis Bruxellæ xx.ª Aprilis M. DC. XLVI. *paraph.* Ro. vᵗ. *signat.*

I. LE COMTE.

Libri duo priores, quibus agitur: Quid Comes, Quid Flandria, demum impressi & absoluti sunt 10. die Augusti 1650.







HISTORIA
COMITUM
FLANDRIÆ

TOM
II


colorchecker CLASSIC
calibrite
mm